DURAND, Guillaume

Rationale seu enchiridion divinorum officiorum : tomus secundus. -- Lugduni : Sumptibus Philippi Tinghi..., 1574 (Excudebat Petrus Roussin)

250-568 [i.e. 318], [1] h., 2K-2Z8, 3A-3Z8, 4A-4C8 ; 8°

Autor tomado de titulillos. -- Impresor entre paréntesis tomado de colofón. -- Marca de imp. en port.

1. Liturgia de las horas 2. Orduen liturgia I. Título

R-6208 Enc. perg., deteriorada. -- Firma autógr. en port.: "D[octo]r D. Joseph Yañez Murúa cartaginensis, 1620"

...l:ad quod ...pertinet Jo. i. verbum caro ...
...rimonio ...arnali per ...ommixtionē corporum con...
...rtio sacramentū designat sed per ipsum ...
...designatur. Tertium sacramentum est vnus ...
...ibus gentibus collecta et vni viro christo subdita: et hoc si-
gnificat in clericis ...pinoris vnionē. i. qui vnicam et virgi-
nem tantū habuit vxorē: et in ipa vni-
tate constitit: et ille vnus hoc sacramē-
tum significat. ꝛc. vt hec no. hosti. in
summa ti. de biga. §. quare bigamia
ver. quidam: a quo credo hanc. l. ozigi-
nem habuisse.

...8. El primero es en el casamiēto ...
...x por palabras de presente: ca ...
...iēde sancta eglesia/que se allega ...
...l fiel christiano a dios por amor ...
...querēcia. assi como se ayuntā las ...
...s de aq̄llos que casan cōsintiēdo ...
...en el otro. E sobre esta razō dixo el ...
...l sant Pablo/ que el q̄ se allega a ...
...ue vn spū es cō el. E el segūdo sa-
...o es el otro casamiēto q̄ se faze por
...a pey. fecho/ a q̄ llaman acabado.
...ste entiēde/el ayuntamiēto de la ...
...el fijo de dios/ a là natura de los ...
...mādo carne de la virgē sctā Ma-
...o dize el apostol sant Juā: que la ...
...de dios se fiziera carne tomando ...
...de ome. El tercero sacrāmēto es en ...
...mo matrimonio acabado. La si el ...
...sa cō vna muger virgē/guarda siē-
...casamiēto non casando con otra/ son ...
...este seentiēde la vnidad de la ...
.../que es allegada de todas las gen ...
...el mundo: ꝛ ayuntada a nuestro se-
...jesuchristo. E bien assi como el casa-
...to que desta guisa es guardado/siē-
...vnidad/ ꝛ viuda se deppert-
...a se departie de jesu-
...tada a el/ nin el dlla.
...uē ser los q̄ se desposan.
...ueden tambien los

Ley. vj.

b ¶ Desposar. Mi-
nores septēnio nō
possint sponsalia
cōtrahere nisi post
dictam etatem ra-
tificent. Matrimo-
nium tamen non
possunt contrahe-
re nisi masculi in
etate. xiiij. annoꝝ
constituti: et femi-
ne. xij. vel dicte eta-
ti proxime copulā
ri queunt: potentia et scientia etas
tē suppientes. h. d.
Habuit ortuꝝ a. c.
lueras: cum. c. ac-
cessit: de despō. im-
pu. vbi sponsalia
contracta [illegible]
septenio sunt nul-
la nec inducūt pu
blice honestatis iu
stitiā: et habuit ori-
tum a. c. fi. eo. ti. de

RATIONALE
SEV
ENCHIRIDION
DIVINORVM
OFFICIO-
RVM
Tomus Secundus.



LVGDVNI,
Sumptibus Philippi Tinghi Florentini.
1574

1620.

LIBER SEXTVS.

SVMMA.

1 *Annus ſolaris, quatuor temporibus diſtinguitur.*
2 *Annus magnus huius mundi, quatuor temporum varietate menſuratur. & num. 3. 4. 5.*
6 *Tempus Hyemis & deuiationis, repræſentat eccleſia, à ſeptuageſima vſque ad paſcha.*
7 *Tempus Veris & renouationis in aduentu Domini.*
8 *Tempus Aeſtatis & reconciliationis, in tempore Paſchali.*
9 *Tempus Autumni, & peregrinationis à Penteceſte vſque ad aduentũ.*
10 *Tempora quatuor huius mundi, conſiderantur iuxta quatuor diei ſummas partes. Item iuxta quatuor ſummas Chriſti actiones. & nu. 11.*
12 *Officia cur Eccleſia inchoet à tempore Veris, ſiue renouationis.*
13 *Libri quinam legendi per totum anni circulum in Eccleſia, vide per diſcurſum num. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*
20 *Teſtamentum duplex, vetus & nouum. Et quid teſtamentum.*
21 *Scriptura, cur dicantur vetus teſtamentum. Et quare ſcriptura, nouum. num. 22.*
23 *Officium Eccleſiaſticum, in quibus conſiſtat.*
24 *Libri Eccleſiaſtici, tres ſunt.*
25 *Graduarius liber, quid. Quid trophonarius. num. 26.*
27 *Libri lectionum, plures ſunt, quos percurrit nu. 28. 29. 30. 31. 32.*
33 *Dauidis, Pauli, & Matthæi ſcriptura cur frequentius vtatur Eccleſia.*
34 *Pſalterij triplex vſus. Et quoties à Hieronymo verſum.*

ARGVMENTVM.

De officiis dominicarum ſpecialiter, & quarundam feriarum, & feſtiuitatum Domini: & ieiuniorum quatuor temporum. CAP. I.

IN proxima præcedenti parte, de diuinis officiis in genere diximus: nunc autem de ſpecialitatibus & diuerſitatibus eorundem per anni circulum oſtendamus: videlicet de officiis dominicarum, & quarundam feriarum & feſtiuitatũ Domini, & de ieiuniis quatuor temporũ: & de conuenientia ipſorum officiorum

tam

tam nocturnalium quã etiam missæ, non vnius duntaxat ecclesiæ,
1 sed diuersarum officia prosequentes. Ad † quorum euidentiã est distinctio temporum præmittenda. Siquidem annus solaris quatuor temporum successione dilabitur. s. Hyemis, in quo semina iaciuntur. Veris, in quo seminata prodeunt, & in spicas acuuntur. Æstatis, in qua messes albescunt, & falce succiduntur. Et Autumni, in quo per ventilationem grana à paleis separata, in horreis reponuntur. Sic & magnus vitæ præsentis annus durans ab initio seculi, vsque ad finem mundi, quatuor temporũ varietate mensu-
2 ratur. † Primum tempus fuit deuiationis in genere humano: videlicet ab Adam, vsque ad Mosen in quo declinauerunt homines à cultu Dei: qui vera lux est: facti idolatræ & nil illuminationis doctrinæ habentes: & simul inutiles facti sunt, & non fuit qui faceret bonum, vsque ad vnum. Tunc enim homo reliquit creatorem suũ: & de lapide dixit: Tu es deus meus. Hoc tempus, quia fuit ignorantiæ & cæcitatis, benè concordat hyemi, in quo
3 obscuritas regnat. Secundum † tempus, fuit reuocationis siue renouationis: videlicet à Mose vsque ad natiuitatem Christi, quo edocti sunt homines per legem & Prophetas de aduẽtu Christi, de curatione peccati, & dilectione vnius dei. Tunc Dominus dixit ad Israël: Audi Israël: Dominum deum tuũ adorabis, & illi soli *Deut. 6.* seruies: & doctus est homo, quid sibi ipsi, quid deo, quid proximo facere reneretur. Post modũ ob eandẽ causam suscitauit ꝓphetas, vt scilicet prædicatio hominẽ magis ab erroribus reuocaret. Hoc tempus concordat cum Vere, q̃ habet aliquid luminis: sed multũ
4 obscuritatis. † Tertium tempus fuit regressionis, siue reconciliationis, & visitationis: videlicet à natiuitate Christi, vsque ad ascensionem eiusdem, per quam facta est gratia hominibus, & prædicatio euãgelij: de quo dicitur: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce *2. Cor. 6.* nunc dies salutis. Hoc est tempus gratiæ: quia oriens nos visitauit ex alto: in quo tempore Dominus, qui est Sol iustitiæ, mundũ *Luc. 1.* sua præsentia visitauit: & propria doctrina sufficienter illustrauit.
5 Hoc tempus concordat cũ æstate, in qua claritas regnat. † Quartũ, est peregrinationis: videlicet ab ascensione dñi, vsque ad diem iudicij, vbi erit cõsummatio seculi: q̃ tempus est habens multum luminis: quia Dei misericordia reuelata sunt diuina mysteria. Habet tamen aliquid obscuritatis nostra negligentia faciente: & sic concordat cũ Autumno, qui habet aliquid obscuritatis: sed amplius claritatis. In primo tẽpore, vigor fidei, flos spei, fructus charitatis, frigore infidelitatis exaruit. In secundo, vinea domini aliquatenus viruit, & floruit. In tertio, virens & florens fructus vberrimos attulit. In quarto, cadentibus foliis verborum decolorari

cœpit. Rursus tempus deuiationis, dictũ est tẽpus culpę, & pœnæ.
Luc. 18. Nam propter ipsam deuitiationẽ homo subiectus est culpæ: & propter culpã pœnæ. Vnde dicit Dominus: Putas, cũ venerit filius hominis inueniet fidẽ super terrã. Tempus renouationis dicitur, tempus doctrinæ, & prophetiæ propter decalogum: per q̃ docuit Deus genus humanũ. Tẽpus recõciliationis, dicitur tẽpus libertatis & gratiæ atq; lætitiæ. Tempus peregrinationis, dicitur tẽpus luctus & pœnæ, siue laboris, & pœnitẽtiæ: q̃ nos facimus declinationis, & negligentiæ. Primũ, fuit desperationis. Secundũ, respirationis. Tertiũ, liberationis. Quartũ, exercitationis. Hæc quatuor tempora repræsentat Ecclesia singulis annis, siue status Ecclesiæ per hæc quatuor tempora variatur. Tempus hyemis † & de 6
uiationis, in quo mors regnauit, repræsentat ecclesia à septuagesima vsque ad pascha, recolens casum, & pœnã primorũ parentũ propter eorũ culpam: & ideò cantica lætitiæ: excepto Gloria patri subticentur: prout sub tit. de septuag. dicetur. Siletur enim, gloria in excelsis Deo: quãdo in testimoniũ pacis auditũ est quando veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Tẽpus † Ve- 7
ris renouationis, repræsentat Ecclesia in aduẽtu Domini, per quẽ omnia renouata sunt vsque ad natale Domini. Vnde ad notandum, q̃ patres illius temporis habuerũt aliquid luminis: sed multum obscuritatis, respectu sequentiũ, minora cantica lætitiæ cantat; Gloria patri, & allelu-Ia: sed maiora supprimit; scilicet Gloria in excelsis, Te Deũ laudamus, & sequentias, prout ibi dicetur. Quia enim hoc tempore peccatũ regnauit: nõ propter ignorantiam, vt mors prius, sed propter carnis infirmitatẽ, ideò canitur allelu-Ia, quia patres huius temporis sub lege fuerunt: sed Gloria in excelsis siletur: q̃ signum est pacis & iustitiæ: quã lex dare nequiuit. † Tempus æstatis & reconciliationis siue regressionis re- 8
præsentat ecclesia ab octaua paschæ vsque ad octauã pentec. quia per paschalẽ agnũ reconciliamur Deo: omnia cãtica lætitiæ & fere post omnes dictiones, allelu-Ia multiplicamus, ad significandũ habitum gaudiũ de nostra resurrectione. Significat enim tempus illud, statum fidelitatis ęternæ: tunc & Gloria in excelsis canitur, quia in resurrectione iustitia, id est, charitas perficietur: & plena pax dabitur. Duplex eñ allelu-Ia canitur, in albis, & in dominicis illius tẽporis: & stantes tũc oramus. In priuatis verò feriis, Gloria in excelsis: & duplex allelu-Ia non canitur, licet sæpè allelu-Ia, præterquã in lxx. dicatur, prout sub ti. de septẽ diebus post Pascha, & in seq. tit. dicetur. † Tempus autũni & peregrinationis, repræ- 9
sentat ecclesia, ab octauis pen. vsq; ad aduentũ Domini: quia nobis deo reconciliatis, nõ restat, nisi vt nos peregrinos reputemus

cum

cum Psal. dicente: Aduena ego sum & peregrinus, &c. Cantãs omnia lætitiæ cantica, ad designandũ gaudiũ his, quibus sunt diuina mysteria reuelata: quandoq; tamẽ aliqua cãtica subticet: nec multiplicat allelu-Ia: sicut fecit in tempore præcedẽti. Ad significandum declinationẽ à bono, quã nobis negligentia nostra parit: & cantat allelu-Ia in spem resurrectionis, & Gloria in excelsis pro iustitia reddita. Item quotidie dicit allelu-Ia, sed nõ gloria in excelsis: vt dicetur sub tẽpore aduẽtus. Cãtat etiã allelu-Ia, post graduale in signũ laboris, ꝑ quem ad patriã vitæ transeundũ est. Ex præmissis colligitur euidenter, ꝙ rectè in princip. hyemis homo, quasi desperãs, dicit: Circundederũt me gemitus mortis. In principio Veris, quasi respirans dicit, Ad te leuaui animã. In principio æstatis architectus ecclesiæ Petrus, renatis ꝑ baptismũ, & illuminatis per gratiã, dicit: Quasi modò geniti infantes, &c. In principio autũni, exultãs de dei misericordia, dicit: Domine in tua misericordia speraui, sed attendẽs miseriã, in quã ex sua negligentia lapsus est, statim subiunxit versiculũ, Vsquequo dñe obliuiscẽris me in finẽ: & graduale, Ego dixi domine, miserere mei, sana animam meã, quia peccaui tibi. † Rursus hæc quatuor tempora considerãtur secundũ quatuor principales diei partes, quæ sunt nox, pertinens ad tẽpus deuotionis. Nox enim obscura est, & idolatræ cæci erãt. Aurora, pertinens ad tẽpus reuocationis. Meridies, pertinẽs ad tẽpus reconciliationis, siue regressionis. Et vespera ꝑtinet ad tempus peregrinationis. † Designatur etiã ꝑ quatuor principales Christi actiones, quæ sunt natiuitas, passio, resurrectio, & aduentus ad iudiciũ. Ad natiuitatẽ pertinet circunciſio, apparitio, baptismus, & purificatio. Ad passionẽ ieiuniũ, & tentatio. Ad resurrectionẽ, ascensio in cœlũ, & sancti spiritus emissio. Ad aduentum ad iudiciũ, trãsfiguratio, & miraculorũ operatio. Item, passio cõparatur hyemi: natiuitas Veri: resurrectio, æstati: aduentus ad iudicium autumno: quãdo vetustus dierũ sedebit, tenens ventilabrũ in manu sua, & mũdabit aream suã, &c. Itẽ natiuitas Christi concordat tẽpori reuocationis seu renouationis propter prophetas, qui eũ multis modis prædixerunt: passio Christi tẽpori deuiationis propter pœnã culpæ priorũ parentũ. Resurrectio, tempori regressionis, propter lætitiã. Aduentus ad iudiciũ, tẽpori peregrinationis: quia huiusmodi tempus durabit vsq; in diẽ iudicij: vnde Propheta, Aduena ergo sum apud te: & peregrinus, sicut omnes patres mei. Tempus ergo reuocationis siue renouationis, quę facta est per legẽ & prophetas, durat vsque ad natale dñi tantum: vt præmissum est. Alij tamẽ dicunt, ꝙ vsque ad lxx. & ibi incipit tempus deuiationis. Sed secundũ primũ dictũ, quæritur de tempore,

Psal. 17.

1. Pet. 2.

Mat. 3.

Psal. 38.

quod est à natali Domini, vsque ad lxx. sub quo dictorũ temporũ contineatur. Super quo dicunt quidam, ꝙ tempus ꝙ est à natali, vsque ad octauas Epiphaniæ, pertinet ad tempus regressionis ꝙ est tempus gaudij: sicut & illud: vnde & in quibusdã Ecclesiis tũc albis vuntur vestimentis, sicut & tempore paschali: neque tunc ieiunatur: nec genua flectuntur. Reliqua, verò pars, scilicet ab octauis epiphaniæ vsque ad lxx. sub tempore peregrinationis continetur, & licet Esa. legatur die natalis Dñi: non ideò dies illa est, secundum ipsos, de tempore reuocationis. Alia enim cõsideratione hoc fit, & ante euangeliũ in nocturnis, & ante epistolã in missa. Supponitur enim tunc basis colũnę: vt per vtrunq; testamentũ natiuitas Christi probetur. † Item quæritur quare à tempore veris 12
siue renouationis, seu reuocationis incipiũt ecclesiæ officia. Videtur enim ꝙ deberẽt incipere à tempore hyemis, siue deuiationis: quia prius est deuiatio, quàm à deuiatione reuocatio. Præterea, in tempore deuiationis legitur primus lib. theologiæ, scilicet Gene. Super hoc dicunt quidã, ꝙ hoc facit ecclesia ne incipiat ab errore. Sed certè nõ dicitur tempus illud deuiationis, eo ꝙ Ecclesia illo tempore deuiet: sed quia errorẽ priorum parentum recolit, vt nos ad pœnitentiam trahat: & ideò hæc ratio non placet. Est ergo ratio, quia per aduentum domini noua facta sunt. Vnde Apo.
Apoc. 21. Ecce noua facio omnia: ideò in honorẽ aduentus domini, à tempore renouationis incipit ecclesia officiũ suũ. Præterea, si incideret ab hyeme, vtẽs verbis desperationis, posset homo illa audiens desperare. Meritò ergo incipit à vere: vt cum postea audierit verba desperationis, nõ desperet: quia præcessit certa promissio veræ liberationis, quæ fit in aduẽtu. Incipit ergo à tẽpore renouationis seu reuocationis, in quo tenet rem. † Qui aũt libri, & quibus tem- 13
poribus legantur, breuiter est videndũ. Et quidem in plerisq; locis ab aduentu dñi vsque ad natale eius legitur Esa. qui quanto de Christo vrbanius cæteris prophetauit, tanto natiuitati eius legitur vicinius, præterquam in ieiuniis quatuor temporũ, quæ proprias habent lectiones. In ipsa etiã natiuitate non solũ de illo legitur & cãtatur: sed etiã de causis ipsius festiuitatis: prout in omnibus fieri solet festiuitatibus: ꝙ fit, ad ostendendum magnũ gaudium nobis cœlitus datum. † In prima verò dominica post natale 14
legitur in quibusdã ecclesiis de epistolis Pauli ad ipsam pertinentibus natiuitatẽ. In octaua natalis de sermonibus, & de homilia euãgelij eiusdẽ diei. In epiphania de Esa. secundũ Gelasiũ Papam xxv. d. sancta. in palea. In octaua epiphaniæ de homilia eiusdem diei. Ab octaua epiphaniæ vsq; ad lxx. canitur de psal. & leguntur epistolæ Pauli: in quibus legitur de labore & luctu, & pugna eius.

† In

15 † In ſeptuageſima verò, vſq; ad dominicã ante ramos palmarũ, legitur pentateuchũ. Septuageſima enim tẽpus noſtræ captiuitatis, & pœnæ & culpæ deſignat, de qua myſticè ad Hieruſalẽ redire debemus, ſicut per Hebræos olim de Babylonica captiuitate exeũtes figuratũ eſt. Vt ergo memores ſint captiuitatis ſuæ, q̃ ſurſum tendunt, legitur primò de Adã, q̃ in principio mundi factus eſt, & de eiectione eius de Paradiſo: deinde de diluuio, & quomodo Abrahã exiuit de terra ſua, & de mundi huius laboribus, exẽplum patientiæ, & ſicut olim Hebræi captiuati ducti in Babyloniam, in triſtitia fuerũt ferè vſq; ad finẽ ſeptuaginta annorũ, & conceſſa ſibi licẽtia repatriandi gauiſi ſunt: licet nõ plenariè: ita & nos ferè vſque ad finem ſeptuaginta dierum. Sin ſeptuageſima tacemus voces, & cantica lætitiæ, vt præmiſſum eſt, & ſub tide tẽpore aduẽtus dicetur: quindecim tamẽ diebus ante Paſcha legitur Hiere. quia ille apertius, q̃ alij de paſſione tractauit, & in propria paſſione, Domini paſſionẽ præſignauit. Ab octauis verò Paſchæ quindecim diebus, vel ſecundum alios, vſq; ad quartam Dominicam poſt Paſcha, Apoc. legitur & cantatur propter myſteria paſſionis & reſurrectionis, quæ Ioãni reuelata ſunt, & Apoſtoli prædicauerunt. In Apoch. enim fit mẽtio de ciuitate noua
16 Hieruſalẽ. † Deinde vſq; ad aſcenſionẽ legũtur epiſtolæ canonicæ, & Act. Apoſt. & cãtatur de pſalmis, quia & Dauid prophetauit de paſſione, & reſurrectione, & aſcẽſione, & Apoſtoli prædicauerunt, quæ à Domino didicerunt, vſq; ad aſcenſionẽ eius corporali præſentia perfruentes. Inter aſcẽſionem verò & Pentecoſt. cantatur de ipſo feſto, quia diſcipuli ſurſum ſubleuati, promiſſa patris munera expectabant. Ab octauis Pente. vſq; ad Calendas Auguſti, leguntur libri Regũ & Paralipom. & cãtatur Deus omnium, quia ſicut Samuël, Saul, Dauid, & alij pro lege Domini pugnauerunt, ſic & nos poſtquam accepimus donum ſpiritus ſancti in baptiſmo, virtute debemus pugnare cõtra dæmones formati, nati, nutriti & armati.
17 † A Calẽdis Auguſti, vſq; ad Calen. Septembris, legitur & cãtatur de Sapientia, quia in pugna maximè neceſſaria eſt ſapiẽtia: vel quia Auguſtus ſextus eſt menſis, & in ſexta ætate, qua Deus venit, debemus propter eius præſentiam ſapienter viuere, quia inter nos audita eſt ſapiẽtia ipſa, quæ ex ore altiſſimi prodiit. Rurſus menſis ille calidus eſt & medius in anno. Per quod media hominis ætas deſignatur: & in media æſtate, vbi quiſq; ab æſtu vitiorum plus accenditur, plus ſuccurrere debet ſapientia. In Septembri legitur & cantatur de Iob, Thobia, Eſdra, Iudith, & Heſter, quia hi aduerſa patienter ſuſtinuerũt, & eccleſia in fine mundi aduerſa omnia pro Domino tolerabit.

† A Calẽdis Octobris, vſq; ad Nouembrẽ legũtur libri Machab; & cantatur de eis, quia iſte octauus mẽſis lætitiã reſurrectionis myſticat, quia ſicut Iudæi finitis prælijs & reſtaurato templo in hymnis & cõfeſſionibus benedicebãt Dominũ: ſic in gloria reſurrectionis & magnæ feſtiuitatis deuictis prælijs diaboli ſancti & iuſti in Domino feſtiuabunt & gaudebunt, iuxta illud. Beati, qui habitãt in Domo tua Domine. † A Calendis Nouẽbris, vſq; ad aduentũ Domini leguntur Ezechiẽl & Daniẽl, & duodecim Prophetæ minores, cũ reſponſorijs, Vidi Dominũ, &c. Ezechiẽl enim vidit quatuor animalia in figura quatuor Euangeliſtarũ, quæ natiuitatẽ, paſſionẽ, reſurrectionẽ, & aſcenſionẽ docuerunt. Iſti ergo ideò ante aduentũ leguntur: qa clarius Chriſti aduentum prædixerunt. Deniq; Aurelius Papa in Bucardo lib. iij. c. hi qui, ſtatuit vt qui inuẽti fuerint libros famoſos & ignotos in Eccleſia legere, vel cantare, excõmunicentur. Ex præmiſſis ergo liquet qꝓ in eccleſia libri noui & veteris teſtamẽti leguntur: quod etiã in ſuis locis dicetur: de ordine etiam aliorũ librorũ dicetur ſub dominica. ij. poſt Pente. † Et eſt notandũ, qꝓ teſtamentũ dupliciter accipitur. Nam promiſſio ipſa. ſ. id quod teſtatur, ſeu legitur, dicitur teſtamẽtum. Vnde noui teſt. dicitur gratia fidelibus promiſſa. ſ. fides & charitas. Cæteræ virtutes ſiue vita æterna in futuro: & virtus in præſenti vita: & Apoſtol. ideò nou. teſt. teſtator eſt: vt repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, hæreditatis æternæ: extrà de cele. Miſ. cum Marthæ. §. cæterum. Scriptura etiã, qua illa promittuntur, dicitur teſtamẽtum. Vnde nouũ teſtamẽtum, dicitur ſcriptura noui teſt. & vetus teſtamẽtum, dicitur ſcriptura vet. teſt. de cõſe. d. iiij. ſicut in ſacra. in prin. Et hæc quaſi humana ſimilitudine dicuntur. Sicut enim qui teſtamẽtum condit, hæredẽ inſtituit: chirographum facit, teſtes aduocat, agẽda per hæredem indicit: ſic & Deus pater volẽs filios Iſraël in terra promiſſionis hæredes inſtituere, chirographum fecit. i. legem dedit: teſtes acciuit. ſ. Moſem & Aaron, & agenda per illos edixit, & hoc eſt vetus teſt. Sed quia in eo tranſitoria & temporalia repromittebat: extrà de cele. miſ. §. cæterum. ideò Chriſtus volẽs Chriſtianos. ſ. fideles, æternæ hæreditatis hæredes facere, conſequenter nouum teſta. condidit. ſ. Euangelium: aduocauit teſtes, ſcilicet Apoſtolos, eisque agenda indixit, quod teſtamentum tãdem morte propria conſecrauit. Præterea teſtamentum eſt teſtatio mentis, qua quiſque quod mente concipit, ore teſtatur: & per ſcripturam corroborari iubet. xiiij. q. ij. §. ſit illud. Vnde de hac ſimilitudine hic & illa ſcriptura dicitur teſtamentum. Cæterùm ideò illa ſcriptura, dicitur vetus teſtamentum, † Primò, quia

18 19 20 21

Heb. 9.

quia vetera.i.terrena.ſ.ad veterem hominem pertinentia promittebat,dicens:Si hæc & illa feceritis, bona terræ comedetis, & iterum:Terram fluentem lacte & melle dabo vobis, & ſimilia. Vnde illud vetus & tranſitorium fuit.Secundò dicitur vetus teſt.quod per veterem hominem.ſ.per Moſem veterem vetuſta te peccati miniſtratum fuit.Tertiò,quia nouo ſuperueniẽte ceſſauit,& deſiit tãquam aliquid vetuſtum.vnde Apoſt. Vetera trã- 2.Cor.5.
ſierunt:ecce noua facta ſunt omnia.Quartò,dicitur vetus reſpectu noui:quia eo fuit antiquius tempore. Quintò,quia à vetuſta
22 te peccati nos liberat. † Hæc verò ſcriptura nouum dicitur teſtamentum.Primò,quia noua.i.cœleſtia.ſ.ad cœleſtis hominis conſeruationem pertinẽtia promittit,dicẽs:Qui agrum aut domum,&c.Centuplum accipiet,& vitam æternam poſſidebit.Secundò,dicitur nouum,quia per nouum hominem.i.ab omni peccato immunem.ſ.per Chriſtum miniſtratum eſt.Tertiò dicitur nouum.i.vltimum,quia nouiſſimum homini teſtamẽtum immobile perſeuerat:quod teſtatoris obitu confirmatur,vt extrà de celeb.Miſ.cũ Marthæ.§.cæterũ,& xiij.q.ij.c.vlt.Hinc enim dicitur æternum.i.perpetuum quaſi durabile ac immutabile,de quo dictum eſt in iiij.parte ſub.vij.particula ſecreti, ſuper verbo: noui & æterni.Chriſtus enim iam nõ moritur,& mors illi vltrà non dominabitur.de conſe.diſt.ij.ſemel.Quartò,dicitur nouum,reſpectu veteris:quia illo magis eſt nouum tempore: vel quia vetus lex eſt quaſi radix: ipſum verò nouum teſtamentũ eſt quaſi fructus.Quintò,quia innouat:non enim illud dicunt,niſi homines renati ex vetuſtate per gratiam pertinentes iam ad nouum
23 teſtamentum,quod eſt regnum cœlorum. † Circa libros eccleſiaſtici officij ſciendum eſt,quod ipſum officium conſiſtit in cantu & in lectione: de cantu tres ſunt libri:de lectione ſex. Sunt etiam quidam alij libri eccleſiaſtici:prout in ij.parte in fine tra-
24 ctatus de ſacerdote dictum eſt. † Sanè tres libri de cantu, ſunt antiphonarius,graduarius,& trophonarius.Antiphonarius,à digniori videlicet,ab antiphonis nomen ſumpſit,quas B.Ignatius Patriarcha audiuit per Angelos decantari:cùm tamen ibi ſint reſponſoria atque verſus. In pleriſque tamen locis liber iſte reſpõſonarium,à reſponſoriis, quæ ibidem continentur,appellatur.
25 Graduarius,dictus † eſt à gradualibus, quæ in eo continentur, qui à pluribus officiarius nuncupatur,ab officiis ſeu introitibus, qui ibi continentur. Graduale,dictum eſt à gradibus:prout dictum eſt in quarta parte ſub titulo de graduali. De intitulatione graduarij,antiphonarij,& lectionarij, in ſequenti titu.dice-
26 tur. † Trophonarius eſt liber continens τρόπους, id eſt, cantus,

Rom.5.

qui cum introitu Missæ dicuntur, præsertim à Monachis. Vocantur etiam τρόποι, sequentiæ siue prosæ Κύριε ἐλέησον, & neumę. Et dicitur à τρέπω, quod est cõuersio: de quo in eadẽ parte sub ti. de introitu dictum est. Quidã etiam hunc librũ prosarũ à prosis appellant. Vitalianus cantum Romanum instituit, & organo cõcordauit. † Cæterũm libri lectionum sunt isti. Primus, et Bi- 27
bliotheca. Secundus, homiliarius. Tertius, passionarius. Quartus, legẽdarius. Quintus, lectionarius. Sextus, sermologus. Bibliotheca, à Græco nomen accepit, & est nomẽ æquiuocum .s. locus, in quo libri reponuntur, & volumẽ, ex omnibus libris ve. & no. testam. à Hier. compositum. † Homiliarius, est liber cõtinens san- 28
ctorum homilias: & legitur in dominicis & in natali, & in festis sanctorum propria Euãgelia habẽtium: & in Pascha & Pente. cũ ferialibus eorundẽ. Homilia autem .i. quod bona laus, siue verbũ ad populum. Et no. ꝙ plures fecerunt homilias: videlicet Augustin. Hier. Beda, Orig. Gregor. & alij. Beda tamen alias non cõposuit, nisi quas Augustin. cõposuerat: sed suis verbis easdẽ superuestiuit: nam Aug. verba disputationis habuit, Beda verò stylum sermonis & lectionis. Quare Beda vocatur venerabilis, vt in vij. parte sub eius festo dicetur. Itẽ non omnes homiliæ authẽticæ sunt: vt quædam Origenis, qui ad hæresim dicitur declinasse. Aliquæ tamen homiliæ ipsius à B. Hieron. teste Papa Gelasio, legũtur fuisse correctæ seu approbatę. xv. d. sancta. in palea. Et quandocunq; illa in ecclesia legũtur, nomen authoris, propter hæresis infamiã subticetur sicut & nomen Salomonis, qui deceptus fuit à mulieribus, tacetur in lectionibus propter infamiam idolatriæ, sed dicitur: lectio libri Sapiẽtiæ: sic etiã quia Moses hęsitauit ad aquas contradictionis, quia Dominũ exacerbauit, nõ dicitur lectio libri Geneseos Mosi legislatoris: sicut dicitur lectio libri Apoc. B. Ioannis Apostoli. De hoc agitur in proœ. v. partis & sub sabbato Paschali. Volũt tamen quidam, ꝙ in principio homiliarum ipsius dicatur Homilia Origenis correcta seu approbata à Hieron. & in sequentibus dici debet homilia eiusdem. † Passionarius est li- 29
ber continens passiones sanctorum: & legitur in festis martyrũ. Plures autem sunt passionarij, quorum quidã canonizati, quidã verò teste Papa Gelasio. xv. dist. sancta. in palea. sunt apocryphi: vt de B. Georgio & Cyricio, & Iulita, & alij quidã quos hæretici compillasse dicuntur: quare in ecclesia legi interdicuntur. Antheros Papa statuit martyrum gesta scribi, & in ecclesiis haberi, & hoc propter maximũ presbyterorũ numerũ martyrio coronatum. † Legendarius autem, vocatur liber ille, vbi agitur de vita 30
& obitu confessorũ: vt Hilarij, Martini, & aliorũ cõfessorum, &

legi

31 legitur in festis eorum, dum tamen authenticatus sit. † Lectionarius est, in quo lectiones epistolarum Pauli, & aliæ leguntur, qui quandoq; epistolarius dicitur: & etiam legendarius dici potest.

32 † Sermologus, est liber cõtinens sermones, quos Papa & alij plures sancti cõposuerunt: & legitur in festis confessorũ, à natali vsq; ad octauas Epiphaniæ, in purificatione B. Mariæ & in festo omnium

33 sanctorũ & in pluribus aliis. † Considerandũ est quoq; triũ scripturas præcipuè in ecclesia frequẽtari: scilicet Dauid Prophetæ, qui fuit homicida, proditor & adulter. Matthæi Apostoli, qui fuit publicanus, & in hoc ipso infamis: & Pauli, qui fuit crudelis Christi & ecclesiæ persecutor, & etiã Augustini, qui fuit Manichæus, & tempore Theodosij Imperatoris conuersus est. Quod fit in exemplum, videlicet vt alij peccatores non desperent, sed sperent, si tamen pœnituerint, posse veniam cõsequi, quantumlibet graui noxa perplexi sint, & orationes & eleemosynas eorum

34 post pœnitentiã posse Deo cõplacere. † Et est sciẽdum q̃ B. Hiero. tempore Damasi Papæ correxit Psalterium. lxx. interpretum, quod tunc cantabatur vbiq;, & adhuc iuxta ordinationem Gregor. Papæ qui postremò officium ecclesiastic̃ ordinauit, secundum illud: antiphonas, responsoria, Alleluia, tractus & alia quædam in ecclesia decãtamus. Subsequenter verò Psalterio ipso iterato corrupto, idẽ Hieron. illud de nouo integrè ex Græco trãstulit in Latinũ: prout ipse in ipsius Psalterij proœmio attestatur quod nouum dictus Damasus rogitu ipsius Hieron. instituit decãtari, & vulgariter gallicũ appellatur, & quasi vbiq; legitur, & fere cõmuniter cum suo procemio in textu Bibliæ habetur. Præmissum verò Psalterium secundum. lxx. Romanis remãsit, & hodie illo vtuntur. Deniq; idem Hieron. attendens, quod Iudæi nobis improperabãt, quod Psalterium falsificauerimus, quoniam à suo verbo discordabat, tertio Psalteriũ de verbo ad verbũ ex Hebræo transtulit in Latinum, quod in pluribus à Gallico discrepat ac Romano: pauci tamen illud habẽt quãuis ab omnibus & in textu Bibliæ deberet haberi. Et no. quod quidam portant Psalteriũ, sed in eo non psallunt, prout dictum est in tit. de laudibus matutinis. Quæ sint dominicæ & dies priuilegiati, & principales, & qualiter dies dominica maior est aliis diebus, quibus nominibus dies septimanæ appellentur, & qui sint dies profesti, qui festiuales, siue solennes, in proœ. vij. partis dicetur. Grægor. Papa. xcij. dis. fin. instituit, ne in ecclesia Roma. diaconi cantare debeant, sed solum euangelicæ lectionis officia inter Missarum solennia exoluant. Psalmos verò ac reliquas lectiones subdiaconi, vel si ne esse fuerit minores ordines exhibeant siue dicant.

SVM-

SVMMA.

1 *Aduentus, est initium officij Ecclesiastici.*
2 *Petrus Apostolus, Aduentum instituit, in honorem quadruplicis Dominici aduentus.*
3 *Aduētus primus Christi, quid attulerit homini: quid secūdus, quid tertius, quid quartus.*
4 *Aduētus per quot septimanas celebretur.*
5 *Per tres Aduentus hebdomadas, accipimus trium temporum partes.*
6 *Aduentus ieiunium, est exultationis partim, partim & mœroris.*
7 *Vrbanus Papa secundus, officium B. Mariæ quotidianum instituit.*
8 *Antiphonæ laudū Dñicarū aduētus, quare terminētur per allelu. Ia.*
9 *Aduentus, quo tempore incipiat. Et quot diebus constet. nu. 10.*
11 *Aduentus prima Dominica, vnde inchoetur.*
12 *Aduentus intitulatio cur duplex, & cur duplex inchoatio. Rationem vide ibid. & nu. 13. 14. 15.*

De tempore Aduentus. CAP. II.

QVoniā, sicut præmissum † est, ecclesiastica officia ab Aduētu Dñi, quod est tēpus renouationis, incipiūt, meritò ab hoc tēpore ducimus initiū assumēdū. † Prænotandū igitur est q̄ B. Petrus primò instituit tres septimanas integras ante natale venerari, in cōmemorationē aduētus Christi: & quartā, quæ tamē nunquā perficitur, qa vigilia natalis nō est de aduētu: vt infrà dicetur. Agitur ergo aduētus Dñi per quatuor septimanas ad magnificandū, q̄ est quadruplex aduētus filij Dei: sed vltima nunquā finitur, qa sanctorū gloria quæ dabitur in vltimo aduentu. s. ad iudiciū nunquā terminabitur. Primus aduētus est in carnē. s. in vtero Virginis assumptā: de quo dictū est, Osanna filio Dauid, benedictus, q̄ venit in nomine Dñi. Secundus, in mentē, q̄ descēsus fit quotidie in cordibus fideliū, per spiritum sanctum: de quo Ioā. 14. c. ad eū veniemus, & apud eū māsionē faciemus. & dicit Sap. 9. Domine, emitte sapientiā tuā, vt mecum sit. De his habetur Abacuc. 2. Si morā fecerit, expecta eum, quia veniēs veniet & nō tardabit. Tertius aduētus est in morte cuiusliber, de quo dicit B. Iacob. Patiētes estote, vsq; ad aduentū Domini. & Mat. 23. Si sciret paterfamilias qua hora veniret fur, &c. ideò & vos estote parati, &c. & iterum: Si in prima vigilia venerit. i. in iuuentute, & in secunda, &c. & ita inuenerit. s. in pœnitentia: beati sunt serui illi. Quartus erit in maiestate, qui erit in die iudicij. De illo legitur Esa. 3. c. Dominus ad iudiciū veniet, cum senioribus populi sui. † Et no. q̄ primus aduentus liberauit animas à diaboli seruitute. Secūdus, liberat eas à peccato. Tertius, à pœna. Quartus, corpora liberat. Verūtamen ecclesia non celebrat nisi duos aduentus. s. in carnem, & ad iudicium. Nam primum & secundum

Iacob. 6.

dum reputat pro eo dẽ, ideò enim venit in carnẽ, vt veniat in mẽtem, ideoq; dictũ est, Veniens veniet, & nõ tardabit. veniẽs, scilicet in carnẽ, veniet scilicet in mentẽ, & iterũ: quia vterq; misericordiæ est. Similiter tertius & quartus habẽtur pro eodem, quia vterq; est iustitiæ ratione vnius effectus. Celebrat ergo ecclesia aduentũ huiusmodi, sub binario, vt filiis suis generet timorem & amorẽ Dei. vnde in psal. Eleuamini portæ æternales, &c. Timor Domini sanctus qui permanet in ætern. & amor, scilicet ipsius q̃ similiter in æternum durabit. Vnde. 1. ad Cor. 13. c. Charitas nunquã excidit. de pœ. di. ij. charitas. timorem autem debemus ei, vt Domino, amorẽ vt patri. Vnde Malach. 2. Si ego sum pater, vbi est amor? & si dominus, vbi est timor? Celebratur ergo aduentus per quatuor septimanas. In † prima specialiter de primo aduentu cantat ecclesia. In secũda & tertia de secundo, & hoc ideò, qa antiqui patres primum aduentum tantum expectauerunt. Secundum verò antiqui & moderni. In quarta verò septimana, recolit ecclesia tempus, in quo Dominus descendit in vterum Virginis. vnde tunc: Rorate cœli desuper, & nubes pluãt iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Item tempus à primo aduẽtu vsq; ad secundũ, recolit ecclesia inter Pente. & aduentum domini, in quo cantant allelu-ia, in spe resurrectionis, & Gloria in excelsis Deo, pro iustitia reddita, & dicit quotidie allelu-ia, quia spes eius nõ infirmatur. Sed gloria in excelsis Deo, & in terria pax hominibus bonæ voluntatis, non dicit quotidie, sed tantũ in festis, qa semp in fide non semper in operibus laudat. Quotidie enim offendit, licet semp in fide iustitiam teneat. De hoc est dictum in proœ. huius partis, & dicetur sub tit. de septẽ diebus post Pascha. Cæterũ per tres aduentus hebdomadas trium temporum patres accipimus, † Primi, fuerunt ante legẽ, qui procul à Deo remoti clamabant: Ad te leuaui. Secũdi, sub lege: qui doctrina legis instructi, & ideò ad lumen propius accedẽtes, in introitu populus Siõ appellatur. Tertij, fuerunt Prophetæ: præsertim illi quos inuenit Christi natiuitas, vt Symeon, quib⁹ quia redẽptor esse propè dicitur in introitu: Gaudete. Asserunt etiã quidam, qp in officio primę hebdomadæ agitur de vocatione Iudæorum. In officio secundæ, de vocatione gentium, vnde ibi dicitur: Ad saluãdas omnes gentes. in officio tertię de vocatione vtriusq; populi. Vnde ibi dicitur: Nota sit omnibus hominibus. Rursus cantatur in prima in persona Ioannis. In secunda, Prophetarum. In tertia, Apostolorum. In quarta, in persona doctorum. Tempore aduentus tacetur, Gloria in excelsis, quod pertinet ad natiuitatem, vt in nocte natiuitatis deuotius & auidius decãtetur: ad notandũ hunc hymnum primò

Psal. 23
Psal. 16
Esai. 65.

fuisse

fuisse noctē illa ab Angelis decantatum, quāquam maior gloria Christi est in ecclesia tempore noui test. q̄ fuerit in veteri. Tacetur etiam, Ite, Missa est. quod pertinet ad resurrectionē. Meritò autē tacetur vtrunq; in aduētu: quia tunc vtrunq; expectatur. Pari etiā ratione tacetur, Pax vobis. quod similiter pertinet ad resurrectionem. Tacetur etiam, Te Deum laudamus, quia nondū præsens est quem expectamus, & ad præsentes tantum hoc canticum vti solemus. Et no. q̄ hæc tria non semper se concomitantur, vt dicetur in proœ. vij. partis. Sed quare Allelu-Ia, non tacetur hoc tempore, cùm sit canticum lætitiæ, nam in aduentu est ieiunium, nec tunc nuptiæ celebrātur? Præterea, aut est ieiuniū mœroris, aut exultationis. Si mœroris, omnia cantica exultationis debent taceri. Si exultationis, omnia debent dici: ergo & gloria in excelsis Deo. Solutio. hoc ieiuniū est partim exultationis, & partim mœroris. Exultationis est ratione primi aduētus, scilicet in carnē, de quo mentio fit in hoc tēpore. Mœroris est, propter secūdum aduentū, scilicet ad iudicium: de quo fit etiā ibi mentio: & ideò in eo quædā cantica lætitiæ dicuntur propter aduentū misericordiæ & exultationis, & quædā subticentur, & ieiunatur, propopter aduentū seueræ iustitiæ & mœroris. Allelu-Ia ergo non subticetur, quoniā tempore aduentus aliquid est lætitiæ propter spem, quā habuerunt de Christi incarnatione, & propter nostrā certitudinem, quā habemus per primum aduētum de futura glorificatione: sed in septuagesima non sic, quia totum tempus illud mœroris est, & ideò tunc non dicuntur cantica Angelorum, sed hominū, vt ibi dicetur: In festis verò nouem lectionū, quæ occurrunt in aduentu, debet celebrari Missa de festo solēnis in tertia, cum Gloria in excelsis, & Ite Missa est. & deponuntur cappæ nigræ seu violaceæ, & assumuntur solennes à ministris & sacerdote, prout festum requirit. In hora verò nona de ieiunio Missa dicitur, & tunc dalmaticæ & subtilia, siue tunicellæ dimittuntur, & competentes tempori & ieiunio resumuntur, sicut in iij. parte sub tit. de dalmatica dictum est. In hoc quoq; tempore officium B. Mariæ virginis non dicitur in ecclesia, quia totum officium huius temporis ad laudem eius pertinet. † Et nota q̄ Vrbanus Papa 7
secundus, qui fuit creatus M. lxxviij. & sedit annis. xij. mensibus quatuor, in concilio apud Claromon. celebrato, statuit, vt officiū B. Mariæ virginis quotidie diceretur: & in die sabbati solenniter fieret, in quo officio matutino dicuntur illæ lectiones: O beata Maria, quis dignè, sumptæ ex illo sermone Aug. Loquimur dilectissimi, &c. Hoc etiam tempore non debet fieri specialiter commemoratio alicuius sancti præcedentis Christi aduentum, non

quia

quia omnes illi in infernũ descenderunt,& ideò Ecclesia occidẽ talis pro eis non solennizat:nec etiam sequentium:quia cum hoc tempore Ecclesia de aduentu filij Dei solennizet:non est aliorũ solennitas admiscenda:imò minor cedit maiori:quia aduenien te principe,cessat magistratus. Idcirco cum ipse sit præmium & corona sanctorum omnium, & sit omnia iñ omnibus,& sufficiẽtia singulorũ, superfluum foret recurrere ad aliorum suffragia mendicata.G.de pala.sacra.largi.l.scrineis.in princ.lib.xij. Generalis tamen cõmemoratio omnium sanctorum benè fit,quoniã licet sancti ex aduentu filij Dei speciale gaudium & præmium assecuti fuerint,maius tamen ad generale gaudiũ eorum extitit, quia creaturam rationalem ex vnione ad diuinam naturã viderunt ineffabiliter sublimatam,quia ergo bonum commune præponderat particulari:& per consequens generale gaudium eorũ gaudio speciali,quia illud,quod præmissum est,fuit omnibus sanctis vtriusq; testamenti ad gaudiũ,idcirco conueniens est,vt tempore ipsius aduentus eorum gaudiũ cõmuniter & generaliter recolatur,& in generali omnium sanctorum cõmemoratione,singulis diebꝫ dicitur antiphona illa:Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo,& erit lux magna in die illa,allelu-Ia:quę pertinet ad quartum aduentum, in quo apparebit gloria sanctorum. Dicitur etiam cum ipsa antiphona oratio illa:Conscientias nostras quæsumus Domine visitando purifica, &c.in qua similiter concordando cum antiphona, fit generaliter cõmemoratio de omnibus sanctis,dum dicitur ibi:vt veniẽs cum omnibus sanctis,& tunc pertinet ad quartum aduentum,scilicet in maiestate. In multis tamen locis subtrahuntur verba illa:cum omnibus sanctis: & tunc pertinet ad secundum aduentum scilicet in mente. Non fit etiam cõmemoratio de cruce,sicut fit in aliis temporibꝫ, ne prius videatur Dominus passus,quam natus, & iterum,ne fiat contra illud præceptum Exod.23. & 24. non coques hædum in lacte matris suæ,id est,Christum non crucifiges, dum adhuc tener & lactans est.Contra hoc præceptũ fecerunt tunc Iudæi,qui Christum eadẽ die,id est,eadem sexta feria,in qua, vt quidam dicunt cõceptus est, crucifixerunt. † Notandũ autem est ꝙ tempore aduẽtus oẽs antiphonæ dominicales in matutinis laudibus terminantur, per allelu-Ia:ad significandum gaudiũ de certitudine aduentus Saluatoris habitum,vt in matutino officio sit quasi prędictio,& in matutinis laudibus notetur exultatio.Item,in prima, secunda,& tertia hebdomada,repetuntur responsoria dominicalia:sed in quarta sunt specialia,quæ per hebdomadam cantantur, & sunt quindecim:quia ille expectatur venturus, qui instituerat

vetus testamentum, & erat instituturus nouum. Quindenarius enim numerus cõsistit ex septenario, & octonario: at septenarius ad vetus: octonarius verò ad nouũ refertur test. In singulis quoq; septimanis cãtus renouatur, propter gaudium proficientium, qui proficiũt de virtute in virtutẽ: vt videãt Deum Deorum in Sion. † Illud etiã notandum est, q̃ prima dominica aduentus nunq̃ã esse potest ante quinto Calendas Decembris, nec etiã post tertio Nonas Decẽbris, sed quæcunq; illarum septẽ literarum, quæ inter dictas Calend. & Nonas includuntur, repræsentauerit dominicã, ibi est prima dominica aduentus, sed & in dominica proximiori festo B. Andreæ, vel Calendas Decẽbris siue antè, siue retrò, est semper initium aduentus, & si ipsum festum cadit in dominica, ibi etiam est initium aduentus. † Aduẽtus continere debet. xxj. diem, id est, tres septimanas integras ad minus præter vigiliã natalis Domini. Veruntamen cùm aduentus incipiat à die dominica, si fortè cõtingat similiter natale in die dominica venire, oportet tempus aduentus per quatuor hebdomadas protelari, alioquin vigilia natalis & sabbatum quatuor temporum cõ currerent in eadem die, quod esse nõ potest. lxxj. d. de leui. quia vtrunq; illorum proprium habet officium, & ad diuersa tempora pertinent. Nam sabbatum, est de aduentu, sed vigilia ad tempus gaudij pertinet cùm nõ sit de aduẽtu sed de natali, & sic aduentus non haberet viginti vnum diem: excepta vigilia natalis sicut dictum est. Quòd vigilia pertineat ad tẽpus gaudij patet ex ipsa ordinatione Gregorij, qui vltimas aduentus antiphonas posuit de Euãgelio, scilicet Cõpleti sunt dies, & ecce cõpleta sunt omnia. Quãdo ergo natale est in dominica, quatuor tempora celebrantur in penultima hebdomada. Si autẽ natale venerit in secũda feria, vel deinceps vsq; in dominicã, tunc post viginti vnum diem habebit, in quo fiet vigilia, & quando festum venerit in secunda feria, fiet officium de vigilia in die dominica, quę propriũ nõ habet officiũ, & tunc propter dominicã cantabitur allelu-Ia, sed ieiunabitur in sabbato præcedenti, tam pro vigilia natalis, q̃ pro ieiunio quatuor temporum. De hoc etiam dicetur sub tit. de capite ieiunorum. † Non est etiã ignorandum, q̃ licet in principio siue in prima dominica aduẽtus cantetur introitus: Ad te leuaui animã meã Deus, si qs tamen diligenter attendat in dominica præcedenti illã, præparatio aduẽtus Domini, quo ad quædã inchoatur, quod ostendit epistola, quæ tunc secundum quosdam legitur: Ecce dies veniũt, dicit Dominus. Et suscitabo Dauid germen iustum, &c. finis Euangelij eiusdem diei, scilicet Abiit Iesus trans mare Tyberiadis: quod est Ioã. 6. c. Hoc idem insinuat, vbi

9

10

11

Hier. 23.

dici-

dicitur,Hic est verè Propheta q̃ venturus est in mũdũ, vt redimeret populũ,&c.Satis enim cõueniens est, q̃ in præcedenti dominica inchoetur,quia nõ respiraret desperans, nisi certa promissio veræ liberationis præcederet:qua audita,respirans clamat: Ad te leuaui animã Deus meus,&c.In quinta igitur hebdomada ante natiuitatẽ Domini inchoatur præparatio aduẽtus,quo ad quædã. Vnde & in antiquis gradualibus & lectionariis titulus est talis, Quinta dominica ante natiuitatẽ Dómini:nam ab illa dominica vsque ad natiuitatẽ Domini sunt quinque officia dominicalia, & quinque epistolæ,& quinq; euangelia. In quarta verò dominica ante natiuitatẽ Domini inchoatur præparatio aduentus, quo ad officiũ matutinale,& quo ad multiplicem officiorũ varietatem,& innouationem:quia ergo quatuor sunt officia dominicalia, ab illa dominica vsque ad natiuitatem:& ideò in antiphonariis nouis
12 intitulatur quarta dominica. † Quadruplex autẽ ratio huius duplicis intitulationis librorũ,& inchoationis aduentus reddi consueuit.Prima,quia per lectionarium recolimus aduentũ Domini in mundũ significatũ esse,per quinq; mundi ætates. Per antiphonariũ verò recolimus aduentũ domini nuntiatũ esse per quatuor ordines librorũ,scilicet per legem,per Prophetas,per Psalmos,& per initium euangelij narrãtis Domini conceptionẽ.Initiũ euangelij vocamus,quicquid est in libro Lucæ:qui historiã ante natiuitatẽ Domini plenius cæteris prosecutus est,sicut de Angelo à Zacharia misso annuntiante natiuitatem præcursoris : & sicut de propheta illa:Benedictus Dominus Deus Israël,quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et de Gabriele Archangelo ad
13 Virginem misso,& similibus. † Secunda est,quia actor lectionarij nos hortatur , vt purgemus hospitium nostri corporis, quod per quinq; sensus sordidatũ est, ad suscipiendũ Deum:quia in sordibus habitare despicit Rex venturus. Actor verò antiphonarij, nos docet purgare corpus nostrũ, constans ex quatuor elemẽtis, facientes dignã mansionẽ Deo Regi venturo. Iuxta illud:Ego &
14 pater ad eũ veniemus,& mansionẽ apud eum faciemus.† Tertia est,quia in quarta dominica aduentus, quæ ad spirituales,& non in quinta dñica,quæ ad seculares pertinet : vt dicetur in titu.seq. innouantur cãtus. Spiritualiũ enim est, canticũ nouũ cantare,& nõ secularium,qui cũ adhuc quasi veteres sint , & mala eorũ adhuc recentia,potius lugere,q̃ gaudere debẽt. Renouatus quidẽ cãtus,
8 gaudiũ electorum significat,q̃ proficiunt de virtute in virtutẽ,in
15 qua videbitur Deus Deorũ in Sion. † Quarta est,quia in ecclesia duo sunt ordines hominũ expectantium Domini aduentũ,& studentiũ,ad dignè suscipiendũ Deũ venturũ. Vnus ordo in seculari *Psal.83.*

conuersatione studet, alter in spirituali. Seculares, qui rebus trãsitoriis student quæ quinq; corporis sensibus administrantur, per quinq; hebdomadas intelligũtur. Iuxta illud Euangelij Ioã. Erãt
Ioan. 6. viri, quasi quinq; millia. Siquidem quinq; millia viri, Deum secuti, designant eos, qui in seculari adhuc habitu positi, exterioribus, quæ possident, bene vti nouerant: ipsi nanq; saturantur quinque panib⁹, quia legalia instituta eis proponẽda sunt, qui per quinarium numerum propter quinq; libros Mosi intelliguntur: Per quatuor verò septimanas spirituales intelligũtur, qui rebus trãsitoriis abiectis, nudi nudũ sequũtur Christũ, qui per quatuor Euangelia ad potiorẽ perfectionẽ excitantur. Quòd etiam ad istos qua ternarius numerus pertineat, apparet in alio Euangelio, in quo quatuor millia hominum, qui sunt Euangelica perfectione sublimes, legũtur refecti septem panibus, id est, septiformi gratia eruditi & repleti. Hanc distinctionẽ figurauit Dominus Mosi, quãdo in ingressu tabernaculi iussit poni septem colũnas: & ante oraculum vnã, ante sancta sanctorũ quatuor: prout legitur Exod. 26. & 36. c. Siquidem quinq; colũnæ exterius positæ, sunt seculares, qui in exterioribus maximè versantur: quatuor columnę ante sancta sanctorum, sunt spirituales, qui quasi interius positi, domino deuotius obsequuntur. Vna colũna ante tabernaculũ vnitatẽ fidei, quam tam isti, q̃ illi colunt designãt: & propter hanc causam clerici seculares in vespertinis officiis quinq; psalmos cantant. Monachi verò & religiosi, qui altiorẽ elegerũt viã: non nisi quatuor, in quo se perfectiores ostendunt. Quod autem quadratum est ex quacunq; parte vertatur, manet idem & firmum. Similiter & perfectus quocunq; loco & tempore, idem immobilis manet.

SVMMA.

1 *Dominicæ primæ Aduentus officium.*
2 *Responsorium Dominicæ primæ Aduentus, & eius expositio.*
3 *Hominis magna ignorantia.*
4 *Responsorium primũ Aduẽtus, habet tres versus, & cur. & nu. 5. 6. 7.*
8 *Responsorium secundum Aduentus. Tertium nu. 10. Quartum. 11. Quintum, Sextum, Septimum, nu. 12. Octauum, & Nonum, nu. 14.*
9 *Visio, est triplex.* 15 *Missæ Aduentus introitus, prima Dominica.*
16 *Dei facies, intelligitur diuina cognitio.*
17 *Euangelium de Aduentu in Hierusalem, cur hodie legatur.*

De prima Dominica aduentus Domini. CAP. III.

PRima dominica † de aduẽtu, quæ est quarta à natali domini, 1
& in qua secũdum quosdã inchoatur officiũ aduentus, pertinet ad spirituales. Et ideò, in ea innouantur cantus, præcedẽs verò, quæ quinta est, ad seculares sicut in præcedenti tit. dictum est.

Ad

Ad ſpirituales pertinent duo verſiculi: quorũ vnus frequentatur in veſpertino officio: ſcilicet, Rorate cœli deſuper. Alter in matutino, ſcilicet, Vox clamantis in deſerto. In primo oſtẽditur, quid facere debeant: in ſecundo exequuntur. Ipſi ſunt cœli rorantes, & nubes pluentes: ros eſt ſubtilior, & pluuia groſſior. Tunc ſunt rorantes, quando de incarnatione ſaluatoris ſubtilia dicunt: vt illud: Verbum caro factum eſt: & ſimilia: tunc ſunt pluentes, quando groſſiora, id eſt, intellectu faciliora dicunt: ſicut eſt, quod Maria deſponſata eſt Ioſeph: & quod puer natus eſt in Bethleem, & reclinatus in præſepio: & huiuſmodi. Iſti faciunt, quod aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Ad literam: terra eſt virgo Maria, quæ aperta, quantum ad fidem cordis, ſine damno virginitatis, concepit & peperit ſaluatorem. Sed moraliter, terra eſt cor humanum, quod viri ſpirituales ſua prædicatione aperiunt: vt germinet ſaluatorem, id eſt, Chriſtus in eo reformetur, Iuxta illud Apoſt. Filioli mei, quos iterum parturio: donec Chriſtus reformetur in vobis. Iſti ſunt, vox clamantis in deſerto, id eſt, in mundo parate viam Domini: rectas facite ſemitas eius. Viæ ſunt opera: ſemitæ ſunt cogitationes, quas debemus parare in aduentu ſaluatoris. Hanc præparationem notat oratio, quæ poſt communionẽ hac die in Miſſa ſequitur. Suſcipiamus Domine miſericordiam tuam in medio, &c. & ex eo, q̃ in fine illius orationis dicitur: Congruis honoribus præcedamus. Viam ergo parare, eſt pœnitentiã agere, prædicare. Semitas rectas facere, eſt poſt mandata conſilia obſeruare. Sanè huius dominicæ totũ matutinale officiũ, pertinet ad primum aduentum: vt præmiſſum eſt. Legitur enim in Eſa. qui de aduentu loquitur apertius, quã aliquis alius Propheta: vnde in ij. cap. ipſius habetur: Ecce mons, &c. in primo verò habetur de nequitia Iudæorũ. Primum reſponſorium ℣ eſt, Aſpiciens à longè, quod eſt de primo aduentu: & non ſumitur de aliquo libro theologiæ: nec compilatum eſt à Gregorio ordinatore matutini officij: ſed à quodam eius monacho, quod inde apparet: quia illud intra hebdomadam non reperitur: ſed omnia alia reſponſoria, ſic quæ ab ipſo Gregor. edita ſunt. Et ſi obiiciatur, quòd illo dempto, non remanent niſi octo reſponſoria iſti dominicæ, reſpondetur quod nouem ſunt computato illo, Ecce dies veniunt, quod ſecundum ordinem Grego. nonum eſt: & cantatur in veſperis ſabbati præcedentis. Cantatur autem hoc reſponſorium in perſona Ioannis Baptiſtæ vel ſponſæ dicentis: Aſpiciens à longe: à terra videlicet ad cœlum, video Dei potentiam venientẽ: & licet propriè patri potentia aſſignetur: hic tamen per potentiã accipe filium Dei, cui data eſt poteſtas in cœlo & in terra: qui eſt potens

Ioan. 1. *Mat. 1.* *Luc. 2.* *ad Gal. 4.* *Eſa. 40.*

Psal.44. Dominus in prælio: cui Propheta: Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime. Hic venit dum se visibilem monstrauit, & nebulã totã terrã tegentem. Hæc nebula est Dei misericordia:
Mat. 17. quæ præstat refrigeriũ contra æstũ vitiorũ. Hãc Moses intrauit,
Luc. 1. cùm ad suscipiendũ legem ascendit. Hanc Petrus intellexit, cùm in nube lucida videns Dominũ, Mosen & Heliã, dixit: Fáciamus hîc tria tabernacula. Hæc populũ in desertum deduxit, & ab igne protexit. Hæc est virtus altissimi, quæ Virginẽ obumbrauit, quæ totã terram tegit, quia misericordia Domini plena est terra. Hęc etiam nebula, est humanitas filij Dei, quæ totum mundũ saluat. Medicina enim omniũ in festinatione nebulæ. Nebula etiam po test dici infidelitas seu ignorantia. Ignorabat enim † homo Deũ, 3
seipsum, natale solũ, & concupiscentiã esse peccatũ. Hæc nebula totam terrã tegebat, quia omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt. Ite obuiam ei & dicite: Nuntia n.s.t.e. qui regnat. es in populo Israël. Similia dixit Ioannes discipulis: Parate viã Domi-
Ioan. 1. ni: & per discipulos ad Christum: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Obuiam sponso, scilicet ꝑ viam charitatis, & dicite: nuntia nobis, quasi dicat: Reuela nobis per tuã præsentiã, si tu es Messias in lege promissus: & si regnatur[9] es in populo Israël. Porrò † in solito modo primũ responsoriũ habet in quibusdam ec- 4
clesiis tres versus, sicut & responsoriũ primum natalis Domini. Primò, ad significandum, ꝙ iste aduẽtus Domini saluat homines trium temporũ, scilicet illos, qui fuerunt ante legem, & sub lege, & sub tempore gratiæ: & propter hoc etiam fit triplex repetitio: prima à remotiori quo ad finem: & posteà à minus remoto, & posteà à propinquiori, ad ostendendum ꝙ patres primi temporis remotiores fuerunt ab aduentu Christi quàm patres secundi, & tertij, & patres secundi temporis, magis remoti quàm patres tertij: deinde reincipitur responsorium, ad notandum desiderium & ad significandum, ꝙ debemus attribuere finem & principiũ bo-
Apoc. 1. ni operis ei, qui est α & ω. xxxv. distinctione, ab exordio. Vltimò, dictis versibus subiungitur, Gloria patri, quia omne desiderium & seruitium, ad Deum trinum est referendum: & ibi non fit reiteratio partis, sed totius responsorij, quia post vitam præsentem, omnia opera consumentur: & tunc erit Dominus omnia in omnibus, & consummatio & sufficientia omniũ. Secundò, ideò † præ 5
missum responsorium tres habet versus, & vnũ gloria, ad signandum quatuor aduentus: de quibus in cap. præcedenti præmissum est: & ad designandum quatuor tempora, scilicet tempus ante legem, tempus legis, prophetiæ, & gratiæ. Alloquens enim ecclesia omnes homines, qui fuerunt ante legem, quorum pauci se-

cuti sunt vnũ Deũ, dicit primò versum: Quique terrigenæ, &c. i. O vos omnes, mali, boni, diuites & pauperes, ite obuiam ei, & dicite: Indica nobis, si tu es ipse, qui regnaturus es in populo Israël. In secundo versu, in persona hominum, qui fuerunt sub lege: in qua aliquid fuit imperfectionis, quia data fuit infirmis: alloquitur ipsum legislatorem. Qui regis Israël intende, quasi diceret, qui populũ Israël in lege tua regis, & sicut pastor ouem deducis: indica nobis, si tu es ipse, qui regnaturus es in populo Israël. In tertio iam ex dictis Prophetarũ certificati de aduẽtu saluatoris, ex desiderio clamãt: Excita potentiã tuam, & veni, q regnaturus es in populo Israël. In aliis verò ecclesiis, est tertius versus: Tollite portas. In quarto gratias agẽt Saluatori, de aduẽtu suo, qui dignatus est venire: imò toti trinitati, dicit Gloria patri. † Tertiò responsoriũ ideò tres habet versus, quoniã lex, & psalmodia, & prophetia hunc Saluatoris aduentum prænũtiauerunt. Quartò, tres † versus, patres triũ puerorum significãt. Patres, quidem antẽ legem, hunc aduentũ præuiderũt. Patres sub lege, desiderauerũt. Patres gratiæ, prædicauerũt. Dicite ergo Ioan. Baptista vel ecclesia: Vos patres ante legem quiq; terrigenæ & fi. h. s. in v. d. & pauper, ite obuiã ei. Terrigenas vocat malos, qui terrena sequũtur: filios hominũ dicit, bonos diuites: subdit quos terrigenas appellauerat, propter pauperes, quos filios hominũ. Vos ergo quiq; i. quilibet terrigenæ malitia diuites: & filij hominũ spiritu paupe res qui estis simul in vnũ, in vno ouili agni & hœdi: ite obuiam ei, vt vos mali per ingressum recipiatis, vos boni per progressum proficiatis. Vos etiã patres sub lege, dicite: Qui regis Israël, intẽde, qui deducis velut ouẽ Ioseph, nũtia nobis, &c. qui regis Israël, id est, Iudaicum populũ per doctrinã legis Domini videntẽ. Qui deducis. i. de virtute ducis, velut ouem, id est, innocentẽ Ioseph, id est, populum gentilem, augmentatũ per frumentũ mortificatum: intẽde super nos. i. lumen pietatis infunde, & nuntia nobis, &c. vos quoq; patres sub gratia dicite: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Qui regnaturus, &c. O principes & potestates aëris huius. Et ô genimina viperarum, tollite, id est, auferte portam mortis, id est, vitia, per quæ diabolus intrat ad corda. Et ô portæ æternales. i. virtutes ad ęternitatẽ ducẽtes, eleuamini contra vitia, & per vos introibit, & habitabit in vobis rex gloriæ, qui regnaturus est in populo Israël. Et no. q ad tertiũ versum nõ respõdetur: nũtia nobis, quia patres noui test. certificati sunt de aduentu Christi: patres gratiæ certi sunt de introitu regis gloriæ. Verum quia nũquã sufficit, nec sufficiet fides incarnationis sine fide trinitatis:

ideò ſuccinitur:Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto: & quia qui venit in humanitate,venturus eſt etiã in maieſtate:ideò reſpõſorium denuò repetitur. In repetitione verò nebulã, accipias ad literam iuxta illud:Venient in nubibus cœli. & ſicut nubes ſuſcepit eum:& alibi:Nubes & caligo in circuitu eius. Secundũ † reſponſoriũ eſt:Aſpiciebam in viſu noctis:ſumptũ per Gregoriũ de Daniele cap. 7.Chriſtum venturũ prophetantem, qui his verbis myſteriũ incarnationis verbi,quod in principio erat apud Deũ, apparuit dicens:Aſpiciebã in viſu,aut viſione noctis. Triplex quidẽ eſt viſio,† ſcilicet noctis ante gratiam: diei ſub gratia, & lucis in gloria. In nocturna viderunt Patriarchæ & Prophetæ,qui ſub nube fuerunt:& hoc Daniel aſpiciebat in viſu noctis.In diuturna viderunt Apoſtoli,quibus Chriſti humanitas apparuit. In lucida viderunt filij Dei facie ad faciẽ.Hanc diſtinctionẽ veritas in Euangelio innuit,dicẽs:Abraham exultauit vt videret diem meũ,vidit & gauiſus eſt. Iterum, multi Reges & Prophetæ voluerũt videre quæ vos videtis,& non viderũt.Sequitur:Et ecce in nubibus cœli filius hominis veniebat. Nubes cœli,caro verbi:de Eſa. Aſcendit Dominus ſuper nubem leuem. Et datũ eſt ei regnũ & honor,ſcilicet nomen,q̃ eſt ab æterno datum:ſed in tempore manifeſtatũ: & omnis populus,tribus,& linguæ ſeruient ei. Nam vt Eſaias ait, curuabuntur ei omnia genua,& iurabit omnis lingua in domino. Tertium reſponſorium:† Miſſus eſt angelus Gabriel,quibus verbis Lucas texuit ordinem annuntiationis. † Quartũ eſt Aue Maria,gratia plena,quibus idem Lucas modum conceptionis annexuit dicens: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſſimi obumbrabit tibi.Superueniet in te inquã, in protegẽdo te, & ab omni ſorde purgando:& exinde virtus altiſſimi, ſcilicet verbum Dei,obũbrabit tibi,ex te carnẽ ſumendo:quod enim ex te naſcetur ſanctum,vocabitur filius Dei:Chriſtus enim,qui non eſt cõceptus ex virili ſemine,meritò naſcitur,& filius Dei appellatur. Sequitur verſus,quomodo in me fiet iſtud? interrogatiuè & ſic quomodo ſunt duæ dictiones:vel admiratiuè,& eſt vna dictio. Quintum reſponſorium eſt:† Saluatorem.In quo incarnatio per Apoſtolum cõfirmatur. Sextũ eſt.Ecce virgo cõcipiet.Septimũ, Ecce dies veniunt,in quibus hoc idẽ per Prophetas roboratur. Octauum:† Obſecro Domine,in quo idẽ propter legem cõprobatur. Nonum eſt: Audite verbũ,in quo idẽ per Prophetas cõprobatur. † Laudes matutinæ vtrunq; ſonant aduentũ.Nõ enim agitur aliquando de vno aduentu, quin & de alio miſceatur: ſed pauca de ſecundo habentur:& hoc propter repræſentationẽ gaudij,ne ſpes luxuriet in præſumptionẽ. Siquidẽ prima antiphona,quæ de fine

Marc.13. *Act.1.* *Pſal.99.* *Ioan.1.* *Dan.7.* *Ioan.8.* *Luc.10.* *Eſa.19.* *Eſa.44.* *Luc.1.*

8 9 10 11 12 13 14

Ioël.

Ioëlis ſumitur, eſt apertè de primo aduẽtu. Vnde ibi dicitur in illa die. ſ. quando Meſſias venit, montes. i. Apoſtoli ſeu magni prædicatores, ſtillabunt dulcedinem. ſ. verbi Dei: & colles ſicut minores, prædicatores, fluẽt lac. ſ. ſimplicis doctrinæ minoribus, & maioribus. Secunda. ſ. Iucundare, partim eſt de Eſa. partim de Zacharia. Tunc enim iucundata eſt ſecundũ Zachariam Sion. i. eccleſia de Iudæis: & exultauit Hieruſalem. i. Eccleſia de gentibus. Tertia, ſcilicet: Ecce Dominus veniet. eſt de ſecũdo aduentũ, ſcilicet in maieſtate. Quarta eſt: Omnes ſitientes. Tunc enim omnes, id eſt, de omni genere ſitientes. ſ. ſalutis & ſcientiæ doctrinã, venerũt, ſecundum Eſa. ad aquas baptiſmatis & doctrinæ. Quinta eſt: Ecce veniet propheta magnus: & ipſe renouabit Hieruſalem. ſ. dando legem: & noua condendo præcepta: Hoc tempore dicitur per horas capitulum illud: Egredietur virga. Eſa. 11. c. & illud: In diebus illis. Hie. 23. c. & illud. Erit in nouiſſimis. Eſa. 2 ç. & illud: Ecce virga, Eſa. 7. c. & illud: Venite aſcẽdamus. Eſa. 2. c. *Eſa. 55.*

15 Ad Miſſam† verò introitus eſt: Ad te leuaui, &c. quia per aduentum Domini in carnem, ſpes maximè eleuatur. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: & iterum. Proprio filio non pepercit, &c. Et nota ꝙ ſi quidam excitentur, alij tamen ſomno torpent. Ideò cantor incipiens: Ad te leuaui animam meam: exaltando vocem ab inferiori ad ſuperius procedit: quod proprium eſt excitantis: quod etiam notatur in epiſtola, vbi dicitur: Hora eſt nos iam de ſumno ſurgere. Sequitur verſiculus: Vias tuas Domine demonſtra mihi: quia Chriſtus veniens nobis vias ſuas indicauit, vnde Eſa. Erit mons domus Domini, &c. Venite aſcendamus ad montem Domini: & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias ſuas. Quæ autem ſint viæ illæ, oſtendit epiſtola, quæ eſt ad Rom. 13. c. Scientes, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. in eo enim, quod ibi dicitur: Nox præceſſit: dies autem appropinquauit, aſſignatur effectus, quia factus eſt dies, quando natus eſt Sol: & ideò ſequitur ſic, vt in die honeſtè ambulemus. ſ. in omnibus operibus bonis, & induamus nos in ſimilitudine Chriſti: vt ſic filij Dei ſimus, quia propter hoc filius Dei factus eſt homo, vt homo fieret filius Dei. Orationes primũ aduentum reſpiciunt: & poſſunt etiã adaptari congruè ad ſecundum. Poſteà ſequitur reſpõſorium, in quo oſtenditur ſpes, quę facta eſt in ortu Solis: vniuerſi, qui te expectant, &c. Sequitur alleluia, Oſtende, &c. quia tunc oſtendit dominus faciẽ ſuam quã qui videt, ſaluatur. Vnde, cũ dixiſſet dominus cęco: Quid vis vt faciam tibi? Reſpondit: Raboni, vt videam: quã faciẽ nõ poterãt homines anteà videre, quia erãt in regione vmbrę mortis: ſed lux *Ioan. 13. Rom. 8. Rom. 13. Eſai. 2. Luc. 18.*

orta est eis, quod possunt videre. Quod autē dicitur: Ostēde nobis domine faciē tuā: est sensus: Da nobis cognitionē tuam. Facies† enim Dei in scripturis sanctis non caro: sed diuina cognitio intelligitur: quia per faciem conspectans quis cognoscitur. 16

Sequitur in quibusdam ecclesiis Euangelium Mat. 21. c. cū appropinquasset, &c. quod ad passionē pertinet, quo ad literam. Ad diem verò, hanc, quo ad allegoriā, & spiritualem† intelligentiā. 17 Venit enim tūc dominus Hierusalem per Bethphage, quæ interpretatur, dominus Buccæ. i. ad ecclesiam, quæ parua erat in qua Christus apparuit per cōfessionē, & per montē Oliueti, per quā designatur eminentia misericordiæ: per quā venit filius Dei in mundū: & misit discipulos suos dicens: Ite in castellū. i. in mundū, & inuenietis asinam & pullū. i. Iudaicum populum qui duræ seruicis est: & gentilē, sine iugo legis. Item, per huiusmodi animalia, ostendit vias suas: humilia enim sunt. Vnde in Mat. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Legitur etiā ideò: quia ibi habetur: Benedictus, qui venit in nomine domini, quod pertinet ad primum aduentū, & propter alia verba legitur in aliis ecclesiis illud: Cùm appropinquaret Iesus: quod dicitur in dominica palmarū. In aliis verò ecclesiis legitur Euangeliū, Principiū Euangelij Iesu Christi, &c. quod est Mar. 1. c. propter illa verba: Ecce, Ego mittā Angelum meū ante faciē tuam. Et no. q̄ in textu Euangelij nō continetur principiū, sed initium. Sed ecclesia posuit principium, pro eo q̄ legens Euangeliū statim præmisit in titulo: Initium sancti Euangelij: ne idem repeti videatur. In nonnullis Ecclesiis etiā legitur: Erunt signa. Sequitur offertorium de spe: Ad te leuaui animam meam: & postcommunio de eodem, & propter idem legunt Euāgeliū illud: Erūt signa: quod est Luc. 21. c. quod pertinet ad secūdum aduentū, vbi dicitur: Propè est regnum Dei. Cui adaptatur epistola: vbi dicitur: proprior est nostra salus te: quia propè est regnum tuū Domine: ideò ad te leuaui, dicit in introitu cantor. i. vetus homo: vel Ioannes Baptista: vt quidam dicunt, dicit: Ad te leuaui animam meā Deus meus: & idem vias tuas domine demonstra mihi: & hoc in responsorio: Ostende nobis domine misericordiam tuā, & hoc in allelu-Ia: & quasi de misericordia certificatus, concludit in postcommunione: dominus dabit benignitatem, id est, affectum bonum: & terra nostra, scilicet caro, dabit fructum suum, id est, bona opera.

Mat. 11.

Psal. 84.

SVMMA.

1 *Aduentus dominica secunda & quo officio constet. nu. 2. 3.*

4 *Missæ aduentus, secunda dominica introitus, atque eius interpretatio.*

5 *Euangelium dominicæ secundæ aduentus.*

De secunda dominica Aduentus domini. CAP. IIII.

1 IN hac secũda dominica aduẽtus, vt præmissum est, agitur† de secũdo aduentu: verũ quia gaudere melius est q̃ flere, & dilectio melior, q̃ timor: ideò in eo quædã dicuntur pertinẽtia ad secundũ aduentũ: & quædã ad vtrunq;. Ecce enim in matutinis primũ responsoriũ est, †Hierusalẽ citò veniet salus tua, tunc omnes plorabũt: modo est tempus gaudij, aliud est de primo & secundo aduentu. Præterea, ibi sunt duo versus secundũ quasdã Ecclesias: ad idẽ exprimendũ, sicut & allelu-Ia: vt iam dicetur. Primus est: Hierusalem, si me audieris, &c. & vtitur Dominus verbis Mosi, vt intelligatur, q̃ ipse est, qui Mosi loquebatur. Aliquãdo etiam vtitur verbis Salomonis, vt sciamus, q̃ ipse est sapientia, de qua locutus est Salomon. Istud responsorium sumptum est de Michæa, & etiam illud, quod sequitur. s. Bethleem, quædam tamen Ecclesiæ illud dicũt dominica sequẽti: & est de primo aduẽtu: & loquitur de generatione temporali Christi, & æterna: de temporali aũt dicit Bethleem ciuitas Dei summi, quia in Bethleem natus est. De æterna, cum dicit. Et egressus eius, sicut à principio dierum, de aliis responsoriis patet. In laudibus prima antiphona
3 est de†secũdo aduentu: Ecce in nubibus cæli, &c. In missa verò introitus patet ad vtrunq; hoc modo: Populus Sion, Ecce Dominus veniet ad saluãdas gentes. Esa. 30. c. In vtroq; enim aduentu saluat. Sequitur: Et auditã faciet Dominus vocẽ laudis suæ. Ipse enim est turtur, cuius vox audita est in terra nostra: quia attulit nouum tẽpus. Vox eius in secũdo aduentu erit: Venite benedicti patris mei, &c. versus autem pertinet ad secundum aduentũ, qui regis Israël, intende, qui deducis Ioseph, id est, de hoc mundo, ducis Ioseph. i. augmentum, id est, in bono: sicut ouem, id est, simplicem, & quia in matutinis primum responsorium est Hie-
4 rusalem: & in missa†introitus est, Populus Sion: ideò in hac dominica fit statio in Ecclesia: quæ dicitur Hierusalem. Sequitur oratio: Excita Domine corda nostra: ad præparandas vnigeniti tui vias, &c. quæ est de primo aduentu tantum. Epistola verò de secũdo, quæcunque, scripta sunt, &c. ad Rom. 15. cap. vt per patiẽtiam & consolationem scripturarum spem habeamus, & sic inuitamur ad spem, vt quæ patimur, leuia fiant: responsorium pertinet ad vtrunque. Ad primum, dum dicit: Ex Sion species decoris eius. Ad secundum, cùm dicitur: Deus noster manifestè veniet: versus verò ad primum tantum dicit: Congregate, scilicet ô vos Angeli: illi sanctos eius, id est, prædicatores bonos, qui ordinant testamentum eius, scilicet nouum: super sacrificia, id est, vetus testamentum. Prius enim est, quod animale est, sicut dicit

Cantica.

Apoſto. Deinde quod ſpirituale, vel quod dicit. Congregate, hoc in primitiua eccleſia, maximè neceſſariũ fuit. ſ. ô vos boni prædicatores. vt Paulus & alij. Deinde ſequitur allelu-Ia, quod in ſolito modo habet duos verſus ſecundũ quãdã eccleſias: & hoc fit: quia ibi de duplici aduentu agitur. Primus eſt de primo cum dicitur: Lætatus ſum, &c. Ante primũ enim aduentũ Chriſti deſperabant homines de ſalute. Tunc verò lætati ſunt, quando audierũt, q̃ filius Dei, homo factus erat. Secũdus verſus eſt de ſecundo: Stantes erant pedes noſtri. i. affectus noſtri in atriis, &c. Iam enim in ſpe & deſiderio ibi ſumus: Euãgeliũ eſt Luc. 21. c. ſ. Erũt ſigna in Sole & Luna, &c. & eſt de ſecũdo aduentu tantum: vbi enim oſtẽduntur ſigna, quæ fient ante diem iudicij; quoniã totus mundus turbatione ſua iudiciũ Dñi oſtendet. Ibi etiã ſequitur: His aũt fieri incipiẽtibus, reſpicite & leuate capita veſtra. Ecce appropinquabit redẽptio veſtra. Ecce ſpes. Quædã verò eccleſiæ legunt Euangeliũ: Cũ audiſſet Ioannes in vinculis, quod ſimiliter ad ſecundũ pertinet aduentũ, ex eo quòd Ioannes quærit: Tu es, qui vẽturus es: an aliũ expectamus? Cui Dominus: Ecce ego veni ad redimendũ: & rurſus veniam ad ſaluandum: quod ex ſignis coniecturare poteſtis: quia & cæci vident, &c. Offertoriũ eſt de primo aduentu. Poſt cõmunio: Hieruſalem, &c. quæ eſt Baruch. 4. & 5. c. eſt de vtroq;: In tertia verò & quarta feria, & ſabbaro leguntur Euangelia de teſtimonio Chriſti, ſcilicet de Ioãne: & de teſtimonio Ioannis, de Chriſto & eius aduentu. De quo etiã loquitur epiſtola: Patientes eſtote: quæ tunc dicitur.

S V M M A.

1 *Aduentus dominica tertia & eius officium.*
2 *Miſſa Aduentus, tertia dominica, introitus.*

De tertia dominica Aduentus Domini. CAP. V.

SEquitur iij. dominica, in qua ſimiliter agitur de ſecũdo † aduentu: vnde in nocturnis primũ rẽſorium eſt. Ecce apparebit Dominus ſuper nubem candidam. i. ſuper carnẽ, quæ erit cãdida, per gloriã immortalitatis vt mali timeãt in ſecũdo aduentu. Nam in primo aduẽtu apparuit Dominus ſũper nubem leuẽ, id eſt, immunẽ à peccato: & ſumitur hoc reſponſorium de Apoc. vbi dicitur. Vidi & ecce nubes cãdida. Verſus eſt de vtroque aduentu. In laudibus prima antiphona eſt de ſecundo aduentu. Veniet Dominus & non tardabit, & illuminabit abſcõdita tenebrarum. ij. q. j. multi. Omnia enim manifeſta erunt, quia libri conſcientiarũ aperti erunt corã eo. † In miſſa verò introitus eſt de ſecundo aduentu: Gaudete in Domino ſemper, & iterum dico gaudete, ad Philip. 3. c. Apoſt. enim non loquitur de primo aduentu,

cùm

cùm dicit: **Dominus** propè est: sed de secundo aduẽtu: vnde inuitat ad gaudiũ spirituale: per quod firmiter expectamus gaudia secundi aduẽtus: vnde dicit: gaudete in Domino semper. s. expectãdo secundũ aduentũ, & repetitur gaudete: quia gaudiũ spirituale facit nos dulciter sustinere omnia aspera mũdi: vt nihil euellat nos à spe æternorũ: & ideò, quia ita necessariũ est gaudiũ spirituale, ista repetit: vel propter gaudiũ de vtroq; aduentu, quod habent sancti. Huius gaudij custos est modestia, & ideò sequitur: modestia vestra, &c. Hoc gaudiũ, quod est pax omnibus sanctis optat ecclesia filiis suis, in versu cũ dicit: & pax Dei quæ exuperat omnem sensum. s. hominis: quia nullus homo habet totum vsum pacis huius collectæ. s. auxiliũ tuũ quæsumus Domine, est de aduentu in mentẽ. Audita enim collatione de aduentu Domini sacerdos orat, vt tenebras, quas patimur in eo, q̃ falso iudicamus, sua visitatione illustret. Epistola: Sic nos existimet homo, &c. quæ est. 1. ad Cor. 4. c. est de secundo: aliæ ecclesiæ dicũt epistolam Gaudete in domino semper: quæ est ad Philip. 4. c. respõso. j. qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, id est, fructificantẽ in bonis operibus Benjamin. i. filium dextræ & Manasse, qui oblitus est terrenorum, hoc fiet in iudicio. Versus etiã. Qui Regis Israël, est de primo qui dicitur ad secundũ alleluia. Excita domine: etiã est de primo Euãgelio: Cũ audisset Io. &c. quod est Mat. 11. c. similiter est de primo. Quidã enim de discipulis Ioannis nõ credebãt Christũ esse Messiam promissum in lege: vnde misit eos ad Christũ vt interrogarẽt eũ: Tu es, qui vẽturus es: an aliũ expectamus? vt per visa miracula Christũ iam venisse cognoscerẽt quasi diceret. Ipse multò melius scire debebat, q̃ ego: & dixit eis Iesus: cæci vidẽt, &c. quasi diceret: vos estis magistri: nõ ergo scitis hoc quod dicitur in Esa. 35. Tunc saliet sicut cervus claudus: & aperientur linguæ mutorũ: & loquitur de tẽpore Messiæ. q. d. facta probãt. Offertoriũ etiã est de primo aduẽtu. Post cõmunio de secũdo. Dicite pusillanimes confortamini oportet enim, q̃ pusillanimes confortentur ad hoc, vt sustineãt tribulationes: & sic expectent cũ fiducia secundũ aduentũ.

SVMMA.

1 *Ieiunia quatuor tẽporũ in primitiua ecclesia ter fiebant in anno: Hodie quater. & cur ita. nu. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9.* 3 *Anni quatuor tẽporũ qualitas.*
10 *Ieiunia triplicia, item primitiarum.*
11 *Ieiuniorum dies, pridem institutus, mutatus est à Leone Papa.*
12 *Ieiunium tractum est à veteri lege. & nu. 13.*

De quarta feria, & ieiuniis quatuor temporum.

CAPVT. VI.

In

IN hac ſeptimana fiunt ieiunia quatuor temporum. Vnde hîc primo de illis, Secundò de aliis ieiuniis, Tertiò de huius diei officio proſequamur. In † primitiua quidẽ eccleſia ſtatutum fuit 1
ꝙ ieiunia quatuor tẽporum fierent ter in anno. Sed Calixtus Papa. xxvj. d. ieiunium cõſtituit quater in anno fieri: nam & Iudæi quater in anno ieiunabant, ſcilicet ante Paſcha, ante pentecoſtẽ, ante ſcenophegiã in ſeptembri: & ante encænia: de quibus dicetur in proœ. vij. partis. Si enim tantum ter in anno in tres partes diuiſo ieiunaretur: fortè aliqui remanerent dies, de quibus primitias non redderemus. in iſtis enim ieiuniis primitias tẽporis
Zach. 8. exoluimus: vt iã dicetur. De quibus Zacharias ait: Ieiuniũ, quarti, quinti, ſexti, & decimi, domui Iuda: & Hieruſalẽ dies feſtos ver tet in gaudiũ. Quater ergo ieiunamus in anno. † Primò, vt qua- 2
tuor elementa in nobis vitiata, id eſt, corpus noſtrum ex eis conſtans, in quatuor anni tẽporibus caſtigetur. Homo enim cõſtat ex quatuor elementis, quantum ad corpus, & ex tribus potentiis quantũ ad animã, ſcilicet rationali, cõcupiſcibili, & iraſcibili. Vt ergo illa moderentur in nobis, quater ieiunamus in anno, ꝙ tres dies: vt quaternarius numerus ad corpus, & ternarius ad animã referatur. Siquidẽ annus diuiditur in quatuor tẽpora: quæ ſunt Ver, Æſtas, Autũnus, & Hyems, quæ propter ſua delectamenta à Dei amore nos auertere ſolent. Ver † calidũ, & humidum: tunc 3
ergo ieiunamus, vt elementũ amoris caſtigetur in nobis, ne conſentiat falſæ pulchritudini veris. Ieiunamus itaq; cõtra luxuriã, ex humore & calore naſcentem. Æſtas calida eſt, & ſicca: tunc ergo ieiunamus, vt elementũ caloris in nobis caſtigetur, ne conſentiat incendio carnali: vel tunc ieiunamus contra ſuperbiam, quia tunc fructus terrarũ qui florent & maturantur, ſuperbiendi materiã præſtant. Autũnus eſt frigidus & ſiccus: tunc ergo ieiunamus, ne aliquo languore animi areſcamus & defluamus: & ſine pinguedine olei in tabernaculo ęterno inueniamur. Vel tunc ieiunamus cõtra auaritiam: quia tunc meſſes colligimus, & habemus. Hyems frigida & humida eſt: vnde tunc ieiunamus, ne mẽbra noſtra fluxu atq; luxu ſoluantur in comeſſationibus & potationibus: ac per hoc amor Dei negligatur: vel tunc ieiunamus cõtra pigritiam: quia torpemus frigore. Ieiunamus ergo † in dictis 4
quatuor temporalibus anni, vt per ieiunia præſeruemur à vitiis: & quæ deliquimus, in illis purgentur. Rurſus quoniam quodlibet tempus tres habet menſes: ideò quater ieiunamus in anno tres dies: vnum diem ieiunantes pro mẽſe, vt ſic ſatisfaciamus in die quod deliquimus in menſe. † Secundò, etiã ideò ieiunamus, 5
nã primũ ieiuniũ fit in Martio, ſcilicet in prima ſeptimana quadrag

dragesimæ, vt in nobis virtutum germina oriãtur: vt in nobis inarescant vitia, quæ nequeunt omnino extingui. Secundum fit in æstate, in septimana pentecostes: quia tũc venit spiritus sanctus: & nos debemus esse feruentes in spiritu sancto. Tertiũ fit, in Septẽbri ante festũ Michaëlis, quando fructus colliguntur: & nos debemus Deo reddere fructũ bonorum operum. Quartum fit in Decẽbri, quãdo herbæ moriuntur: quia & nos mundo mortificare debemus. Tertio† ideò, quia Ver refertur ad pueritiam, æstas
6 ad adolescentiã: autũnus ad maturitatem, siue virilitatẽ: hyems ad senectutẽ. Ieiunamus ergo in Vere: vt simus pueri, per innocẽtiam. In æstate, vt efficiamur iuuenes, p̃ constãtiam. In Autumno, vt maturi per modestiã. In hyeme, vt senes per prudentiã &
7 honestã vitã. Quartò ideò in quatuor† anni temporibus ieiunamus, vt Deus nobis cõseruet omnia, quæ ad humanum vsum in
8 illis temporibus de terra nascuntur. Quintò, ad† significandum quatuor, quæ fuerunt in illis quatuor tẽporibus scilicet cõceptio domini in Vere: natiuitas in hyeme, cõceptio Ioãnis baptistæ in
9 autũno: & eius natiuitas in æstate. Sextò, secundum Hier. ob† diuersas plagas quæ in illis tẽporibus acciderunt. In quibus autem diebus & quare hæc ieiunia fiant, in viij. parte sub tit. de anno solari dicetur. hæc ergo ieiunia vocãtur quatuor tẽporũ: q̃a in præmissis quatuor anni tẽporibus fiunt. Vocãtur etiã ieiunia triplicia: † pro eo q̃a fiunt trib⁹ diebus quibus homines ieiunant in se-
10 ptimana. Antiqui enim ieiunabant eisdẽ feriis, & posteà superadd ita sunt ieiunia ista. Vocãtur etiam ieiunia primitiarũ: q̃a cũ in lege p̃ceptũ sit, vt primitiæ & decimæ deo dẽtur, placuit sanctis patribus, vt dicit Aug. in lib. de doctrina Christiana, soluere decimas, & primitias tẽporis: vnde pro primitiis instituerunt ieiunia quatuor tẽporum, & inde dicta sunt ieiunia primitiarũ: pro deci-
11 mis verò instituerũt ieiunia quadragesimę. Sciendũ† aũt est, q̃ ieiunia vernalia primò instituta fuerũt in prima septimana Martij. Æstiualia, in secũda Iunij. Autũnalia, in tertia Septemb. Hyemalia, in quarta Decẽb. sed p̃pter multa, quę inde surgebãt incõmoda, statuit Leo Papa lxxvj. d. huius. vt hyemale fiat in tertia septimana aduentus. Vernale, in prima septimana quadragesimę. Æstiuale in prima septimana post Pente. Autũnale verò fiat secũdum veterem institutionẽ. Quare ieiunia instituta sunt in dictis mensibus, & quare in eis fiunt ordinationes, vide in vj. parte sub sabbato post dominicam xvij. & in proœ. secundæ partis. Caue tamen in cõputatione septimanarũ mensis Septẽb. q̃a si ipse mẽsis incœperit in prima, vel in secunda, vel in tertia, vel in quarta feria, illi dies cõputantur pro prima septimana illius mensis, & in

tertia

tertia ab illa ieiuniũ fiet. Si verò menſis ipſe incœperit in quinta, vel in ſexta, vel in ſeptima feria, tunc in ſequenti dominica incipies cõputare primã ſeptimanã: & in tertia poſt illũ ieiuniũ fiet. & ſic dies præcedentes nihil operãtur, quantũ ad cõputationem ſeptimanarũ. Veruntamen ſecundũ primariã Eccleſiæ inſtitutionem ieiunia Veris dicũtur prima, qa fiebant in primo mẽſe, ſcilicet in Ianuario: qui apud Rom. primus menſis fuit. ieiunia æſtatis dicũtur quarta: quia fiebãt in quarto mẽſe, ſcilicet in Iunio. Ieiunia Autũni ſeptima: quia fiunt in menſe ſeptimo: ſcilicet in Septẽbri. Ieiunia hyemis decima: quia fiũt in decimo menſe, ſcilicet in Decembri. vnde Zacha. 8. c. ieiuniũ primi, & ieiuniũ quarti, & ieiuniũ ſeptimi, & decimi, ſcilicet menſis, erit domui Iudæ in gaudiũ. lxxvj. d. ieiunium quarti. Sed cum hæc ieiunia recolãt quatuor anni tẽpora, vt dictum eſt, quare aguntur in primo menſe, & in quarto, & in ſeptimo, & in decimo, cùm principia temporum non ſint in his menſibus? Reſpondeo hoc † ieiunium tractum eſt de veteri lege. vnde agitur in illis menſibus noſtris ſecũdum numerum menſium illius temporis. Iudæi enim ſecundum lunationes ieiunabant, ſcilicet in prima, in quarta, in ſeptima, & in decima: & hoc eſt quod legitur ieiunium primi, ieiuniũ quarti, ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi: quia ſicut in prima lunatione eſt principium anni illorum: ſic & Martius eſt in principium anni noſtri. Quòd autem ieiunia noſtra ortum habuerunt à veteri lege, apparet ex † hoc, quod à ieiunio veris, vſq; ad æſtiua ſunt xiiij. hebdomadæ: quia tot generationes fuerunt ab Abraham vſq; ad Dauid. Item, ab æſtiuali vſq; ad autumnale, ſunt ſimiliter. xiiij. ſeptimanæ: quia tot generationes fuerunt à Dauid, vſq; ad Ieconiã. Item ab autumnali, vſq; ad hyemale, aliæ. xiiij. quia tot reges fuerunt à Ieconia, vſq; ad Chriſtum, computatis regibus illis, quos Matthæus in ſuo euangelio prætermiſit. 12 13

SVMMA.

1 *Ieiunium, quid & nu. 2. Et vnde dicatur. nu. 3.*

4 *Ieiuniis ineſt authoritas, ex tribus.* 5 *Ieiunij commendatio, & vis.*

6 *Ieiunium aliud, quàm multiplex, & eorum particularis diſcutio. nu. 7.*

8 *Vigiliæ q. d. vnde dictæ. Et cur ſublatæ.* 9 *Votorũ multiplex differẽtia.*

10 *Ieiunium compaſſionis. Et quotupliciter fiat ipſa compaſſio, nu. 11.*

12 *Ieiunia, quæ ab eccleſia inſtituta.* 13 *Ieiunare qui teneantur.*

15 *Ieiunium ſoluere, ante horam, peccatum.*

16 *Ieiunandum an ſit in vigiliis Apoſtolorum. & quorũ. & nu. 17. 18. 19.*

20 *Ieiuniũ habẽt, inter martyres ſolus Lauren. inter cõfeſſores, Martin⁹.*

21 *Ieiunium non ſoluunt ſerui præguſtantes cibos.*

22 *Piſcis caro cur non interdicitur in ieiunio.*

De aliis ieiuniis. CAP VII.

QVia de ieiuniis quatuor temporum mentio facta est, conse-
1 quẽs est, vt de aliis ieiuniis hîc aliqua perstringamus. † Est autem ieiunium, cõmunis omnium mẽbrorum satisfactio: vt scilicet membra satisfaciant secũdum peccatum, quod cõmiserunt vel gesserunt: vt si gula peccauit, ieiunet, & sufficit: quia enim sola fuit in culpa, sola sit in pœna. similiter si oculus: vnde Hiere. Oculus meus deprædatus est animã meam: & per fenestras oculorum meorũ mors intrauit in animã. & Aug. Oculo nihil est ne quius: & sic de aliis membris. † Vel ieiunũ, est parsimonia victus *Tren. 3.*
2 & abstinentia ciborum. Aug. dicit: Maximum & perfectum ieiunium est, abstinere ab iniquitatibus, & à carnis voluptatibus & delectationibus huius seculi. vnde Pius Papa de cõsec. d. v. nihil. ait: Nihil prodest orare & ieiunare, nisi mens ab iniquitate, & ab
3 obtrectationibus lingua cohibeatur, & dicitur † ieiunium, à ieiuno, quod est quoddam intestinum in homine, quod semper est vacuum & subtile: sic & nos ieiunantes debemus esse vacui à su-
4 perfluis & à vitiis tam in corpore, quam in mente. † Authoritas ieiunij est ex tribus: ex persona, & ex loco, & ex tempore. Ex persona, quia præcepit Deus Adæ & Euæ, vt abstinerent à fructu ligni scientiæ boni & mali. Ex loco, quia in paradiso institutum fuit, & initiũ habuit. xxxvj. d. vj. Ex tempore: quia ab antiquo præceptum est celebrari. creato nanq; homine, in primo mundi exordio dictum fuit ei: De ligno scientię boni & mali ne comedas. Et quia fuit celebratũ ante legem à Mose & sub lege ab Helia: & in tẽpore gratię à Christo. Moses enim nõ comedit, neq; bibit. xl. diebus. Helias quoq; ambulauit. xl. diebus & xl. noctibus in fortitudine subcinericij panis. & Christus. xl. diebus & xl. noctibus ieiunauit. Fuit etiam celebratum in sex ætatibus. Nam in ea ætate, quæ fuit, ab Adam, vsq; ad Noë, fuit abstinentia carnium, & vi-
5 ni. xxx. di. ab exordio, à Noë verò, in posterum fuit cõ esum vinum & carnes: & sic de cęteris ætatibus. † Commendatur autem ieiunium exẽplis, quoniam Eua quandiu ieiunauit, & abstinuit in paradiso, virgo permansit: Adam, quia ieiunium violauit, à delitiis paradisi in summam miseriam corruit. Helias, quia ieiunauit, in cœlum curru igneo raptus est. Moses post ieiuniũ cum Deo locutus est. Hierusalem per ieiunium, liberatur à Sennacherib tempore Regis Ezechiæ & Esaiæ. Iona quoq; prædicãte præstatur venia Niniuitis in sacco & cinere, & ieiunio pœnitentiam agentibus. Ieiunamus etiã exemplo Apostolorum, vt dicetur sub
6 iiij. feria pente. † Porrò ieiunium aliud corporis & carnis: aliud mentis: aliud auaritiæ: aliud fastidij: aliud dispensationis: aliud

demo-

deuotionis, aliud votiuæ promiſſionis, aliud ſuppletionis, aliud cõpaſſionis, aliud inſpirationis, aliud circũſpectionis, aliud rationabile, aliud irrationabile, aliud qualitatis, aliud quãtitatis, aliud numeri, aliud ſummæ exactionis, aliud alterãtis, aliud zophagiæ, aliud mœroris, aliud exultationis, aliud vanitatis, ſiue hypocriſis, aliud virtutis ſiue charitatis, aliud indictionis, aliud neceſſitatis, aliud inſtitutionis, aliud voluntatis, aliud prauitatis. † Sanè 7
ieiunium corporis & carnis eſt, quando quis abſtinet à cibis, ne nimis pingueſcat, vel vt ab infirmitate liberetur, vel quia comedere nõ poteſt: & hoc nullius eſt meriti. Ieiuniũ mẽtis eſt, quãdo quis abſtinet à vitiis vel etiã à cibis, ne caro pingueſcat laſciuiis. Ieiunium auaritiæ, vt burſæ parcatur. Ieiuniũ faſtidij eſt quod fit vt appareat. Ieiunium diſpẽſationis eſt, quod celebratur in vigiliis ſolenniũ dierũ & magnarum feſtiuitatũ: vt natalis † domini: 8
quæ ideò dicũtur vigiliæ, quoniã antiquitus in præcipuis ciuitatibus duo nocturnalia agebãtur officia: & populus qui ad feſta venerat tota nocte in Dei laudib⁹ in eccleſia vigilabat, quod adhuc Romæ & in pleriſq; locis in magnis frſtiuitatibus, preſertim ſanctorum patronorũ Eccleſiarum obſeruatur. Sed qa luſores & cãtores conueniebant, & turpib⁹ cantilenis & ſaltationibus, & comeſſationibus, potationib⁹, & fornicationibus itẽdere cæperunt, ꝓpter hæc & multa alia incõuenientia, quæ fiebãt, huiuſmodi vigiliæ ſunt interdictæ: & inſtituũ, vt loco earum fiãt ieiunia, quæ ieiunia adhuc retinent nomẽ officij: nam cõmuniter vigiliæ & non ieiunia nuncupantur. Si quis tamen ieiunaret, & honeſtè in eccleſia vigilaret vtiq; benè faceret: prout fit in natiuitate Ioãnis bapt. propter eius reuerẽtiam. Hæc igitur inſtitutio dicitur diſpẽſatio, qa ieiuniũ ponitur loco vigiliarum: de hoc dictum eſt in v. parte ſub ti. de nocturnis. Ieiuniũ deuotionis eſt, ad quod qs neceſſariò nõ tenetur, quod inferius voluntariũ appellatur. Ieiuniũ votiuæ promiſſionis eſt: vt ſi quis vouet, quod certa die ieiunabit, vel à carnibus abſtinebit. † Et no. ꝙ vota ex diſcretionis conſenſu, comite ratione emiſſa, Deo reddenda ſunt: iuxta illud. Vouete & reddite Deo vota veſtra: Votorũ autem aliud eſt neceſſitatis, aliud ſpontaneæ voluntatis. Neceſſitatis eſt, quod eſt fidei annexum: vt quod fit in baptiſmo: puta fidei catholicæ profeſſio, & Satanæ abrenuntiatio, vt votum obſeruationis decem præceptorũ legis & continentiæ, quam quis in ſuſceptione ſacri ordinis vouet: & talia vota quiſq; inuiolabilier obſeruare tenetur. Spontaneorũ verò votorũ aliud eſt indiſcretũ, aliud diſcretũ. Indiſcreta ſunt vota puerorũ & puellarũ dum ſunt in parentũ poteſtate. Vnde illis vouentibus irritari poſſunt. Si igitur puella intra nubiles an-

annos vouerit castitatē perpetuā, licitè nubere poterit: parentibus vel curatoribus illā ad hoc cogētibus. Indiscretū est, etiā votum mulieris, in potestate viri existētis. vnde si illo inscio vouerit peregrinari, vir votū huiusmodi poterit reuocare: quia ipsa nō habet potestatē sui corporis, sed vir. Indiscretio etiam attēditur, quandoq; circa prouectos & liberos, vt si fortè quis vouerit, ad quod perficiendum sufficere nequit: vel in quo natura ita debilitaretur; ꝙ posset fieri sui ipsius homicida: vel quod sine licentia alterius cōplere nequit: vel quod nō ex deliberatione: sed ex iracundiæ calore emittitur, talia potius sunt spernēda, q̄ executione digna. Ieiunium suppletionis est, vt si quis vltra pœnitentiā sibi à
10 sacerdote iniunctā, aliquid suppleat de suo. † Ieiunium cōpassionis est, vt si sacerdos alicui dicat: pro hoc peccato fac cātare duas missas & ieiuna: & ego pro te cantabo, & tres dies ieiunabo: propter hoc tamen debet aliquid recipere: quia sacerdos debet compati proximo suo, & orare pro eo, etiā ieiunare, potest dici compassio: vt si quis petit à sacerdote pœnitentiā patri suo iniunctam,
11 vt pro patre peragat partem illius. † Quatuor enim modis fit huiusmodi cōpassio: quandoq; per sacrificia: quandoq; per ieiunia, quandoq; per orationes, quādoq; per eleemosynarū elargitionē. Ieiuniū inspirationis est, vt in B. Nicolao, qui adhuc infans & manens in cunabulis, trib⁹ diebus in hebdomada, à māmillis matris suæ abstinebat: vel, vt alij dicunt, quarta feria & sexta: semel tantum sugebat mamillas. Ieiuniū circūspectionis est, quādo pro aliqua imminente tempestate pro periculo hostium, vel pro casu cuiuslibet angustiæ ieiunamus. Ieiunium rationabile est, quando cibū & potum moderatè sumimus, nec naturā delibitamus, vnde Apostolus. Rationabile sit obsequiū vestrū: non in comessationibus, & ebrietatibus. Irrationabile est, si quis velit ieiunare per duos vel per tres dies: vel per totam hebdomadam, quod non approbat Deus: vult enim hominem sic ieiunare, vt cogatur vitiis mori, non vt cogatur natura dissolui. vnde prohibetur ieiunium, quod quidā faciunt à Cœna domini, vsq; ad Pascha. Ieiuniū qualitatis est, si quis vouet se vlterius non comesturū carnes. Ieiuniū quantitatis est, si quis comedat ad pondus, vel ad mensuram, non plus vna die, q̄ altera: vel si quis voueat se non comesturum, nisi tanti ponderis panem. Ieiuniū numeri est, quādo quis vouet, ꝙ de cætero non comedet, nisi vna vice in die: cogitans ꝙ comedere pluries in die, belluarū est: & comedere bis, hominū: semel, angelorum. Ieiuniū summæ exactionis est, in his, qui nō comedunt, nisi olera: radices: & herbas: vt Ioannes Baptist. in deserto, & Maria Ægyptiaca in eremo: quæ cū duobus panibus tantum, Iordanem

transiens,austeram vitã in eremo.xlvij.annis egit. Ieiuniũ alternitatis est,vt cũ quis vno die comedit & alio die ieiunat. Ieiuniũ zorophagiæ,est sicca comestio,à ζωρὸς quod est vinum, vel siccũ, & φάγειν quod est comedere.vnde Priscianus in zorophago Bisantij.Sicca verò comestio est,vt in fructibus,pomis, piris, castaneis,& cõsimilibus,quidã tamẽ siccã comestionẽ appellant legumina siue cruda siue cocta:etiã si lixata comedantur cũ cocleari. Ieiunium mœroris cõsistit in vno,scilicet in abstinẽtia ciborũ: & fit propter duo,scilicet propter corporalẽ abstinentiã & spiritualem spõsi:hoc repræsentat Ecclesia in tribus quatuor temporibus. Ieiuniũ exultationis consistit in duobus,scilicet in abstinentia ciborũ,& mundanarũ rerum:& fit propter vnũ,scilicet propter internæ dulcedinis prægustationem.Iuxta illud: Gustate & videte: hoc repræsentat Ecclesia in vigilia & hebdomada potest pentec. vtrunq; verò repręsentat in tempore aduẽtus, prout ibi dictũ est. Est ergo duplex ieiuniũ,scilicet tribulationis & gaudij, siue mœroris & exultationis,sicut habetur in glo.super illo loco Mat.9.c. Nunquid possunt filij sponsi lugere, quãdiu fuerit sponsus cũ eis. Ieiunium vanitatis siue simulationis,vel fictionis, est in hypocritis.Ieiuniũ virtutis siue charitatis est in sanctis & perfectis. Ieiunium indictionis est vt in die B.Marci. Ieiuniũ necessitatis est in imperfectis. Institutionis,est ieiunium quadr.& alia à sanctis patribus instituta:quæ quare instituta fuerint iam dictũ est: & dicetur sub tit.de capite ieiuniorũ. Et no.q; ieiuniũ indictionis necessitatis & institutionis,ad idem referũtur. † Ieiunia necessaria,id est,q; ecclesiã instituta & indicta,sunt ieiunia quatuor temporum & vigiliarũ Apostolorum;natiuitatis Domini, B.Ioannis Baptistæ,omnium sanctorum,assumptionis B.Mariæ,ß.Laurentij,quadragesimæ & sextæ feriæ præter illas, quæ sunt inter Pascha & Pentec.& præterquã si natiuitatem domini in ea venire cõtingat, nisi tunc aliqui voto vel religioni sint adstricti. Dicunt tamen quidã,q; ieiunium sextæ feriæ non est necessitatis, nisi quo ad carnes:alioquin non liceret Cisterciẽsibus illud mutare;Sed secundum Leonẽ Papam licet nõ sit necessitatis sabbato à carnibus abstinere:rationabilis tamen cõsuetudo & canon Inno.aliter interpretatur,eò q; in illo triduo post passionem Domini tota fides in sola B.Virgine Maria remansit.Generalia quoque & specialia ieiunia per episcopos in synodo & conciliis instituta solui non debent.† Siquidem ad necessaria ieiunia tenentur doli capaces:cum & ipsi delinquere possint:dispensari tamen potest circa hoc cum impuberibus,& etiã constitutis in maiori ætate: & cum senibus, & infirmis ac debilibus. Mulieres verò licet propter virori[illegible] prohi[illegible]

1 2

1 3

hibitionem ieiunia votiua voluntaria dimittere debeant, prout ſuprà dictum eſt: indicta tamen per eccleſiã non licet & ſi in illis ſacerdos fortè propter ſcandalum, cũ eis valeat diſpenſare. Aliter enim indicta ieiunia redimi pecunia, vel alio modo nequeũt, niſi caſualis neceſſitas ſubſit: tunc enim benè poſſunt redimi vel commutari: ſicut & ieiunium feſti, q̃ eſt die Lunæ, fit in ſabbato. Vnde & in quibuſdam locis, in quibus ſunt eccleſiæ S. Quintini, non ieiunatur in vigilia omnium ſanctorũ: ſed die tertia præcedenti. De hoc dictum eſt in proœ. ſecundæ partis. Poſſet etiam ſtatui, vt quidam dicunt, vt in dictis ieiuniis bis, parum tamen comederetur: ſicut faciunt Ciſtercienſes operantes, qui ad tollendum ſcandalum & charitatẽ ſeruandam aliquid præguſtant, nec propter hoc ieiunium per eccleſiam indictum ſoluere dicuntur. Voluntaria verò, ſcilicet ad quæ aliqui voto vel propoſito ſe adſtringunt: vel etiã quæ ſacerdotes præter indicta propter peccata imponũt, licet commutare & redimere: etiã ſi nulla cauſa ſubſit, dummodo
15 vtilior ſit compenſatio. † Cęterũm in comedere ante horã comedendi: & ante miſſam in ieiuniis ſtatutis, & neceſſariis, mortale peccatũ eſſe ſacri canones affirmant, in voluntariis verò veniale.
16 † Circa vigilias Apoſtolorũ notandum eſt, q̃ ieiunium paritatis, quando videlicet paria ſunt ſanctorũ merita, pariter ieiunamus: ſicut patet in vigiliis beatorum Iacobi & Bartholomæi & aliorũ Apoſtolorum: qui non habent ieiunia inſtitutionis: in quibus ieiunamus, pro eo q̃ fuerunt Apoſtoli: quoniam alij Apoſtoli vigilias habent. Cùm enim ſint meritis pares, decet vt omnes habeãt ieiunia: vnde concil. Bracharenſe dicit, q̃ omnium Apoſtolorum vigiliæ ſunt ieiunandæ præter vigilias Apoſtolorum Philippi & Iacobi & Ioannis Euangeliſtæ. Eccleſia tamen Gallicana non tenet, niſi de ſex Apoſtolis: & de quatuor eorum ieiuniis. Petrus & Paulus habent pariter vnum, quia eadem die paſſi ſunt. Simon & Iudas habent aliud. Matthæus habet tertium. Andræas quartũ: in vigilia iſtorum ieiunandum eſt, vt ſicut illi paſſi ſunt pro Chriſti nomine: ſic & nos cum eis compatiamur, ſi cũ eis regnare velimus. De aliis verò Apoſtolis inſtitutum non eſt propter aliqua impedimẽta. Ecce enim feſtũ Philippi & Iacobi eſt inter Paſcha & Pentec. q̃ tempus gaudij eſt & lætitiæ: ideoq; tunc non eſt ieiunium. Si opponatur de ieiuniis litaniarum, Reſpondetur quòd neceſſitas interuenit: prout ibi dicetur: vel id non eſt ieiuniũ neceſſitatis, ſed voluntatis: & de eo, quòd quidam propter expectationẽ ſpiritus ſancti ieiunãt ab aſcenſione, vſq; ad Pentecoſtẽ pro eò quòd Apoſtoli dicuntur hoc tempore ieiunaſſe. Reſpondetur,
17 † quod nulla ſcriptura authentica dicit Apoſtolos tunc ieiunaſſe.

Vnde tunc ieiunandū non eſt: quia tēpus illud eſt de tempore Paſchali. In vigilia tamen pentecoſtes benè ieiunandū eſt, vt per ieiunium mūdati & purificati ſpiritū ſanctum dignè ſuſcipere mereamur. Item, Iacobus Zebedæi frater Ioānis euāgeliſtæ, occiſus eſt ab Herode in diebus azymorū: quare ieiunium nō habet: nec etiam tunc de illo feſtum celebratur: prout in vij. parte ſub ipſius feſto dicetur. De B. Bartholomæo cuius feſtum celebratur nono Calendas Septembris: dicitur quod fuit excoriatus, & ſequenti die obiit: & ſic ſi haberet vigiliam, oporteret ꝙ eſſet tertia die antè: ꝙ eſſet contra normam aliorum feſtiuorum ieiuniorum. Quidam autem celebrant feſtum excoriationis: alij obitus, & melius. Sed ſicut in concilio Bracharen. cauetur, in hoc cōſuetudo cuiuſlibet eccleſiæ eſt obſeruanda. † Barnabas autē non habet ieiuniū: quia 18
non eſt de numero xij. Apoſtolorum: nec dicitur Apoſtolus, niſi quia cùm eſſet ſocius Pauli, miſſus etiā fuit ad prædicandum, vnde: Segregate mihi Barnabam & Paulū. De beato quoq; Thoma non eſt ieiunium ſtatutum: quia eius feſtū eſt in aduentu Domini, vbi continuum eſt ieiunium. Mathias etiā ieiunium inſtitutionis non habet: quia frequenter feſtum illius ſolet contingere in quadrageſima, & ſemper eſt in ſeptuageſima: & tunc eſt tempus
Act. 2. ieiunij: vel quia non fuit in primitiuis Apoſtolis: ſed poſt paſſio-
Pſal. 108. nem domini ſorte eſt electus, & per electionē aliorum loco Iudæ conſtitutus: vnde Propheta: Et epiſcopatū eius accipiat alter. Decretalis tamen dicit, ꝙ hic habet vigiliam & ieiunium: nec eſt vis, ſiue iſtud feſtum fiat in prima die biſſextili, ſiue in ſecunda prout in viij. parte ſub anno ſolari dicetur. Ioannes euāgeliſta feſtum habet tertia die poſt natale Domini, & tunc nō eſt ieiuniū: tum propter feſta tunc occurrentia: tū quia ipſe die illa non obiit: imò in die feſti B. Ioannis Baptiſtæ. † Si tamen fieri poſſet, bonū 19
eſſet in omnibus Apoſtolorum vigiliis ieiunare. † Beatus Lau- 20
rentius ſolus inter martyres, & ſolus B. Martinus inter confeſſores ieiunium habent. Porrò, dicunt quidam, ꝙ non ſoluit ieuniū: licet peccet qui in ieiuniis indictis, præter, quàm in quadrageſima comedit caſeum & oua. Alij contradicunt. Ex cauſa tamen in aliquibus locis hoc poſſet concedi. iiij. di. deinde. De ieiunio itaq; quadrageſimæ Greg. ita dicit: Par autem eſt, vt qui his diebus à carne animalium abſtinemus, ab omnibus quoque quæ ſementinam trahunt originem carnis, ieiunemus à lacte, videlicet caſeo & ouis. Quidam autem hæretici dicunt, quòd Chriſtiani nunquam deberent carnes, caſeum, & oua comedere: quia, vt dicunt, hoc non legitur in nouo teſtamento: imò Apoſtoli iudicarunt abſtinere ab immolatis ſimulachrorū, & ſanguine, & ſuffocato.

Et Apoſtolus: Si eſca ſcandaliza.m.non m.c.in æter. Et alibi: Bonum, non manducare carnem, neque bibere vinum, &c. Non legitur etiam, vt dicunt, ꝙ Chriſtus ex aliqua natura eorũ, quæ mouentur, diſcipulis ad manducandũ daret, nec etiam ante ſe manducare ſineret præter piſces: nec ex fructu alicuius, quæ moueat ſe, excepto fructu apum. Electuariis verò nõ aliter vti licet: niſi ſicut alio cibo delicato. Secus eſt in Medicina curatiua: præſeruatiuam tamẽ, vbi nullũ eſt ſignũ inſtantis neceſſitatis, recipere nõ licet. Quidam tamen dicunt, ꝙ pro nulla medicina, nec etiã pro electariis ieiunium ſoluitur, nec etiam, pro potu ante cibum vel poſt. † Sic enim videtur inductũ ex conſuetudine eccleſiæ ieiunãtis, & hoc tolerantis. Seneſcalchi autem, vel quilibet alij ſeruitores, vel portantes encænia, non ſoluunt ieiunium, ſi præguſtant cibos ante dominos, fortè de toxico dubitantes. Quibus etiã caſibus monachi abbatibus ſeruientes, & alij ſeruitores poſſunt carnes præguſtare. Idemq; etiam de medicis præguſtantibus medicinas. Tempore ieiuniorũ prætioſæ veſtes deponuntur, & humiles aſſumuntur: & carnes tã ſolidæ quã liquidæ dimittũtur. † Sed cùm piſces ſint caro, quare hoc tempore comedũtur? Reſponſio: deus non maledixit aquis: quoniã per aquã baptiſmi futura erat remiſſio peccatorum, hoc enim elementũ digniſſimum eſt, quod ſordes abluit: & ſuper quod ſpiritus Domini ante mundi cõſtitutionem ferebatur: terræ verò maledixit in operibus hominis. Inde eſt, ꝙ omne genus carnis, quod in terra verſatur, tam quadrupedia, quã aues, in ieiuniis nõ licet commedere. Et licet quædam aues circa mare verſentur, & in aquis, quædã in eis vel ex eiſdem naſcantur, magis tamẽ ad naturã terræ à qua nutrimentum percipiunt, ad hoc pertinere dicuntur. Adhuc, cũ quidã piſces ſint habentes ex vna parte formã quadrupedis animalis, & ex altera piſcis, biuerus in ieiuniis poteſt cõmedi ex parte, quæ piſcis videtur: ex alia verò minimè. Adhuc piſcis vſus ſecundum Greg. ira Chriſtiano relinquitur: vt hoc ei infirmitatis ſolatiũ non luxuriæ pariat incendũ. Deniq;, qui à carne abſtinet, nequaquã ſumptuoſiora maritimarũ beluarũ conuiuia præparet. Vinũ quoq; in ieiunio ſic bibere permittitur, vt ebrietatẽ omnino fugiam⁹. Vnde in pœnitentiali Romano ſtatutũ eſt, vt pœnitẽs paruis piſciculis, & mediocri ceruiſia temperatè vtatur: extra de homic. c. ij. Poſtremò notandũ eſt, ꝙ ſicut ait Greg. in homilia illius Euangelij: Homo quidã diues fecit cœnã magnam, refectio corporis in diebus ieiuniorũ poſtquã nulla alia paratur: non prandiũ, ſed cœna vocatur.

Act. 15. 1. Cor. 8. Rom. 14.

21

22

SVMMA.

Initium quartæ feriæ ieiuniorum Aduentus.

2 *Lectiones duæ, cur legantur quarta feria quatuor temporũ. In missa vna tantum. nu.* 3.

4 *Diaconus vnus in quibusdã ecclesiis, incensat quinta feria aduentus. Et quare.*

De officio quartæ feriæ. CAP. VIII.

NVnc ad huius diei officiũ redeamus. † Siquidẽ in hac quarta feria examinãtur ordinãdi: an sint idonei ad suscipiẽdos ordines, vel nõ. quoniã in quarta ætate Leuitę à Dauid, & à Salomone ad tẽpli ministeria distributi sunt. Et inde est, q; duæ lectiones † legũtur ad missam: quarũ prima, quæ legitur sub tono 2
nocturnali. s. declinãte, significat vetus testamẽtũ: & secũda quę legitur sub cõmuni tono. s. ascẽdente, significat no. test. ad significãdũ ordinãdos in vtroq; testamẽto debere esse instructos. Monẽdi enim sunt, q ad ordinẽ sacrũ cõscendũt, vt habeant notitiã legis & prophetarũ, qbus possint alios erudire. Prima lectio erit in nouissimis. Esa. 2. Secunda est: Locutus est dñs. Esa. 7. c. Sed & lex & Prophetæ in quarta mũdi ætate viguerunt. Doctrinã ieiuniorũ habemus à vet. test. vt præmissum est. Semel genua flectũ-
, q tam in lege quã in Prophetis Deus vnus coli præcipitur. Quoties aũt in iiij. feria duæ lectiones legũtur, toties in proximo sabbato possunt generaliter ordines celebrari: quod sexies cõtingit: videlicet ter in quadragesima: & ter extra quadragesimã: de quo dictũ est in proœmio secũdæ partis. † In sextis verò feriis ie- 3
iuniorũ quatuor tẽporum, vna dũtaxat lectio ad missam legitur: quia lex & Prophetæ quę fuerũt in quarta ætate in vno Euãgelio, in sexta ætate recapitulãtur. Sanè huius quartæ feriæ Euãgeliũ est: Missus, &c. quod est Luc. 1. c. in quo paranymphi recitatur annũtiatio: virginis cõsensus: & Dñi incarnatio, quæ propheticis tubis fuerat antè declarata. Vnde præcinit prophęta introitum: Rorate cœli desuper: & nubes pluant iustũ Esa. 45. Rorate cœli. dicit & pluere: q descẽdit verbũ in aulã credulæ virginis, sicut pluuia in vellus. Cœlos dixit, & nubes Angelos, & prophetas, qa enarrãt gloriã Dei. In prophetica lectione: Erit in nouissimis die-
Psal. 188. bus; quod est Esa. 2. c. agitur de monte Dñi: qui de paruo lapide creuit in montẽ, qui regnabit in domo Iacob, in æternũ. vnde rectè subditur in graduali: Tollite portas principes vestras. & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ: Et quis ascẽdet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? In epistolari lectione, Locutus est dominus Achaz, &c. quæ est Esa. 7. ca. manifestè agitur de B. Virgine Maria, cui rectè succinitur gradua-
le: Propè est Dominus, & ne qua surrepat dubitatio, subditur in offertorio, Confortamini. Aliæ tamen ecclesiæ dicunt: Aue

ria, gratia plena,dñs tecũ:benedicta tu in mul.& bened.fruc.vẽtris tui:quod ſumitur ex dicto Euãgelio.Cõmunio eſt:Ecce virgo cõcipiet,& pariet filiũ,& vocabitur nomẽ eius Emanuel.Eſa. 7.c.In† matutinali verò officio,in quibuſdã eccleſiis, pſalmodia finita diaconus & ſubdiaconus,& acolyti in albis cũ cãdelabris, & turibulo proceſſionaliter iuſſu Prælati ad pulpitũ pergũt,vbi diaconus pronũtiat euãgeliũ:Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo: & eius homiliã:deĩde incẽſans altare,& poſteà ipſe & ſubdiacõnus ſedẽt,donec vnus acolytus incẽſauerit chorũ,quod quidem fit ob reuerentiã Dominicæ annũtiationis,quæ in ipſo Euãgelio cõtinetur.Nempè Prælatus illos mittit,ad notandũ,q̃ Deus pater Prophetas præmiſit ad prænuntiandũ Domini incarnationẽ futurã & Gabriẽlem Archangelũ miſit,ad annũtiandũ eam virgini Mariæ.Diaconus Euangelium pronũtians,eſt Angelus annuntians Virgini,q̃ cõciperet.Altaris turificatio eſt ſpiritus ſancti ipſi Virgini obũbratio,Miniſtrorũ quies ſiue ceſſio, eſt ipſius Virginis timor,& cogitatio qualis eſſet Angeli ſalutatio.Chori verò turificatio,eſt patrum illius tẽporis de filij Dei incarnatione diu deſiderata exultantium gratiarum actio,& cõgratulatio.

SVMMA.

1 *Feria ſexta vnam tantùm lectionem habet in Miſſa.*

De ſexta feria. CAP. IX.

1 IN ſexta feria vna† tantũ lectio ad Miſſam legitur:quia actor noui & vete.teſt.de q̃bus præmiſſum eſt:vnus ſolus Deus eſt, & q̃ ex vtroq; teſtamẽto vnũ euangeliũ factũ eſt.Et eſt epiſtolaris lectio,Egredietur virga de radice Ieſſe:quæ eſt Eſa.& manifeſtè de aduẽtu,& beata virgine Maria intelligitur,quæ cùm eſſet immaculata Virgo propè fuit.Ideoq; in introitu eccleſia præcinit:propè eſto mihi Domine.& in verſu:Beati immaculati in via:qui ambulant in lege Domini.Et ad idẽ pertinet Euangeliũ: Exurgens Maria:quod eſt Luc.1.c.Graduale:Oſtende nobis Domine miſericordiam tuã:& offerẽda:Deus tu.vel ſecundũ alios: Audi Iſraël.Primum reſpiciũt aduentũ,quẽ quia cœli enarrauerunt.i.Apoſtoli prædicauerunt,in ſecũdo aduentu cum Domino iudicaturi:idcircò eſt hodierna ſtatio ad ſanctos Apoſtolos: de quibus habetur in cantico Virginis:de quo fit mentio in præmiſſo Euangelio,vbi dicitur: Depoſuit po.de ſe.& exal.hu.i.ſuperbos Scribas & Phariſæos:& exal.hu.id eſt,Apoſtolos.& in cõmunione:Ecce Dominus veniet.Zachariæ vlt.c.

Eſaiæ.11.

Luc.1.

SVMMA.

1 *Sabbato quatuor tẽporum Aduentus quatuor lectiones tantũ veteris teſt.leguntur.Et quid ita.Limit.nu.4.* 2 *Iuſtitiæ beneficium.*

3 *Iunium, quod nam perfectiſsmum omnium.*
5 *Lectiones cur Romæ legantur Græcè & Latinè.*
6 *Euangelium cur dicat nouiter ordinatus: item cur & epiſtolam.*

De Sabbato. CAP. X.

IN †die Sabbati dicuntur.iiij.lectiones de veteri teſta, ante lectionẽ illã Angelus Domini, quæ ſumũtur de lege & Prophetis, & in quibuſdã eccleſiis prima eſt: Clamabũt: quę eſt Eſa.19.c. ſecunda eſt: Lætabitur, quæ ex eiuſdẽ.35.c. Tertia eſt: Supermontem, quæ eſt eiuſdẽ.40.c. Quarta eſt: Chriſto meo: quæ eſt eiuſdem.45.c. Ideò autẽ ſunt quatuor, quia quatuor ſunt ordines benedicentium Deũ, videlicet Prælati, clerici, religioſi, & laici, ſiue populus, quos enumerat dicens: Domus Iſraël benedicite Dominum. per hoc populus: domus Aaron benedicite Dominum, per
Pſal.134. hoc Prælati: domus Leui benedicite dominũ, per hoc miniſtri: Qui timetis Dominũ, benedicite Dominũ: per hoc religioſi intelliguntur. Prima ergo lectio, pertinet ad populum: ſecunda, ad Prælatos: tertia, ad miniſtros: quarta, ad omnes religioſos. In his enim lectionibus informãtur ordinãdi: vt ad exẽpla ſanctorum patrũ dictorum quatuor ordinũ cum eis benedicant Dominũ: ſiue, vt benedictio illorũ veniat ſuper eos. Vel ideò, quatuor leguntur, quia ieiunans debet habere quatuor cardinales virtutes, ſcilicet temperantiã, quia ipſum ieiunium tẽperantia eſt. Prudentiã,
Rom.12. vnde Apoſt. Rationabile ſit obſequiũ veſtrum. Fortitudinẽ: vnde Prouerb. vlt. De muliere forti. i. de eccleſia. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: quia oportet nos multũ laborare ad hoc, vt caro noſtra munda ſit, quod cum magna ſit pugna, quia valdè corrupta eſt, & ſpinas, & tribulos germinat, & ideò cum magna attritione venit ad cãdorem, ſicut & byſſus, & iuſtitia, vnde Eſa. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius. De Chriſto loquitur in membris, quando enim fit iuſtitia † in terra, recedunt latrones: ſimiliter quando iuſtitia fit, à nobis recedunt praui motus, & non ſperant: licet in nobis habitent. Si ve-
Eſa.11. rò non fiat iuſtitia, non recedunt. vnde Eſa. Quia non facimus iuſtitiam, non receſſerunt habitatores terræ, vbi eſt iuſtitia, ibi pax. Fides autẽ, eſt cinctoriũ renũ eius, quia vt dicit Gregor. Deſpectus terrenorum, reſtringit fluctus carnaliũ voluptatũ. † Vnde ſi ieiunas à cibis corporis, oportet vt ieiunes à cibis dæmonis & comedas cibos mentis, qui autẽ ſic ieiunat, non nocebit eis ignis tribulationis, nec ignis mundanus: ſicut nec tribus pueris nocuit ignis fornacis Babylonis, & ideò ſequitur lectio Dan.4. Angelus Domini. Præcedit autẽ ipſa lectio ordinationẽ clericorũ: ad notandum, ꝙ nemo ritè poteſt ad conſecrationem acce[illegible]re,

nisi prius transeat per fornacẽ atq; in fornace Deum benedicat. *Eccle. 27.*
Iuxta illud Sapien. Vasa figuli probat fornax, & homĩnes iustos *1. Tim. 3.*
tentatio tribulationis, quia qui ad sacrũ accedunt ministerium, *Dan. 3.*
probandi sunt in camino multarũ tribulationũ & tentationum.
Iuxta illud Apost. Et hi probentur primò: & sic ministrent. Propter ordinãdos enim legitur, ad significandũ, ꝙ sic viuere deberent, vt non noceat eis aliquis ignis Regis Babylonis. i. diaboli: sicut ignis tribus pueris non nocuit. Et sequuntur benedictiones, scilicet hymnus: Benedictus es Domine, &c. Quia post probationem coronantur, & à Domino benedicentur. & in fine subiicitur versus Glor. pat. &c. In laudẽ & honorem Trinitatis, quod non sit post Psal. Benedicite, tum quia ibi in vltimo versu fit mẽtio de patre, & filio, & spiritu sancto: tum quia ibi in facto trium puerorũ tota trinitas fuit dehonestata: hi verò versus præcedentes ad solius patris pertinẽt laudẽ, & in ordinandis trinitas honoratur. Choro autẽ licet sedere, dum lectio ipsa dicitur, sed non in cantu: aliud enim significat ipsa lectio in legendo: aliud in cantãdo: vnde nunc stare debet Episcopus & clericus, quoniã non debemus quiescere, qui scimus pueros illos pro Deo laborasse. Di-
4 cuntur† autẽ in sabbatis ieiuniorũ vij. lectiones Euangelio connumerato, eò ꝙ septẽ sunt ordines: & quidã dicunt xij. pro eo, ꝙ antiquitus Romæ, & adhuc in Constantinopoli fieri dicitur: legebantur Græcè & Latinè: & legebãtur xij. lectiones per xij. lectores: quorũ sex erant Græci, & sex Latini. Erãt tamen solũmodo sex in sententiis, quoniã illæ sex sine Euãgelio, quæ legebãtur Latinè, legebãtur & Græcè, sicut si dixerimus Amẽ, & posteà di-
5 xerimus verè: non ideò duæ res erunt. † Ideò autẽ legebantur dupliciter, quia Romæ erant Græci, quibus Latina lingua incognita erat. Erant etiam Latini permisti: quibus Græca incognita erat. Vel hoc fiebat, ad notandũ vtriusq; populi vnionẽ. Cæterum ad orationem, quæ dicitur post lectionẽ: Angelus Domini, scilicet Deus qui tribus pueris, &c. non flectit ecclesia genua: licet in orationibus aliarum lectionum antè flecteret præterquã in octauis Pentecostes ad ostendendum ꝙ ecclesia cõformis est tribus pueris. Fecit enim Nabuchodonosor statuam, & cogebat omnes *Dan. 3.*
adorare eam, sed tres pueri cum Danielẽ noluerunt genua flectere ante statuam: tales debent esse ordinandi, qui ante statuam, id est, ante mundi gloriam genua non flectãt. Quare clerici ordinentur, & quare in sabbato, dictum est in proœ. secundæ partis.
Quidam conferunt sacros ordines inter lectionem, Angelus: & epistolam Pauli: vt post ordinationem proponant ordinatis epi
stolã & Euangeliũ ad instar boni pastoris, qui mittẽs filium,

monet eum, quid & qualiter acturus sit. Ordinati enim per capellas mittendi per epistolam monentur, vt alios corripiētes benedictionē, quā acceperunt custodiant. Per Euangeliū verò dicitur eis: Euntes, docete omnes gentes. Nonnulli etiā subdiaconatu ante epistolam ratione præmissa præstito, cōtinuè post eā diaconatum & sacerdotium præbēt, quibus præstitis in vocē lætabundā erumpunt, dicentes: Benedictus es Dominus: eò q; hi præsertim ordines inuitantur ad laudes, & præstantur citra Euāgelium, quia Moses & Aaron leuitas in tabernaculi ministerium ordinauerunt, & Christus .lxxij. ordinatos ad prædicandū misit. † Debet autē legi epistola .s. Romanus, &c. Quæ est .2. ad Thess. 2. c. ab aliquo de ordinatis die ipsa: quia Episcopus debet prius ordinatos admonere, & postea ad maiorem admonitionē, epistolam illis tradere. Præterea ordinatus doctrinam sibi in ordinatione traditam per hoc se reducere in opus ostendit, propter eādem etiam rationem, vnus de nouiter ordinatis legit tunc Euāgelium: Anno xv. quod est Luc. 3. c. Post epistolam etiam cantatur tractus, qui significat grauitatē, quam sacratus & ordinatus seruare debet, ne superbia elatus in laqueos incidat diaboli. Communio est: Exulta satis: quæ est Zachariæ .9. cap.

Mat. 28.

Luc. 10.

6

SVMMA.

1 *Aduentus Dominica quarta, & Missæ introitus. nu. 3.*
2 *Tubarum vsus vnde.*
4 *Antiphonæ septē, incipientes ab ò, cur cantentur ante Dñi natiuitatē.*
5 *Aduentu Christi liberatus est homo à septem morbis: quos penè referūt septem antiphonæ, incipientes ab ò.*
6 *Hebdomada proxima natiuitati, præparatio meritò nūcupatur. Et cur sex diebus ante natiuitatem dicantur laudes propriæ.*
7 *Dominica vacat, quæ: & cur sic dicta.*

De Dominica quarta Aduētus Domini. CAP. XI.

IN † quarta dominica aduentus primū responsoriū in nocturnis est: Canite tuba: quod sumptum est de Iohele: Antiquitus enim Iudæi † canebāt tubis, ad inuitandū homines ad nuptias, & ad solēnitates, & ad mouendū castra. Vnde nūc præcepit dñs Prælatis, vt cantent tubis inuitātes gētes ad nuptias noui regis, quarum dies instat. s. dies natalis domini, in qua Christus desponsauit sibi humanā naturā: secundū quod dicitur in Psal. Et ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo. Canite igitur, quia propè sunt nuptiæ: & propter præmissam causam cātores hac septimana altius solito vocē suam exaltant in responsoriis, & in introitibus: vt qui prius sopore negligētiæ oppressi, lectionibus excitari nolumus: saltē vociferationibus & tumultu cātuum excitemur.

1

2

Psal. 18.

Siquidem in ſeptem annis ante annum iubileũ præcepit Dominus canere tubis, pro ipſius anni inſtantis lætitia. In hac autẽ hiſtoria huius dominicæ partim ex prophetis, partim ex Euangelio cõpilata, cõmunia ex vtriuſq; decantantur aduentus: & præſertim vocatio gentiũ declaratur per Chriſti aduentum, vbi in perſona Apoſtolorũ, vel doctorum dicitur: Canite tuba, & vocate gentes. Sanè gentilitas videns calciatam fore diuinitatem in
3 vtero virginali, clamat † ad eam in introitu: dicens ſecundum quaſdam eccleſias: Memento noſtri domine in beneplacito p.t. hoc eſt in filio: in quo benè cõplacuiſti ex milibus populi: qui fuit tuus ab initio mundi. Et ideò congratulatur alteri in epiſtola, dicens ſecundũ quaſdam Eccleſias: Gaudete: quæ eſt ad Philip. 4. *Pſal. 105.*
Sed iuxta conſiderationẽ vteri virginalis, cãtant in grãduali Dominum prope eſſe: & celerem eius aduentum. In allelu-ia verò: Veni Domine: in offerẽda, Confortamini: & in cõmunione: Ecce virgo deſiderat, & cõſolatur: & cauſam concludit conſolationis.
4 † Porrò ad oſtendendũ deſiderium antiquorum patrum, in fine aduentus, cantantur ſeptẽ antiphonę, vnaquæq; ſecundũ ordinẽ ſuum, ſua die, vſq; ad natale, quæ incipiunt ab, ô. Prima eſt: O ſapientia &c. Sunt autẽ ſeptem, quia diriguntur ad Chriſtum, in quo requieuit ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, &c. Eſa. 2. per quæ ſeptẽ dona ſuæ incarnationis nobis gratiã miniſtrauit: prout in ipſis ſeptem antiphonis apparet. Sunt etiam ſeptem, quæ cãtantur in deſignatione antiquorum patrum: qui ſeptenario ſeruientes aduentũ Domini expectabant. Vnde in omnibus dicitur, veni: vel ſeptem ſunt propter ſeptẽ dona ſpiritu ſancti: quę Chriſtus veniens largitus eſt mundo: & per quæ, expectãtes illuminati ſunt. Et ſunt omnes ſecundi toni. Primò, quia quælibet loquitur de vtroq; aduentu. Secundò, quia ſignant nobis geminã dilectionẽ: ſcilicet Dei & proximi. Tertiò, propter geminã Chriſti ad quem diriguntur naturã: vnde: Gemina gygas ſubſtãtiæ. Quartò, quia ipſæ antiphonæ notant deſiderium tam antiquorũ patrũ expectantiũ primum ſaluatoris aduẽtum, q̃ modernorum expectãtium ſecundum. Omnes ergo ſunt ſecũdi toni in ſignum q̃ ſecundum expectamus aduentũ. Et aduerte, quia illæ quæ habent in prin. verba pertinentia ad diuinitatem, pertinent ad eos, qui expectant primum: vt, ô ſapientia, & ô adonay. Adonay autem interpretatur Dominus: quia dominabitur cunctę creaturæ: vel quia omnis dominationi eius ſeruit. Illę verò quæ habent verba pertinentia ad humanitatem pertinent ad expectantes ſecundum: vt, O radix Ieſſe: & O clauis Dauid. *Pſal. 61.*
Sunt etiam quædam quæ vtriq; conueniunt: vt, O rex gentium.

Nam

Psal.20. Nã Dei filius dicitur Rex ſecundũ diuinitatẽ. Iuxta illud: Deus iu-
Psal.44. diciũ tuum Regi da, &c. Et etiam ſecundũ humanitatẽ, Iuxta illud: Domine in virtute tua lætabitur Rex, &c. Sæpius tamen ſecundũ humanitatẽ Rex dicitur, qa ſecundum eã eſt vnctus oleo lætitiæ p̃ participib⁹ ſuis. † Rurſus eccleſia in his ſeptẽ annis oſtẽdit multiplicitatẽ morbi ſui, & ad quam libet petit remediũ ſui morbi. Nã ante Dei filij aduentũ in carne eramus ignorantes ſiue cæci, pœnis æternis addicti, ſerui diaboli, mala peccati cõſuetudine vincti, tenebris obuoluti, exules à patria, & expulſi. Ideoq; indigebamus doctore, redẽptore, liberatore, eductore, illuminatore, ſaluatore, quia igitur ignorantes eramus, ideoque ab ipſo doceri indigebamus. Vnde in prima antiphona clamamus: O ſapientia, quę ex ore, &c. Eccl. 24. & Sap. 8. & Eſa. 40. cap. Quia verò parum prodeſſet, ſi doceremur, & non redimeremur: ideò in ſecũda ab ipſo redimi poſtulamus. O adonay, &c. Exo. 6. & 13. & 19. & 20. c. Sed quia nihil prodeſſet, ſi eſſemus docti & redempti, & adhuc poſt redemptionem teneremur captiui, ideò in tertia petimus liberari: O radix Ieſſe, &c. Eſa. 40. & 52. c. Sed quid prodeſſet captiuis, ſi eſſent redẽpti & liberati, ſi tamen nondum eſſent ab omni vinculo abſoluti, vt ſcilicet ſub peccato eſſent, & vincti liberè, quò vellent, ire nõ poſſent? & ideò in quarta ab omnibus peccati vinculis educi petimus: O clauis Dauid, &c. Apo. 3. & Eſa. 42. & Luc. 1. c. Prætereà, quia hi qui diu fuerunt in carcere, oculos habent obtenebrãtes, nec clarè videre poſſunt, ideò poſt abſolutionẽ à carcere reſtat nos illuminari, vt videamus quò ire debeamus, & ideò in quinta hoc petimus: O oriens, &c. Zach. 6. Sap. 7. & Malach. vl. & Luc. 1. c. Sed ſi eſſemus docti & ab inimicis penitus liberati, & illuminati, quid valeret, niſi deberemus ad regnum perduci, & bidẽ ſaluari: & in duabus ſequentibus petimus ſaluari: O Rex gentiũ, &c. & Aggei. 2. & 1. Pet. 2. Eph. 2. & Gen. 2. c. In qua petimus ſalutẽ gentium: & O Emanuel, &c. Eſa. 7. Mat. 1. & Eſa. 33. & Gen. pe. c. In qua petimus ſalutem Iudæorũ. In quibuſdam verò eccleſiis adduntur aliæ duæ. Prima in honorem B. Virginis Mariæ, quæ cõcepit: ſecunda pro Angelo, qui ad Virginem introiuit, vel in honorẽ S. Thomæ cuius feſtũ tunc accidit. Duæ quidẽ adduntur, vt perficiatur nouenarius numerus, ad deſignandũ, quia per ſeptẽ dona ſpiritus ſancti peruenimus ad nouem ordines Angelorũ, quorum quilibet deſiderabat Chriſti natiuitatem: vt impleretur numerus ipſorũ, qui de cœlo ceciderũt. Quædã etiã eccleſiæ cãtant duodecim, quæ exprimũt duodecim Prophetas, qui Chriſti aduentũ p̃dixerunt, quæ etiam duodecim apoſtolorũ teſtimonia roborauerunt, ex quo duodecim tr[illegible] &

duodecim millia signati saluãtur:sed nõ sunt nisi septẽ habentes veniam. Omnes aũt incipiũt per ô,quod potius admiratiuè ponitur,q̃ vocatiuè. Cantãtur in vesperis,qa dominus venit in vespera mundi: Hic est Helias,q̃ serò carne,& in mane pane vescitur: dominus,scilicet noster,q̃ in vltima ætate mundi carnem assum pſit,& in diluculo resurgens in panẽ Angelorũ transiuit. Et no ta q̃ hæc hebdomada ꝓxima natiuitati,præparatio meritò nuncupatur,& ea historia: Clama in fortitudine. cãtatur,quę non vt quidã simplices autũnant,ad quatuor tẽpora,sed ad Dñi pertinẽt proximã natiuitatem. Vnde cum sex matutinalibus laudibus decãtatur, quoniam quælibet illius feria proprias habet ad laudes antiphonas,quia ꝑ sex ætates antiqui se ante aduentũ præparauerunt, & nos ꝑ sex opera misericordiæ ad secundũ etiã præparamur. Veruntamen feriales antiphonas, quæ in illa feria,in qua occurrit festum S. Thomæ,scriptæ sunt, octaua die anteà quidã canere cõsueuerunt. Decet enim ante natiuitatem Domini cantus & omnes antiphonas,& ferè omnia respõsoria renouari, qa sicut per plures & frequentiores nuntios magis ac magis mouetur animus subditi,ad solicitudinẽ honorificè suscipiendi prælatum,sic & renouatione cantus,magis & magis mouemur ad curam nostræ præparationis in susceptione Domini, & vt per quotidianam renouationẽ cantus excitemur frequentius ad turpes & terrenas cogitationes purgandas,vt sit dignũ habitaculum,& ornatũ venturo Regi Regum piis cogitationibus præparemus. Potest tamen & totus aduẽtus præparatio nũcupari vndè in principio legitur: Abiiciamus opera tenebrarũ,& induamur arma lucis,&c. quæ omnia præparationis insignia. Intitulatur autẽ in antiquis libris dominica ista: Dominica vacãs. Primò,quia ostẽdit ꝙ omnis sanctus vacat. ex quo Ioannes,quo inter natos mulierũ nõ surrexit maior, non est dignus soluere corrigiã calciamenti, sicut dicitur in Euang. huius dominicæ,id est,incarnationis mysteria denudare: & propter hoc dominus Papa non facit stationem apud aliquẽ sanctũ. Secundò dicitur vacãs, quia non habet ꝓprium officium,sed mutuat alienũ,scilicet: Rorate cœli,&c. & hoc ꝓpter ordines præcedẽtis diei,in quibus fuit apostolicus occupatus. Sæpè enim in Decembri cõsueuerunt ordines ab apostolicis celebrari. Tertiò,quia numerũ dierũ aduentus excedit, scilicet. xxj. quare inter dominicas aduentus nõ debuit cõputari, sed vacans potius appellari, Quartò,qa apostolicus olim hac die dominica eleemosynis vacabat, & tam ipſe,quàm sui circa hoc intenti nullam stationem faciebant: propter quod dicta est vacãs, scilicet à statione & indulgentia. Quædam ecclesiæ dicũt in hac

Apoc. 7.

Rom. 13.

7

Mat. 21. Ioan. 1.

dominica

dominica euangelium: Miserunt Iudæi: quod est Ioan.1.cap.& epistolam, Gaudete: quæ est ad Philip.3.cap. Aliæ verò dicunt epistolam: Sic nos existimet: quæ est ad Corinth.3.cap.

SVMMA.

1 *Natalis Domini vigilia, & officium.* 2 *Officij diurni intentio.*
3 *Prophetia cur præmittatur epistolæ vigiliæ natalis Domini.*
4 *Psalmi qui dicantur in vesperis vigiliæ natiuitatis Domini.*

De vigilia natiuitatis Domini. CAP. XII.

IN † vigilia natiuitatis Domini, est inuitatorium: Hodie scietis 1
quia v.d.& s.n.& m.v.g.e. quod est transumptum de Exod. 16. cap. Ex eo, quod ibi dicitur: Vespere scietis quia educit vos Dominus de terra Ægypti & manè. v.g.e. Et potest dici, ꝙ hæc breuis clausula, ex vna parte ad natiuitatem, ex alia pertinet ad resurrectionem: sic hodie, scilicet in vita præsenti scietis, ꝙ veniet Dominus: id est, panis viuus, qui de cœlo descendit: & ma.vi.gloriam eius, id est, resurrectionis gloriam non solũ humanam, sed etiam gloriã diuinitatis eius. Sanè, in hac vigilia ecclesia monet, & inuitat filios suos, vt parati sint ad suscipiendum Dominum. Vnde in nocturnali officio primũ responsorium est: Sanctificamini, scilicet filij Israël, id est, viri spirituales, qui videtis Deũ per fidem, & parati estote, vt interfitis ad nuptias: quia non erit in cœna, qui eiicitur à nuptiis. Moraliter nõ obseruabit cõsilia, qui præcepta renuit adimplere. Sequitur in versu: Et mane vi.glo.eius, id est, aduentum gloriæ eius: vel mane ad literã. Et hæc vltima pars de Exodo sumpta est: sed prima non est sumpta de aliquo libro. Dicitur etiã capitulũ: Gaudete in Domino: Philip.4. c. Diurni † verò officij intentio est ostendere, ꝙ Christus natus sit, & hoc dicitur in epistola: Paulus seruus, &c. Quæ est, ad Ro.1. .& in Euangelio: Cùm esset desponsata. quod est Mat.1.c. Hac etiam die desponsatio legitur Mariæ, vt sciat quod alij fuit despõsata, scilicet Ioseph, & ab alio fuit fœcũdata, scilicet à spiritu sancto. † Quedã 3
tamen ecclesiæ ad hoc, vt incredulis maior certitudo sit, præmittunt Propheriã: Propter Sion, &c. Quæ est Esa.42.c. in qua ostenditur ipsum fore nasciturũ. Natus autem est, vt populũ saluum faceret, & terræ iniquitatem deleret: hodie in spe per sacraméta gratiæ: mane in re, per reuelationem gloriæ: hæc patent in introitu & in graduali: Hodie scieris. Exod.16.c. & in allelu-Ia Crastina. Quidam tamen dicunt allelu-Ia. Aue Maria: & hoc quando vigilia est in dominica. Tunc enim dicitur allelu-Ia, propter resurrectionem Domini. Idem etiam patet in postcõmunione: Renelabitur quæ est Esa.40.c. Sed quia in eius incarnatione erat futura Iudæorum dispersio, ideò in graduali subditur versu: Qui

regis:in quo pro eis oratur. Quantus sit,ostendit Psal.qui ad introitum cantatur,scilicet:Domini est terra, & plenitudo eius:de quo etiam dicitur offerēda:Tollite portas principes vestras, &c. *Psal.23.*

4 In † Vesperis autem vigiliæ natalis Domini dicunt quidam psalmos:Laudate pueri Dominū. Laudate Dominū omnes gentes. Lauda anima mea Dominū.Laudabo d.in. Laudate Dominum, quoniam bonus est:psalmus:& Lauda Hierusalē Dominum,lauda Deum tuum Sion:in quibus inuitamur ad laudes. Alij verò dicunt:Laudate pueri Dominū,laudate nomen Domini.Qui confidunt.In cōuertendo Dominus captiuitatem,&c.Memento Domine:& Benedictus Dominus Deus,& meritò, quia primus deuotos inuitat ad laudandū iugiter & prædicandū.Secundus monet,in Deo confidere.In tribus sequentibus redditur causa, quare laudibus sit instandū, & in Domino confidendum, scilicet q̄ nostrā captiuitatē conuertit,& multum magnificauit, quia promissa cōpleuit,dum fructū ventris Dauid super sedem eius instituit;quia inclinauit cœlos,& descendit, qui demū de alto manū suā emittet, vt nos eripiat ab aquis multis,& à filiis alienis.Vesperæ autem istæ priuilegiatæ sunt, quia cùm cætera officia vespertina propter superueniens festum mutentur, istæ non mutātur. In vigiliis etenim aliorū festorū capitulum,Hymnus, Antiphona & Collecta. In aliquibus etenim ecclesiis totis vesperis diei officiis expletis, solummodo antiphona & collecta de sequenti festo dicuntur,eò q̄ Dominus in vesperis,id est,in vltima ætate mundi venit ad saluandum saltem reliquias generis humani. *Psal.17.*

SVMMA.

1 *Natalis Domini officiū,quid in summa.* 2 *Christus cur in fine anni* [*nasci voluit.*
3 *A natali Domini,dies sensim crescunt.*
4 *Natalis Domini festum,eadem die mensis semper occurrit, cætera autem mutantur festa.Rationem vide.nu.5.*
6 *Natalis Domini officium nocturnum,& eius significatio, nu.* 7.8.9.
11 *Iubilus,quid notet.* [10.12.16.
13 *Euangelia quot dicantur in nocturnali officio natalis Domini.*
14 *Ioseph potius,quàm Mariæ genealogia,cur computetur.*
15 *Mariæ & Ioseph genealogia describitur.*
17 *Theleſphorus Papa, instituit tres Missas cantari in die natalis Domini.Et quod eius fuerit institutum de prima.nu.*18.19.
20 *Prophetiæ diei natalis Domini cur præmittantur epistolis.*
21 *Missa secunda natalis Domini,cur cantetur sub auroram.*
22 *Missa tertia natalis Domini,hora tertia cantanda.*
23 *Tres institutæ in die nativitatis Dominicæ, quid signent.ibid.*
*de & per nu.*24.26.27.

25 Chri-

25 Christus, quomodo intelligatur primogenitus Mariæ.

De officio natalis Domini. CAP. XIII.

QVæcunq; in officio natalis Domini dicũtur, de exultatione † natiuitatis sunt, quia sicut cantatur in responsorio: Descendit de cœlis Christus, id est, de sinu patris vt appareret visibilis. Vnde egressus eius, à patre, id est, ab occulto: & intimo patris. Sequitur introiuit, scilicet p̃ aurem Virginis, id est, per fidẽ, quæ *Luc.1.* ex auditu, sicut legitur in epistola ad Ro. Vndè cùm dixit ei Angelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obum- *Cant.5.* brabit tibi: spiritui sancto acquieuit. Iuxta illud in canticis: Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, ostium, desideriũ, est pessulũ discretio, quasi per discretionẽ aperui desiderium meum dilecto *Luc.1.* meo: & hoc audito, dixt: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundũ verbũ tuum. Non sicut Eua, quæ fregit pessulũ, quando voluit esse sicut Deus. Introiuit dico in vterũ Virginis, quo accepit carnem nostram, & exiuit p̃ portam clausam in regionẽ nostrã. De hac *Exec. 43.* porta dixit Ezech. Porta hæc clausa erit in æternum, & exiuit de mũdo p̃ portam aureã, id est, charitatẽ: q̃ a per crucem. Maiorem *Ioan. 15.* enim charitatẽ nemo habet, q̃ vt animã suam ponat q̃s pro amicis suis. Et † est aduertendum, q̃ Dominus in fine anni nasci voluit, vt ostenderet se in vltima mundi ætate venire: in sexta feria cõceptus, in dominica natus, in sexta feria crucifixus fuit, & dominica resurrexit, vt q̃ hominẽ in sexta feria plasmatũ perdide- *Gene.1.* rat, in sexta feria liberaret, & q̃ dixerat in dominica: Fiat lux, in dominica veniẽs oriens ex alio nos illuminaret. De hoc dicetur sub tit. de Parasceue: & in nocte natus est, vt se sub carne latentẽ venire signaret: vel vt se ad illuminãdam noctẽ nostram venire monstraret, quoniã habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Vnde ab † eius natali dies prolõgantur, quia credentes in eum ad æternitatis lucẽ vocantur: rationabiliter itaq; noc- *Esai.9.* turna officia celebrantur. Cùm autem cætera festa Saluatoris, † scilicet passio, resurrectio, ascensio, Pentecostes, & alia sint variabilia, quia nõ celebrantur semp̃ in eisdem Calendis, siue in eadem die mensis, quare hoc festũ est inuariabile, cum semp̃ est in eisdem Calendis, siue eadẽ die mensis? Respondeo secundũ Aug. Hoc festũ pertinet ad memoriã tantũ, vnde sufficit per illud memorari quota dies mensis Christus natus fuit, & ideò semper eadem die mensis celebratur: licet ipsa feria varietur proter mutationem literæ dominicalis: alia verò festa pertinent & ad memoriam & ad sacramentũ, verbi gratia: Christus passus est sexta feria, vt hominẽ, qui in vj. feria ceciderat, redimeret: & sic de aliis: & ideò oportet, q̃ sub diuersis calẽdis fiant, in eadẽ tamen feria,

ſcilicet in dominica. Præterea, ſemper Paſcha noſtrũ accipitur dominica prima poſt Paſcha Hebrçorũ, quod eſt ſemper. xiiij. luna, quia ergo luna. xiiij. non ſemper eſt eodem tempore, vel eadẽ die menſis: imò variatur ſecundum annos ſolares, ideò & Paſcha noſtrum, non ſemper eſt eodẽ tempore, nec in eadẽ die menſis: licet ſemper ſub eadem feria, ſcilicet in dominica celebretur. Rurſus
5 † ideò Paſcha, Pentecoſtes & alia feſta viariabilia ſunt, nec certæ diei menſis ſunt annotata, ne videamur imitari Iudæos, q̃ ſemper illa celebrant in certis Calendis. Alcuinus verò dixit, q̃ ideò hoc feſtum per ſingulos dies variatur, quia natus eſt nobis, q̃ per ſingulos mundi dies lauat illos, qui per peccatũ Adæ ſunt macu-
6 lati. Circa † officiũ nocturnale ſciendum eſt, q̃ inuitatoriũ, ſcilicet Chriſtus natus eſt nobis, &c. in perſona Angelorum cantatur, à quibus paſtores vel potius omnis populus ad adorandũ natum Dominũ inuitatur. Nouem verò pſalmi dicuntur per tria noctur na: vt notetur, q̃ omnes ſancti patres qui fuerunt in tribus temporibus, ſcilicet ante legem, ſub lege, & tempore gratiæ in nouo teſta. ſociati ſunt per aduentum Chriſti nouem ordinibus Angelorum: vt ſicut Angeli S. Trinitati congaudent: ſic & illi congaudeant. In primo pſalmo agitur de æterna Chriſti genitura, & ineffabili. In ſecundo de eius incarnatione. In tertio de laudibus ſponſi & ſponſæ, idq̃; in tribus primis lectionibus per Eſa. Oracula teſtificamur: qui non tam propheticè, quã euangelicè incarnationem Chriſti deſcripſit. Prima eſt: Primo tempore. Eſa. 9. c. Secunda eſt: Conſolamini, conſolamini populę meus, dicit Deus veſter. Eſa. 40. c. Tertia eſt: Conſurge, conſurge. Eſa. 42. cap. in ipſis
7 etiã fit promiſſio: in aliis oſtenditur promiſſionis impletio. † Primus nocturnus recolit tempus ante legem, ſeu eos qui fuerunt ante legem: vt Abraham, Iſaac & Iacob: ſecundus nocturnus recolit tempus legis, ſeu eos qui ſub lege fuerunt: vt Dauid, & Prophetas, & alios plures: & ideò in antiphonis quæ cantatur in illis duobus nocturnis, quæ ad vetus teſtamentum pertinent, non dicitur allelu-Ia: quoniam patres illorum temporum differebãtur ab æterno gaudio, ſcilicet à patria: in qua iuxta Apocalypſim, cantatur *Apoc. 19.* allelu-Ia. Tertius verò recolit nouum teſtamentum, quod habuit initium à baptiſmo, quod tertio tempore, ſcilicet gratiæ nobis collatum eſt: ſeu eos, qui fuerunt in nouo teſtamento: vt ſunt Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, & alij ſancti. Ideoq̃; in illis antiphonis, quæ eos recolunt, & quæ ex nouo teſtamento ſumũtur, canitur allelu-Ia: quoniam iſtos plus honorauit ſuus aduentus, quàm præcedentes patres: ita vt ſi digni de hoc mundo migrant, illi in cœlum transferantur: & ſocietati ſanctorum iungantur:

quod antiqui patres longo tempore expectauerunt, murmurantes infra clauſtra inferni. Ante † nocturnos ſolent in quibuſdam 8
locis ſuper altare tres panni poni, ad deſignationem præmiſſorũ trium temporum: & in ſingulis nocturnis ſinguli amoueri. Primus niger pro tempore ante legem. Secundus albus, pro tempore reuelationis. Tertius rubeus, pro tempore gratiæ propter dilectionem ſponſæ candidæ & rubicudæ. In quibuſdam quoque eccleſiis ſuſpenduntur boni panni, in quibuſdam viles, & in quibuſdam nulli, prout in j. parte dictũ eſt ſub tit. de picturis. Sanè, ad primum reſponſoriũ primi nocturni, dicuntur in quibuſdam eccleſiis tres verſus, propter cauſam redditam ſub prima dominica aduentus, & poſt quodlibet trium reſponſorium priorum dicitur Gloria patri, &c. hoc ideò quoniã in tribus reſponſoriis tria † ſi- 9
gnificantur, ſcilicet reſtauratio Angelorũ: reparatio hominũ, & modus, quo iſta facta ſunt. Reſtauratio Angelorum notatur in primo vbi dicitur: Gaudet exercitus Angelorũ. Reparatio hominum, in ſecundo, vbi dicitur: Pax vera deſcendit. Modus verò, quo & facta ſunt, & potius quo deſcendit ille, qui fecit, inſinuatur in tertio quod eſt in quibuſdam locis: Deſcendit de cœlis. In quo oſtenditur, vt præmiſſum eſt, Deum deſcendiſſe à patre in Virginem: & ita ad nos, vel per hoc quod in ipſo reſponſorio tangitur, ꝙ intrauit in regionẽ noſtrã, recolitur liberatio habitantium in regione vmbræ mortis. Quia ergo hæc facta ſunt per trinitatem: idcirco poſt quodlibet illorũ triũ reſponſoriũ, Gloria patri cantatur, ꝙ ad laudẽ pertinent trinitatis. Rurſus † ſicut mãna ha- 10
bebat ſaporẽ ſimilẽ cum melle: ita & Chriſtus duo habuit in ſe, videlicet humanitatẽ & deitatem. Humanitas per ſimilã: Deitas per mel intelligitur. Vnde etiam in hoc ſecundo reſpõſorio dicitur: Hodie per totum mundũ melliflui facti ſunt cœli: quaſi diceret: totus mundus mellificatus & dulcoratus eſt. In tertio verò reſponſorio fit triplex iubilus, ſcilicet in frabricæ, in tanquã, in gloria patri, in quo quidem in tribus ſaluatorem commendamus, oſtendentes, ꝙ qui ineffabiliter fabricam mundi creauit, & ineffabiliter de Virginis thalamo proceſſit, & ineffabiliter æqualis patri, & ſpiritui ſancto permanſit: ſicut fuit ab æterno ſic nunc eſt, & erit in æternum: & hîc tria triplici iubilo ſignificamus, primum primo: ſecundũ ſecundo: & tertiũ tertio, & vt expreſſius tertium ſignificetur: in quibuſdam eccleſiis cantatur Gloria patri, &c. & ſicut erat in principio, &c. vſque ad Amen. † Et not. ꝙ fit iubilus ſuper a, & ſuper o. Super a, in fabricæ & in tanquam. Super o, fit
Apoc. 1. gloria patri ad notandum, quòd cui fit, eſt α & ω, id eſt, principiũ & finis. Iubilus autem quandoq; notat expectationẽ noſtra[illegible]t dic[illegible]ur

dicetur ſub tit. de ſeptem diebus poſt Paſcha: quandoq; noſtram infirmitatem: vt in verſu: Tanquam ſponſus. quandoq; rei, de qua agitur magnitudinẽ, vt ibi: Fabricæ mundi, quandoq; gaudij immenſitatem, vt in fine reſponſorij. Verbum caro, ibi enim ſignat immenſitatẽ gaudij: quod viri ſancti habent de eo, ꝙ verbum caro factum eſt: plenum gratia & veritate. De iubilo dictum eſt in
12 proœ. v. partis. † Reſtat adhuc de ſex reſponſoriis dicere. Et quidem in primis duobus ſecundi nocturni agimus de partu: in tertio de parturiẽte. In duobus verò primis tertij nocturni agimus de parturiente: & in tertio de partu: in quo conſuetudinem mulierum imitamur. Conſueuerunt enim mulieres viſitare parturientes, & partũ: & eis munuſcula ſua dare: & nos parturientem, & partum quodammodo viſitamus eum, pro modulo noſtro eos magnificamus. Ipſæ verò laudes, ſunt munuſcula, quæ offerimus. Dicitur etiam ad horas capitulum: Paulus ſeruus. Rom. 1. & illud: Multifariè ad Hebr. 1. c. & illud: Apparuit gratia, ad Titum. 2. &
13 illud: Apparuit benignitas. ibidem. 3. c. In † nocturnali verò officio tria leguntur Euangelia: vt habeat eccleſia quod intendit. Vult enim oſtẽdere vtranque naturam eſſe in Chriſto, vt ſic plures ſint teſtes natiuitatis Chriſti, & propter hoc etiam leguntur lectiones in quibus Auguſt. & alij ſancti inducunt ad hoc authoritates infinitas, ſcilicet ab eis qui fuerunt ante legem, ſub lege, & poſt legem, quoniam integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur. extrà de offic. dele. prudentiam. Legitur & quartum Euangelium Mat. ſcilicet: Liber generationis, poſt nonum verſum, in quo exprimitur eius generatio: vt oſtendatur eũ fuiſſe de genere patrum eorum, quibus eſt facta promiſſio, ſcilicet Dauid & Abraham. Dauid in Pſal. De fructu ventris, &c. & 1. Para- *Pſal. 88.*
lip. Cùm dormieris cũ patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te. Abrahæ verò Gen. 16. dictum eſt: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, & ideò dicit in principio filij Dauid, filij Abrahã. Quia illis ſpecialiter facta eſt promiſſio: & ſic oſtenditur, ꝙ ipſe erat Meſſias qui promiſſus eſt in lege & Prophetis. Et not. quod Mat. deſcribit hîc genealogiam, deſcendendo vſque ad Ioſeph.
14 Luc. verò aſcendendo, prout ſub Epiphania dicetur. Sed † quare potius Ioſeph quàm Mariæ generatio cõputatur, cùm etiã Chriſtus non fuerit filius Ioſeph? Reſpondeo: quia ambo de eadẽ tribu fuerunt. Et tribus, id eſt, genealogia, per mares non per fœminas diſtingui ſolet, & computari in veteri teſtam. Numerando ergo vſque ad Ioſeph: perinde eſt, ac ſi vſque ad B. Virginem proceſſiſſent. Cæterea, Chriſtus maluit filius fabri vocari, quàm matrem propter ſuſcipitionem adulterij lapidari: Et re vera filius eſt illius

fabri,q̃ fabricatus est aurorã & Solem. † Et scias, quòd natiuitas 15
B.Mariæ ex tribu Iuda, & regia stirpe Dauid originem duxit & traxit,prout scriptura sæpè testatur,dicẽs Christũ de semine Dauid discendisse,qui de ipsa sola natus est. Siquidem Dauid inter cæteros duos filios habuit,scilicet Nathã & Salomonẽ.Ex catena siue generatione Nathã,descendit virgo Maria.Quoniam ex catena ipsius Natham,Leui genuit Melchi,& Pantheram. Pantheram verò genuit Barpantheram, Barpanthera Ioachim, Ioachim virginem Mariam:vt dicetur in vij.parte sub festo Philippi & Iacobi Apostolorum.Ex catena verò Salomonis, descendit Ioseph, vir ipsius Mariæ:quoniam ex catena ipsius Salomonis Mathã ex vxore sua genuit Iacob.Defuncto autem Mathã,Melchi ex tribu Nathã filius Leui, & frater Pantheris nupsit vxori ipsius Nathã, scilicet matri Iacob,ex qua genuit Hely: & sic facti sunt fratres vterini Iacob & Hely.Mortuus est autem Hely ex tribu Mathã, sine liberis cuius vxorem accepit Iacob frater eius ex tribu Salomonis,& suscitauit semen fratri eius & genuit Ioseph. Ioseph igitur,natura est filius Iacob,ex descensione Salomonis: secundum legem verò Hely,q̃ ex Nathã.Nam qui nascebatur secundã naturam,quidẽ filius erat generãtis,sed secundũ legem defuncti. Deinde cantatur:† Te Deum laudamus,te Dominum cõfitemur in 16
omniũ antecedentium actiones gratiarũ,& ad designandũ exultare nos cũ Angelis & congratulari de drachma perdita inuenta: in quibusdam tamẽ ecclesiis finita prima Missa, cantatur dictum Euangelium Matthæi:Liber generationis: & hoc ideò,quia duo testes ad minus nobis necessarij erant.primus testis erat Luc.q̃ in Euangelio Missæ:Exiit edictũ à Cæsare Augusto,&c.narrauit iuxta verbũ Euangelij,Deũ natũ in ciuitate Dauid. Adducitur ergo alius testis,dicẽs eum natũ de Dauid:Ac si dicat non tantũ est natus de ciuitate Dauid:sed etiam de Dauid: vnde Matthæus prius nominat Dauid,quàm Abraham,dicens:filij Dauid, filij Abrahã: quamuis & alia possit esse causa, quare prius Dauid nominatur, scilicet quia Dauid fuit prior Abraham dignitate: nam ille Patriarcha,iste Patriarcha,& Rex: audito igitur in Euangelio Missæ vno teste ab ecclesia:quia vix est,q̃ vni testi soli credatur:ideò adiecto alio,scilicet Matthæo,qui etiã generationem dominicã describit:tunc plenè cõfidens ecclesia exultans clamat:Te Deũ laudamus,vt in ore duorũ,trium vel plurium stet omne verbum:extrà de testi.in omni.ij.quæst.iiij.§.j. Adhuc quia vix est,q̃ vni testi credatur:hinc est,q̃ vnus terminat Missam, dicens in quibusdam ecclesiis, benedicamus Domino. Et ecclesia quasi voce demissa,respondet: Deo gratias. Rursus finita Missa dicit Euan-

gelium:Liber generationis:& posteà : Te Deum laudamus,quia generatio diuinitatis præcessit generationẽ humanitatis. Et quia illarum notitia fuit nobis laudis materia: ideò laudes sequuntur. Missa ergo laudes præcedit, quia prius fuit æterna genitura, de qua Missa illa loquitur, quàm aliqua creatura fuerit, quæ Deum laudare potuerit. In laudibus matutinis quasi choream ducimus, vnde in prima antiphona dicimus:Quem vidistis pastores?&c. &
17 ipsi responderunt natum vidimus. Circa † Missæ verò officium notandum est,℣ Thelesphorus Papa statuit in die ista debere cãtari tres missas, ad ostendendum ℣ Christi natiuitas saluauit patres trium temporum,scilicet patres ante legem,sub lege,& post legem. Prima canitur de media nocte, ad ostendendũ, ℣ illi qui fuerunt ante legẽ,non fuerũt illuminati aliqua lege & per illam etiam ostenditur,℣ panis qui quotidie sacrificatur & mãducatur in altari:videlicet Christus,natus est in Bethleem in media nocte, & in hac sic dicit Luc. vnde Sapien.18. Dum medium silentiũ tenerent omnia,& nox in.s.c.m.iter ha.&c. quod ad literã exponitur de natiuitate Domini:hoc etiam insinuat Euangelium huius missæ & collecta illa:Deus qui hanc sacratissimã carnem tuã,&c. & propheria illa:Populus gentium,qui ambulat in tenebris,vidit *Esa. 8.*
lucẽ magnã. Habitantibus in regione vmbræ mortis.&c.& epistola & ferè omnia,quæ in illa missa dicuntur.Idem etiã Thelesphorus Papa.de consec.dist.j.nocte,statuit in hac missa † hymnũ
18 angelicũ,scilicet:Gloria in excelsis:solenniter decantari:ad recolendum,quod Angeli nocte ista illum decantauerunt : in qua ab Angelis pastoribus est nuntiatus. Vnde in Euangelio legitur: Et *Luc. 2.*
subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium & dicẽtium:Gloria in excelsis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis,&c. † Notandum est autẽ, quòd hæc missa
19 & laudes matutinæ terminantur in plerisque locis vna oratione, ad ostendendum ℣ totum illud officiũ idem indicat, scilicet natiuitatem æternam,& temporalẽ,vnde ipsa missa incipit: Domi- *Psal.*
nus dixit ad me:filius meus es tu,ego hodie genui te: quòd tantũ de generatione æterna seu de generatione Christi intelligitur: ℣ verò sequitur:ego hodie genui te:de vtraque est,& exponitur hodie,id est,æternaliter. Nam secundum Augu.hodie præsentiam significat,& quod æternũ est, semper præsens est.versus de temporali,scilicet:Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania?quasi diceret,pro nihilo, cum Christus Deus & homo sit. Responsoriũ de æternali in quo dicit Deus pater, ego pater sum. Tecũ principiũ.Vnde & ibidẽ sequitur:In die virtutis tuæ,scilicet in die resurrectionis. In splendoribus sanctorum, scilicet in luce *Psal.109.*

omnium ſanctorũ,& dicit in ſplendoribus ſanctorum,pluraliter, propter diuerſos effectus:ex vtero,id eſt,ex intima bonitate mea. Ante luciferũ genui te,id eſt,ante omnem creaturã: quaſi diceret ab æterno.Epiſtola verò:Paulus ſeruus,quã quidam in vigilia dicunt:&euangeliũ de tẽporali.Vnde in epiſtola dicitur:Ex ſemine Dauid,ſecundũ carnẽ.In Euangelio dicitur: Exiit edictũ à Cæſare Auguſto:ꝙ eſt Luc.2.c. In aliis verò eccleſiis dicitur epiſtola: Apparuit gratia Dei. Quæ eſt,ad Titum.2. c. Ante † epiſtolã le- 20.
gitur immediatè prophetia. Primò,vt baſis ſit ſub columna,innitente baſi. Non enim quæ dicũtur in Euangelio,crederentur impleta,niſi forent in veteri teſt.prædicta. Secundò, ideò in vigilia & in hac Miſſa duæ lectiones ſine interuallo dicũtur:vna de Prophetia:alia de Apoſtolo, quia Chriſtus pro duobus populis in pariete coniungendis naſcitur.Tertiò,quia ſuper baſim Prophetarũ fundata eſt colũna Apoſtolorum.Quartò,quia actiui & contemplatiui per hanc natiuitatẽ in vna fide ſaluãtur. Quintò,quia per vtrunq; teſtamentum Chriſti natiuitas concorditer prædicatur. Hi ſunt duo Cherubin,qui propitiatoriũ tegunt , quique in propitiatorium verſis vultibus reſpiciunt:vt dictum eſt in proœ. iiij. partis. Quidam tamen nullam dicunt propheriã,ſignificantes ꝙ vetera tranſierunt:& noua facta ſunt omnia, quaſi dicat : de ipſo facto ceſſet figura,quia veritas venit.Secunda † Miſſa cantatur in 21
diluculo in exordio diei: quando Chriſtus in cunabulis adoratus eſt à paſtoribus,& hoc primò ad oſtendendum,ꝙ ſancti patres & Prophetæ qui fuerunt ſub lege ſcripta, aliquantulam cognitionẽ Dei habuerunt,ſed non tantam,quantam nunc habemus:& ideò incipit à promiſſione , quæ facta eſt antiquis in veteri lege. Lux fulgebit hodie in domo Domini,&c. Secundò ideò , quia ſicut Dominus à Gabriele fuit nũtiatus prius,quàm naſceretur,ſic ante initium diei ſuæ natiuitatis Miſſa canitur. Tertiò,propter ortum nouæ lucis , quia ille,qui natus eſt in ortu ſuo, tam in vtero, quã ex vtero fuit lux vera. Dicitur ergo in ortu huius temporalis lucis,quaſi ipſo facto dicatur:Orta eſt lux.Huic conſonat introitus,ſcilicet,Lux fulgebit:& graduale in quo dicitur: Deus dominus,& illuxit nobis:& ꝙ ſequitur in introitu: & vocabitur admirabilis:ſumitur Eſa.9.c. A quibuſdam tamen dicitur de nocte eò ꝙ paſtores in nocte illa viſitauerunt præſepe domini,quod notat euangeliũ eiuſdem Miſſæ:Paſtores,&c.Luc.2.c.Prædicitur etiam tunc in quibuſdã eccleſiis prophetia : Spiritus Domini ſuper me, quæ eſt Eſa.41.c. Deinde dicitur epiſtola : Apparuit benignitas, quæ eſt ad Tit.3.c.Communio eſt:Exulta filia.Zacha.9.c. Tertia
† verò Miſſa,quæ die clara,hora tertia,quando illuxit nob[illegible]ics 22
ſed[illegible]

redemptionis nostræ festiuius celebratur, ad tẽpus refertur gratiæ, in quo descendit lux magna de cœlo: quæ illuminat omnẽm hominẽ venientem in hũc mundũ. Velũ enim templi scissum est in duas partes. Vnde Sapiẽ. Aperta sunt prata: & apparuerũt herbæ virentes. Epistola: Multifariè, quæ est ad Heb. 1. c. & Euangelium leguntur de æterna generatione: Vnde dicitur in epistola: Filius meus es tu: ego hodie genui te. & de tempotalibus habetur ibi: Multifariè multisq; modis. In Euãgelio verò de æterna: vnde incipit: In principio, quasi dicat: In principio creaturarũ erat verbũ, quod est Ioã. 1. c. Dicitur etiam tunc in quibusdã ecclesiis prophetia: Propter hæc sciet, quæ est Esa. 52. c. Communio est: Viderũt. *Prou. 27.*

23 Esa. 52. c. & Psal. Prima† ergo missa est de æterna genitura. Secũda, est de promissione antiquis facta: vnde cantatur: Lux fulgebit in domo Domini, nõ dicitur fulsit, vel fulget. Tertia, est de veritate nobis exhibita: vnde cãtatur: Puer natus est nobis: & filius datus est nobis. Esa. 9. c. ibi vtitur futuro ad notandum promissionem: hic præterito, ad notãdum promissionis impletionẽ. Et quia æterna generatio, est nobis occulta: Iuxta illud Esa. Generationem eius quis enarrabit? ideò missa de æterna genitura nocte profunda cantatur. Quia verò antiqui patres quibus facta est promissio, certi erant de incarnatione Domini: sed non tantum, quantum patres noui test. quibus exhibita est veritas: ideò missa de promissione antiquis facta cantatur illucescẽte aurora: in qua est modicum lucis: sed secundum ipsum introitũ videtur, ꝙ deberet esse lux fulgens, sed non est ita: quia lux in aurora rubet, in tertia fulget: in sexta feruet: in vespera tepet. Quia verò temporibus noui test. manifesta est veritas. inde est, ꝙ missa, quę est *Esa. 53.*

24 de exhibitione veritatis, clara luce cantatur.† Prima ergo missa pertinet ad generationẽ æternam. s. de patre sine matre: secunda ad temporalem, scilicet de matre sine patre: tertia cõpacta est: quia de vtraq; agit: & ideò pertinet ad æternam simũl & temporalem. Notãdum tamẽ est ꝙ in missa, quæ est de æterna genitura, legitur Euangelium de humanitate. s. Exiit edictum à Cæsare Augusto. In alia verò quæ est de veritate nobis exhibita, legitur Euãgelium de diuinitate. s. In principio erat verbum: ad notandum, ꝙ ex quo humanitas diuinati fuit vnita, nec humanitas sine deitate, nec deitas sine humanitate fuit, nec erit. Hanc rationem asserit magister in Psalterio: Aiunt quidam, ꝙ cum in collectis, in lectionibus, in Euangelio, & in offertorio primæ missæ euidẽter natiuitas de virgine memoretur, intentio totius officij ad tẽporalẽ potest natiuitatẽ referri: & exponũt in introitu: hodie, hoc die ante luciferũ stellã: videlicet matutinã genui te, id

eſt,generationẽ tuã ſum operatus:& quod in Euãgelio dicitur:. Maria peperit filiũ ſuũ primogenitũ:exponitur†primogenitũ. 25
i.ante quã vllus:extra de verb.ſig.nã & ego.Officium verò ſecũdæ miſſæ aiunt:†cõcordare dictis paſtorũ dicentiũ: vt legitur in 26
Euãgelio:Tranſeamus vſq; ad Bethleẽ.& vj.q.v.hoc factum eſt. Qui gratulãtes,dicunt in introitu:Lux fulgebit.Orta enim erat
Num.24. ſtella ex Iacob.Vel dicitur: Lux fulgebit in perſona legis: quæ tẽporalem natiuitatẽ antiquis patribus repromiſit. Et ſubditur Dominus regnauit,decorẽ indutus eſt,illum.ſ.decorem, quo coronauit eum mater ſua:hoc eſt humanitas.Et addunt in graduali:Benedictus,qui venit in nomine Domini.& in allelu-Ia Dominus regnauit.Et quis,& quantus ſit,in offerẽda ſupponunt,dicentes:Dominus enim firmauit orbem terræ.Et quia primus paries eſt ex Hebræis:ideò primitiæ.ſ.paſtores in communione lo-
Num.4. quuntur ad eos:Exulta filia Sion.i.eccleſia.†Officiũ tertiæ miſ- 27
ſæ perſonat mirabilia verbi Dei,quod erat in principio.& incipit eſſe caro.ſicut legitur in Euãgelio:Hoc verbum, eſt puer qui ſecundũ Prophetã natus eſt nobis;vt canimus in introitu: & hoc eſt canticum nouum,de quo Propheta in verſu: Cãtate Domino cãticum nouum.Hoc quoq; verbũ,eſt illud ſalutare,de quo protinus canitur in graduali:Viderunt omnes.hæc eſt lux magna, quæ deſcẽdit in virginis vterũ,quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ.de qua dicitur in euangelio:In principio
Pſal.88. erat verbũ,&c.Hic demum eſt ille dies rex,& potẽs,cui dicitur in offerenda:Tui ſunt cœli,& tua eſt terra.In fine primæ & ſecũdæ Miſſæ dicunt quidã:Benedicamus Domino:prout dictum eſt ſub ti.de aduentu.Ab hac autẽ die,vſq; ad octauam epiphanię reſponſoria,& eorum verſus dicuntur cum allelu-Ia,ad repræſentandum ſummam lætitiam,quæ aduenit tempore gratiæ.

SVMMA.

1 *Dominica intra octauam natalis Domini,quod ſit officium, & eius expoſitio.nu.3.4.* 2 *Silentium eſt triplex.*

5 *Chriſtus poſitus eſt in ſignum tripliciter.*

De dominica infra octauam natalis Domini.

CAPVT. XIIII.

IN dominica,†quæ intercedit intra octauã natalis Dñi cantatur de natiuitate Domini.Vnde introitus miſſæ eſt:dum medium ſilẽtium tenerent omnia,&c.Sap.18.Eſt triplex†ſilentium, 2
ſcilicet ignorantiæ,deſperationis & glorię.Silentium ignorantiæ fuit ante legem:quia ignorabant peccata ſua:& ideo nõ clamabant ad Dominum.ad Rom.10.Mors regnauit ab Adam vſque ad Moſem:poſtquã autẽ lex data eſt ad cognitionẽ peccati mul-

multo tempore seruauerunt legem. Ad vltimũ verò desperauerunt, quãdo.s. omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: tũc fuit silentium desperationis: postquã autem venit Christus ruptum est silentium. Vnde clamant omnes laudes Dei: Silentium gloriæ veniet, quãdo impletum erit totum desiderium nostrum. In silentio desperationis veniet dominus, vt ei attribuatur salus humani generis, qui est verus medicus. Et hoc est, quod dicit: *Psal.13.*

3 †Dum medium silentium. Sequitur & nox. i. diabolus in suo cursu medium. i. cõmune iter haberet. Omnes enim cõmuniter ad inferos descendebant. Omnipotens sermo tuus. i. filius tuus Domine pater: qui dicitur sermo patris: quia per eum natus est, à regalibus sedibus venit quærere, & facere reges. Vel ad literam: dum omnia tenerent medium. i. commune silentium de nocte. s. quando omnia silent: & nox in suo cursu medium iter perageret. Ad literam. Omnipotens sermo tuus: à regalibus sedibus, vel qa media nocte natus est dominus, & concordat epistola, quæ est Gala. 4. c. vbi dicitur: At vbi venit plenitudo temporis, &c. respõsorium est: Speciosus forma, &c. quia immunis ab omni peccato, & omnibus virtutibus plenus. Sicut enim habetur ad Col. 3. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, ad modum trinæ dimensionis, id est, communi modo sicut in omnibus est, scilicet essentialiter, præsentialiter, & potentialiter. Item secundum gratiam est in sanctis: & secundum vnionẽ est in Christo: & ideõ diffusa est gratia in labiis tuis. Gratia, quia nunquam sic locutus est homo, diffusa est inquã, quia in ore eius fuit lex clementiæ: vt cum dixit: Mulier nemo te condemnauit: nec ergo te condẽno: vade, & amplius noli peccare. Et cum dixit: Diligite inimicos, &c. Euãgelium: Erat Ioseph Luc. 2. c. similiter ad natiuitatem pertinet quantum ad principium: licet & ad aliud pertineat. erãt pater eius. s. putatiuus, & mater mirãtes su- *Psal.44.* *Prou. vlt.* *Luca.2.*

4 per his, quæ dicebantur de eo. s. à pastoribus. †Sequitur in Euangelio prophetia Symeonis. Ecce positus est hic in ruinam, scilicet infidelium, & in resurrectionem multorum. s. fidelium & in signum, id est, in signationem, cui cõtradicetur. q. d. si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? vel in signum. i. in ostensionem: quia per humilitatem & paupertatẽ itur in paradisum, vel in signũ, id est, in signaculum. Vnde Io. 1. quem signauit pater, & misit in mundum vt eo signaremur. Et Aggeus: Ecce posui te in signaculum: quia elegi te. Et in canticis: Pone me, vt signaculum super cor tuum, &c. † Positus est ergo Christus in signum tripliciter, scilicet in significationem, in ostensionem, & in signaculum. Rursus hoc officium: Dum medium, &c. vox est primitiuæ Ec- *Agge.2.* *Cantic.8.*

cleſiæ,in qua recolit Domini natiuitatẽ, cuius fructum prædicat in epiſtola,quia de ſeruitute tranſiuimus ad adoptionem:per ipſum commendat ſecundum ſapientiam in Euangelio,vbi dicitur,Puer creſcebat,& cõfortabatur plenus ſapientia: ſecundũ potentiam,In allelu-ia.Dominus regnauit.Et in offerenda.Dominus enim firmauit:ſecundum pulchritudinem,In graduali: Speciosus forma.In poſtcõmunione verò,Tollite puerum. Mat.2.c. tempus fugæ vocatur,quo deſcendit dominus in Ægyptum, & myſticè reſpicit ad gentilitatis adoptionem, quia Dominus de Iudæa tranſiuit ad gentes:vt eas adoptaret hæredes.

SVMMA.

1 *Circunciſio cui primũ fuerit iniũcta.Et an eius nomine feſtũ inducatur falſo aut temere.nu.13.14.* 2 *Circunciſio,quibus de cauſis inſtituta.*
3 *Circunciſio,quando & qualiter fiebat.*
4 *Circunciſio,cur fiebat in præputio.* 5 *Circunciſio quid conferret.*
6 *Circuncidi cur voluerit Chriſtus.cauſas adfert.nu.7.8.9.10.11.*
12 *Circunciſio,quibus de cauſis fuerit mutata in baptiſmum.*
15 *Commercium,quid.*
16 *Circunciſionis dies,quinque de cauſis,eſt ſolennis.*
17 *Circũciſionis diebus,multa ſuperſtitioſè olim gẽtiles & pagani agebãt.*

De feſto circunciſionis. CAP. XV.

HIc de feſto circũciſionis dicendũ eſt.Sciendũ†ãũ eſt,quod circunciſio primò iniũcta eſt Abrahę & ſemini eius.a.Hebræis ex eo naſcituris:vt ſic probaret,an obediret vel nõ:ſicut & Adam ad probationẽ obediẽtiæ mandatũ accepit:ne de ligno vetito mãducaret.Fuit autem pręcepta circũciſio propter quinque cauſas.†Primò,vt p obedientiã mãdati Abrahã placeret Deo,cui per pręuaricationẽ Adã diſplicuerat. Secundò,data fuit in ſignũ magnæ fidei Abrahę:Credidit enim ſe habiturũ filiũ in quo benedicerẽtur omnes gẽtes per fidẽ.i.per quã ſpiritualis circunciſio impleretur:vt ſic iuſtificaretur & ipſe. Tertiò,vt in hoc ſigno diſcerneretur ab omni natione populus ille. Quartò vt circũciſio facta in virili mẽbro, per quod generatur creatura mortalis, & in quo libido ſolet dominari,caſtitatẽ corporis & mẽtis ſeruandã,& impudicitiã reſecandã indicaret. Quintò,qa nõ poſſet melius ſignificari per Chriſtũ tolli originale peccatũ:cũ præputio quippè omnis homo naſcitur:quemad modũ & cũ originali peccato.†In carne pręputij ideò eſt iuſſa fieri,quia in remediũ inſtituta eſt.i.cõtra originale peccatum,quod à parentibus contraximus corrupti cõcupiſcentia, quæ in parte illa magis dominatur & quia in mẽbro illo culpã inobedientiæ homo prius [illegible]gnouit: docuit quòd & in illo ſignum obediẽtiæ acciperet. Fiebat cir- [illegible]ncꝛ

Gen.17.

cunciſio die octauo ex legis præcepto. Leuit. 12. c. & fiebat cum lapideo cultello, ad ſignificandũ, q̃ poſt ſeptenarium huius vitæ, in octaua die, id eſt, ætate, quæ erit reſurgentiũ, omnis ab electis p̃ petram, id eſt, Chriſtũ abſcindetur corruptio carnis & ſpiritus: quãdo liberabimur à ſeruitute corruptionis, quãdo circũcidetur à peccatis anima cuiuſq; credẽtis in eum. Duæ itaq; res ſunt illius ſacramenti, ſcilicet circunciſio à peccatis in præſenti, & circunciſio ab omni corruptione in futuro. Chriſtus autem nõ indigebat
5 circuncidi, vt iam dicetur. Conferebat circunciſio† ſuo tempore remiſſionem peccatorũ, ſicut & nunc baptiſmus. Vnde Greg. de conſec. d. iiij. quod apud. extra de bap. maiores. Quod apud nos valet aqua baptiſmi, hoc agit apud veteres vel pro paruulis ſola fides: vel pro maioribus virtus ſacrificij: vel pro his, qui de Abra-
6 hæ ſtirpe prodierunt, myſterium circunciſionis. Sed quare† Chriſtus qui fuit agnus immaculatus, non habens maculam neq; rugam: qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, voluit circuncidi? Reſpondeo: ſicut voluit in templo præſentari: 1. Pet. 2.
ſicut & baptizari: ſicut & de agno paſchali cum diſcipulis epula-
7 ri, ſic voluit in corpore circuncidi propter nos. † Secundo, ne Iudæi dicerent eum non eſſe Meſſiam in lege promiſſum, quia nõ eſſet circunciſus nec viueret ſecundum legem, qui de ſeipſo di-
8 xit: Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Tertio † ratione noſtri, ſcilicet propter figuram. Etenim circunciſio illa carnalis, figurat præſentem ſpiritualẽ, quæ eſt gratia: & futurã, quæ erit in gloria, nec dedit nobis exemplum carnaliter circuncidẽdi: ſed ſpiritualiter p̃ vitæ innouationem. Nam ſecundũ Ber. dupliciter debemus circuncidi, ſcilicet exterius in carne & interius in mẽte.
9 † Quartò, ratione ſui, vt ſcilicet ſe verã carnem aſſumpſiſſe oſtẽ-
10 deret. Quintò, ne dæmones† circunciſionis myſteriũ agnoſcerẽt: cum enim illa cõtra originale peccatũ fieret: credidit diabolus, & hunc q̃ circũcidebatur ſimiliter peccatorem eſſe: propter quã etiam cauſam voluit, vt mater eius virgo perpetua deſponſare-
11 tur. Sextò, propter perfectam humilitatem† tanquam eſſet peccator, voluit hoc fieri, licet non indigeret: ſicut & ex humilitate voluit baptizari ſubdendo ſe minori. Vbi ſit caro preputij Chriſti dictum eſt in quarta parte ſub vij. particula canonis, ſuper verbo,
12 Noui & æterni. † Fuit autem mutata circunciſio in baptiſmum quatuor de cauſis. Primò, quia ſacramentum baptiſmatis eſt perfectius. Secundò, quia magis cõmune. Mulieres enim circuncidi non poterant. Tertiò, quia magis gratia plenum. Per circunciſionem namque tantum peccatum remittebatur: ſed gratia ad bene operandum per eam non præſtabatur: nec virtutes dabantur,

vel augebantur. †In baptiſmo non ſolum peccatum remittitur: 13
ſed gratia cooperandi cõfertur:& virtutes augẽtur:ideoq; rectè
ait Apoſtolus, q̃ Abraham cœpit circunciſionẽ tantũ in ſignum.
Quartò propter honeſtatem. Honeſtius enim eſt aqua lauari, q̃
corpore mutilari. Sed videtur q̃ de circunciſione nõ debeat fie-
Rom.2. ri feſtum: cùm dicat Apoſtolus: Circunciſio nihil prodeſt. extrà
Gala.5. de bap: maiores. Et iterum: ſi circũcidimini, Chriſtus nihil vobis
proderit. Præterea cũ eccleſia nõ faciat feſtũ de paſſione Dñi, vi-
detur q̃ in circunciſione, in qua incipit paſſio Domini quãdo pri
mũ ſanguinẽ ſuum fudit, nõ ſit faciendum feſtum, ſed potius la-
mentum: ſicut & in paſſione. Ad hoc dicitur, q̃ feſtum non fit de
circunciſione: ſed de octaua natalis Domini. Sed nõ aliquid im-
pedit nos dicere q̃ fiat feſtũ de circunciſione, quæ fiet in octaua
reſurrectionis, à culpa & à pœna: & eſt cauſa meritoria illius: &
propter illud gaudiũ Eccleſia ſolẽnizat. Ab hoc verò, q̃ obiicitur
de paſſione reſpõdetur q̃ alia de cauſa Eccleſia dimittit facere fe
ſtum in die, qua Dominus paſſus eſt, quã propter paſſionem, ſci li
Iob.6. cet quia tunc Dominus poſuit peccata noſtra in ſtatera. Vnde
Iob: Vtinam appenderẽtur peccata mea, quibus iram merui: &
calamitas quã patior in ſtatera. Oportuit enim filium Dei pati
pro peccatis noſtris: vt nos redimeret ab omni peccato: & ideò
luget Eccleſia magnitudinẽ peccatorum ſuorũ, conſiderãs quod
Sol erubeſcẽs propter peccata hominũ obtenebratus eſt. de quo
dicetur ſub Paraſceuæ. †Celebratur ideò hodie octaua natiuita- 14
tis, quæ eſt octaua ſuppletionis, prout dicetur in proœmio ſeptimę par
tis. Eſt etiã hæc octaua alterius negotij ſignificatiua. Duplex eſt
enim negotium, q̃ in ea figuratur. vnum circunciſio Dñi, quod
in Euangelio exprimitur: alterum aduentus hominis ad Deũ.
Eſt enim duplex aduentus. ſ. Chriſti ad homines: de quo in nati-
uitate actum eſt: & hominum ad Chriſtum, de quo in hac octa-
ua agitur: quod notant antiphonæ laudum: vt illa: O admirabile
commercium. Nam cõmercium eſt, vbi †aliquid accipitur, & ali 15
quid datur. Dominus nãq; accepit noſtram humanitatem, vt no-
bis daret ſuã diuinatẽ, quod notatur in verbis ibi ſequentibus. ſ.
animatũ corpus ſumẽs de virgine. Per hoc enim notatur, quod
dominus accepit: per hoc enim dicit: largitus eſt nobis ſuã deita-
tem: notatur quod dederit. Secunda verò & quarta antiphonæ
terminãtur: Te laudamus Deus noſter. q.d. ad te veniemus, lau-
dando te. Tertia terminatur: Dei genitrix intercede pro nobis.
q.d. intercede, vt filius tuus ſuſcipiat nos. In quinta dicitur il-
Ioan.1. lud, quod dixit baptiſta: Ecce agnus Dei. q.d. ad eum [illegible]ire de-
bemus. vnde Andręas & alius diſcipulus Ioannis ho[illegible]udito
[illegible]ecuti

secuti sunt Dominum. In antiphona verò quæ est supra: Benedictus dicitur Innouãtur naturæ, nostra enim natura de recedendo à deo est inueterata; & redeundo est innouata. † Notandum quoq; est, q̃ quinq; sunt quæ hanc diem reddunt solẽnem. Primũ est, qa hac die duo festa concurrunt, scilicet parientis & partus. Vnde & duę missæ celebrãtur. Prima, de pariẽte scilicet de B. Virgine, in qua dicitur introitus: Vultũ tuum. & cõmunio: Simile est regnũ cœlorum homini negotiatori. Mat. 13. c. Secũda est de partu, scilicet de filio in qua dicitur introitus: Puer natus est nobis: vel in aliis ecclesiis: dum mediũ silentium. Vnde & in quibusdã gradualibus officiũ vtrunq; intitulatũ inuenitur. Et ideò qa hoc festũ est de beata virgine, fit hodie statio apud ecclesiã S. Mariæ trans tyberim: quãuis quidam scripserunt, q̃ fit apud sancta sanctorũ ad Lateranum; p̃ eo q̃ caro circuncisionis Domini ibi dicitur cõseruari: prout dictũ est in iiij. parte sub vij. particula canonis. Epistola est: Apparuit benignitas: quæ est ad Tit. 3. Euangeliũ est: Postquã cõsumati sunt, Luc. 2. Allelu-Ia. Multipharie Heb. 1. Secũdum, quod facit hanc diẽ solennem, est octaua, de qua dictũ est. Tertium, impositio noui & salutiferi nominis: de qua dicetur sub tit. de sabbato sancto, vbi agitur de baptismo: quod nomen triplex est: scilicet filius Dei, Christus & Iesus: sicut ex euangelio colligitur, de hoc dictũ est in proœ. ij. partis. Quartũ, est effusio sanguinis Iesu Christi: hodie enim primò sanguinẽ suum pro nobis fundere cœpit: qui eum postmodũ sæpè fundere voluit. Quintum, est signaculũ circũcisionis, quod Christus hodie pro nobis dignatus est suscipere propter causas præmissas. In quibusdam ecclesiis subdiaconi fortes & iuuenes faciunt hodie festũ, ad significandũ q̃ in octaua resurgentiũ, quæ significatur p̃ octauam diem, qua circuncisio fiebat, nulla erit debilis ætas, nõ senectus, nõ senium, non impotẽs pueritia: sed omnes cõcurremus in virũ perfectũ cum hoc mortale induet immortalitatem, & hoc corruptibile incorruptionẽ, vt prẽmissum est. de hoc dicetur in vij. par
16 17 te sub festis sanctorũ Stephani & Ioannis. † Postremò notãdum est, q̃ olim pagani & gẽtiles in his calẽdis multas superstitiones obseruabant: quarũ aliquas Aug. in quodã commemorat sermone. xxvj. q. vlt. non obseruet. Credentes enim (inquit) Ianum quẽdam Deum esse, eum tunc venerabãtur: ei duas facies figurãtes, vnam antè, aliã post: eò q̃ est principium anni sequentis, & finis præcedentis. Assumebant enim formas monstruosas: alij ex pellibus scudum, alij ex capitibus bestiarum: alij vestientes tunicas [illegible]liebres: alij auguria obseruabant, dantes vel recipientes di[illegible]olicas strenas: alij, mensas lautè præparatas tota nocte manere

1. Cor. 15.

nere sinebant: putantes totum anni spatium conuiuia tali cibi abundantia perdurare: quæ veritas prohibet Christianos facere.

S V M M A.

1 *Epiphania quid. Et eius diei officium. ibid. infra & nu. 10. 11. 16.*
2 *Magi, qui & vnde dicti.* 3 *Stella, quæ Magis apparuit, quid.*
4 *Magi, quæ, & cur munera Domino obtulerunt.*
5 *Theophania, secunda Apparitio.*
6 *Epiphaniæ die nō debet quis baptizari, nisi summa necessitate cogēte.*
7 *Bethphania, tertia Apparitio, quarta. nu. 8.*
9 *Inuitatorium, cur non habeat locum in die Epiphaniæ.*
12 *Christi genealogia, variè tradita per Matthæum & Lucam.*
13 *Epiphaniæ tria euangelia.* 14 *Mundi vespera, duplex.*
15 *Epiphaniæ Missæ expositio. Et quid ea populo nuntieti in Italia. nu. 17.*

De festo Epiphaniæ. CAP XVI.

SEquitur festum Epiphaniæ, quod est vocabulum † græcum: & 1
sonat latinè manifestatio siue apparitio: & est idē cum festo natiuitatis: nihil enim nasci profuit, nisi apparuisset. Verum pro triplici apparitione hodie solennizat Ecclesia: vnde & in codicibus antiquis hæc dies epiphaniarū pluraliter intitulatur: & ideò tripliciter nominatur, scilicet epiphania, theophania, & bethphania. Epiphania dicitur quantū ad illam apparitionē domini, quæ facta est Magis per Stellam. † Magi autem ipsi fuerunt Gaspar, 2
Melchior, & Balthasar: & fuerunt reges, iuxta illud psalmistæ:
Psal. 67. Tibi offerent reges munera. & iterum: Reges Thar. & insul. mu.
Psal. 31. of. reg. ara. & sabba. do. adducent: quorū corpora de Mediolano in Coloniā translata fuerunt. Et dicuntur Magi, à magnitudine scientiæ. Per astronomiam enim cognouerunt: qa stella illa non erat ex cōstitutis à principio: sed illa de qua Balaā magister suus prophetauerat, Nu. 24. Orietur stella ex Iacob, & cōsurget virga de Israel, & de Iacob erit, qui dominetur: & ideò moti sunt, vt ductu illius stellæ venirent in Bethleem: vt regem natū, quem eis prophetauerat Balaā, adorarent. Et dicitur epiphania ab ἐπὶ quòd est supra & φάνεια, quod est apparitio: quia de sursum illa fuit apparitio, scilicet de cœlo: vel ab ἐπὶ quod est super, quia scriptū est:
Mat. 2. Vsq; dum veniens staret suprà, vbi erat puer. Erat quidem proximior terræ quàm aliæ stellæ: & hæc facta sunt tredecima die à natiuitate Domini, qua die Stella Magos ad præsepium duxit. Et dicunt quidam † q̄ stella illa fuit spiritus sanctus, qui postea de- 3
scendit super Dominum baptizatum in specie columbæ & ipsis Magis in specie stellæ. Alij, q̄ fuit angelus, qui apparuerat pastoribus Iudæis, scilicet illis tanquam ratione vtentibus forma irrationabili: istis verò gentibus tanquā irrationabilibus specie

cie irrationabili. Alij & verius, ꝙ fuit de nouo creata: quę peracto officio ſuo rediit in primordialē materiā. Alij dicunt ꝙ cecidit in puteū: vbi adhuc dicitur apparere ſolis tantū virginibus. Solet autem quæri quomodo tā citò, videlicet intra. xiij. dies, de tam remotiſſimis regionibus Hieroſolymā venerūt, quæ dicitur eſſe in medio mūdi? iuxta illud Pſal. Rex noſter operatus eſt ſalutem in medio terræ. Dicit Iſid. ꝙ ante natiuitatē ſtella illa illis apparuit, *Pſal. 63.* vt poſſent ibi in tēpore opportuno. Hiero. dicit, ꝙ in die natalis Domini primo ab eis viſa eſt. Sed venerunt in Dromedariis: iuxta illud propheticum: Inundatio camelorū operiet te: Dromedarij Madiam & Effa: qui velociſſimè currunt. Vnde & dicuntur, à *δρόμος* ꝙ eſt curſus: & *ἀρή* quod eſt virtus; & ſunt minores camelis: ſed velocius currunt, q̄ illi, ſcilicet tantū in vno die, quantū *Eſai. 6.* 4 equus in tribus. † Quæritur etiam, quare Magi venientes munera obtulerunt? Rēſpondeo ꝙ ſecundum Bedā antiquitus nullus ad regem vel dominū vacuus introibat, quod per ſę & Chaldæi obſeruāt. Secūdo, ſecundū Bedā, obtulerunt aurū B. Virgini propter inopię ſubleuationē. Thus contra ſtabuli fœtorem. Myrrā, propter membrorum pueri conſolidationem, & vermium expulſionem. Tertiò, quia aurum ad tributū: thus ad ſacrificium: myrra verò ad ſepulturam pertinet. Per hæc ergo tria inſinuantur in Chriſto regia poteſtas: diuina maieſtas: & humana mortalitas. Quartò, quia aurum ſignificat dilectionem: thus orationē, myrra carnis mortificationem: quæ tria offerre Deo debemus. Secun 5 da apparitio fuit eadē † die in baptiſmo: multis tamē annis reuolutis ſcilicet. xiij. die trigeſimi vel trigeſimi primi anni: vnde Lucas: Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annor. xxx. & ideò hæc apparitio dicitur theophania à *Θεὸς*, quod eſt Deus, & *φανία*, quod eſt apparitio: quia ibi trinitas apparuit: pater in voce: & filius in carne, & ſpiritus in columba. Quidam autem hæretici dixerunt ſo- 6 lum in die epiphaniæ † baptizari debere, pro eo, ꝙ Chriſtus tunc fuit baptizatus: nec dari ſpiritum ſanctum baptizato in alia die, & Græci eadē die baptizant: ob quam hæreſim extirpandam ſancti patres decreuerunt neminē, niſi in articulo neceſſitatis eadē 7 die baptizari debere. † Tertia apparitio fuit poſtea, ſimiliter eodem die anno reuoluto cùm eſſet. xxx. annorum. & xiij. dierum, ſcilicet quando manifeſtauit ſe eſſe Deū per mutationem aquæ in vinum, quod fuit primū miraculum apertū, quod Dominus fecit in Cana Galilææ: vel ſimpliciter primū quod fecit. Et hæc apparitio dicitur, bethphania, à *βαιτὸς* quod eſt domus, & *φανία* quod eſt apparitio, quia iſta apparitio facta fuit in domo in nuptiis. De his tribus apparitionibus fit ſolēnitas in hac die. Sed qa

Eccleſia

Ecclesia non potest ꝓfectè de omnibus vnã & eandem diẽ solem nizare: ideò de stella plenè exequitur: & de aliis aliquid admiscet vt notetur ꝙ tres fuerũt in illa die apparitiones: quæ leguntur in euangelio tanq̃ sub die eadẽ factæ. de primo verò miraculo hodie totũ cantatur officiũ: quia in eo specialiter natiuitas Dñi gentilibus est notificata: de sancto duo respõsoria cantantur, scilicet primũ, Hodie in Iordane: & in colũbæ specie, quod à plurib⁹ ecclesiis ponitur nonũ: & ideò primũ & nonum quia baptisma est primũ sacramentum nostræ redẽptionis, ꝑ quod reformamur, & similes angelis efficimur: quorũ sunt nouẽ ordines. Bruno autem Signẽ. episcopus corrector officij antiphonarij, dixit ꝙ in respõsorio: In columbæ specie: & in antiphona: Vox de cœlo: quæ dicitur in octaua ad laudes: nõ debet esse verbũ istud: Ipsum audite, qa in baptismo non fuit hoc dictũ à patre: sed in trãsfiguratione, & q agunt festum trãsfigurationis cantant respõsorium in quo illud cõtinetur. q.d. Ego sum testis, ꝙ hic est ille, q promissus est in lege. Deu. 18. vbi dixit Moses: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi deus: ipsum audietis, &c. Qui autem verba eius, quę loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existã. De tertio verò miraculo cum aliis cantatur vna antiphona, scilicet tribus miraculis. Beda etiam dicit in cõmento sup Lucam. Quartam apparitionẽ factam fuisse eadem die anno reuoluto, cùm esset. xxxj. annorũ: scilicet in fractione quinque panũ: & saturatione quinq; millium hominũ: & illa dicitur phagiphania, à φάγω quod est bucca siue comedere. Sed de hac hodie nihil agitur. Prętereà dubitatur, vtrum hoc cõtigerit ista die: tum qa in originali Bedæ non sic legitur: tum quia Ioan. 6. vbi de hoc miraculo agitur, dicitur: Erat autem proximum Pascha, &c. Ideò autẽ institutũ fuit hac die festum, de tribus miraculis: quia hæc dies fuit antiquitus celebris in honorem Augusti Cæsaris, propter triplicem eius triumphum, quo suo tẽpore Roma. imperio tres regiones subiugauit, scilicet Parthiã, Ægyptum, & Mędiam. Illam ergo celebritatem ecclesia in melius cõmutauit, videlicet ad celebrandum Christo pro eius triplici miraculo. In quibusdã ecclesiis non dicitur hac die ad nocturnos: Domine labia mea aperies. nec deus in adiutoriũ. nec Gloria patri, nec hymnus, ad notandam prõpritudinem gentiũ, quæ statim stella apparente venerũt. Ex abrupto ergo ad nocturnos venitur, quasi ipso facto dicat ecclesia: quibus non est narratum de eo, veniebant: & qui non audierunt, contemplati sunt. Esa. 53. cap. [illegible] potest dici, quòd in hoc festo fit præcipuè mentio de gentilium conuersione: quos illi tres Magi initialiter præcesserunt. Quia ergo conuersio

uersio ipsorum gentilium, adhuc erat imperfecta, quia in paucissimis, scilicet in ipsis tribus Magis: idcirco in signum huius ecclesia omittit cantica qui iam conuersorum seu perfectorum esse videntur: sicut Gloria patri, hymnum, & huiusmodi. Hac etiam de causa non præmittitur: Domine labia mea ape. nec deus in adiutorium: quia secundum Apostolum: Corde creditur ad iustitiam, sed prius, ore autē cōfessio fit ad salutem, scilicet posteà. *Rom.10.*

9 Inuitatorium etiam nō dicitur, propter quatuor rationes. † Primò, ad ostendendum quòd ecclesia in primitiis suis venit de gentibus ad Dominum, non inuitata, vel vocata per præconem aliquē: sed sola stella duce: iuxta illud: Nemo nos conduxit: vt sic incutiatur erubescentia eis, qui tardè credunt, cum multos habeant prædicatores. Magi enim non vocati, venerunt adorare Christum. Secundò, vt nos qui quotidie inuitamur, & excitamur ad adorandum, & deprecandum Deum: videamur detestari inuitationem fraudulentam Herodis dicentis Magis, ite, & interrogate diligenter de puero, &c. Tertia est causa, quia ipsa res nos inuitat, scilicet, stella, per quam significatur fides, quæ ducit nos ad Deum, & illuminat nos in nocte huius seculi. Quarta: quia psalmus: Venite quæ idem dicit, dicitur in nocturnis: & sic idem repeti videretur. Licet ergo hac die non dicatur inuitatorium: tamen psalmus inuitatorius, scilicet: Venite exultemus: in tertio nocturno ad septimam antiphonam dicitur, ad ostendēdum quòd in tertio tempore, scilicet gratiæ sufficienter inuitata est ecclesia de gentibus: & nullus se excusare potest: quia in omnem terram exiuit sonus eorum. xix. d. ita. & quia tertio tempore, scilicet gratiæ data est vniformis gratia in plenitudine. Dicitur quoque ad septimā antiphonam, ad notandum, ꝙ per baptismum datur spiritus septiformis. Per hebdomadam dicitur inuitatorium, in persona Magorum, aliis, qui non viderant, nuntiantiū, Leguntur autem tres lectiones de Esa. qui expressius loquitur de Christi natiuitate: de *Mat.2.*

10 qua siue de nati apparitione hoc festum est. † Sed quæritur, quare in quibusdam ecclesiis in principio tertij nocturni huius festi canitur Psal. Deus noster refugium cū antiphona Fluminis, &c. cum ipse præcedat in ordine psalterij vltimum Psal. i. nocturnæ: & omnes secundæ? Respondeo: tertium nocturnum recolit nouum testimonium quod est tempus gratiæ: quapropter hoc tertium nocturnū habet in capite antiphonam, Fluminis: quæ cum dicto Psalmo nouum tangit testamentum: & ideò dictus psalmus tunc & non prius dicitur. Pæterea, antiphona ipsa habet alleluIa: quod non ponitur in antiphonis primæ vel secundæ nocturnæ: vt dictū est sub natali. Rursus, ideò ponitur in septimo loco:

quia pertinet ad ſeptiformem gratiæ ſpiritum, per vim baptiſmi collatum. Sequentes etiam antiphonæ cum ſuis pſalmis nouum indicant teſtamentum: & hi tres pſalmi monſtrant cõmotionem gentium contra prædicationẽ Apoſtolorum: ſubuerſionẽ idolorum: & conuerſionem fidelium. Romana tamen eccleſia dictam antiphonam: Fluminis: cum ſuo pſal. ponit in primo nocturno, & pſal. Venit in tertio, ſecundũ rectum ordinatũ naturalem ordinẽ pſalmorum: & cõgruè quia gentes tempore gratiæ venerunt ad fidem. † Et attendẽ, quòd antiphonæ in prima parochia ſiue nocturna, continent ſacerdotes: & in ſecunda reges: in tertia vſq; ad angelos peruenitur. Poſt tertium nocturnũ ſtatim cãtatur euangelium: Luc. Factum eſt autẽ, in quo de baptiſmo Saluatoris plenè agitur: & eius genealogiam deſcribit: quia vt præmiſſum eſt, hoc feſtum de natiuitate eſt. † Notandum autem eſt quòd Mat. 12 in euangelio: Liber generationis, enumerat generationem illam incipiens ab Abraham, deſcendendo vſque ad Ioſeph, virũ Marię, de qua natus eſt Ieſus, &c. oſtendens, per hoc quòd à ſummo cœlo fuit egreſſio eius: & qualiter Dominus ad nos deſcendit. Similiter Eſa. 11. c. Dona ſpiritus ſancti enumerans, vltimo ponens timorem dicit: & repleuit eum ſpiritus timoris Domini: Sed Lucas in hoc euangelio, Factum eſt autẽ, illam enumerat aſcendendo, quia poſt baptiſmum eam enumerat, nec ſiſtit eam in Abrahã: ſed in Adam, vſque ad Deum procedit per gradus ſic: qui fuit Hely, oſtendens per hoc, quòd à baptiſmo iter eſt ad deum: ſed hoc quaſi per quoſdam gradus virtutum, qui ſignificantur per patres gradatim ordinatos: & tangit filios, ſecundũ legem, non ſecundũ naturam ſic: qui fuit Nathã: qui fuit Dauid: ſupple filius, ſcilicet adoptiuus. Vna ergo generatio deſcribitur deſcendẽdo, altera aſcendendo, quoniã vna carnalis, altera ſpiritualis. In vna ponitur genuit: vbi carnalis, generalis, & temporalis ſucceſſio exprimitur. In altera ponitur: qui fuit; vt notetur ſpiritualis generationis adoptatio: & deſcribitur aſcendendo: vt notetur ſpiritualis aſcenſus. Prima terminata eſt in virginis partu. Secunda nobis inchoata eſt per baptiſmum. Tria ergo ſunt † euangelia huius ſolennitatis: vnũ eſt de baptiſmo, ſcilicet: Factum eſt: ſecundũ de Magis, ſcilicet: Cùm natus eſſet Ieſus, ℣ dicitur in miſſa & ibi dicitur. Sic enim ſcriptũ eſt per Prophetã, ſcilicet Micheam. c. 5. Tertium eſt de nuptiis: ℣ dicitur in dominica ſequenti poſt feſtum Hilarij. Sanè, præmiſſa duo euãgelia de generatione Chriſti de nocte dicuntur: vnum in natiuitate: alterum in epiphania: quia vtraque Chriſti generatio fuit in nocte, id eſt obſcura, & priorum ſenſib' non intellecta. De hoc enim ſub natali dictũ eſt. Poſt euãgelium

Eccleſia

Ecclesia exultando dicit: Te Deum laud. Parum ergo agitur de baptismo Domini in nocturnali officio: sed suppletur in octa. in qua agitur de apparitione facta in baptismo: præsertim in antiphonis laudum: quæ ostendunt effectum baptismi in nobis, scilicet vt baptizemur: vt à peccatis per nostrum lauacrum abluamur. Omnes enim vnius & septimi toni sunt: vnius ad notandum Ecclesiæ vnitatem, in qua solum baptisma prodesse potest. Septimi, ad notandum quòd in baptismo datur septiformis gratia spiritus sancti. Vel quia per baptismum peruenitur ad septimam ætatem quiescentium. Si enim aliquis statim post baptismũ dignè acceptum, decedat: mox recipit primã stolam, quæ datur in vij. ætate, id est, in secũda vespera. Antiphona verò ad Magnificat, est octaui toni: quia in vespera mundi nobis dabitur stola secunda, id est gloria corporis, quam in octaua ætate, nos recepturos speramus. † Duplex
14 est enim mundi vespera. Prima est sexta ætas, secundum quam Dominus in vespere mundi natus: iuxta illud: Vergente mundi vespere. Secunda est finis mũdi, in qua vel post quã dabitur nobis gratia carnis: de qua dicitur: Ad vesperã demorabitur fletus. Nam vsque tũc erit fletus miseriæ nostræ: sed tũc erit finis. dicitur etiã ad horas capitulũ illud: Surge, illumina. & illud: Super te autem.
15 & illud: Inundatio, quæ sunt Esa. 60. c. † Missa siue diurnum officium similiter pertinet ad primum principale & præcipuũ miraculum, scilicet ad primitias gentiũ, & ad munera Magorum, & ad Christi natiuitatem. Vnde introitus, qui sumitur de Esa. licet non sit, ibi continuè est: Ecce aduenit, &c. Ecclesia enim de gentibus electa pro suæ vocationis initio gaudens gratiosum laudis præconiũ offert Deo, pro sua salute. d. Ecce, &c. q. d. Ecce, in propatulo est, q̃ Domin⁹ natura dominator effectu aduenit, id est, ad nos venit, & carnem assumpsit: vel vt alludamus præsenti diei, ad nos venit, id est qui in carne latebat, per multa signa deus esse apparuit: vt per stellã, per Magorum munera: per vocem paternam, & per spiritum sanctum in columba: & propter hoc vtitur aduerbio demonstrandi: Ecce, ostendens apparitionẽ filij dei quasi ad oculum, per præmissa. Epistola Surge, illuminare, & graduale: Omnes de saba, &c. sunt de eodem & sumuntur de Esa. 60. c. & euangelium de eodẽ, scilicet. Cùm natus esset, &c. quod est Mat. 2. ca. Ex quo sumunt allelu-ia, & cõmunionem: Sicut autem in matutino officio fit suppletio in octaua, vt iam tactũ est: ita & de missæ offi
16 cio simpliciter fit suppletio. † Nam introitus missæ hodiernæ notat gaudium gentiũ de aduentu saluatoris exultantiũ: & in collecta hortatur gentes ad contemplandum eius speciem, quam per fidem cognouerunt. Reliquum totum est de miraculo huiũs diei,

ſcilicet de gentibus per ſtellã ductis. † Non eſt etiã prætermitten 17
dum, ℣ in Italia in miſſa huius diei, futurum paſcha populis annuntiatur. Sacerdos nanq; vel alius poſt offertoriũ, dicit alta voce: Annuntio charitati veſtræ gaudiũ magnum, ℣ erit omni populo: quia ſeptuageſima erit tali die & paſcha tali. In cõcilio vero Bracharen. de conſe. d. iij. placuit primum, ita legitur; Placuit, vt poſtquam omnia in concilio ſacerdotum fuerint ordinata, ſuperuenturum ipſius anni paſcha: quo Calendarum die, id eſt, quo die ante, vel poſt Calendas: vel quoto à Luna debeat ſuſcipi, à metropolitano epiſcopo intimetur: ℣ cæteri epiſcopi vel reliquus clerus breuiculo ſubnotantes vnuſquiſque in ſua eccleſia aduenientе natalis Domini die, poſt euangelicam lectionẽ populo annuntient: hoc tamen nõ vbiq; ſeruatur. Rurſus in cõcilio Carthagin. e. di. placuit. j. Statutum eſt, vt dies paſchæ forma turũ, ſcilicet literarũ ſubſcriptione omnibus intimetur. Dies verò cõcilij. xj. Calen. Nouemb. ſeruetur. Quidam tamen vltra mõtani epiſcopi in ſynodo, quam celebrant die Mercurij proximiori feſto B. Lucæ, pro miſſa annuntiant. Quidam aſſerunt in vigilia epiphaniæ ieiunandum fore, eò quòd ſibi proprium officium appropriatur: & allelu-ia in officio, niſi dominica interueniat, ſubticetur: & dicitur euangelium: Defuncto Herode: quod eſt Mat. 2. cap.

SVMMA.

1 *Epiphaniæ octaua. Et quid notet.*
2 *Antiphonæ octauæ Epiphaniæ cur ſint de ſeptimo tono.*

De octaua Epiphaniæ. CAP. XVII.

DE octaua epiphaniæ in omni cantu & in lectione Eſa. † quæ 1
legitur pro epiſtola, ſcilicet Domine Deus meus agitur de baptiſmo. Vnde ibi dicitur: Exultent ſolitudines Iordanis: ideò quia in Iordane vim regeneratiuã Dominus contulit, aquis inſtituendo baptiſmum: & quia gentes, quæ ã Deo prius erãt quaſi in ſolitudine deſerti, ad eum redeunt. Octaua ergo epiphaniæ ſupplerionis eſt: vt in tit. præcedenti dictum eſt; quia ſicut in feſto recolimus, quomodo Chriſtus baptizatus eſt: ita in octaua rem, propter quam baptizatus eſt: quod antiphonæ illius diei oſtendunt. In octaua igitur de ſecundo epiphaniæ miraculo, ſcilicet de baptiſmo iubilatur: vt in antiphona: Veterem hominem: & cæteris quæ ſequuntur: quæ quia tranſlatæ ſunt de græco in latinum, grauius continent in dictamine idioma. † Et ſunt de ſeptimo tono: 2
quia pertinent ad baptiſmum, vbi ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti operatur: & ſunt nouem: quoniam per ianuã baptiſmi peruenimus ad cõſortium nouẽ ordinum angelorũ. Sunt tamen octo de hoc expreſſius agentes propter veram octauã, ad quã baptiſma ducit.

ducit. Et meritò baptismi officium ad octauam differtur: quia vicem tenet circuncisionis, quæ in octaua celebratur. Et cantatur hac die inuitatorium: quia prædicãtibus Apostolis, ad baptismũ sunt homines inuitati. Quædam verò ecclesiæ dicunt hac die ad missam euangelium. Venit Iesus à Galilæa: quod est Mat. 3. c. Alij dicunt: Vidit Ioannes Iesum venientem ad se: quod est Ioã. c. 1. quæ Ambo pertinent ad literam ad baptismũ Christi: & epistolam: Surge, illuminare. *Esa. 6.*

SVMMA.

1 *Dominica prima ab Epiphania. Et eius missæ introitus nu. 2. Item totius officij summa ratio.*

3 *Dei thronus vt simus, tria necessariò requiruntur.*

De prima dominica post Epiphaniam. CAP. XVIII

1 DE prima † dominica, post epiphaniã. S. infra octauas dicturi præmittimus, q̃ ab epiphania vsq; ad septuagesimam, possunt esse sex dominicæ ad plus, & vna ad minus, in quibus omnibus intendit ecclesia in nocturnis officiis ostẽdere apparitionem Domini, vt stella oriatur in nobis, quæ ducat nos in Bethleẽ superiorẽ: & ferè omnia, quæ hoc tempore dicũtur, ad gaudiũ pertinent. Verùm tamẽ, nõ nisi tres ex ipsis dominicis proprium habent officium: & ideò quãdo quatuor sunt aut plures, sequẽs officium dicitur in quibusdã ecclesiis, in prima dominica post octauas: quãdo verò sunt tres dominicæ tãtum, dicitur in dominica infra octauas: in hac ergo dominica. S. infra octauas, monet nos ecclesia in introitu, vt offeramus Domino aurum: quia Rex regum est: & tus: quia Deus Deorum: & hoc idẽ facit in duabus se-
2 quẽtibus. † Et est introitus: In excelso throno vidi sedere virum *Esa. 6.* quẽ adorat multitudo Angelorum: quod sumptum est de illo loco Esa. Vidi dominũ sedẽtem super soliũ, &c. quod enim hic dicit thronũ, dicit ibi soliũ: quod idem est: & quod dicitur hic multitudo Angelorũ: idẽ etiã est, quod dicitur in Esa. q̃ Angeli canebant: Sanctus, sanctus, sanctus. Sanè thronus excelsus, est ecclesia, in qua sedet Deus, qui monet nos, vt adoremus Christũ sicut verũ regem. Epistola verò monet nos, vt offeramus myrrham dicẽs: Obsecro vos per misericordiã Dei vt exhibeatis corpora vestra, hostiã viuentẽ, sanctã Deo placentẽ, &c. ad Ro. 12. c. & p hoc ostẽditur myrrha, quæ intelligitur in carnis mortificatione. Euãgeliũ est de apparitione Domini. Cũ factus est Iesus annorũ. xij. &c. Luc. 2. c. vbi sequitur: Mater eius inuenit eũ in tẽplo disputã-
3 tẽ cum sapiẽtibus & docentẽ. † Potest etiã dici, q̃ ad hoc vt efficiamur thronus, in quo Dominus sedeat, tria sunt nobis necessaria: munditia carnis, humilitas mentis, & exultatio in domino.

Ad munditiam carnis, inuitamur in Epistola, vbi dicitur: Obsecro vos, &c. vt suprà. Ad humilitatem mentis in euãgelio Christi exemplo: de quo ibi legitur, quòd parentibus subditus erat. Ad exultationẽ domino, in graduali, in quo benedicimus domino, qui fecit mirabilia solus: & in allelu-ia: & in offertorio, in quo domino iubilare iubemur. Interest tamen inter allelu-ia & offertoriũ: quia in allelu-ia tantũ semel dicitur: Iubilate Deo omnis terra, in offertorio autem geminatur sub diuersa melodia: ad notandũ, q̃ in gaudio domini crescere debemus: quia sumus mysticum corpus: vnde in euangelio dicitur: Puer autem crescebat, &c. in communione quæ est Luc. 2. notatur Christi humanitas, secundum quam vocat eum filium: & quasi increpans dicit: Fili quid feciſti nobis sic: & deitas secundum quam ipse dicit: Nesciebatis, quia in his, quæ sunt patris mei, oportet me esse?

SVMMA.

1 *Dominica secunda post epiphaniam, & eius officium.*
2 *Psalmi & Epistolæ Pauli cur maximè legãtur ab Epiphania, ad septuagesimã vsq;.*
3 *Missæ officium, in secunda dominica post Epiphaniam.*
4 *Augustus Imperator, ex glebis terræ ab vniuerso orbe alatis iussit mõticulum fieri Romæ, super quo tandem Ecclesia quædam structa est.*
5 *Nuptiæ spirituales.* 6 *Misericordiæ opera, quæ.*
7 *Aquæ mutatio in vinum, quid notet mysticè.*

De dominica secunda post Epiphaniam. CAP. XIX.

IN hac secunda dominica, quæ est prima post † octauas in sequentibus dominicis cantatur in quibusdã ecclesiis ad vesperas in sabbatis responsorium: Peccata mea domine sicut sagittæ infixæ sunt in me: sed antè, q̃ vulnera generent in me, id est, peccata alia, sana me, &c. & propter eãdem causam dicitur in primo respõsorio matutinali: Domine ne in ira. Ostendit enim ecclesia suis filiis pœnas ignis purgatorij & inferni: quia comedendus est agnus Paschalis, cum lactucis aggrestibus: & vt molamur inter duas molas, scilicet spem & timorẽ. Quia verò intẽdit ecclesia nobis manifestare fidem filij dei: vt dictum est, q̃ fit melius per epistolas Pauli & Psal. ideò leguntur ipsæ epistolæ: & Psal. cantãtur. Omnia enim ferè responsoria ab octaua Epiphaniæ vsque ad septuagesimã sunt de Dauid non de bellis: sed de Psalmis in quibus instituimur de bonis operibus: quia fides sine operibus mortua est: extra de sac. vnc. c. j. & quia maximè in psalmis de misericordiam imploramus: & propter hoc quidã legunt de Psalmis hoc tempore vt sic respõsoria lectionibus correspondeãt: sed Psalmi legi non debẽt, nisi prout quidã faciunt triduo ante Pascha. Et nota quòd penè omnia responsoria dominicarũ huius tẽporis vsq; ad

septua

ſeptuageſimam ſumũtur de nocturno dominicali,& de quinque pſalmis,qui ſequũtur.ſ.Deus,Deus meus,reſpice:& aliis reſponſoriis ſecundæ feriæ:ſimiliter de eius nocturno ſumitur,& ita ſe rẽ de omnibus aliis.Epiſtolæ verò Pauli legũtur.Primò qa ipſe præcęteris de fide locutus eſt,per quã quaſi per ſtellam Chriſtus cognoſcitur.In illis enim ad pœnitẽtiam reuocamur.Secũdò,qa ſicut Prophetæ naſciturum Dominũ prędixerũt,& maximè Eſa. vnde Eſaiam ante natiuitatem Domini legimus:ita & Apoſtoli Deũ natum prædicauerũt,& maximè Paulus,qui plus aliis laborauit:vnde eius epiſtolas poſt natiuitatẽ legimus, Chriſtum natum oſtẽdentes.Breuiter autẽ notadum eſt,qꝓ pro natiuitate Saluatoris variis modis à die natiuitatis,vſq; ad octa.Epiphanię oſtẽſa exultauimus:verũ quia exultationẽ, quæ eſſe debuit ſpiritualis,penè omnes cõuertimus in carnalẽ,comeſſationibus,ebrietatibus,& iocis inutilibus vacãtes:inde eſt,qꝓ in hac dominica,quę eſt prima poſt octa.Epiphaniæ in officio nocturno hiſtoria:Domine ne in ira,&c.cãtamus:in qua Domini miſericordiam imploramus,& per pœnitentiæ lamẽtum peccata deflemus:& quia quolibet die peccamus:ideò quælibet dies ſua debet habere ſpecialia officia.ſ.reſponſoria.Dies ergo dominicus habet ſua.ſ.nouem:& ſecũda feria habere debet ſua.ſ.tria:& ſic de aliis. Sicut enim in hebdomada ante natiuitatẽ,ad notãdum Saluatoris deſiderium ſingulis diebus ſingula reſpõſoria,& ſingulas antiphonas in laudibus cãtauimus:ita ad notãdum planctum noſtrũ,& deſiderium pœnitendi ſingulis diebus poſt octauas Epiphaniæ, propria reſpõſoria deputamus,& tam in nocturnis pſalmis, q̃ in laudibus matutinis,quolibet die dicimus antiphonas ſpeciales, quæ feriales dicuntur,quia illæ tantum in ferialibus diebus vel noctibus cãtantur,niſi feſtum impediat,excepto tempore,quod
3 eſt à Paſcha,vſq; ad octa.Pent.Circa Miſſæ officium† ſciendum eſt,qꝓ introitus huius dominicæ eſt:Omnis terra,&c. & dicitur ad idem,quod & aliud officium.ſ.ad oſtẽdendum apparitionem: Sed iſtud totum plenum eſt hac voce:Iubilate propter innouationem noſtram,quia nouus Rex,noua lex.Apoc.Ecce noua facta omnia.Rurſus ideò in hac dominica canitur:Omnis terra,
4 &c.quoniã†Auguſtus Cęſ.ad gloriã imperij Ro. iuſſit,vt de ſingulis ciuitatibus orbis aliquis Romã veniret,afferẽs inde tãtum terræ,quantũ pugnus claudere poſſet,vt p hoc appareret,omnes Ro.Imperio fore ſubiectos,ex qua terra factus eſt in vrbe quidã mons,ſulus,ſuper quẽ fabricata fuit quædã eccleſia à Romanis ad ſuum cõuerſis,quæ fuit in hac dominica dedicata,quia ergo mõticulus ille de omni terra factus eſt:ideò in feſto dedicatiõis

illius ecclesiæ, super illũ cõstructæ cantatur: Omnis terra, &c. & sicut Cæsar Augustus ab omnibus mundi partibus adorabatur, à quibus terra illa apportata fuit: ita Deus ab omni terra. i. ab omnibus hominibus, siue ab omni genere hominum adoratur. Beatus quoq; Gregor. tali die pacem fecit in orbe: & propter hoc in collecta huius diei posuit, & pacẽ tuã nostris cõcede tẽporibus. Hanc igitur pacẽ, & Christi verã adorationem operatur verã dilectio proximi, ad quã inuitamur in epistola: Habentes donationes, &c. ad Rom. 12. c. in qua monemur, vt donationes à Christo habitas, ad aliorũ ædificationẽ exerceamus, vnde ibi dicitur: Necessitatibus sanctorũ cõmunicãtes. Ad idẽ etiã in Euãgelio inuitamur exemplo Domini, qui sicut ibi legitur, in nuptiis mutans aquã in vinũ, magna miracula faciẽs, necessitatibus eorũ subuenit, quorũ intererat cõuiuantibus ministrare, sed epistola nõ videtur cõuenire ministerio euãgelij, quod est: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ. Io. 2. c. Sed benè cõuenit, qa ad cõfirmationẽ nostrã, facta sunt miracula, & dona, data nobis, & tãquã in nuptiis spiritualibus apponit Apostolus viginti fercula principalia dicẽs: siue prophetiam secundum rationẽ fidei, &c. Cana enim, zelus interpretatur: Galilea † trãsmigratio, ꝙ igitur nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ significat, quod in corde illius, q̃ zelum. i. ardentem amorem habet trãsmigrandi de vitiis ad virtutes, de mundo ad patrẽ, de terra ad cœlũ fiunt nuptiæ: & Christus Dominus ibi est, cum matre sua, hoc est enim de primis lætitiis, in illo corde, vbi fiũt nuptiæ, ꝙ Christus natus est de Virgine, ibi mutatur aqua in vinum. i. insipiditas operum, in lætitiam spiritualem. Ad has siquidẽ nuptias celebrãdas Inn. Papa. iij. instituit hac die stationem apud venerabile hospitale spiritus sancti fieri, vbi tãquam in Cana Galileæ, est zelus trãsmigrãdi de vitiis ad virtutem. Ibi siquidẽ positæ sunt sex hydriæ. i. institutæ sunt † & perfectissimè exercẽtur sex opera misericordiæ, quæ sunt pascere esurientem, potare sitientem, colligere hospitẽ, vestire nudum, visitare infirmũ, adire incarceratũ, & mortuũ sepelire: & est ibi mater Iesu, quoniam in honorẽ beatissimę Mariæ virginis illius loci est ecclesia dedicata. Inuitatur etiam & filius eius Iesus cũ discipulis ad has nuptias, quoniam effigies Iesu Christi quæ sudarium siue † veronica vulgariter appellatur, hac die ex institutione eiusdem Inn. à Domino Papa & Cardinalibus, populis fidelibus ad has nuptias pietatis, & misericordiæ celebrandas illuc cõuenientibus, ibi solenniter demõstratur. In offertorio autem, quasi præ gaudio correizamus, quod spiritualis fa[illegible]ebrietas, geminãtes verba tam in offertorio, quàm in eius versibus, gemi

minamus enim illud, Iubilate Deo omnis terra: similiter illud: Reddã tibi vota mea. & illud: Locutũ est os meũ in tribulatione mea. Duo enim sunt genera hominũ verba geminãtiũ vel multiplicãtium. s. correizãtes & infirmãtes, siue afflicti. Correizãtes, vt hic: infirmãtes, vt in versibus offertorij. Vir erat in terra: quod cãtatur in dominica. xxj. post Pẽt. Sed in hoc est differentia, quia hic tam in offertorio, q̃ in versibus duplicamus verba: ibi verò tãtum in versibus quasi ridiculos è geminãrur. Et est ratio, quia institutor officij loquitur ibi in offertorio tãquã historiographus rem simpliciter narrãs, & tãquam nõ ægrotans, de Iob in tertia persona loquẽs: cuius patiẽtia nobis in exẽplum cõmendatur: in versibus verò eiusdẽ offertorij, loquitur tãquam infirmus præ dolore, multiplicãs verba, dicẽs: Vtinã appẽderentur peccata mea, &c. Ægrotãti enim loqui conãti verba intercipiũtur: & sæpè incepta vix efferũtur: reducẽs nobis ad memoriam Iob ægrotãtem & dolẽtem: cuius verba sæpè repetit more ægrotãtis, cui anhelitus nõ est sanus neq; fortis: & ideò imperfecta verba sæpè repetere solet. Geminãtur etiam verba in offertorio, quod dicitur in Dominica quinquagesimæ: & in illo quod dicitur feria. v. post se cũdam dominic. quadragesimę. Idcò autem hoc præcipuè in offertorio: quia in eo præcipuè ostẽditur offerẽtis affectus. In post-
8 communione, dicit Dominus Io. 2. c. mysticè ostenditur, q̃ † Dominus aquam in vinum mutat in nobis, scilicet aquam timoris, in vinum diuini amoris: aquam literæ, in vinum spiritualis intelligentiæ: aquam mortalitatis, in vinum immortalitatis.

SVMMA.

1 *Dominica tertia post Epiphaniam, & eius officium triplex. & nu. 3. 4.*
2 *Leprosi sanatio, quid significet. Et quotuplex lepra.*
5 *Euangelium dominicæ tertiæ post Epiphaniam. & nu. 7.*
6 *Naturam mutare solus Deus potest.* (bemus.
8 *Quadragesimã à natali, vsq; ad purificationẽ, cũ lætitia celebrare de-*

De Dominica tertia post Epiphaniam. CAP. XX.

1 TErtia dominica † post Epiphaniã nos monet cum Angelis adorare vnũ Regem, dicens in introitu: Adorate Dominũ omnes Angeli eius, &c. Monet etiã adorare cum ipsis: quia dixit Ioãni Angelus in Apoc. Coseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Sequitur ibi: Audiuit, & lætata est Sion. i. Ecclesia. Et nota q̃ iste introitus habet in se festum hypopantis, quãdo est secundus ab octaua sep[illegible]er, vel ipsum cõtingit, nisi septuagesima impediat: inde est q̃ verba huius introitus cum verbis inuitatorij illius festiuitatis conueniũt: in introitu namque dicitur: Audiuit, & lætata est Sion, in inuitatorio verò dicitur: Gaude, & lætare Sion, oc- *Apoc. 22. Psal. 96.*

cutrés Deo tuo, quibus etiam cõueniunt verba respõsorij illius festi. s. Adorna thalamũ tuum Sion. Euãgelium: Cùm descẽdisset Iesus Mat. 8. est de sanatione leprosi vbi dicitur: Domine, si vis, potes me mundare: ecce fides, vnde dicit ei: Volo, mundare. Sed epistola quæ est, Nolite esse pruden. &c. ad Ro. 12. ca. nõ videtur cõcordare Euãgelio, sed benè concordat & cõpetit mystico sensui vel intellectui. Nã sanatio leprosi, significat ꝙ Deus vult sanare nos à lepra volatili, quæ est hæretica prauitas, quæ euolat p totum mũdum, & ab omni alia lepra. s. ab omni peccato: per stellam. i. per fidem natiuitatis & apparitionis: huic intellectui concordat epistola, & primã lepram remouet, cum dicit: Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos. hoc solũ est causa hæresis, ꝙ homo vult proprio sensui inniti & intelligentia scripturarum. extrà, de cõst. c. ij. xxxvij. d. relatum. aliam leprã remouet. cùm dicit: Nulli malum pro malo reddẽtes, sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, &c. Potest etiã dici, ꝙ in officio huius dominicæ inuitantur Angeli ad Domini orationem, pro sua reintegratione, quę est in cõuersione Iudeorum & gẽtilium, vnde in graduali causa redditur. Ad cõuersionem gẽtilium pertinet, quod dicitur: Timebunt gẽtes nomẽ tuum, &c. ad cõuersionem Iudæorum quod dicitur: Quia ædificauit Dominus Sion. Pro hac reintegratione dicitur allelu-ia: Adorate Dominũ omnes Angeli eius. Ad idẽ etiã pertinet Euãgelium, in quo agitur de curatione leprosi, sub figura Iudaici populi: & de curatione Cẽturionis sub figura gẽtilis populi à Domino spiritualiter curati, & cũ vtriusq; populi curationem operatur dilectio proximi: ideò in epistola inuitamur ad eã, vbi dicitur: Ne reddamus malum pro malo, sed bona coram Deo, & hominibus exhibeamus. In offertorio ecclesia de vtroq; populo collecta Deum laudat, dicẽs: Dextera domini fecit virtutẽ, &c. Et quia Christus vsque in diẽ iudicij, quãtum est ad corpus mysticum semper augetur: ideò cãtatur cõmunio in pluribus ecclesiis: Puer Iesus crescebat, &c. licet in aliis dicatur: Mirabãtur omnes, &c. Luc. 4. c. Christus enim paruus fuit, cùm à paucis Iudęis cognoscebatur: & creuit, quia nõ tãtum à Iudæis, sed etiã à gentilibus cognitus est. Illud autem: Mirabãtur omnes, &c. satis benè cõuenit, quia Iudæi & gentiles vidẽtes mirabilia eius, & audientes dona admirãtes cõuertebãtur. Sanè officia præcedẽtiũ trium dominicarum, quidam referũt ad tres annos, quibus dicunt Dominum post baptismum prædicasse, & diuinitatem suam miraculis declarasse, & dicũt enim cum tribus annis prædicasse, & partem quarti anni, quantum est à natiuitate, vsque ad passionem. Primum officium referũt ad hoc, ꝙ Angeli leguntur ministrasse

Do

Domino post baptismũ, & post ieiuniũ, & post diaboli tentationem, vnde in officio illo dicitur: Quẽ adorat Angelorũ multitudo. Quia ergo Angeli in principio trium annorum statim post baptismũ, post tentationẽ Angeli accesserũt ei ministrates: ideò post epiphaniã in dominica, quæ occurrit intra octauas, cã tatur in introitu in excelso: & legitur Euãgeliũ: Cùm factus esset Iesus annorum duodecim. Et benè cõgruit, vt illud post duodecimam diem natiuitatis proxima dominica legatur, quod post annos duodecim cõstat esse peractũ: & si necesse fuerit etiam in
3 sequẽti dominica repetatur. Secundũ † officiũ dicunt esse de miraculis, quia in secũdo anno miraculis manifestius coruscauit, & ideò in secũda dominica legitur epistola, in qua gratiarũ dona scribuntur, & Euãgelium de initio signorum Domini recitatur. Quod etiam ea cõgruit ratione, quia hoc miraculũ secundo baptismatis anno legitur esse peractũ, quo quia literæ in spiritum, terræ in cęlũ, corruptibilis in incorruptibile mutatio figuratur: ideò ꝙ omnis terra Deũ adoraret in introitu iubilatur. Tertium
4 † officiũ dicũt esse de cõuersione gentiũ, & Iudæorũ: prout iam dictũ est. Quia enim in tertio anno sua nos passione redemit, per quã vtrunq; populum ab æterna infirmitate curauit, ideò legitur Euãgelium de infirmo & leproso curatis: propter quod fit in cãtibus verborũ geminatio, vt in introitu: Lętata est Sió. & c. f. i. & in graduali: Timebũt gẽtes & Reges: & in allelu-ia: Exultet terra, & lætẽtur Insulæ, & in offertorio: Dextera Domini. Et ꝙ per vtriusq; populi curationẽ, ad auctus est numerus Angelorũ: ideò in introitu inuitãtur ad laudes cùm Dicitur: Adorate, &c. Quia verò nõ sanatur putridus humor, nisi deponatur superbię tumor, ideò dicitur in epistola, vt ad exemplũ Christi patiẽtis, & nõ percutientis, nõ simus malũ pro malo reddẽtes. Hæc quidẽ tria officia nobis insinuant Christi beneficia nobis præstita ad cestificãdum corda nostra. Vnde cãtamus in offertorijs: Iubilate. Iubilandum enim est, ꝙ nos eduxit de claustris inferni, & liberauit de
5 inferno inferiori. † Quartum autẽ Euãgelium, in quo agitur de dormitione Domini in nauicula, & de excitatione, ad illã partẽ anni referũt in quo Dominus obiit & resurrexit. Dormitio nãque domini in nauicula, est eius dormitio in cruce, & eius excitatio, est eius resurrectio, quã suorũ vota citius fieri exegerũt. Quintum Euãgelium ad hoc refertur, ꝙ post Domini resurrectionẽ sensum [illegible] aperuit vt scripturas intelligerent. vnde in eo grates refert p[illegible]i, qui reuelauit ea paruulis, & abscõdit à sapiẽtibus huius secli. Omnes autem epistolæ huius tẽporis, ad dilectionem Christi pertinent, quæ facit vt simus inuicẽ Christi mẽbra: vnde

Mat. 4.

Matth.11. dicitur in prima epistola, scilicet quę legitur in prima dominica
Rom.12. post octauã, q̃ donationes nobis à Deo datas ad ædificationem
Rom.12. aliorũ exerceamus. In hac secũda dicitur, ne malũ pro malo red
Rom.12. damus. In tertia dicitur, vt inuicẽ diligamus. In quarta dicitur,
Rom.13. vt viscera misericordię habeamus. Quod verò dicitur in quinta,
Colos.3. hoc facit, vt Prælatis humiliter subiiciamur, exẽplo Chri[illegible]
Ioan.2. parentibus subiectus fuit. Itẽ quod dicitur in primo Euangelio,
Matt.8. scilicet quod legitur in prima dominica post octauam: hic aquã
Matt.8. nobis cõuertit in vinum: q̃ in secũdo lepram peccati tollit: quod
in tertio Dominũ dormientem excitat in nobis: quod in quarto
nobis secreta reuelat. Potest etiã & aliter dici, q̃ sicut à die nata-
lis vsq; ad Epiphaniã, apparuit ex officiis humanitas Saluatoris:
sic & in his tribus dominicalib⁹ officiis diuinitas manifestaretur
eiusdẽ. Nam in primæ dominicæ Euãgelio dicitur: Nesciebatis,
quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? In quo Dominus
manifestè declarat se esse Deum illum, scilicet cui millia milliũ
seruiunt Angelorũ: propter quod in introitu dicitur q̃ eum ador-
rat multitudo Angelorum. In graduali collaudant, & ad idem
in allelu-Ia & offertoriũ terram inuitant, dicẽtes: Iubilate Deo
omnis terra. Sed quia laus Saluatoris nõ benè sonat in labiis pec
catorũ, ideò Apost. in epistola præhortatur, & obsecrat vitæ san-
ctimoniam. Cõmunio verò consonat Euãgelio. In secundæ verò
dominicæ Euangelio, dicitur quod Dominus ad nuptias inuita-
tus, aquã conuertit in vinũ, quod fuit magnũ suæ diuinitatis in-
diciũ. † Solus enim Deus potest naturã mutare, nostrũ corrupti- 6
bile in gloriam reparare: propter quod omnis terra eum adoret,
psallat, & iubilet, cõfiteatur, & laudet, & Angelos ad laudandum
inuitet, vt apparet in introitu graduali, allelu-Ia & offertorio.
Cõmunio verò cõsonat Euãgelio. In tertiæ dominicæ euãgelio
† dicens Dominus, volo mũdare, benignitatẽ & potestatẽ suę di- 7
uinitatis ostẽdit: vnde leprosus mũdatus, quasi coraula tam An-
gelos q̃ homines ad Dominũ adorandũ inuitat, dicens in introi-
tu: Adorate dominũ: & in graduali, Timebũt gentes. In allelu-Ia
verò, & in offertorio dicens: Dextera domini causam reddit. Cõ
munio cõsonat euangelio: Ecce, quam euidenter in his trib⁹ do-
minicalibus officiis diuinitas apparet, quæ vt præmissum est, tres
sunt: q̃ a tribus annis Dominus prędicauit. Sunt quoq; nonnulli,
q̃ totum huius tẽporis spatiũ, scilicet à natali, vsq; [illegible] purificatio-
nem adscribũt infantiæ Saluatoris: ideò nõ debent in[illegible]o, vt aiũt,
fieri cõmemorationes sanctorũ, maximè de cruce, ne d[illegible]iiciatur:
Exod.23. Nõ coquas hœdũ in lacte matris, & propter hoc etiã in vigiliis
nocturnis de nouo legitur test. propter præsentem vitã eiusdem

hominis

hominis Christi quã dies isti significant. Magnus quoq; præco, vel præceptor sanctæ natiuitatis Paulus, in legentiũ manus accedit, q cùm veteri lege nouã cõferens gratiam legẽ sanctorũ deprimebat, & legẽ fidei cum palma iustitiæ subleuabat, & est hoc tẽpus quædam quadragesima Christi constans ex duobus perfectis numeris, scilicet ex senario duplicato. & xxviij. Dupliciras se [illegible]uplicẽ significat perfectionẽ: scilicet humanitatem corporis & diuinitatẽ animæ: vnitas maior numeri perfecti diuinitatis
8 vnitatem. †Ideò sicut in xij. diebus, scilicet q sunt inter natale & apparitionem iubilatur de apparitione humanitatis: sic in viginti octo, qui sunt ab apparitione vsq; ad purificationẽ de apparitione diuinitatis. Hanc quadragesimã cum gaudio celebramus qa Christi incarnatio fuit gaudiũ Angelorũ & hominum. Post quã quadragesimã sequitur ὑπάπαντη, id est, præsentatio Domini in templum per quam excitamur, ad præsentandum nos Deo patri. Quadraginta ergo dies præsentem statum demonstrant Eccle- *Tit. 2.*
siæ vbi per quatuor mundi partes satagimus, vt decalogũ implea mus, id est, iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatã spem, & aduentum gloriæ magni Dei. In qua præsentatione apparebit nobis Dominus glorioſus: & ideò in his diebus cantatur versus: Quoniam ædificauit Dominus Syon: & videbitur in gloria sua. Inde est etiam, q sicut præmissum est, circa ὑπάπαντη meritò cantatur introitus, Adorate: quia tunc erit nobis facie ad faciem manifestum choros Angelorum Dominum adorare.

SVMMA.

1 *Dominica quarta post Epiphaniam.*
2 *Charitatem habens, nihil timet.*
3 *Fides & charitas, serenitatem gignunt in mente hominis.*

De Dominica quarta, post Epiphan. CAP. XXI.

1 QVarta Dominica post Epiphaniam non habet proprium † officium, quia non semper sunt quatuor septimanę vsque ad septuagesimam. Habet tamen euangelium propriũ, quod est: Ascendente Iesu in nauiculam, &c. Mat. 8. c. & habetur ibi quomodo Dominus mitigauit, & sedauit tempestatem maris, & dixit discipulis suis: Cur timetis modicæ fidei? quasi dicat: Modica
2 fides est causa timoris & tempestatis cordis. Qui enim † habet charitatem, nihil timet: & hanc habet: qui veram fidem habet, & ideò de charitate est epistola: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem dil[illegible]atis, &c. quæ est ad Ro. 13. cap. Euangelium significat, q si C[illegible]istus dormit in nobis, tempestas oritur: qui enim habet fide[illegible] habet Deum. Vnde August. Fides in te, & Christus in te. Dormit igitur Christus in nobis, quando in nos torpet fides:

&

& tunc oritur tempestas tentationũ in cordibus. Redit autẽ tranquillitas, si excitatur fides, quæ excitatur per chariratem, & ideò in epistola diei huius dicitur, nõ occides, diliges proximum tuũ sicut teipsum. Fides† enim & charitas serenitatẽ faciunt in mente hominis. His tribus sententiis horum trium Euangeliorum reformatur homo omnibus modis. Primò enim mũdatur sicut leprosus. Secundò sedatur tempestas tentationum. Tertiò [illegible] nuptiæ in corpore ipsius. Sed primò ponitur Euangelium de nuptiis, quia dignior est ille status: & hi sunt tres status in hominibus secundum augmentum manifestationis Christi.

SVMMA.

1 *Dominicæ quintæ post Epiphaniam euangelium, & officium.*

De dominica quinta post Epiphan. CAP. XXII.

Matt. 11. EVangeliũ † quintæ dominicæ post Epiphaniam sumitur de Matthæo: Cõfiteor tibi pater cœli & terræ, &c. in quo ostẽditur, quibus Deus se manifestat, scilicet paruulis, mãsuetis: vnde dicit: & reuelasti ea paruulis. & post: Venite ad me oẽs qui laboratis, &c. & benè cõuenit epistola ad Colos. 3. c. induite mãsuetudinem, & pietatẽ, id est, induite vos noua veste: vt cum nouo Rege noui sitis. Noua enim fecit Dñs omnia. Aliæ verò ecclesię legũt Euangeliũ: Simile est regnum cœlorum: quod est Matthæi. 13. c.

SVMMA.

1 *Dominica sexta ab Epiphania, nihil habet proprium, mutuatum tamen à duabus præcedentibus.*

De dominica sexta post Epiphaniã. CAP. XXIII.

SExta dominica † quia ratò cõtingit nõ habet propriũ, nisi orationes tantummodo. Sed ei à duabus præcedẽtibus mutuatur. 1

SVMMA.

1 *Septuagesima tẽpus est pœnitẽtiæ. Et quot de causis illa instituta. nu. 2.*
3 *Annorum cõputatio, à principio mũdi.* 4 *Septuagesimæ quinq; sunt.*
5 *Septuagesima vnde dicta. vnde sexagesima, vnde quinquagesima. Itẽ, vnde quadragesima. Et cur nõ trigesima dicatur cõsequẽter. nu. 6.*
7 *Quadragesima, est decima totius anni.* 8 *Peccata septem modis remittuntur.*
9 *Septuagesima finitur sabbato in albis.*
10 *Septuagesima tempus iudiciale captiuitatis refert.*
11 *Babylonicæ captiuitatis descriptio, atque etiam mysticè.* [17.
12 *Septuagesimæ tẽpore, cur subticeãtur cãtica lætitiæ. & nu. 13. 14. 15. 16.*
18 *Allelu-Ia, cur iteretur sabbato ante septuagesimam.*
19 *Allelu-Ia, quid differat à vers. illo: Laus tibi Domine.*
20 *Psalmi duo per dominicas noctes, ad laudes mutantur à septuagesima vsque ed Paschа.*

21 *Intr*

21 *Introitum Missæ adaptatio, à septuagesima, vsque ad Pascha.*

De dominica septuagesimæ. CAP. XXIIII.

1 POst tempus † reuocationis, sequitur tempus deuiationis, scilicet tempus pœnitẽtiæ: quod est septuagesima. Visa nanq; via, quæ ducit in Bethleem superiorem: per stellã, id est, per fidem pœnitentiæ homo, q̃ deuiet ab illa. † Prænotandũ autem est, q̃ septuagesima instituta fuit propter tria. Primò, propter redemptionem sabbati: vel secundũ alios quintę feriæ, in qua sancti patres statuerant ieiunari: prout iam dicetur. Secundò, propter repræsentationem, quoniam representat. lxx. annos Babylonicæ captiuitatis: prout iam dicetur. Tertiò, propter significationem quoniam per hoc tempus significatur deuiatio, exilium, & tribulatio totius humani generis ab Adam vsq; ad finem mundi: quod quidem exiliũ sub reuolutione septem dierum peragitur, & sub septem millib⁹ annorũ includitur: per septuaginta enim dies septuaginta centenas annorum intelligimus. Siquidem ab † initio mundi, vsque ad
3 ascensionem domini, sex millia annorum cõputamus. Ex tũc verò, quicquid temporis sequitur vsq; ad finem mundi, sub septimo millenario cõprehendimus: cuius terminum solus Deus nouit, quia hoc Deus pater in sua potuit potestate. Nec mireris de eo, quod dictum est de sex millibus annorũ, diuersimodè etenim anni cõputantur. Nam & alij dixerunt, q̃ ab origine mundi fuerũt solum quinque millia, & ducenti anni vno minus, vsq; ad Christi natiuitatem: vel secundum alios, vsq; ad passionem secundum alios verò vsq; ad baptismum eius. Alij dixerunt, q̃ ab Adam, vsque ad natiuitatem Christi secundum carnem cõpleta fuerunt quinq; millia ducenti vigintiocto anni. In historiis legitur, q̃ secundum septuagesimam ab Adam, vsq; ad decimumquintum annum Imperij Iulij Cæsaris cõputantur anni quinquies mille ducenti, vigintiquinq;. Sed secundum Hebraicam veritatem quatuor millia. Computatio tamen sex millium annorum à Methodio potius mysticè, quàm chronicè, est vera imũeta. Christus igitur in sexta mundi ætate nos ab hoc exilio in spe æternæ retributionis reddita innocentiæ stola per baptismum eripuit. Sed consummato tempore nostri exilij, vtraq; stola perfectè decorabit,
4 vt iam dicetur. Sciendum autem est, quòd quinque † sunt septuagesimæ. Prima est, septuagesima annorum, scilicet Iudaicæ captiuitatis, in qua fuerunt Iudæi captiui in Babylone. lxx. annis, de qua Hieremias dicit: Trademini in manu hostili, & seruietis Nabuchodonosor. lxx. annis: & sic est construendum: Trademini in manu hosti, scilicet Nabuchodonosor, & seruietis. lxx. an. non enim Nabuchodonosor vixit tot annis. Secunda est. lxx.

dierum:

dierum:quæ incipit in hac dominica,qua cantatur. Circũdederunt, & terminatur in ſabbato in albis,ſecũdum alios in Paſcha: vt iam dicetur. Tertia,eſt ſeptuageſima peregrinationis noſtræ, ſcilicet totum tempus huius vitæ:quod. vij. dierum reuolutione agitur. Quarta,eſt ſeptuageſima hebdomadarum quæ ſimiliter incipit,Circundederunt:ſed terminatur in ſabbato quo cantatur Sitientes. Quinta,eſt ſeptuageſima ætatũ,ſcilicet. vij. ætates,quarum ſex ſunt morientium,& ſeptima quieſcentium. Harum autem ſeptuageſimarũ duæ ſunt figuratiuæ, ſcilicet ſeptuageſima ætatũ,& ſeptuageſima noſtræ peregrinationis:tres ſunt figuratę, ſcilicet ſeptuageſima annorum,dierũ & hebdomadarũ. De vltimis duabus primò dicendũ eſt. Nã ſeptuageſima hebdomadarũ, figurat ſeptuageſimã ætatem:vt hebdomada pro ætate ponatur. Inde eſt ꝙ in vij.ætate animæ fideliũ requieſcunt:licet quædã ad tẽpus ſint in purgatorio,& idcircò in principio ſeptimæ hebdomadæ ætatũ cantatur:Lætare Hieruſalẽ:vbi ponuntur tria verba lætitiæ,ſcilicet lætare,gaudẽtes,& exultetis,quia ſancti in ſeptima ętate gaudent de viſione trinitatis. Et ſecundum quod viſum eſt doctoribus:iuxta ſeptuageſimã hebdomadarũ factæ ſunt illæ denominationes,ſcilicet ſexageſima,ſeptuageſima, quinquageſima,& quadrageſima. Vnde† ſeptuageſima dicta eſt,quia ſeptima 5
eſt ab illa,in qua cantatur:Lætare Hieruſalem. Sexageſima, quia ſexta eſt ab illa. Quinquageſima,quia quinta eſt ab iſta. Quadrageſima,quia eſt quarta. Et ſi fortè † quæratur, quare non dicitur 6
trigeſima,quæ eſt tertia ab illa? Reſpondetur ꝙ ſecũdum varios variè inchoatur abſtinentia. Nam regulares incipiunt ieiunare à ſeptuageſima:Græci à ſexageſima: clerici à quinquageſima:tota militia Chriſtiana,à quadrageſima, additis quatuor diebus hebdomadæ præcedentis. Sed videtur potius debere dici ſeptena, q̃ ſeptuageſima, uia ſicut dictum eſt, non ſunt niſi ſeptem hebdomadæ à Circundederunt me, vſq; ad;Sitientes. Sed idcircò hoc fit:vt hæc ſeptuageſima aliquo modo reſpondeat ſeptuageſimæ Iudaicæ captiuitatis. Sicut enim multi ex illis authoritate Cyri, qui cognominatus eſt Chriſtus, in patriam redierunt,& in fine omnes:ita & ante finem ſeptuageſimæ ætatum,quæ per ſeptuageſimã hebdomadarũ figuratur: multi ad patriam per Chriſtum redierunt,& tandẽ omnes redibũt. Aiunt etiã quidã, ꝙ ſeptuageſima ſic dicitur,q̃ habet exordium. lxx. dierũ,quos cõtinet ſexageſima,q̃ habet initium. lx. dierum,quos continet, & ſic de quinquageſima & quadrageſima. Nunc dicamus de tribus primis,Nẽpè ſeptuageſima dierum,repræſentat ſeptuageſimam annorum, & figurat ſeptuageſimã ſiue tempus noſtræ peregrinationis, de

quo

quo iam dicetur. Visum est aũt magno Impera. Carolo, q̃ septua
7 gesima, sexagesima, quinquagesima, quadragesima †non propter
numerum sic denominentur: non enim à septuagesima sunt lxx.
dies: sed tantũ sexagintaquatuor. nec à sexagesima vsq; ad Pascha
sunt lx. dies, sed tãrũ quinquagintatres: sed sic dicta sunt propter
consequentiã numerãdi hoc modo. Quia enim in lege præceptũ
fuit, vt primitiæ & decimæ darẽtur Deo: placuit sanctis patribus
soluere decimas dierũ constituentes pro huiusmodi decimis qua-
dragesimã. Nam ab officio, Inuocauit, vsque ad Pascha, dẽptis do
minicis diebus, sunt xxxvj. dies, qui sunt decima trecentorum lx.
dierum, ex quibus annus constat. Supersunt tamen quinq; dies in
anno, q̃ videntur remanere indecimati, de quo dicetur sub iiij. fe-
ria quinquagesimæ. Et est vocatũ tempus illud quadragesima, qa
habet sex septimanas: prout dicetur sub j. dominica quadragesi-
mæ. Thelesphorus verò Papa. iiij. di. statuimus, & duobus cap.
seq. & Grego. de conse. di. v. quadragesima, volentes, q̃ clerici ali-
quid adiicerent ad pensum sanctæ religionis, & vt plus quã laici
ieiunarent, adiecerunt septimã septimanã, & vocatũ est tempus
illud quinquagesima propter duas causas, scilicet quia quinqua-
ginta dies sunt ab: Esto mihi, vsq; ad diem sanctã Paschæ, & etiam
propter consequentiã numerãdi: nã post quadragesimã, sequitur
8 quinquagesima. Præterea, sicut † per sex hebdomadas, sex mise-
ricordiæ opera intelligũtur: sic & per septẽ hebdomadas, septem
modi significãtur, quibus crimina remittũtur, scilicet per baptis-
mũ, per martyriũ, per eleemosynas, p̃ indulgentiã, per prędicatio
nem, per charitatẽ, per pœnitentiam. Posteà verò, quia prius sta-
tutum erat, q̃ Christiani deberẽt quinta feria ieiunare. Melchia-
des Papa, de conse. d. iij. ieiunium. instituit, q̃ nemo ieiunaret in
quinta feria, sicut nec in prima: vt sicut prima feria solennis erat
propter domini resurrectionẽ: & ita in v. feria esset propter eius
cœnam & ascensionẽ. Vnde & adhuc die ipsa lautius epulamur:
& idcirco placuit sanctis patribus addere octauã hebdomadã, in
redemptionẽ quintarum feriarũ, & vocatũ est tempus illud, sexa
gesima; propter consequentiã numerãdi. Nam sicut quinquages-
imus numerus quadragesimũ, ita sexagesimus quinquagesimum
comitatur. Si enim omnes quintas ferias & primas, id est, dies do
minicos subtraxeris, ab hoc tempore tantum. xl. dies ieiunabiles
restant, in quibus non tantum decimas solues, sed & ieiunij dñici
numerũ in hebis, Inn. quoq; Papa, de cons. d. iij. instituit, ne sab-
bato ieiunaretur, eò q̃ Dominus in sabbato in sepulchro quieuit,
in signum nostræ futuræ quietis, in qua omnis afflictio à nobis
excluditur. Idem etiã statuerunt Melchiades & Siluester Papę: ne

propter abſtinẽtiam ſextæ natura nimis debilitaretur. Et idcirco addita eſt nona hebdomada, & vocatũ eſt tempus illud ſeptuageſima ſimiliter, propter conſequentiã numerandi. Nam ſi ſubtraxeris ab hoc tempore omnes primas ferias, & quintas, & ſabbata, & diem Paſchæ, nõ reſtãt tibi niſi triginta ſex dies: qui, vt dictũ eſt, ſunt decima dierum. Incipit autem ſeptuageſima à m[illegible] & terminatur in lætitia, ſicut & pœnitentia, quã ſignificat: & ſicut pſalmi pœnitentiales. Item partẽ habet in triſtitia, & partẽ in lætitia ſemiplena: quoniam qui cum pœnitentia tranſeunt, percipiunt vitã æternã, vel animarũ beatitudinẽ, vel ſaltẽ certã in purgatorio expectationẽ. † Item incipit à dominica & terminatur in ſabbato: eò ꝙ à manſione Paradiſi noſtra captiuitas inchoauit, & vſque ad futuram requiem perdurabit: vel quia, qui per peccatũ à dño noſtro receſſimus, per pœnitentiã ad requiem reuertemur: & terminatur ſabbato in albis, & ſic extenditur per decẽ hebdomadas: quia ꝑ decalogum ad lætitiã peruenitur. Rurſus incipit à Februario, iuxta Zachar. 1. c. qui dicit, ꝙ in vndecimo menſe Sabath in ſecundo anno Darij factum eſt ad eũ verbũ Domini. Sabath quidẽ, noſtra lingua vertitur in virgam, ſonat enim auſteritatem & correctionẽ, quia in hoc tempore ſeptuageſimę de peccatis noſtris, per quæ ſumus à diabolo captiuati, nos corripere & emendare debemus. Verum ſexageſima in quarta feria in albis: quinquageſima in die Paſchę, quadrageſima in cœna Domini terminantur. Nã duo dies ꝙ ſequuntur, & quatuor ꝙ ſumpti ſunt de quinquageſima, ſupplent locũ ſex dierũ dominicarũ, vt ſic reſpondeamus pro modulo noſtri ieiunij, ieiunio Domini, qui ieiunauit. xl. diebus. A ſeptuageſima quippè, vſque ad ſabbatũ in albis, ſunt ſeptuaginta dies: & à ſexageſima, vſq; ad quartã feriam in albis, ſunt. lx. dies, & ſic de aliis. Decebat enim, vt ſicut fuerunt tres Iſraëlitici populi de captiuitate reuerſiones, prima ſub Zorobabel: ſecũda & tertia ſub Eſdra, vt iam dicetur: ſic & nos noſtra peccata deflentes, & de peccatis miſericordiã implorantes, tres faceremus terminationes, ſcilicet in ſabbatho, in quarta feria, & in Paſcha: vt reuerteremur ad gloriã triũphantis, & quarta in cœna Domini propter quatuor euãgelia, ꝑ quæ in his formamur. Sunt autem ſex dies inter principiũ ſeptuageſimæ, & principiũ ſexageſimæ, & ſex inter principiũ ſexageſimæ, & principiũ quinquageſimæ, & ſex inter principiũ quinquageſimæ, & quadr[illegible]geſimæ. Inter finem verò ſeptuageſimæ & ſexageſimę duo, & in[illegible] finẽ ſexageſimæ & quinquageſimæ duo: & inter finem quinquag[illegible]ſimę & xl. duo ſimiliter. & ita habemus à principio vnũ ſenariũ, & à fine duos ſenarios. A fine verò, habemus duo & duplex binariũ, quid

hoc

hoc figuret: Alcuinus oſtendit, dicēs q; vna fuit mors Chriſti, ſcilicet mors corporis q̄ per vnū ſenariū ſignificamus: & mors noſtra duplex eſt, ſcilicet animę & corporis, quam ſignificamus per duos ſenarios. Chriſtus autē per vnam ſuā mortē duplā noſtram deſtruxit. Iterum vna fuit reſurrectio Chriſti, ſcilicet reſurrectio corporis: quam ſignificat vnus binarius: & noſtra reſurrectio duplex eſt, ſcilicet reſurrectio animæ à peccato, & corporis à corruptione, quam ſignificat duplex binarius. Et Chriſtus ſua ſimpla reſurrectione, duplam noſtrā muniuit. † Septuageſima ergo tēpus iudiciale captiuitatis repræſentat. Siquidē Nabuchodonoſor populū Iudaicū, propter eius peccata ab Hieruſalē in Babylonē duxit, & ſeptuaginta annis operibus duris affectus eſt, vbi in organis & citharis, & aliis inſtrumentis, ſicut cōſueuerat in Hieruſalē non cecinit, dicēs: Quomodo cantabimus canticū Domini in terra aliena? imò veſtibus miſeriæ fuit vſus. † Finitis verò .lx. annis Cyrus, qui & Chriſtus dictus eſt, Regem Babylonicū ſubiugauit, populoq; redeundi licentiā conceſſit. Vnde pars ſub Ieſu magno ſacerdote cū Zorobabel ad patriā rediens templū Hieroſolymis cum gaudio reædificauit: pars autē in captiuitate remāſit, vſq; ad completionem ſeptuaginta annorū, quibus expletis ſub Dario & Aſſuero, & quidā ſub Eſdra, & quidam ſub Neemia, videlicet, reuerſi ſunt, & tunc duplex gaudiū habuerunt. Sanè myſticè Nabuchodonoſor eſt diabolus: Babylonia, mundus vel infernus. Hieruſalē, Paradiſus. Populus, genus humanū. Nabuchodonoſor ad Hieruſalē populū captiuauit, & diabolus genus humanū à Paradiſo in hunc mundū, vel in infernū deiecit: vbi .lxx. annis illū affecit, vel quia præſens vita ſeptē dierū curriculo voluitur, vel quia ſeptē milibus annorū includitur: prout iam in principio dictum eſt. Populus cāntica lætitiæ ſuſpēdit, & genus humanum à canticis exultationū in Deū ſiluit: populus veſtimēti miſeriæ vſus fuit, & genus humanū veſtimento maledictionis opertū fuit: iuxta illud: Fiat ſicut veſtimentum, quo operitur: populus poſt ſexaginta annos ſub Ieſu rediit, & genus humanū in ſexta ætate per Ieſum verum ſacerdotē remeauit: quidā ſub Eſdra, quidā ſub Neemia redierūt. Eſdras, interpretatur adiutor. Neemias, cōſolator: qa omnes verè fideles finita huius temporis captiuitate p Chriſtū adiutorem, & per ſpiritū ſanctū conſolatorē, ad patriā ſunt redituri: & tunc duplicatum gaudiū habebunt in glorificatione corporis & animæ. † Rurſus hæc omnia repræſentat eccleſia à lxx. vſque ad ſabbatū in albis. Quia enim populus Iſraël, ſiue genus humanum deiectū fuit in miſeriā, idcircò incipit: Circundederūt me gemitus mortis. Item, quia ille ſiluit à canticis lætitiæ, ideò eccleſia

Pſal.136.

Pſal.17.

cantica lætitiæ, scilicet allelu-Ia, & Gloria in excelsis Deo, & Te Deũ, subticet. Adhuc, quia populus perdidit vestem virtutũ, ideò ecclesia vestibus cultioribus & solennioribus, vtpotè dalmaticis & tunicellis & huiusmodi quæ sunt vestes lætitię, non vtitur, sed potius lugubribus. In cibis quoq; videlicet ieiunãdo tristitiam repræsentamus: vnde Zacha. 8. cùm ieiunaretis per hos. lxx. annos, nũquid ieiunistis mihi, ideoq; proximã hebdomadã Gloria ieiunio sanctificabant. † Itẽ quia ille anno sexagesimo per Cyrum, qui Christus est, reditũ in patriam, & liberationem à seruitute recepit: sic & nos in sexta ętate seculi sumus per Christum à seruitute diaboli redempti, nobisq; reddita est innocentiæ stola per baptismi remissionẽ, ideoq; in sabbato sancto vnum allelu-Ia cantamus: iam spe quietis æternæ & recuperationis patriæ gratulantes. † Et sicut pars populi cũ Zorobabel repatriauit: pars verò in captiuitate remansit: sic & pars fidelium defunctorũ cũ Christo resurrexit: pars in expectatione remansit. Sed quia & graues fuerunt labores eorũ, q in Hierusalẽ sunt reuersi, in longitudine viæ, & in apparatu reditus: ideò & nos in præsenti ecclesia laboramus, & ingemiscimus: & tunc statim post allelu-Ia cantamus tractum, Laudate Dominm: q laborem significat: dicitur tamen de laude Domini congratulando propter resurrectionẽ. Illi quoque cum lætitia redeuntes, in itinere vexabantur, & nos per totam hebdomadã Paschalẽ graduale cum allelu-Ia cantamus: per graduale laborẽ, per allelu-Ia, gaudiũ designãtes. † Deinde illi omnes completo anno lxx. ad patriam sunt reuersi, & plenã susceperunt lætitiam: & nos sabbato in albis, quo vt præmissum est, septuagesima terminatur: duplex allelu-Ia cãtamus, significantes q̃ finito exilij nostri tempore captiuitatis absoluetur & stola germinabitur. Hoc igitur tẽpore lætitiæ cãtica subticẽtur, & vt præmissum est, de quibus dicitur Hiere. 7. Faciam quiescere vocẽ gaudij & lætitiæ, voce sponsi & spõsæ: siquidẽ sponsus à nobis abiit. Cùm igitur statum ecclesiæ nondum redemptæ recolimus, & nostrũ incolatum plãgimus, meritò alia deponimus, q̃ specialiter illã gloriam significat: de qua dicitur in Psal. Exurge gloria mea: exuxge psalterium cum cithara: exurge diluculo. Nempè gloria patris, est filius qui citharam nostræ humanitatis factã assumpsit, quã in passione fractã per resurrectionẽ in psalteriũ reformauit. Non dicũtur etiã † alia cantica lætitiæ: tum quia hoc tempore repræsentatur ecclesię status nondũ per Christum redemptæ. Et hęc cantica sunt ad Christũ specialiter pertinentia: tum quia in ipso tempore nos peccatores repræsentamus: & in ore peccatoris non benè resonant præconia Saluatoris. Veruntamen canticũ trium puerorum:

Psal. 56.

rum:

rum: & gloria patri & filio,&c. non ſubticetur,quia nunquã fuit
17 aliquod tempus in quo non fuerũt aliqui trinitatis cultores.† Leo Papa de conſe.diſt.j.hi tuo. dicit q̃ ideò hymnos illos ſcilicet alleluia,& Gloria in excel.quos angeli cantauerunt in ſeptuageſima intermittimus: quia peccato veteris hominis à conuentu angelicæ iubilationis expulſi,in huius miſeriæ vitæ Babylone ſuper flumina eius ſedemus,& flemus,dum recordaremur illius Syon, in qua Deum decet hymnus. A ſeptuageſima ergo quãdo protoplaſtus lapſus eſt recitare alleluia, & Gloria in excel. in eccleſia nouem hebdomadib⁹,ſcilicet vſque in Paſcha intermittimus:vbi Chriſtus reſurgens à mortuis triſtitiam noſtrã vertit in gaudiũ, & alleluia nobis redit. De hoc etiam dictum eſt in proœ. huius partis. Quæ cantica lætitiæ dicantur in feſtis, quæ occurrunt in lxx.dicetur in procem.vij.partis:incipit ergo.lxx. à mœrore: & in
18 gaudium terminatur,vt præmiſſum eſt.† Et nota, quòd in ſabbato præcedenti ſæpè & ferè per omnia cantuum officia alleluia iteratur:pro eo q̃ illud diligimus, & in theſauro cordis recondimus:ſicut amicum iter longinquum profecturum ſæpè amplectimur, & eius os,faciem, & cætera oſculamur. Rurſus ideò in ſabbato ad veſperas geminatur ſeu multiplicatur,quoniã in lapſu Adæ,qui erat in magna quiete, gaudium perdidimus:ſed animabus requiem recuperamus, & corporibus in reſurrectione denique geminabimus.Quidam autem in ipſo ſabbato dimittunt alleluia,ad ſextam,quidam ad nonã,quidam ad veſperas, quidam verò ad nocturnam huius dominicæ, & quidã ad primam dominicam huius diei: quæ varietas prouenit ex diuerſitate inceptionis diei:de qua in procemio ſeptimæ partis dicetur.Rectius tamẽ dimittitur in veſperis: quia tunc dies incipit, quo ad diurna officia: quia nox præceſſit,dies autem appropinquabit: & hoc etiam *Rom.3.*
ſtatuit Alexander Papa.ij. vt eius geminatio ad finem præcedentis temporis pœnitentiæ,quam laus ſequitur euãgelica,referatur: & eius depoſitio luctui ſequentis temporis aſſignetur. Vnde & quædam eccleſiæ deponunt alleluia, cum gaudio magno. Aliæ verò cum gemitu & ſuſpirio,illi repræſentant futuram reparatio nem:iſti de Paradiſo electionẽ. Cæterùm, quia hoc tempus mœroris eſt,non dicuntur cantica Angelorum, ſed hominum: vnde pro depoſito alleluia, dicit eccleſia in principiis horarum: Laus
19 tibi Domine Rex æternæ gloriæ: non quod æquipolleat.† Alleluia enim eſt vox angelica,iſta humana, illa Hebraica, & ideò dignior: iſta Latina, & ideò minus dignior. In antiphonis reſponſoriis dicunt quidam in æternum. In Miſſa verò pro alleluia, dicimus tractum: nec fit commutatio in Hebraicam

linguam:quæ ſicut Hieron.ait ſuper Eſaiam Græco ſermone opu
lentior eſt,nec in Græcã, quæ Latina ditior eſt, ſed in Latinam
allelu-Ia cõmutatur, quæ omnibus pauperior eſt.ad ſignificãdũ
paupertatem præſentis vitæ.†Et no.q; à ſeptuageſima vſque in 20
Paſcha per dñicas noctes duo pſalmi,mutantur ad laudes.ſ.Miſe
rere mei,q eſt pſalmus pœnitentialis,in locũ pſalmi :Dominus
regnauit,qui eſt pſalmus lætitiæ:& ad perfectionem in
Pſal.Cõfitemini,in locũ pſalmi,Iubilate,& hoc ideò,qa per pœ-
nitentiã venitur ad laudis cõfeſſionem, & per timorem ad ſpẽ.
Quiſq; enim in peregrinatione,quã ſeptuageſima ſignificat,po
ſitus,timori & ſpei eſt ſubditus.Pſal.enim Miſere,timorẽ quem
oportet fragiles peccatores in præſenti peregrinatione de vindi
cta Dei habere,deſignat informãs eos,vt peccata ſua plangãt:qa
verò poſt doloꝛẽ cordis & confeſſionẽ reatus fiducia accedendi
ad Dominũ habenda eſt,ideò Deũ laudantes dicimus ad alteru-
trum pſalmũ,Confitemini.Rurſus pſalmus: Cõfitemini,dicitur
hoc tẽpore ad laudes, ad notandũ pueros debere inſtrui,vt in ra
mis palmarũ ſciant laudes Domini decantare.Quoniã hic pſal-
mus propriè ad illum pertinet:maximè,propter illũ verſum : O
Domine ſaluũ me fac,ô Domine,benè,&c.vel ideò,vt per mor
tem,& cõfeſſionem cõſequamur peccatorum remiſſionem.Di
ctus verò pſalmus,Dñs regnauit,etiam pſalmus:Deus meus re-
ſpice,&c.& ſequẽtes hoc tempore dicũtur ad primã, ne aliquid
de pſalterio prætermittatur:quin totum ſaltem in ſeptimana di
catur:quod totum in eccleſia primitiua in die legi ſolebat.†Cæ- 21
terùm,quia vt premiſſum eſt,per lxx.totum vitæ noſtræ ſpatium
accipimus:meritò officia dominicarum,quæ ſunt à lxx.vſque in
Paſcha,variantur, per quod notantur ordines vitæ noſtræ,ſeu
cuiuslibet animæ fidelis,poſtquam peccauit. Per primum enim
ſcilicet: Circundederunt me,habemus aliquem peccata confiten
tem.Per ſecundum,ſcilicet, Exurge,habemus eundem peten-
Eſa. 58. tem. Per tertium,ſcilicet,Eſto mihi,ipſum orantem eſſe Domi
num adiutorem ſibi. Per quartum,ſcilicet, Inuocauit me ,co-
gnoſcimus Dominum illum audientem ſibi adiutorẽ eſſe.iuxta
illud:Te orante,dicam:Ecce adſum. Per quintum,ſcilicet Remi
niſcere,habemus illũ credentem vel ſperantem.Per ſextum,ſci
licet,Oculi mei,intelligimus eum bonæ operationis promiſſio-
nem faciẽtem.Per ſeptimum,ſcilicet:Lætare Hieruſalem:vbi de
hoc dicetur:accipimus eum de paſſione exultantem, & q; etiam
requies ſit multis data in hac vita. Per octauum,ſcilicet,Iudica
me Deus,videmus eum à Deo confirmatum in virtutibus,& bo
nis operibus:quod iam confidenter vult, & poſtulat iudicari in

con

cōsummatione æterna. Per nonum, scilicet: Domine ne longè: intelligimus, quòd iam sit collocatus in ordine Angelorū. Orat enim vbi habere perseuerantiam. Et quòd istud totum valeat adipisci, subiungit causam, scilicet per resurrectionem: quod habetur per decimum officium: scilicet Resurrexi: de hoc etiam sub dominica quadragesimæ dicetur.

SVMMA.

1 *Septuagesimæ officium.*
2 *Genesis liber cur legatur in septuagesima. & nu. 3.*
4 *Septuagesimæ, quodnam officium habeat in missa.*
5 *Septuagesimæ Epistola & summarium nu. 6.*
7 *Tractus sequitur responsorium, in septuagesima.*
8 *Septuagesima, quod habeat Euangelium: Et qualiter accipiatur. & nu. 11.*
9 *Terra, est omnium mater.*
10 *Iugum, est in quolibet statu & gradu, super filios.*

De officio Septuagesimæ. CAP. XXV.

1 NVnc de officio præsentis dñicæ aliqua dicemus. † Sanè, vt præmissum est, filij Israël seruierūt septuaginta annis regi Babylonis: & posteà liberati redierunt in Hierusalem. Similitèr oportet nos seruire ipsi tota vita ista, vel per culpā & pœnā, vel ad minus per pœnā. Propter quod volens ecclesia agit pœnitentiā, tanquā posita in captiuitate Babyloniæ. i. huius mūdi, vt quādoq; liberetur. & perueniat ad Hierusalē cœlestē; & propter hoc
2 facit septuagesimā: & ideò incipit † legere quinq; libros Mosi: qa ista vtilitas pœnitētię per gradus distinguitur in illis, Primus ēm liber. s. Gen. instruit nos in essentialibus pœnitētiæ, in fide. s. & timore quæ sunt essentia pœnitētiæ, qa per ea cōcipitur pœnitentia. In fide aūt nos instruit: sicut & in symbolo: quod enim ibi dicitur visibilium & inuisibiliū: dicit hic. In principio creauit Deus cœlū & terrā. s. cœlū Empyreū: & ea quæ in eo sunt: quę sunt inuisibilia: & terrā. i. omnia ista visibilia: & sicut ibi exprimitur psona patris, & filij, sic & hic: In principio. i. & in filio creauit Deꝰ, s. pater, cœlum & terrā, posteà exprimitur persona spiritus sancti, cum dicitur: Et spiritus Domini ferebatur super aquas. i. spiritus sanctus, qui creauit, & regit omnia. Instruit etiam nos in fide incarnationis, & passionis vt credamus Christum inquantum hominē, passum fuisse: & non inquantū Deum: & hoc per Isaac, qui non fuit immolatus: sed aries. Iterum instruit nos, vt credamus Christum datum esse ex gratia, non ex meritis: sicut Isaac: Instruit etiā nos in fide resurrectionis, & ascensionis: & spiritus sancti missionis per Ioseph, qui post vēditionē sublimatus est in

Gene. 7. *Gene. 1.*

Ægypto distribuẽs triticũ per totã Ægyptũ: sicut Christus post
rẽditionẽ sublimatus mũdo, distribuit triticũ verbi Dei prędicatores suos per totũ mũdũ. Cuius causa fuit resurrectio, ascensio, & spiritus sancti missio. Incutit etiã timorẽ per Adã, ne nos per viriũ gulæ, siue per inobedientiã eiiciamur de paradiso spirituali, sicut ille de paradiso terrestri: & ꝓ nos Cain instituit, vt caueamus ab homicidio, & ꝓ ciuitates penitus destructas, vt cauemus à vitio Sodomorũ, & ab omni vitio per diluuiũ: & iterũ à vitio gulæ, per Esau, q̃ propter esum lẽticulę ruffæ reprobatus est. Præterea, q̃a in lxx. recolimus miseriã nostrã, quã propter peccata parẽtum nostrorũ incurrimus, idẽò librũ †Gene. legimus: vbi agitur de expulsione primorũ parentũ de paradiso: & de aliis de quo etiã cãtamus rũsoria: In sudore vultus tui: & illud: Ecce Adã, &c. Ad maiorẽ tamen miseriã designandã prius legimus & cantamus de dignitate hominis, q̃ est factus ad imaginẽ & similitudinẽ Dei, q̃ in paradiso etiã collocatus est: q̃ socia ei facta est: & q̃ nec mori, nec aliquam pœnam pati posset, nisi ex culpa sua proueniret. †Offiũ aũt missæ est. Circũdederũt me, &c. vbi cõ- 4
fitetur Ecclesia se esse in pœna & laboribus inflictis propter peccatum: quæ sunt, fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, ægritudo & mors ipsa, per prauã conscientiã: & amaritudo, fætor, & tenebrę, quales sunt dolores inferni. Sed ne iste luctus generet in nobis acidiã siue tristitiam, quæ mortẽ operatur, ponit in versu cõsola-
Psal.17. tionẽ: Diligam te dñe, virtus mea, &c. vt sic possit dicere. Fuerunt
Psal.41. mihi lacrimæ meæ panes, &c. Et aduerte, q̃a hæc verba: Circun-
Gene.4. dederũt, &c. Sunt etiam vox Ecclesię primitiuæ plorãtis in Abel protomartire præcẽtore: cuius sanguis de terra clamauit ad dominum, quæ aperuit os suũ, & suscepit eũ de manu Cain fratris eius. Vnde statio est ad sanctũ Laurentiũ, cuius mors pretiosa nouo & inaudito genere passionis clamauit in cęlũ, & audita est in vniuersum mundũ. Vnde & Ecclesia R o. præ cæteris est authẽticata martyribus. †Ne aũt Ecclesia desperet, iam proponitur ei in 5
Euãgelio triplex salubre remediũ, & in epistola triplex præmiũ. Remediũ est vt si vult ab illis plenè liberari, in vinea animæ suæ laboret, abscindẽdo vitia & peccata: posteà in stadio vitæ præsentis currat per pœnitẽtiæ opera: deinde viriliter in agone pugnet cõtra omnia diaboli tẽtamenta: quod si fecerit, triplex remediũ habebit, quia laborãti dabitur denarius, currẽti brauiũ, pugnanti corona. † Verũ quia nõ libenter homo suscipit onus pœnitentiæ 6
nisi videat præmiũ: ideò ostendit præmiũ in epist. 1. ad Corin. 9. Nescitis, quia hi qui in stadio currunt, omnes quidẽ currunt: sed vnus accipit brauiũ. Est enim brauiũ præmiũ currẽtiũ, per quod

signi

gnificatur beatitudo æterna, quæ est præmium currentiũ in regnũ æternũ, quod ostẽditur vt libẽtius agãt homines pœnitẽtiã, & vt magis fleãt peccata sua. vnde psal. Super flumina Babylonis illic, &c. & sicut in cursu exteriori remouẽtur, quæ impediũt cursum: sic dicit Apost. se facere, cũ dicit: Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, &c. q.d. Leuigo me. i. leuem facio ad hoc, vt ꝓmptiꝰ currere: sic facit Ecclesia: macerat enim carnẽ suam vt remotis omnibus nociuis ad brauium vitæ æternæ melius currere possit. Et benè rñdet ei respõsoriũ: Adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Tribulatio enim opportuna & vtilis est homini, quoniã facit nos recordari æternorũ gaudiorũ. Nec sequitur alleluia, ꝙa subticet ecclesia cãtica lætitię: vt ꝓmissum est. † Post rñsorium sequitur tractus à trahẽdo dictus, & est suauis auriꝫ. s. de profundis clamaui, &c. Ad notandũ, ꝙ in gemitibus & suspiriis trahit ecclesia vitã suã de profundis peccati, vel pœnę. Sed ad consolationem interponũtur verba misericordiæ, cũ dicit. Quia apud te propitiatio est. Sed quia nullo modo vult ecclesia ꝙ filij sui cadãt in acidã: ideò post tractũ sequitur Euãgeliũ † de denario diurno, i. de beatitudine æterna, quã ostẽdit filiis suis, vt hilariter faciãt pœnitẽtiã. Simile est regnũ cœlorũ homini patrifamiliãs, qui exit primo mane, &c. Mat. 20. Homo est vinea Dei, & Ecclesia, quã quilibet debet colere pro posse suo: in aliis per prædicationẽ: & in se per bonã operationẽ: & si benè coluerit, habebit vitam æternã, quæ dicitur denarius. In denario est imago & superscriptio: & nos habemus imaginẽ Dei: apertã subscriptionẽ quia erimus & dicemur dij & filij Dei, vnde Psal. Ego dixi dij estis & filij excelsi oẽs. Sequitur offertoriũ: Bonũ est cõfiteri dño, &c. In quo monemur laudare Deũ in tribulatione, quod possumus facere viso denario diurno: ad quẽ videndũ petiit ecclesia illuminari. d. in postcõmunione. Illumina faciẽ tuã, &c. Potest etiã & aliter dici secundũ Inn. iij. in serm. huius diei. Legitur enim quòd occupatio magna creata est omnibus hominibus: & iugũ graue sup filios Adæ à die exitus de vẽtre matris eorũ, vsq; in diẽ sepulturæ in matrẽ omniũ. † Siquidẽ mater omniũ hominũ terra est, & eadẽ omniũ est sepultura, ꝓpter quod ille dicebat: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudꝰ reuertar illuc. In præmissis aũt verbis circa statũ humanę cõditionis tria cõsiderãda sunt, videlicet ingressus, & ꝓgressus, & egressus. De ꝓgressu præmittitur: Occupatio magna creata est omnibus hominibus & iugum, &c. de ingressu subiũgitur. † A die exitus de vẽtre matris eorum. de egressu cõcluditur: Vsq; in diẽ sepulturæ in matrẽ omnium. Sane in quolibet statu graue iugum super filios Adæ imponitur

Psal. 136 1. Cor. 9. Psal. 26. Psal. 81. Psal. 91. Psal. 80. Eccle. 40.

graue quidem in ingreſſu,grauius in progreſſu, grauiſſimum in egreſſu. Vnde meritò prophęta flebat,dicēs: Quare de vulua matris egreſſus ſum,vt videā laborē & dolorē:& cōſumerentur in confuſione dies mei. Formatus eſt enim homo de terra:conceptus in culpa:natus ad pœnā. Verè itaq; occupatio magna creata eſt omnis homo:& iugū graue ſuper filios Adæ:& beati,q occupantur in bonis: miſeri,qui in malis.beati quoq;,q iugum Chriſti portant: miſeri,qui iugum diaboli. Hanc humanæ conditionis miſeriā conſiderans eccleſia gemit,dicēs in introitu: Circumdederunt me dolores inferni,&c. in quibus verbis propheta recolit lapſum humanū. Ne verò prætereà nimio dolore deſperet,ideò ſtatim cōmemorat miſericordiā creatoris in graduali,Adiutor, &c. Occupationem aūt honeſtā & vtilem dominus inducit in Euangelio.† Operarios conducens,vt reddat illis mercedē: inhoneſtam verò & inutilē docet Apoſtolus,in epiſtola euitare: Neſcitis (inquit) q̄ hi,qui in ſta. cur. o.q.cur. ſed vnus accipit brauium: ſic currite,vt cōprehen. &c. & ſequitur: Ego autem ſic curro,non quaſi in incer. In tractu verò: De profundis, &c. propheta inter iugum,& iugū diſtinguit: dicens enim: Si iniquitates,&c. innuit iugum diaboli: de quo per prophetam dicitur: Cōputruit iugum à facie Dei: vnde mox ſubdit: Quia apud te propitiatio, &c. Ecce iugum Chriſti ſuaue: de quo veritas inquit: Iugū enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue. In ſumma autem officium miſſæ continet afflictionem in introitu, ieiuniū in oratione, bellum in epiſtola, auxilium in graduali. in Euangelio in vineā inducimur: vbi compatimur & conregnabimus.

Pſal.17.

Eſai.10.

Mat.11.

S V M M A.

1 *Sexageſima quorſum inſtituta. Et quid ſonet. nu.2.*
3 *Sexageſima Euangelium.* 4 *Filij Eccleſiæ triplices. & nu.5.6.*
7 *Paulus, cur nominetur in collectis ſexageſimæ.*

De Sexageſima. CAP. XXVI.

POſt ſeptuageſimā ſequitur ſexageſima.† Sicut autē eccleſia celebrat ſeptuageſimā in miniſterio: quia quemadmodum filij Iſraël p̄ fletū exierunt,& liberati ſunt per lxx. annos de ſeruitute Babylonica: ſic & ipſa eccleſia de ſeruitute diaboli, cui oportet modò ſeruire, liberata eſt ſaltē per pœnitentiā facta in ſeptenario huius vitæ: ſic etiā in miniſterio celebrat ſexageſima: licet enim inſtituta fuerit in redēptione quintarū feriarū: prout dictū eſt ſub ſeptuageſima: fuit tamē etiam inſtituta propter ſignificationē: quoniā ſignificat tēpus viduitatis eccleſiæ & illius mœrorē propter abſentiā ſponſi, qui peccatoribus abeſt per gratiam, & viatoribus per humanitatis præſentiam. Licet enim

Christus nobis sit præsens, secundum diuinitatem: iuxta illud: Et ecce vobiscum, vsq; in cõsummationem seculi: tamẽ secũdum, q̃ est homo, in cœlo est, sedens ad dexterã patris. Nempè fructus septuagesimus viduis debetur: in cõsolationem autẽ illius absentiæ ponsi, qui ad cœlũ raptus est: dantur ecclesiæ duæ animę, scilicet sex operum misericordiæ excitatio, & decalogi impletio. Vnde sexagesima sonat sexies decem: vt p̃ sex opera misericordiæ, p̃ decem decalogus intelligãtur. Sexagesima enim ex senario & denario cõstat: vt sicut Dñs post opera sex dierum benedixit diei septimæ, sic post perfectionẽ operum decalogi peruenie- *Mat.25.*
3 mus ad beatitudinem æternã: & dicetur nobis: Venite benedicti patris, &c. & ideò in sexagesima legitur euangelium: † Cùm turba plurima. Luc. 8. c. de semine verbi Dei: vt homines seminent opera misericordiæ ad habendam illam benedictionem. Et quia semen in pluribus suffocatur, ideò clamat alta voce in introitu: Exurge: quare obdormis Domine. In tertia verò dominica, scilicet quinquagesimæ ostendit, p̃ quem velit liberari, scilicet per Deum, vnde in introitu dicit: Esto mihi in Deũ protectorem: & quia Dominus prope est omnibus inuocantibus eũ: sequitur liberatio in sequenti dominica: vnde dicit in introitu. Inuocauit me: & ego exaudiam eum. Impossibile est enim, quin ille liberetur, q̃ aperit p̃ confessionem peccata sua, quæ sunt dolores ducentes ad infernum: & dolet dolore satisfactorio, & petit à domino liberari. Quia verò peccata hominẽ à deo separãt, ideò dubitando dicit: Exurge. Item dicit ter exurge in hodierno introitu: propter
4 triplices filios. † Primò enim clamat pro filiis, qui tentantur per aduersa: sed nõ succumbunt, vt Paulus: propter quos dicit primò, Exurge: quare obdormis, id est, obdormire videris, non exaudiendo vel liberando: & hoc facit Dominus: vt probentur & examinentur in igne tribulationis. Puriores enim exierũt tres pueri de fornace Babylonis, q̃ intrauerunt. Vnde non dormit, sicut habetur Hiere. 2. Vigilantẽ virgã ego video. & dicit Dominus statim: Benè vides: quia vigilabo ego super gregẽ meum, & super filios meos. Psal. Ecce non dormitabit, neq; domiet, qui custodit Israël: & quantũ ad istos dicit postea: Obliuiscetis tribulationis:
5 quia singula singulis debent reddi. † Secũdi filij sunt, q̃ in pugna cadunt, & propter istos dicit ecclesia: Exurge, ne repellas in finẽ: quare faciem tuam auertis. q.d. Ostende faciem tuam & reuertẽ
6 tur ad te. † Tertij filij sunt qui per blãda tentantur: nec succumbunt: sed quia aduersa non tolerant, periculũ est ne prospera eos frãgant: & propter hoc dicunt: Exurge Domine adiuua nos: & libera nos propter nomen sanctum tuum, propter hoc sequitur &

libera

Psal.14. Psal.70. Psal.144. Psal.90. Dan.3. Psal.12. Psal.43.

libera nos. De hoc etiam in dominica sequenti dicetur. Epistola verò, Libenter suffertis. 1. ad Cor. 11. c. hortatur nos, vt quæramus Dominũ & despiciamus & sustineamus læsores: & tanquam hoc cognoscentes dicimus responsoriũ, Sciant gentes, quoniam, &c. Tractus. Ostẽdit terrã commotã, id est, cõscientiã peccatorum.

Luc. 8. In euangelio ergo semen iacimus, quoniã in lxxij. in vineam missi ducti sumus: est autem Euangeliũ: Exiit qui seminat seminare semen suum, &c. Et hoc fecit B. Paulus, qui seminauit semẽ suum, id est, verbum Dei, & propter hoc fit hodie statio apud sanctum † Paulum, & inde est ℣ in fine collectæ huius diei dicitur doctoris gentium, &c. Sæpè enim secundum stationes officia ordinantur, vt hodie: quia enim statio est ad sanctũ Paulum: ideò de eo fit mentio in collecta: & eodem modo in v. feria ante, Lætare Hierusalem, & in sabbato ibi sequenti: vt ibi dicetur. Protenditur autem sexagesima vsq; ad quartam feriam post Pascha, in qua cantatur: Venite benedicti patris mei: quia illi qui in operibus misericordiæ se exercẽt, audient illud: Venite benedicti patris mei, &c. vt ipse testatur, & tunc sponsæ ianua aperietur, & sponsi amplexu fruetur, vnde in epistola admonetur, vt ad instar Pauli tribulationem de absentia sponsi patienter expectet, in euangelio seminationi bonorum operum semper insistat, & quæ quasi desperans clamauerat, Circundederunt me gemitus mortis, & dolores inferni, &c. Nũc ad se rediẽs petit in officio, in tribulationibus adiuuari, & ab ipsis eripi, dicẽs, Exurge Dñe, adiuua nos, &c.

Mat. 25.

SVMMA.

1 *Quinquagesima, est multiplex.* 2 *Quinquagesima Psalm. est triplex.*
3 *Quinquagesima annorum, annus Iubileus.*
4 *Quinquagesima, quid notet. Et vnde dicatur. nu. 6.*
7 *Ieunium auspicari debent clerici à quinquagesima.*
8 *Quinquagesimæ officium matutinum.*
9 *Homo sanctus, arcui comparatur cœlesti.*
10 *Quinquagesimæ officium quodnam in missa.*
11 *Charitatis quindecim gradus.* 12 *Pœnitẽtia, tria necessario requirit.*

De Quinquagesima. CAP. XXVII.

SEquitur de quinquagesima. In primis autem † notandum est, quòd multiplex est quinquagesima, scilicet dierũ, annorum, psalmorum, personarum, & denariorum. Quinquagesima dierum, triplex est. Vna à dominica ista vsque ad diem Paschæ. alia à pascha, vsque ad Pentec. de qua dicitur in concilio Aurelian. de consec. dist. iij. sacerdotibus. quòd ante Paschæ solennitatem, nõ quinquagesima supplendum est, quia illa seruatur post Pascha, sed quadragesima teneatur. Tertia ab octaua Paschæ, id est, à sabbato

1

7

ſabbato in albis.vſq; ad Sabbatum poſt Pentec.Prima, eſt pœnitentiæ,afflictionis,& abſtinentiæ. Tunc enim homines abſtinẽt à carnibus,& cõtinent à luxuriis. Secunda,eſt lætitiæ & exultationis. Tertia,figuræ ſiue gloriæ:& glorificationis: figurat enim octauam ætatem,vbi vtatur ſtola,ſcilicet,animæ & corporis induemur.Et inde eſt q̃ duo allelu-ia in illa quinquageſima cãtamus. † Quinquageſima quoq; pſalmorũ triplex eſt:& tres ſtatus Chriſtianæ religionis ſignificat.Primus eſt pœnitẽtiæ:ſecundus iuſtitiæ:tertius laudis vitæ æternæ: ideoq; prima terminatur in Pſal.Miſerere mei Deus:ſecunda in Pſal.Miſericordiam & iudicium. Tertia:Omnis ſpiritus laudet dominum quod eſt in fine pſalmi:Laudate Dominum de cœlis.Hę tres quinquageſimæ ſignificant dies diluuij. Tot enim diebus fuit aqua ſuper faciẽ terræ, ſcilicet centum quinquaginta. Ideò ergo tres quinquageſimas pſalmorum cantamus:vt Deus à tali diluuio & ab omni pe
3 riculo nos defendat.† In quinquageſima verò annorum,erat annus iubileus,qui quinquageſimus erat. Tanta enim erat ſeptenarij celebritas, q̃ ſeptima dies celebrabatur ſcilicet ſabbatum:& ſeptima ſeptimana:vt per pentec.ſeptimus menſis,vt September: & ſeptenarius annus iubileus:in quo omnes ſerui liberantur. Si verò aliquis eſſet q̃ nollet liberari ſed remanere in ſeruitute Domini ſui,ducebatur ad poſtes tabernaculi,vel templi,& perforabatur eius auris cum ſubula,quod erat ſignum ſeruitij:nec deinceps manumittebatur,etiam ſi vellet. Item omnia quæ tellus ex granis eo anno procreabat,omnibus erãt communia: non enim colebatur illo anno. Omnia etiam debita illo anno remittebantur:& poſſeſſiones alienatæ reſtituebantur, prout ſub Pente.dicetur:vnde iubileus,remittens,vel initians interpretatur:per quem rectè pœnitentia figuratur,per quam vera libertas tribuitur,& à diaboli ſeruitute liberamur, per eam etiam peccatorũ debita remittuntur,& hæreditas æterna atque cœleſtes manſiones reſti-
4 tuuntur,† Quinquageſima ergo,pœnitentiæ tempus & remiſſionis ſignificat.Inde eſt,q̃ hoc tẽpore pſalmus:Miſerere mei Deus qui eſt quinquageſimus: & eſt tempus pœnitentiæ:& remiſſionis frequentatur & legitur & cantatur de diluuio.Nam ſicut per diluuium mundus purgatus eſt à malis hominibus:ita per pœnitẽtiam purgatur μικροκόσμος,id eſt,minor mundus, ſcilicet homo à vitiis & criminibus.Rurſus quinquaginta dies in pœnitẽtia ducimus, vt [illegible] quinquaginta ſequentibus diebus, ſcilicet à Paſcha vſq; ad pentec.quos in lætitia ſumus acturi non excedamus, qui in die pentec.ſpiritus ſancti gratiam ſuſcipere mereamur. Finitur enim quinquageſima in die Paſchæ,quia pœnitẽtia ad nouitatem

Gene.7.

Exod.21.

Pſal.50.

tatem vitæ reſurgere facit. De quinquageſima perſonarum ſermo habetur in Gen. Abrahã quæſiuit à Domino, ſi quinquaginta boni eſſent in populo, nũquid parceretur eis: imò dixit Dominus poſteà de quinquaginta, & ſic vſq; ad decem. † De quinquageſima denariorum, habetur ſermo in euangelio, vbi agitur de duobus debitoribus, quorum vnus debebat centum denarios: & alius quinquaginta: ſed de ea nihil ad præſens. Dicitur autem quinquageſima quaſi quinquies decem, ſignificans tempus remiſſionis: vt dictum eſt. Quinquagenarius enim numerus conſiſtit ex quinario & denario in ſe multiplicatis. Nam qui opera quinq; ſenſuũ corporis per decem legis mandata moderatus fuerit, ſecurè dicere poterit, q̃ in vltimo die quinquageſimæ, ſcilicet in paſcha cãtatur, ſcilicet Reſurrexi, & adhuc tecum ſum, &c. † Et no. q̃ Theleſphorus & Gregorius Papæ iiij. di. ſtatuimus. ij. c. & cap. ſeq. ſtatuerũt vt clerici incipiãt à quinquageſima ieiunare. Inſtituta eſt quinquageſima, † Primò, propter ſuppletionẽ: vt videlicet ſupplerentur dies dominici, q̃ de ieiunio quadrageſimæ ſubtrahuntur: & ſic quadraginta dieb⁹ ieiunaretur: prout ſub ſeptuageſima eſt dictum. Secundò, propter ſignificationẽ: quia ſignificat tẽpus remiſſionis vt præmiſſum eſt. Tertiò, propter repræſentationem: quia non ſolum tempus remiſſionis ſignificat: verumetiam ſtatũ beatitudinis repræſentat. Nam in quinquageſimo anno ſerui efficiebãtur liberi: vt præmiſſum eſt: & quinquageſimo die agni immolati lex data eſt: & in quinquageſimo die à Paſcha datus eſt ſpiritus ſanctus: & ideò hic numerus ſtatum beatitudinis repræſentat: vbi erit adeptio libertatis, & cognitio veritatis, & pfectio charitatis. † Matutinale diei huius officiũ eſt de diluuio: vt eccleſia incutiat timorem filiis ſuis, ne peccent per luxuriam, ſicut miſſa poſt cõmunionem ne peccent per gulam. Et quia hæc duo vitia maximè dominãtur in illo tẽpore, ideò agit de diluuio, per quod pœnitentia deſignatur: vt præmiſſum eſt. Sed ne timor nimis deſperare faciat: dicit reſpõſorium, Ponam arcum meum in nubibus cœli, in ſignum fœderis, quod exponitur allegoricè de Chriſto vel de quolibet ſancto ſecundum ſuum modum. Arcus enim † ille, quantò magis ad cœlum eleuatur, tantò magis ad terram deprimitur: ita ſanctus homo, quantò magis eleuatus eſt ad cœleſtia, tantò plus ſe humiliat. Iuxta illud: Quantò magis es, humiliare in omnibus. Item arcus iſte eſt ſignum fœderis: ſimiliter & Chriſtus. Vnde in Pſal. Reſpice in faciem Chriſti tui. & ſancti etiam ſunt fœderis ſignum: quia poſſent iram Dei tenere, ſicut fecit Moſes. lxv. diſt. diſciplina. Item arcus ipſe portentum eſt: ita & ſancti, quia ſi Dominus ita ſuos affligi permittit, quid erit de

Eccle. 3.

Pſal. 83.

malis?

malis? vnde legitur in Ecclesia. Vidit arcum, id est, sanctum, & benedicit, qui fecit illum. Notandum autem est, q̃ primò cantantur quædam responsoria de diluuio. Secundò, quædã de obedientia Abrahæ: postremò, de cæco illuminato, ad notandum, q̃ qui per pœnitentiam peccata sua diluerit & mãdatis dominicis Abraham obedierit: à Domino plenè illuminari merebitur. Porrò, in officio missæ Ecclesia † rogat Deum: & inuocat pro filiis suis afflictis, dicens in introitu: Esto mihi in Deum protectorem, postea verò prolapsis & dicit: Et in domum refugij, &c. Et causam subdit, scilicet per fidem cum dicit: Quoniam firmamentũ meum & refugium meum, &c. Tertiò, pro tentatis in prosperitate existentibus, cum dicit: & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. De hoc etiam in præcedenti dominica dictũ est. Sequitur versus: de spe. q.d. quia meritò spei dabis mihi hoc, In te Domine speraui. Oratio pro afflictis est, scilicet Preces nostras quæsumus Domine, &c. Epistola est de charitate. 1. Corin. 13. cap. Si linguis hominum loquar. q. d. omnes virtutes eo modo, quo haberi possunt, sine charitate, nihil valeant ad vitam æternam. *Psal.70.*

41 Et ponit † ibi quindecim gradus ex quibus peruenitur ad regnũ cœleste. Primus gradus est: Charitas patiens est. Secundus, benigna est. Tertius, non æmulatur, &c. Deinde sequitur commendatio charitatis. Charitas nunquam excedit. Quoniam autem non potest homo habere charitatem, nisi fiant mirabilia. Maius enim est de impio facere pium, quam creare cœlum & terram, ideò sequitur responsorium: Tu es Deus, qui facis mirabilia: versus est. Liberasti in brachio tuo, id est, in Christo per fidem Christi. Et sequitur tractus: Iubilate, cuius verba videntur esse contra illud, quod per tractum significatur, scilicet dolores, per quos Ecclesia trahit vitam miseram. Sed quod iubilatio seu exultatio, non est contrarium tractui, quoniam homo beatus in ipsis miseriis exultat: & etiam quando homo liberatus est, in miseriis gaudet: vnde in actibus Apostolorum: Ibant Apostoli gaudentes &c. Et illud Salomonis: Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus, id est, diabolus, hoc est super omne gaudium. Euangelium est de fide passionis & resurrectionis: Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Luc. xviij. cap. & quia per fidem cæci illuminantur: ideò statim sequitur cæci illuminatio, qui videlicet sapienter petiit, dicens: Domine, vt videam, quia visio erit tota merces. Offertorium similiter est de fide: Benedictus es Domine, &c. Et aduerte, quia in Euangio cæcus petitionem geminat, dicens bis: Fili Dauid, miserere mei. & in offertorio similiter etiã gratias de illuminatione vtriusq; *Psal.118.*

populi

populi duplicat,dicens bis: Benedictus es Domine.& in aliis etiã verbis magis ac magis dupliciter illuminari postulat,dicens bis: Doce me iustificatiões tuas:vel bis dicẽs:Iustificationes tuas propter viam testimoniorum,& veritatis & mandatorum. Postcommunio, scilicet Manducauerunt & saturati sunt nimis, est de timore,vt ad memoriã reducamus quod dicitur de Iudæis *Psal. 77.* huc escæ eorum erat in ore ipsorum:ira dei descendit super eos. Quia enim comederant vsq; ad nauseam,statim Deum ad iracũdiam concitauerunt:vt videlicet, incuriatur nobis timor,ne per gulam offendamus Deum,sicut Iudæi. Hoc autem facit ecclesia: quia solent homines magis intendere gulæ propter carnis præsentium, quod imminet:de quibus dicit Græg.dist.iiij.deniq;.ꝙ reducendi sunt suo ingenio cum venia. Et ideò benè cõpetit huic diei. Potest etiam † & aliter dici,ꝙ tria sunt necessaria,quæ pro- 12
ponuntur nobis in epistola & in euangelio : ad hoc,vt opera pœnitentiæ quæ per quinquagesimam figurantur,sint perfecta,scilicet charitas , quæ proponitur in epistola : Memoria dominicæ passionis : & fides,quæ intelligitur per cæci illuminationem: & hæc proponuntur in euãgelio:vera fides,sine qua deo nemo placere potest:opera facta acceptabilia:memoria passionis reddit facilia:charitas facit esse cõtinua. Et sicut ecclesia primò desperans clamauerat:Circundederunt me,&c.& post ad se rediens, adiuuari petebat : ita hîc iam concepta fiducia, & spe veniæ propter pœnitentiam,quasi Dominum tenendo,orat & dicit:Esto mihi, &c.vbi petit quatuor:scilicet protectionẽ illis, qui sunt in aduersis : firmamentum illis , qui sunt in gratia:refrigerium illis , qui sunt in culpa:& ducatum illis,qui sunt in prosperis.Epistola verò nos ponit in expeditione , armis muniri docens tractus, triumphatori militiæ nos docet seruire:ei quidem, qui nos fecit : non ei,cui nos vendidimus. Et no.euangeliorum consequentiam rationabiliter ordinatam : nam in septuagesima vineam colimus, in sexagesima agrum seminamus,siue semen spargimus:in quinquagesima fructum lucis in cæco illuminato colligimus.

SVMMA.

1 *Quadragesima,sequitur quinquagesimã.Et eius cõmẽdatio.post nu.2.*
2 *Ieiunium primum instituit Petrus Apost. Et quorsum institutũ.nu.3.*
4 *Quadragesima,offerimus Deo decimas.*
5 *G.Durandus,origine fuit prouincialis.*
6 *Quadragesima,cur sub Ver inchoetur,& producatur ad Pascha,praeter tamen rationem temporis,quo Christus ieiunauit.*
7 *Quadragesima,cur in Missa dicatur: Humiliate capita vestra Deo.*
8 *Genua cur flectamus in quadragesima,sub illã collectã: Humiliate capita*

pita vestra Deo. Et num.9.10.

11 *Psalmus frequens in quadragesima: Qui habitat.*

12 *Quadragesimale tempus, est tempus luctus.*

13 *Ieiunium, cur inchoetur in quarta feria. Et nu.14.15.16.17.*

18 *Cineres, cur imponãtur capitib°, in capite ieiunij. Et vnde is mos ortus.*

19 *Pœnitentia vis summa, Et quotuplex sit.num.20.*

De feria quarta in capite ieiuniorum. CAP. XXVIII.

POst quinquagesimam † sequitur quadragesima, quæ est numerus spiritualis pœnitentiæ in qua ieiunat ecclesia: & pœnitet de peccatis suis. Per pœnitentiã enim, quæ in quadragesima perficitur: peruenitur ad quinquagesimam. id, id est, ad annum iubileum: hoc est ad remissionem peccatorum, vt præmissum est. Incipit autem quadragesima à dominica sequenti: in qua cantatur: Inuocauit me: sed in feria quarta ieiunium inchoatur: vt iam
2 dicetur. Beatus Petrus † primò instituit ieiunium quadragesimæ ante Pascha. Nec vacat à mysterio, quòd quadraginta sex diebus à capite ieiunij vsque ad Pascha in abstinentia sumus. Nam post Babylonicam captiuitatem, xlvj. annis ædificatum fuit templum Domini; vnde & nos post captiuitatem Babylonis, id est, confusionis vitiorum. xlvj. diebus per abstinentiam & bona opera, nosmetipsos templum deo ædificamus. Quare autem xl. diebus ieiunetur, & quare dicitur quadragesima, sub dominica sequẽti dicetur. Sanè ieiunium quadragesimæ commendatur ab institutione, & à tribus temporibus, & à personis quæ in illis ieiunauerunt.
3 Rursus † ieiunia ideò sunt instituta: quoniam in veteri lege præceptũ erat decimas deo, & primitias de omnibus bonis reddi: vnde & nos idipsum facere debemus, & etiã de nobisipsis, scilicet de corpore & de mente, & de tempore. De his aliis ieiuniis dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Siquidem de nobis decimas, & primitias Deo offerimus: quando bonum operamur: In quadragesima soluitur decem dierum, quoniam secundũ Grego. de consec. di. v. quadragesima. à prima dominica quadragesimæ, vsque in Pascha sex hebdomadæ computantur: quarum dies sunt quadraginta duo, ex quibus dum sex dies dominici subtrahuntur de ieiunio, remanẽt tantum triginta sex dies abstinentiæ: qui sunt quasi decem anni. Vt ergo numerus quadraginta dierum, quibus Christus ieiunauit, impleatur: recipiuntur ex institutione Gregorij Papæ. de consecratione. di. v. quadragesima, quatuor dies præcedentis hebdomadæ: videlicet quarta, quinta, sexta feriæ & sabbatum: & secundum hoc dicitur quadragesima. quasi quatuor cum decima: quoniam triginta sex diebus, qui sunt decima, adduntur quatuor: vt præmissum est: quorum primus est

ſanctificationis & mundationis: quia tunc tam animam, quã corpus mundamus cineres captibus aſpergẽtes. Reliqui tres ſunt de primitiis dierum, qui ſoluuntur in quatuor temporibus anni. Sed cum triginta ſex dies prædicti ſint decẽ trecentorũ ſexaginta dierum: & annus cõſtat ex tricẽtis ſexaginta quinq; diebus, & ſex horis: patet, ꝙ cùm ieiunamus triginta ſex dies, ratione decimæ: remanent quinq; dies indecimati, & ſex horæ: ſed de illis ieiunamus quatuor dies præcedentis hebdomadæ: vt ſacer numerus cõpleatur: vt præmiſſum eſt. Sed ſecundũ hoc adhuc remanent triginta horæ indecimatæ, videlicet vnus dies, qui continet vigintiquatuor horas, & ſex horæ: ſed poteſt diei, ꝙ pro decima illius temporis in ſabbato ſancto tardius cœnamus: vel fortè propter hoc die illa tardius, ſcilicet de nocte, miſſa celebratur: vt dictum eſt in proœ. iiij. partis. †Nos verò Prouinciales † ieiuniũ quadrageſimę 4
in præcedenti ſecũda feria inchoamus: & ſic duos dies plus cæteris nationibus ieiunamus: & hoc non ſolũ propter quandã honeſtatem: vt videlicet ſic biduo purificati, in quarta feria ſacrũ ieiunium inchoemus: verum etiã pro eo, ꝙ quadrageſima in magno die Iouis cœnæ terminatur: prout ſub tit. de ſeptuageſima dictum eſt. Vltimos ergo duos dies non ratione quadrageſimæ: ſed propter cauſam ibi dictã & propter eorũ ſanctitatẽ ieiunamus. Clerici etiã in quinquageſima ieiuniũ inchoare tenentur: prout ibi dictum eſt. Quidã autẽ dixerunt: ꝙ præmiſſi quatuor dies addũtur alia de cauſa: videlicet tres, pro tribus diebus quatuor temporũ, qui in quadrageſima contingũt: quartus, pro vigilia Paſchæ quã ieiunare debemus: ſed præmiſſa ratio verior eſt. Sed cum in quadraginta † imitemur per ieiunium Chriſti: vt præmiſſum eſt: & 6
ipſe ſtatim poſt baptiſmũ, ſcilicet epiphaniã ſuum ieiuniũ inchoauerit: Quæritur quare hoc tempore ieiuniũ inchoamus, & illud cum Paſcha cõtinuamus, & nõ eodem tẽpore, quo ipſe ieiunauit, cum ipſius actio, noſtra debeat eſſe inſtructio, duodecima quæſtione, ſecunda, exemplũ. Ad quod quadruplex eſt ratio. Prima, quia in quadrageſima repræſentamus populũ Iſraël qui fuit quadraginta annis in deſerto: & ſtatim poſt celebrauit Paſcha. Secũda, quia homines tempore verno naturaliter ad libidinem cõmouentur: ad quã reſtringendã inſtitutum eſt hoc tempore ieiunari.

Tertia, quia Chriſti paſſioni reſurrectio continuatur: igitur rationabile fuit vt afflictio noſtra cõtinua eſſet paſſioni ſaluatoris. Cùm enim ipſe pro nobis paſſus ſit: & nos ei compati debemus: vt ita tandem cõregnemus: & poſt paſſionem ſtatim reſurrectio ſubſequatur. Iuxta illud Apoſtoli: Si compatimur, & conregnabimus: nam & ægrotus magis affligitur, cùm approximat ſanitati-

Quarta,

Quarta,quia ſicut filij Iſraël prius,quàm agnum comederent, ſe affligebant,& lactucas agreſtes,id eſt,amaras,comedebant:ita & nos per pœnitentiæ amaritudinem debemus prius affligi:vt ſtatim poſt dignè poſſimus comedere agnũ vitæ,id eſt corpus Chri
7 ſti:vt ſic myſtica capiamus paſchalia ſacramenta. † Porrò in miſſis quadrageſimalibus frequẽtatur:Humiliate capita veſtra Deo, quia illo tempore diabolus magis impugnat nos. Vnde Deum humiliter orare,& nos ſibi humiliare debemus:& vt nos ſub omnipotentis Dei manu humiliemus, dicitur etiam: Flectamus genua:de quo dictum eſt ſub quarta parte ſub tit.de ſalutatione. Et
8 † eſt ſciendum, quod Flectamus genua:& humiliate capita:ſeſe comitantur & neutrum dicitur in dominica die. Nam vt ait Gregor.qui in dominica die genua flectit, Deum reſurrexiſſe negat, propter multas quidem cauſas,orando nos ad terram proſternimus:prout dictum eſt in v.parte ſub prima. Dicitur etiam oratio ſuper populum poſt,humiliate capita,& cætera, propter temporis ſanctitatem. Et ad notandum, quòd in hac vita pro nobis eſt orandum:vt in futuro audire mereamur à Domino: Venite be- *Mat. 25.*
nedicti patris mei,&c.quæ quidem oratio eſt vicaria ſanctæ communionis.Olim enim omnes cõmunicabãt:& communicaturos diaconus ad flectendum genua inuitabat: nunc verò,quia multi ſuſcipiunt corpus Domini indignè:pro communione vtimur oratione:diacono ſicut prius ſuo fungente officio & dicente: Humi- *Luc.18.*
liate capita veſtra deo,quia quicunq; humiliauerit ſe,exaltabitur: & quiſquis hic bonis actibus benedicetur, æternæ benedictioni poſtmodum adſcribetur. In hac ergo oratione ſacerdos milites Chriſti pugnæ commendat ad dimicandum contra hoſtem antiquum,& inſidias inimicorum:& ideò præmunit eos per miniſtrum armis humilitatis: dicens humiliate capita veſtra Deo:& ſic tandem capitibus humiliatis quaſi cõfirmans eos,infundit ſuper eos protectionem ſuæ benedictionis:& hoc magis in ſeptuageſima,quoniã aduerſarius noſter tunc ſolicitus circuit, quærens
9 quem deuoret. † Secundò,in prima collecta genua flectimus in *1.Pet.5.*
poſtulatione iuſtitiæ,quæ eſt neceſſaria in præſenti vita, in vltima verò reuerenter inclinamus in gratiarum actionẽ pro diurno
10 denario vitæ futuræ. † Tertiò,in prima collecta flectimus genua pro pugna præſentis vitæ,afflictionẽ laboris &cõtinentiæ oſtendentes. In vltima, quæ eſt pro gratiarũ actione caput humiliamus,per quod mentis humilitas deſignatur: quia in æterna vita omnis labor excludetur. ſed humilitas ſuperſtabit: de hoc dicetur ſub ſabbato primæ hebdomadæ quadrageſimæ. Item in fine miſſæ dicitur:Benedicamus domino, de quo dictũ eſt in quarta

parte ſub tit. de oratione nouiſſima. Hoc etiam tempore cortinæ in eccleſia ſuſpenduntur: de quo dictum eſt in j. parte ſub titu. de picturis. Porrò eccleſia † his diebus in magno certamine conſti tuta in quadrageſima frequentat pſalmum: Qui habitat, quia pſal mus ille informat in certamine poſitos ſpẽ ſuam in Domino po nere: & omne adiutorium ab eo depoſcere: de quo ſub dominica ſequenti dicetur. Hoc tempore diaconus caſulam ſuper hume portat: de quo dictum eſt in parte ſecunda, ſub tit. de diacono. Ab hac quoq; quarta feria, vſq; ad dominicã palmarum, dicitur omni die præfatio de ieiunio. Etiam dominicis diebus apud quoſdã. In illa verò dominica, & ſequentibus diebus dicitur præfatio de paſ ſione. Sed videtur eſſe incongruum, q̃ in dominicis diebus cante tur præfatio de ieiunio, cum in illis nõ ieiunetur: & ideò quidam dicunt in illis quotidianã præfationẽ, ſed licet non ieiunetur nu merò; ieiunatur tamen qualitate, id eſt, in cibo quadrageſimali, ſicut in aliis diebus. In quibuſdam tamẽ eccleſiis incipiunt dicere præfationẽ de paſſionẽ in dominica de paſſione: & in quibuſdam etiã dicunt præfationẽ de ieiunio vſq; ad quartã feriam ante Paſcha. Verum licet vt præmiſſum eſt quadrageſimali ieiunio, quod incipit in dominica quadrageſimę, ſuperadditi ſunt quatuor dies: ſolennitates tamen officij quadrageſimalis temporis incipiũt in eadem dominica, ſicut prius & non ante: nec in hoc immutatio facta fuit: quanquã potius ex incuria, quam ex certa ſcientia hoc contigiſſe credatur: nã idem deberet eſſe caput ieiunij & officij: & ſecundũ hoc videtur, q̃ in dictis quatuor diebus deberent im mediatè poſt miſſam dici veſperæ. Circa † quod notandũ eſt, quòd in quadrageſimale tempus, eſt luctus, & pœnitentiæ tẽpus: pœniten tes autem dum cõuertuntur ad Chriſtum, à tenebris ad lucẽ tran ſeunt: veſpertinum verò tempus propter defectũ & obſcuritatẽ, imperfectionẽ deſignat. Quia ergo pœnitentes nõ imperfectio ni & defectui, ſed potius perfectioni & luci veritatis inſiſtunt: id circo cõuenienter quantũ ad veſperas dictũ tempus lucis ex inſti tutione Gabilon. Conci. de conſe. d. j. ſolẽt. præuenitur. vt ſic ſta tim poſt miſſam dicãtur: quæ aliàs circa noctis tempus cõſueue rant dici. Hoc tamẽ quatuor prædictis diebus præcedẽtibus non ſeruatur, qui diebus quadrageſimalibus ſuperadditi ex alia cauſa fuerunt. Vel poteſt dici: quòd quia quadrageſimali tempore pro pter diſpoſitionẽ ad Paſchalem ſolennitatem & correctionẽ de lictorũ præteritorum, ſanctioribus operibus inſiſtendum eſt: ideò prouiſſum eſt, vt eo tempore, quo ſeruamus illa ieiunia, plures orationum ſupplicationes ieiunij agamus: & propter hoc non ſolum alias horas: verumetiam veſperas ante cibum dicimus.

Prædi

Prædictis tamen quatuor hebdomadis hoc non seruatur, ad repræsentandum primariã dispositionem pœnitentium: qui in suis primordiis non possunt tot sanctitatis obseruantiis insudare. Hoc tempore dicitur ad horas capitulum: Conuertimini. Iohel. 2. ca. & illud inter vestibulum, & est ibidem: & illud: Clama, ne cesses. Esa. & illud: Derelinquat impius. Esa. 55. c. & illud: Frange esurienti. Esa. 58. c. † Sanè hæc quarta feria quatuor priuilegiis insignitur. Primum, quia tali die incipimus ieiunare: quod fit quadruplici ratione. Primò, pro eo, q̃ Christus legitur quarta feria suum ieiunium inchoasse: quod inde videtur: quia natus est die dominica: & si quis diligenter computet annos ex tunc, vsque ad xxx. secundum rationes computi, inueniet eum in tertia feria baptizatum fuisse: & sequenti die intrans in desertum, inchoauit ieiunium.
14 Secundò, ideò † in quarta feria ieiuniũ inchoamus: quia in quarta ætate Salomon templum ædificauit: & nos quasi fundamentũ illius templi, quod ex nobis construitur, facimus ieiunando, vt in Pascha templum domini esse possimus. Vnde Apostolus: Templũ
15 domini sanctum est, q̃ estis vos. † Tertiò, ideò in quarta feria ieiunium incipit. Cùm enim ecclesia in diebus dominicis quadragesimæ non ieiunet, propter gaudium, quod habet de resurrectione domini, quæ in illa die facta est. In resurrectione dominus legitur bis commedisse: semel cum discipulis euntibus in Emaus: & iterum, quando intrauit clausis ianuis ad discipulos, & attulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Ideò incipit ieiunare ab hac quarta feria antecedente dominicam illam, quæ propter hoc vocatur caput ieiunij. De hoc etiam iam præmissum est.
16 † Quartò, quia sicut iam dicetur hoc tempore ad bellum procedimus: ideò quatuor diebus huius hebdomadæ ieiunamus, vt quatuor armati virtutibus scilicet iustitia, fortitudine, prudentia, & temperantia, quatuor mala, quæ per primum parentem incurrimus, deploremus, scilicet quod de Paradiso eiecti sumus: q̃ in hac valle miseriæ cibo ad modum iumentorum indigemus: quòd in infernum descendere timemus: q̃ in patria cum domino non gaudemus.
17 † Quintò, vt defleamus quatuor mala, quæ fecimus, scilicet peccatum cogitationis, operis, consuetudinis, & locutionis. Secundũ priuilegium est, quia illa die audiuntur confessiones publicè pœnitentium: & eis pœnitentiæ imponuntur. Tertium, quia tunc cineres capitibus aspergũtur: vt iam dicetur. Quartum, quia in die ista fit processio, qualem per totũ annum fieri non contingit. Pœnitentes nanq; tunc ab ecclesia cum processione, & cruce eiiciuntur: & in die cœnæ in eadem recipiuntur: sicut sub illa die dicetur. Processionem quidem facimus: quia tunc ad bellum contra

1. Cor. 6.

Luc. 24.

hoſtes incedimus,qui quaſi in expeditione,à ſeptuageſima, vſque tunc fuimus. Procedentes ergo contra hoſtes armis noſtris armamur:quæ ſunt humiliatio,oratio,afflictio,& eleemoſynarum largitio.Humiliatio, ſicut iam dicetur eſt in cinere.Oratio:quia tunc dicimus:Parce domine,&c. Afflictio,de qua in euãgelio: Cũ ieiunatis,&c. Eleemoſynarũ largitio, quæ maximè hoc tem-
29. frequentãda eſt:vnde:Abſcõde eleemoſynã in ſinu pauperis. T libus itaq; armis armati,ad bella procedimus.Vnde collecta huius diei eſt;Cõcede nobis omnipotẽs deus præſidia militiæ Chriſtianæ,ſanctis inchoare ieiuniis,&c. Cæterum in hac die officiũ vſque ad nonã differimus:non tantum quia dominus hora nona expirauit:ſed etiã propter gaſtrimargiam noſtrã.Adcò nanq; ventri dediti ſumus,quod audita miſſa ſtatim ad cibũ curreremus,& de horis parum aut nihil curaremus.Vnde in cõcilio Cabilen.de conſe.di.j.ſolent.dicitur,ꝙ ad miſſam concurrendũ eſt: & auditis miſſarũ ſolenniis & veſpertinis officiis,ac largitis eleemoſynis,ad cibum accedendũ eſt.Hac etiã † die benedicitur cinis,& in ſignũ 18
humilitatis capitibus aſpergitur ſub his verbis. Cinis es,& in cinerem reuerteris:quod dictum fuit Adæ Gen.3.c. Et Iob pœnitentiam in fauilla & cinere egit:prout legitur Iob vlt.c.Et ait Dominus:In domo pulueris puluere vos aſpergite. Michæ.1.c. Item legitur Iudith.3.c.quòd filij Iſraël humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis,& cinis ſuper capita eorum. Et Abraham inquit:Loquar ad dominum meum,cum ſim puluis & cinis.Gene.18.c. & Mardochæus indutus eſt ſacco ſpargens cinerem capiti ſuo, Heſter. 4.c.& filiæ Syon conſperſerũt cinere capita ſua.Tren.4.c.Et hoc eſt,quod ſicut ex libro pontificali habetur; Pœnitentes & morituri in ſignum pœnitentiæ & humilitatis:& quod terra & puluis ſunt:ſe in cinere vel ſolo proſternunt:& cilicium induunt: quod ex veteri teſt.tractum eſt.Legitur enim Eſa.58.c.quòd pœnitẽtes ſacco & cinere ſternuntur. Idem Hiere.25.cap. Aſpergimini cinere:quia completi ſunt dies veſtri. Idem Ionæ.3.c. Rex Niniue indutus eſt ſacco,& ſedit in cinere. Item Tre.3.c. Virgines Hieruſalem accinctæ ſunt ciliciis. Item in Pſal.35. Induebar cilicio. Fit etiam hoc,ad † ſignificandum,quòd ſicut in eiectione Adæ de 19
Paradiſo,maledicta fuit terra in opere ſuo:ſic per humilitatẽ pœnitentiæ terra noſtra,ſcilicet liberum arbitrium noſtrũ benedicitur per pœnitentiã:vt non ſpinas & tribulos, ſed dignos fructus pœnitentiæ germinet.Inuitãtur autẽ omnes ad pœnitentiã,generaliter cum dicitur,in antiphona:Immutemur habitu,&c. Ieiunemus,& ploremus ante deũ,&c.Et oſtenditur cauſa,quare debeãt homines ieiunare.ſ.quia dominus expectat eos ad pœnitentiam,

Vnde

Vnde introitus est: Misereris omniū Domine, propter pœnitentiā: & est Sapien. 11. c. omnes etiam orationes quæcunq; dicūtur, faciunt ad idē. in epistola: Cōuertimini, &c. quæ est Iohēlis. 2. c. ad hoc inuitātur generaliter parui & magni & vtriusque sexus. Vnde dicit: Sanctificate ieiuniū. Vocate cœlū, cōgregate populū, &c. Sequitur rñsoriū: Miserere mei Deus. &c. quod respōdet epistolæ: ostēdens † triplicē effectū pœnitētiæ. Primū qa per eū habemus remissionē peccatorū & colationē gratiæ, & conculcationē inimicorū. Vnde sequitur: Dedit in opprobriū cōculcātes me. Sequitur tractus: Dñe, nō secundū peccata nostra, &c. q̄ significat laborē, q̄ in pœnitētia habetur. Et dicitur iste tractus, vsq; ad dñicam de passione in secūda, quarta, & sexta feriis: vt in diebus arctiori ieiunio deputatis, incœptæ pœnitētiæ memores orationes ieiunio cōbinemus. In Euāgelio aūt, Cū ieiūnatis, &c. Matt. c. 6. legitur de modo ieiunādi, vbi dicitur: Tu aūt cū ieiunas, vnge caput tuū, & faciem tuā laua: quia omnis pœnitens debet vngi oleo spirituali, quod est iucūditas mētis, tanquā athleta & pugil domini: sicut habetur in Ecclesiastico: Oleum de capite tuo non deficiat: & faciē tuā laua. i. interiorē hilaritatē exterius demonstra, ne videaris hominibus ieiunās. i. sic ieiuna, vt nō intendas fauorem humanū, sed solius Dei, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Offerenda est: Exaltabo, vbi est gratiarū actio de impetranda remissione. Communio est: Qui meditabitur, in qua est aliorū exhortatio de legis meditatione: & cōsonat Euangelio: quia meditari in lege, est thesaurizare in cœlo. *Eccle. 9.* *Psal. 29.* *Psal. 1.*

ADNOTATIO.

*Ieiuniū.] Quadragesima ieiuniorū habet authoritatē, & in veteribus libris ex ieiunio Mosi, & Helię, & ex Euangelio, inquit August. epistol. 119. vt de Mose patet Exo. 24. & 34. De Helia. 3. Reg. 19. De Christo, Mat. 4. Luc. 9. De ieiunij prætereà institutione & qualitate, abundè cùm alibi, tum vel ex concilio Cabilonē si, in c. solent, de conse. d. 1.

SVMMA.

1 *Pœnitentia in tribus consistit.*

De quinta feria. CAP. XXIX.

SEquitur de quinta feria. Siquidē inuitati sunt omnes in præcedenti die sicut ibi dictū est ad pœnitentiam. Sed quia pœnitentia † consistit in tribus. s. in oratione, ieiunio, & eleemosyna, ideò in tribus sequentibus diebus agit de his tribus: & primò de oratione in hac quinta feria, & ideò incipit introitus: Dū clamarem ad Dominum. Fit autem oratio ab aliquo, quandoque pro se, quandoque pro alio. Vt ergo ostendatur quantum valet

ab aliquo, pro ſe facta oratio: igitur ſequitur epiſtola: Ægrotauit. Eſa. 38. c. In qua proponit eccleſia Regem Ezechiã in exemplo, q̃ oratione pro ſe facta impetrauit à Domino quindecim annos vitæ ſuæ ſuperaddi. Vt etiam eccleſia oſtendat, quantum valet oratio pro alio facta, legitur Euangelium: Cùm intraret Ieſus. Mat. 8. c. de Centurione, qui rogauit Dominum pro puero ſuo, vt ſanaretur: quod impetrauit.

SVMMA.

1 *Ieiunium ſpirituale Deo placet: nõ carnale, & ſextæ feriæ officium. nu. 2.*

De Sexta feria. CAP. XXX.

IN ſexta feria agitur de ieiunio, & oſtẽditur quale † ieiunium placet Deo. ſ. ſpirituale, non carnale: vnde epiſtola agit de hoc: Clama, ne ceſſes. Eſa. 58. c. & poſt, Quare ieiunauimꝰ, & nõ aſpexiſti, &c. Et dñs rñdet: Nunq̃d tale eſt ieiunium quod elegi cõtorquere quaſi circulũ caput, &c. quaſi diceret, Nõ placet mihi tale ieiunium q̃ aliq̃s ſe cruciet tantũ, ſed quod diſſoluat faſciculos impietatis i. ab omni peccato abſtineat: quod fit per charitatẽ. Vnde † ſequitur Euangelium: Audiſtis quia. Matth. 5. c. Agens de charitate, vbi dicitur licet hoc in eccleſia nõ legatur, dictum eſt antiquis: Non occides, Ego autem dico non iraſceris.

1

2

SVMMA.

1 *Sabbatum præcedens primam quadrageſ. Dominicã, non habet quicquam proprium.*

De Sabbato. CAP. XXXI.

IN ſabbato agit eccleſia de eleemoſyna, & de ſabbato: quia per præmiſſa tria. ſ. orationes, ieiunia, eleemoſynas venitur ad ſabbatiſmum mentis, vbi pœna iam facta quæ ſpectat ad pœnitentiam. i. pax, quæ eſt quies, & ſabbatiſmus mentis, ſe oſculantur. i. conueniunt. Et propter hoc ſequitur apertè in epiſtola. Eſa. 58. ca. Si abſtuleris de medio tui catenam. ſ. peccatorum, & cætera quæ ibidem ſequuntur, tunc vocaberis ſabbatum delicatum, &c. quæ ibidem ſequuntur: & hoc idem dicitur in Euãgelio: Cùm ſerò eſſet, &c. Mat. 6. Vbi dicitur de diſcipulis laborãtibus in mari, per quos pœnitentes deſignãtur, q̃ Dominus aſcẽdit in nauiculam cum eis: & ſtatim facta eſt tranquillitas, quia Deo præſente in corde hominis pacificatur anima, & tranquillũ fit ibi. Hoc † ſabbatum licet habeat epiſtolã & Euangelium, ſicut nonnulla alia per anni circulum: non tamen eſt cantibus officiatum, quia ſecũdum quoſdã, nondum erat ſoléni ieiunio deputatum. Hodie verò ieiunamus, vt ad quietis æternæ ſabbatum perueniamus.

1

SVMMA.

1 *Quadrageſimæ prima dominica, quæ dicitur quintana. Et cur dicta-*

qua

quadrageſima, eiuſq; introitus.nu.6.

2 *Ieiunium, cur dimenſum quadraginta diebus. Et cuius exemplo.nu.3.*

4 *Pœnitentiæ fructus quis.*

5 *Ieunij principium interrumpit ordinem hiſtoriarum, in prima dominica quadrageſimæ.*

7 *Epiſtola Pauli: Hortamur vos, &c. militẽ Chriſtianum armat quatuor virtutibus cardinalibus.*

8 *Tentator cũ viribus, verſutia & fraude ſit homine ſuperior, qui audeat homo certamen cum eo inire.* 9 *Tentatio eſt quadruplex.*

10 *Tentator quotupliciter Dominum tentauit.*

11 *Miſſæ introitus, in prima feria primæ dominicæ quadrageſimalis.*

12 *Cruces quando velentur, & velum ante altare ſuſpendatur.*

De prima Dominica quadrageſimæ. CAP. XXXII.

IN hac dñica, in qua cãtatur: Inuocauit me, &c. incipit quadra-
1 geſima, quæ ſignificat tẽpus pœnitẽtię ſpiritualis: & † vocatur dñica quintana, quia quinta eſt à Paſcha. Quid aũt ſignificẽt qnque quadrageſimæ, dictũ eſt in j. parte ſub tit. de picturis. Dictũ eſt aũt quadrageſima, licet in ea ſint quadragintaduo dies, vſq; ad Paſcha. Primò, quia eccleſia nõ curauit de duobus, quæ minutias nõ attendit, ſed ſummã numeri ponit: quãuis ſit parum plus vel minus. Secundò, quia quadrageſima nõ protenditur, niſi vſq; ad diẽ cœnæ Domini, quæ eſt dies abſolutionis. Nã per quadrageſimã bene obſeruatã, & per verã pœnitentiã, peruenit homo ſpiritualiter ad cœnã agni. Vnde Apoc. Beatus, qui vocatus eſt ad cœnã nuptiarũ agni. & ſecũdũ hoc ſolũ ſunt xl. dies. Tertio, quia *Apoc.9.* filij Iſraël laborãtes in deſerto, xl. annis cibati manna, per quadraginta manſiones venerũt in terram promiſſionis: quo etiam *Num.33.* exemplo xl. diebus à delictis corporis abſtinentes, verbis vitę reficimur, orationi vacamus: vt tãdem per Ieſum Chriſtũ in terrã viuentium introëamus ſicut illi, per Ieſum naue. i. Ioſue in terram promiſſionis introducti ſunt. Ideò autem, ſecundum Hiere. ſunt in ea quadraginta duo dies, quia Dominus venit ad nos per quadragintaduas generationes: computatis Ieconia patre, & Ieconia filio, & ipſo Domino. Sanè totum tẽpus vitæ noſtræ qua-
2 drageſima eſt. Ieiunamus autem † quadraginta diebus, incipientes à præcedenti quarta feria. Primò, ſecundũ Auguſt. quoniam Matthæus quadraginta generationes poſuit. Ad hoc enim Do- *Mat.1.* minus ſuo quadragenario numero ad nos deſcendit, vt nos ad eum noſtro quadragenario numero aſcendamus. de con. diſt. v. ieiunium. Secundò, ſecundum eundem, quia ad hoc vt habeamus quinquagenarium, quadragenario adiiciẽdus eſt denarius. Ad hoc enim vt perueniamus ad requiem beatam, oportet nos

toto tempore præsentis vitæ laborare. Vnde & Dominus cū discipulis quadraginta diebus mansit: & post decimam diem spiritum sanctū misit. Ieiunamus ergo quadraginta diebus. Nam † & 3
Moses accipiendo legē ieiunauit quadraginta diebus: similiter
Exod. 24. & Helias. Dominus quoq; noster quadraginta diebus ieiunauit absque cibo, & hoc pro institutione & exemplo. Vnde nonnulli vnā tantū quadragesimā obseruant: illi verò pro merito ieiunauerunt. Communius tamen est tres quadragesimas seruare, eò q̄ Moses, vt tradunt Hebræi, ter ascendens ad dominum, ieiunauit: vel potius, quia tres in tribus leguntur ieiunasse quadragenis. s. Moses, Helias, & Dominus. Quare autem quadraginta sex diebus sumus in abstinentia, dictum est sub præcedenti quarta feria. Cōsiderandum est autem q̄ tempus quadragesimæ, pœnitentiæ adscribitur. Pœnitentiæ aūt † fructus sunt ieiunium, vigilia, & aliæ carnis afflictiones: eleemosyna corporalis & spiritualis, & alia misericordiæ opera, oratio & deprecatio, & aliæ species contēplationis: fletus, lachrymę, & alia insignia cōtritionis. 4
Ideò de his & similibus ad pœnitentiā pertinentibus, in nocturnis & diurnis officiis hac die, & sequētibus legit & cātat ecclesia copiosè. Et propter hoc etiā hoc tēpore dicitur regulariter octies in canonicis horis psalmus ille pœnitētialis: Miserere mei Deus secundū magnā misericordiā tuā, &c. Et est notandū, q̄ propter ieiunij principia † ordo interrūpitur historiarū. Cùm enim in septuagesima & sexagesima cātatum fuerit de Adā: & in quinquagesima de Noë & Abraham, in hac prima interponitur de fructibus pœnitentiæ: in secunda verò de Iacob, in tertia de Ioseph, in quarta de Mose. Antiquitus tres instituit ecclesia sexagesimas, de quo tactum est in prima parte sub titu. de ecclesiasticis sacramentis. Sanè, quia, vt dictum est sub quarta feria cinerū, hoc tempus est Christianæ militiæ, & in quo diabolus fortius contra nos insurgit, ideò ne homo desperet quasi confortatiuum quoddam
Rom. 11. canit ecclesia introitum: † Inuocauit me, &c. Quo audito, spe 6
fit homo fortis. Vnde dicit Apostolus Spe fortes, in tribulatione gaudentes. Et Esa. 30. c. In silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Siquidē in his duobus consistit tota fortitudo hominis spiritualis. s. in silentio. i. à tumultibus seculi, nihil de his quæ sunt seculi appetendo, & in spe æterna desiderando, per epistolam quæ incipit: Hortamur vos. 2. Corin. 6. cap. Armat ecclesia † milites suos 7
quatuor cardinalibus virtutibus. Primò, fortitudine, cùm dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, &c. Quæ ibi de fortitudine dicuntur & quia sequitur: in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia. Secundò,

tem

temperantia,cũ dicit:In caſtitate,& ieiuniis multis. Tertiò,prudentia,cum dicit:In ſciẽtia,id eſt,prudẽtia. Sunt autẽ idem ſubiectio,ſciẽtia,& longanimitas,qa ſcientia & lõganimitate ſcimus conuerſari in medio prauæ & peruerſæ nationis, & bonitate & ſuauitate,quæ eſt in ſpiritu ſancto,hoc totũ pro eodẽ ſumitur.Sequitur:in charitate nõ ficta, qa omnia ſine fictione fieri debent. Quartò,iuſtitia,cũ dicit:Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Poſt epiſtolã ſequitur reſpõſoriũ:Angelis ſuis Deus mãdauit de te, &c. Vt ſic ſecurè homo poſſit pugnare,ſequitur tractus : Qui habitat in adiutorio,in quo agit de tẽtatione. Tractus verò,Deo dicitur, qa ibi oſtẽditur ꝙ hæc vita miſera diſtrahitur multis do- 8 loribus & laboribus.Et † qa poſſet cõqueri aliquis de inæqualitate iſtius pugnę,qa tentator potentiſſimus eſt,vt habetur in Iob, Non eſt poteſtas ſub cœlo,quæ ei valeat cõparari.Et ſapientiſſimus, qa multa vidit. Et crudeliſſimus qa vt dicit Hier.Crudelis eſt, & non miſerebitur:homo autẽ infirmiſſimus & ignorans:& ideò in ipſo tractu ponitur ſolutio huius , quia ad hoc permittit Deus inimicũ tentare,vt homo timeat,& ad Deum cõfugiat,qa ſcit & poteſt, & vult liberare:& ſic in ſe non ſperet, ſed in Deo q promittit,ꝙ liberabit,ſi cõfugiat ad eum. Vult ergo Deus vt homo habeat timorẽ de inimico forti , & ſpem de promiſſionibus futurorũ,& de dilectione Dei vehementiſſima: ergo ſequitur ꝙ vult eũ protegere , quemadmodũ gallina protegit pullos ſuos ex amore vehemẽti ,& eſt ſpes de cuſtodia Angelorũ:homo autem ſi molatur inter duas molas, timorẽ ſcilicet & ſpẽ, efficietur pa- 9 nis placẽs Deo,& ſic vincet omnẽ † tentationem ſiue ſit leuis & occulta,quæ dicitur timor nocturnus:ſiue leuis & manifeſta,quę dicitur ſagitta volãs in die:ſiue ſit grauis & occulta , quæ dicitur negotiũ perambulãs in tenebris : ſiue ſit grauis & aperta , quæ dicitur dæmoniũ meridianũ. Hæc quatuor genera tentationum vincet quilibet ſic armatus:vt dictũ eſt.Sed in Euãgelio nõ ſunt niſi tres tentationes vbi dicitur:Ductus eſt Ieſus in deſer.&c. Mat.4. c.& cõprehenduntur quãdoq; ꝙ omnes tentationes ſub quaternario,vt dictũ eſt,quandoq; ſub ternario,vt in eodem pſal.inferius dicetur.A laquo venãtium,id eſt,ab opere malo,& à verbo aſpero,id eſt,à peccato oris. Tentatus † aũt fuit Dominus à diabolo 10 triplici tentatione,ſcilicet tẽtatione gulæ, cùm dixit ei: Dic vt lapides iſti panes fiãt.Cupiditatis,ſcilicet cũ dicit: Hæc omnia tibi dabo,ſi procidẽs adoraueris me.Et inanis glorię,ſcilicet quando diabolus voluit eũ deiicere de pinnaculo:ſicut fecerat alios p̃dicatores multos:& vicit eum Dominus ꝑ authoritates ſacræ ſcripturæ;quod ſignificatũ eſt in hoc,ꝙ Dauid lapidibus ſumptis de

Pſal.90.

Iob.41.

Hier.6.

Mat.23.

1.Reg.1

torrente deiecit Goliam:docẽs nos debere armari gladio verbi Dei,præter illa arma,qbus nos armat Apoſt.in epiſtola hodierna:vt ſic ſufficienter ad pugnã armati ſimus.Poteſt etiam dici,qꝫ à principio ſeptuageſimæ eccleſia tot tribulationibus preſſa deſperans clamauerat:Circundederũt me gemitus mortis,quaſi à nulla parte euadere poſſit. In principio verò ſexageſimæ, vbi etiã de hoc dictũ eſt,& dicetur in iiij.dñica:quaſi poſita inter deſperationẽ,& ſpẽ clamauit,Exurge quare obdormis Domine. In principio quinquageſimæ iam deſperãs clamauit:Eſto mihi Domine,in Deum protectorẽ:imò deprecatiuã mutans in affirmatiuã dixit:Dux mihi eris,& nutries me. † Nunc verò in principio quadrageſimæ oſtendẽs ſe exauditam dixit: Inuocauit me, & ego exaud.& epiſtola dicit:In tempore placito exaudiui te.In graduali,datur nobis Angelorum cuſtodia.In tractu,diuina protectio,qa circundamur ſcuto veritatis.In euãgelio,ad exẽplum Saluatoris ab hoſte triũphus:cui dicimus:vade retro ſathanas.In offertorio etiam diuina protectio notatur,cùm dicitur:Scapulis ſuis obrumbrabit tibi, &c.in poſtcõmunione dæmonum ſubiectio,vbi dicitur:Super aſpidẽ & baſiliſcũ.Ab hac die† vſq; ad Paraſceuẽ coopiũtur cruces:& velũ ante altare ſuſpẽditur:de quo in j.parte dictũ eſt ſub titulo de picturis.Hæc dominica priuilegiata eſt,quia eſt ianua & limes quadrageſimæ, quæ repræſentat tempus,quo filij Iſraël morati ſunt in deſerto.Tria quidẽ fuerunt in populo Iſraël:quorum duo cõmemorauimus.ſ.peregrinatio,quæ fuit in Ægypto,quando Iacob & filij ſui profecti ſunt in Ægyptum:captiuatio,quæ fuit in Babylone:& diſperſio,quæ fuit facta à Tito & Veſpaſiano per totum mũdum,quã non commemorauimus,quia ab illa nunquam reuocabuntur:de qua dictum eſt: Tradam eos in manu,de qua non poterunt ſurgere.In hac dñica ante horas dicitur capitulum : Fratres hortamur vos, ne in vacuum,&c.2.Cor.6.c.& illud:Ecce nunc tẽpus.2.Cor.6. cap.& illud:In omnibus exhibeamus:ibidem.Et fit hodie ſtatio apud baſilicam Lateran.quæ conſtructa eſt in honorem Saluatoris,& plus quàm Prophetæ Ioan. eò quòd officium hodiernum Saluatoris noſtri propheticè reſonat felicitatem.

Eſai.49. II

12

SVMMA.

1 *Officium ſecundæ feriæ,primæ dominicæ quadrageſimalis.*

2 *Tentator conatur auferre nobis conſiderationem cœleſtium præmiorũ, vt facilius in eius retia irrepamus.*

De Secunda feria. CAP. XXXIII.

POſtquàm Dominus & † Apoſtolus armauerunt militẽ ſuũ: non reſtat,niſi vt pugnet,quia hoſtes ſemper parati ſunt. 1

Quia

Quia verò per opera misericordiæ specialiter & maximè fit pugna ista: ideò de ipsis est feria ista quæ agit de elemosina. Rursus quia onus pugnæ non libenter suscipitur, nisi intuitu præmij: ideò in hac secunda feria est introitus: Sicut oculi seruorum, &c. Et Dominus in epistola: Ecce ego requiram oues meas, &c. quæ sumpta est de Ezechiële. 24. ostendit præmium, cùm dicit: Et pa- *Psal. 123.*
scam eas: qui enim pascit Dominum in paupere: & Dominus pascit eum: sicut ibi legitur in montibus Israël, in mãsionibus æternis: idem habetur per Euangelium: Cùm venerit filius, &c. Mat. 25. c. vbi dicitur: Venite benedicti, &c. Esuriui, & dedistis mihi mã-
2 ducare. † Debemus autem habere oculum ad ipsum, non tantum sinistrum, vt respiciamus pœnas æternas, & propter hoc bonum faciamus: hoc enim esset timor seruilis, sed etiam dextrum: vt cõsideremus præmia, istum oculum vult nobis auferre diabolus: & nititur quantum potest: vnde. 1. Reg. 11. c. Rex Ammonitarum noluit inire fœdus cum Iabitis, nisi erueret eis dextros oculos. viij. q. deniq;. Similiter vult facere nobis diabolus: vt non simus apti ad pugnandum, sicut miles, qui non habet oculum dextrum.

SVMMA.

1 *Feria tertia primæ dominicæ quadragesimalis, & eius officium.*

2 *Cogitationes Domini, quales.*

De tertia feria. CAP. XXXIIII.

TErtia feria agit de oratione & sumitur introitus de psalmo, qui est oratio: † Domine, refugium factus es nobis. Pugna- *Exod. 17.*
1 mus enim orando. Vnde Iesus ignauè in eremo pugnabat & Moses orabat: meritò qui pugnabat, non deficiebat, quia ille orando vincebat. xxxviij. distinctione, si quis vult. Epistola verò: Quærite Dominum, &c. Esai. 55. cap. docet nos orare, & inuitat nos ad orationem. Quærite Dominum, scilicet derelinquendo vitia, & peccata, quia mitis est ad ignoscendum, non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ. Quę verò sint cogitationes eius, osten-
2 dit Hieremias, dicens. † Ecce, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Si enim ex vero corde rogatur & quæritur, statim pacificatur quantumcunque deliquerit in eum homo, & hoc dum inueniri potest, scilicet in præsenti: Ecce ostenditur effectus orationis, quia per eam homo Deo pacificatur. Item etiam habetur per Euangelium, Cùm intrasset. Mat. 21. cap. in quo dicitur: Postquam eiecit ementes, & vendentes de templo, dixit: Domus mea, id est, homo in quo habitat, domus orationis vocabitur: In epistola monemur ad petendum, vt habitet in nobis: In Euangelio, vt det nobis æterna gaudia. Cætera, quæ in graduali, in offerenda, & postcommunione cantantur, sunt quærentium Dominum

num orationes,& conſolationes & gratiarum actiones.

SVMNA.

1 *Feria quarta primæ Dominicæ quadrageſimalis,eſt de ieiunio. Eâq; ſolennitas geminatur.nu.2. Et eius officium duobus conſtat verſibus.nu.3*

De quarta feria. CAP. XXXV.

QVarta feria eſt de ieiunio, ſed quia illa dies eſt ſeptima capite ieiunij. † Septimus autẽ numerus & ſeptuageſimus idem ſignificãt, idem enim ſignificat numerus multiplicatus & numerus multiplicãs. Septuageſimus verò ſignificat liberationẽ
Pſal.24. àcaptiuitate:ideò in introitu q eſt:Reminiſcere,&c.petit liberationẽ,ſcilicet quæ habetur per ieiuniũ:& in epiſtola & in lectione monemur ad ieiuniũ,exemplo Moſi & Heliæ. Lectio,quæ legitur propter ordines,ſumpta eſt Exo.24.Aſcẽde ad me in mon-
3.Reg.10. tem,&c.Epiſtola verò de tertio Regũ,Venit Helias, &c. Quale autẽ ieiunium debeat eſſe, ſcilicet ſpirituale mõſtratur nobis per ieiuniũ Moſi:vtilitas verò perHeliam, in azymo enim cibo peruenitur vſq; ad montem Dei Oreb,id eſt,in altitudinem menſæ illius, quando comedemus ſupra menſam patris Chriſti in regno ſuo.Per ieiunium quidem, ira Dei temperatur & mitigatur, quod oſtenditur per Euangelium Mat.12.c.Acceſſerũt ad Ieſum, &c.in quo habetur de Niniuitis, qui iram Dei tẽperauerunt per ieiuniũ ſuum.†Et nota,ꝙ in hac feria ſolennitas ieiunij duplica 2
tur,quia ieiunatur tam ratione quadrageſimæ,quàm ratione ieiunij quatuor temporũ.Quia vero pœnitentium aſperius ieiunãtium corpora deficcantur,in his nõ habitat,ſicut dicitur in Euangelio, Spiritus immundus, qui ambulat per loca arida, quærens requiem,& nõ inuenit. Corpora enim ieiunio deſiccata faſtidit: ideò ad ieiunia libentius appendenda,Moſi & Heliæ præmittuntur exempla, quorum vterq; in ſingulis lectionibus quadraginta diebus,& quadraginta noctibus ieiunaſſe perhibetur:itaque propter ieiunij geminationẽ,ſcilicet†quadrageſimæ & quatuor tem 3
porum,duo verſus in graduali ponuntur.Et quæ in introitu,graduali,tractu,communione & offerenda cantantur,ſunt conſolationes & orationes,vt ieiunantes à tribulationibus eripiantur,& ne his,qui ieiuniis affliguntur,inimici dominentur. Hæc quarta feria in hoc priuilegiata eſt,quia illi in ſabbato ſequenti ordinãdi ſunt,interrogantur de ſcripturis ſacris,&examinãtur:de quo; & quare duæ lectiones leguntur ad Miſſam,ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus dictum eſt.

SVMMA.

1 *Feria quinta primæ Dominicæ quadrageſimalis, quem habeat Miſſæ introitum.*

introitum.

2 *Confessio, est triplex.*

3 *Feria quinta primæ Dominicæ quadragesimalis, carebat olim proprio officio. Et quid hodie.*

4 *Euangeliorum & epistolarum varietas, vnde in diuersis ecclesiis, quinta feria primæ Dominicæ quadragesimalis, fuerit professa.*

De quinta feria. CAP. XXXVI.

2 QVinta feria est de † confessione per quam etiam pugnatur, & est introitus, Confessio & pulchritudo. † Est autem triplex confessio, scilicet fidei, peccati, & humilitatis. Qui habet hanc confessionem, pulchritudo est in conspectu eius. In conspiciendo enim Deum, humiliamus nos, & Deo similes sumus imitando ipsum. Epistola verò scilicet, Orauit Esdra, &c. sumitur de Esdra 9. cap. In qua est oratio Esdræ. & confessio, qui orauit sicut etiam Daniël orauit: Peccauimus, & iniustè egimus, &c. Et per istam confessionem meruerunt remissionem peccatorum: & ita ostenditur effectus confessionis. In aliis Ecclesiis legitur epistola: Factus est sermo domini. Ezech. 18. cap. Quæ etiam loquitur de effectu confessionis. Euang. Egressus inde Iesus, &c. Mat. 15. cap. Est de muliere Cananæa, quæ per confessionem fidei, cum dixit: Domine adiuua me, & per confessionem humilitatis, cum dixit, Nam & catelli, &c. meruit filiæ suæ sanitatem, & dictum est ei: Mulier, magna est fides tua. Quidam autem legunt Euangelium, in quo Iudæi gloriantes, quòd essent filij Abrahæ conuincuntur non esse filij Abrahæ, quia non faciunt opera eius: sed esse ex patre diabolo, eius opera faciendo. vel vt quibusdam moris est, legitur Euangelium, quod alij legunt feria quinta sequentis hebdomadæ de diuite, qui apud inferos cruciatur, patrémq; vocans & deprecans Abraham, non vt filius exauditur. His consonat illud propheticum, quod in epistola præmittitur, quòd si vir iustus genuerit filium sanguinem effundentem, & vniuersa detestanda facientem, ipse quidem in iustitia sua viuet: filius autem eius, qui operatus est iniquitatem, morte moriatur. Cætera, quæ sunt in introitu, graduali, & offerenda, sunt laudes & orationes iusti. Communio: panis, quem ego dedero. Ioan. 6. capitul. Declarat: vnde iustus viuat, scilicet de carne Christi. † Et attende quòd quinque feriæ propria olim non habebant officia: sed à dominicis æstiualibus officiebantur: & earum Euangelia non sunt de ieiuniis instituta, sed de diuite & Lazaro, & vidux filio suscitato. † Olim etenim non ieiunabant, sed vt in dominicis solennizabant, sed postmodum à Græg. iuniore quadragesimæ fuerunt adiunctæ ieiunio, prout dictum est sub septuagesima

Psal. 95.

Dan. 9.

Ioan. 8.

gesima & officiositate. Et inde est, quòd varietas epistolarum & Euangeliorum in quintis feriis reperitur. De hoc dicetur sub quinta feria sequentis hebdomadæ.

SVMMA.

1 *Feria vj. primæ Dominicæ quadr. & eius officiũ, tum euangeliũ. nu. 2.*

De sexta feria. CAP. XXXVII.

IN sexta† feria, quæ est nona dies ieiunij, qui numerus est ar[illegible]licus, petit ecclesia liberari ab omnibus tribulationibus. Et e[illegible] introitus de necessitatibus, &c. Et fit hoc per Angelos, & maximè per Angelũ magni concilij: & ideò legitur Euangelium † Ioan. 2 5. Erat dies festus, &c. In quo dicitur quòd Angelus Domini descendit in piscinam & mouebatur aqua & sanabatur vnus: ideò vnus, quia tantum vnitas ecclesiæ sanatur. Sed ne in contradictione peccemus, sicut Iudæi qui dicebant istud prouerbium ironicè: Patres nostri manducauerunt vuam acerbam in deserto: & dentes filiorum obstupescunt, id est, nos punimur propter hoc, quod non est iustum: ideò legitur epistola de Ezech. 18. c. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, nisi imitetur patrem in malitia. Vindicat enim Dominus iniquitatem patrum in filios, in his, qui oderunt eũ: extrà de regul. iur. nisi. j. q. iiij. per totum.

Hier. 31.

Exod. 20.

SVMMA.

1 *Sabbatum primæ Dominicæ quadrag. & eius officium. nu. 2. 5.*

3 *Genua quare non flectamus ante sextam orationem, in Sabbato primæ Dominicæ quadragesimalis,* 4 *Prædicatoris officium.*

De Sabbato. CAP. XXXVIII.

POsteà verò non restat, nisi sabbatismus. † Et est epistola de 1 sabbato mentis. Fratres hortamur vos. Per sabbatum verò mentis, venitur ad sabbatum æternitatis, & ideò dicitur Euangelium de transfiguratione Domini, in qua apparuerunt tantum Moses & Helias, quorum exemplo animatur ecclesia ad ieiuniũ. †In Missa huius diei lectio prima est: Orauit Moses. Deut. 25. c. 2 Secunda est: Dixit Moses filiis Israël enim, ibidẽ. 11. c. Tertia est: Orationẽ faciebant. 2. Machab. 1. c. Quarta est: Miserere nostri. Eccle. 36. c. Quinta est, Angelus Domini. De qua dictum est sub quarta feria tertiæ dominicæ de aduentu. Quia ergo pro ordinãdis orat ecclesia, cantat introitũ: Intret in conspectu, &c. Et graduale: Propitius esto, &c. Et protector noster aspice, &c. Et conuerte Domine, &c. Et dirigatur Domine oratio mea, &c. Et ad Dominũ cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me, &c. Ad quinque lectiones flectit genua: vt quinq; sensus ordinandorum à Domino dirigantur. †. Quia verò diaconi & sacerdotes tanquam 3

Dan. 3.

per-

perfectiones æternis intendere tenentur: inde est, ꝙ ante sextam lectionem, siue ante epistolã, non dicitur: flectamus genua: sicut nec ante Euangeliũ: Hoc etiã fit propter reuerentiam Apostolicæ lectionis, & propter eandem etiam causam ad orationẽ super populum genua non flectimus, sed solũ caput inclinamus. Rursus, quia multum valet deprecatio ecclesiæ assidua: quis enim est, qui non audiatur in tribulationibus: idcircò quinto loco legitur lectio de tribus pueris de camino ignis liberatis, & sequuntur gratiarum actiones in cãtico: Benedictus es Domine, &c. Quia verò officiũ prædicationis etiã ad subdiaconũ pertinet, idcirco sequitur epistola Pauli. 1. Thes. vlt. c. Rogamus vos, corripite inquietos. consolamini pusillanimes, &c. † Officium enim prædicatoris
4 est alios corripere, & reliqua facere, quæ in epistola ipsa docen-
5 tur: & ita epistola ipsa pertinet ad ordinatos saltẽ in sacris. † Deinde sequitur tractus. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: in quo omnes inuitamur ad Dei laudem: qui ministros suos sua misericordia confirmat. Tractus ergo & canticum: Benedictus es: sunt ordinatorum. Et quia sacerdotes in virum perfectum commutari debẽt, quorum ministerio panis & vinum transsubstantiantur in corpus & sanguinem domini, inde est, quòd legitur Euangelium de transfiguratione: Assumpsit Iesus Petrum, &c. Mat. 16. cap. Debent enim transfigurari, ita ꝙ in eis non appareat, nisi resurrectio Dei. Sed quia in præsenti vita sine tribulatione, aut vix, aut nunquam esse possumus: & propterea semper ad Dominum clamandum est, inde est quod sequitur offerrorium: Domine Deus salutis meæ, &c. Et postcommunio: Domine Deus in te speraui, &c. Priuilegiatũ est hoc sabbatum, quia in eo ordines celebrantur. *Psal. 8.*

S V M M A.

1 *Dominica secunda quadragesimæ, non habet proprium officium. Et quare idipsum. Et eius graduale. Et tractus. nu. 3.*

2 *Benedictio, quotuplex.* 4. *Rebecca, gratia interpretatur.*

De secunda dominica quadragesimæ. CAP. XXXIX.

1 HÆc secunda dominica † intitulatur dominica vacat, pro eo ꝙ proprio caret officio: ideò autem caret proprio, quia cùm in præcedenti hebdomada occurrant quatuor tempora, in quorum fine ordines celebrãtur, habebat antiqua ecclesiæ institutio, vt post finẽ diei sabbati inciperet officium ordinũ, & in die dominica terminaretur: & ita officium, quod in fine diei sabbati incipiebatur, vsque in diem dominicã protendebatur: & sic tunc ipsa dominica proprio carebat officio. lxxv. d. quod à patribus. extra de temp. ord. literas. Verum, quia difficilè erat à sexta feria, vsque

in diem dominicã nihil comedere factũ est, vt in sabbato ordines celebrentur, & in die dominica, quæ vacat officio, officiũ quartæ feriæ præcedentis repetatur. Potest etiam dici, ꝙ ecclesia suspendit organa sua in hac dominica, quę est quinta à septuagesima, ad similitudinem populi, qui existens in captiuitate, nec altare, nec templũ habuit: imò organa sua suspẽdit, quare propriũ non habet officium. Sicut aũt dominica ista vacat ab officio proprio, & omnes quintæ feriæ quadragesimæ, quondã proprio carebant officio: prout sub v. feria dicetur. Et attende, ꝙ hæc dominica vacat solum cantu diurno, nec vacat omni officio, nec euangelio, & ideò solum in graduali debet intitulari dominica vacat, & nõ in antiphonario, nec in Euangelio, & in quibusdam ecclesiis dicitur Euangelium: Egressus: quod dictũ est in proxima quinta feria: in aliis: Assumpsit Iesus Petrum. verũ præcedenti dominica dictum est, ꝙ in ipsa dominica armauit Dominus militem suũ, quatuor cardinalibus virtutibus: & gladio verbi Dei. Sed quia vt præmissum † est in secunda feria, pugna nõ libenter suscipitur, nisi præmium ostendatur: ideò agitur in hac secũda dominica de benedictione, quæ est quintuplex, scilicet benedictio liberationis, gratiæ, augmenti gratiæ, cõtemplationis, & gloriæ. Quia verò benedictio illa impetratur per orationem, ideò dominica ista consistit in oratione: vnde dicit in introitu, Reminiscere miserationũ tuarum Domine, &c. petens cãtu lugubri liberationẽ à vitiis, & peccatis & spiritibus immundis. Hæc est prima oratio, & prima Dei benedictio, scilicet liberationis. In epistola verò quæ est, Rogamus vos, &c. 1. ad Thes. 4. petit sibi dari secundam benedictionẽ, scilicet gratiæ siue gratiã ad benè ambulandũ, & benè agendum, dicens: Hæc est enim voluntas Dei, vt dignè ambulemus: vt sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificationẽ, scilicet vt sit cœleste corpus, & cœlestia appetat: & in honorem, scilicet vt sit Deo dignum templũ: quia sedes Dei & templũ spiritus sancti, sunt nostra corpora, vt ait Apost. Omnis qui castè & piè viuit, templũ dei est, & spiritus sancti sedes. Et in hac sola dominica idem est † graduale, & tractus, eò ꝙ ipsa tota consistit in oratione liberationis. Oratio exprimit laborẽ & planctum, quæ duo significãtur in graduali & tractu. Est autẽ graduale, Tribulationes, &c. Tractus est: De necessitatibus, &c. Alij autẽ dicunt tractũ, Dicit dominus mulieri, qui est Mat. 15. c. Tertia benedictio, est benedictio augmẽti gratiæ. Quarta cõtemplationis. Quinta benedictio gloriæ. Quia verò benedictiones huiusmodi nõ habentur vel cõseruantur sine magna lucta, ideò in nocturno officio de lucta Iacob cum Angelo, & in vtero agitur: vt exemplo Iacob supplantemus fratres nostros

stros malos scilicet, si quid nobis inferunt iniuriæ dissimulãtes, &
4 fit pugna ista in vtero Rebeccæ, id est, ecclesiæ. † Rebecca enim
gratia interpretatur. In primo responsorio in nocturnis agitur de
augmento gratiæ. Dicit enim Isaac ad filiũ: Tolle arma tua, pha- Gen. 27.
retram & arcũ extra. Arma prædicatoris sunt sacræ scripturę, quę
dicuntur pharetræ, quia de eis sumuntur sagittæ ad percutiendũ
bolum. Iacob igitur, id est, verus prædicator venatur, & inter-
fecit homines bona venatione & interfectione, scilicet per arcũ
sacræ scripturæ, & in se occidit bestias, id est, vitia & peccata, sci-
licet porcum luxuriæ, &c. & tunc cœnat cum eo Isaac, id est, risus,
scilicet Dominus, qui delectatur in talibus. Sunt enim ei delitiæ
cœnare cum talibus: vnde secundum responsorium est: Ec ce odor
filij mei, sicut odor agri pleni, id est, Paradisi: hoc etiam est id, ꝙ
suprà dicit Apost. vt sciat vnusquisque vas suum possidere in san-
ctificatione & honore. Sequitur versus: Qui maledixerit ei, sit il-
le maledictus. Omnes enim, qui populo Christiano iuniori male-
dicunt, maledicti sunt, vt Iudæi, Gentiles, & alij. In tertio respõ-
sorio dicitur: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ
abundantiam. Esto Dominus fratrum tuorum: seruiant tibi tri-
bus & populi: hæc benedictio datur ecclesiæ, vt omnibus domi-
netur. Ista verò tria responsoria sunt septimi toni, ad significandũ
ꝙ ipsa ecclesia impetrat nobis gratiam septiformẽ spiritus sancti.
In secundo nocturno, in quibusdam Ecclesiis est responsoriũ: Si
Dominus, &c. in cuius versu dicitur: Iacob erexit in titulum lapi-
dem, oleũ fundens desuper: ꝙ nos facimus, cum imitatione Chri
sti bona agimus. Vngimus enim eum per fidem cùm ipsum ho-
minem plenũ gratiæ esse credimus: & duo responsoria sunt de pri-
mo & vnum de sexto tono: quia de Christo agunt, qui est princi-
pium & finis, & in sexta ætate vnctus fuit oleo lætitiæ præ parti- Psal. 44.
cibus suis: & septimo verò responsorio orat Iacob: Erue me de
manu fratris mei, quia valdè eum timeo. Valdè enim debet time
re sanctus, ne corrumpatur à malis. In octauo responsorio agitur
de benedictione contemplationis. Vnde ibi loquitur de lucta Ia-
cob cum Angelo, quia per orationẽ debemus luctari cũ Domino,
donec habeamus statum contẽplationis. Et dixit ei Angelus: Di-
mitte me, aurora est, id est, satis habes fidem vel charitatẽ, vel gra
tiam. Nec debemus dimittere donec de luctatione cõtra vitia fa-
ciat nos contemplatiuos, quia reguũ cœlorũ vim patitur, & vio-
lenti rapiunt illud. Tunc autem videtur sine nubilo peccati: Vn-
de in nono responsorio dicit Iacob: Vidi Dominum facie ad fa-
ciem, id est, sine nubilo peccati, non sine velamine creaturam.
Hac ratione ecclesia Parisiensis dicitur legere hac die Euange-

lium de transfiguratione, quæ est benedictio gloriæ: & ita paret, quòd habita benedictione liberationis gratiæ, & augmenti gratiæ contemplationis, & considerato præmio gloriæ libenter & fortiter pugnant milites Christi.

SVMMA.

1 *Feria secunda secundæ Dominicæ quadragesimalis, & eius officium.*

De secunda feria. CAP. XL.

SEcunda feria est de oratione, vnde in epistola, quæ incipit: Orauit † Daniel, &c. Dan. 9. c. ostenditur quantum valet ora- 1
tio cum ieiunio. Daniel, id est, vir desideriorum orauit pro populo suo, & abstinuit à regalibus cibis: & vsus est leguminibus, & ideo exaudita est oratio eius, sicut ei dictum est ab Angelo. Sed quia nil valet oratio, nisi quæ fit in cognitione Dei: ideò sequitur Euangelium Ioan. 8. Ego vado, & quæretis me, & non inuenietis, dicit Dominus Iudæis: & iterum: Ego sum de sursum, &c. ego nõ sum de hoc mundo: & non cognouerunt eum: & ideò adhuc manent in peccatis suis. Ibi diuidit Dominus spirituales à carnalibus, id est, aquas, quæ sunt sub firmamento ab his, quæ sunt super firmamentum: & ita huic secundæ feriæ competit opus secundæ diei: & ideò introitus est, de secundo tono. Carnales enim non possunt orare Deum: quia non cognoscunt eum. Nam qui in carne sunt, Deo placere non possunt. lxxxij. di. proposuisti. Nempè ea, quæ in introitu, graduali, offerenda, & communione cantantur, sunt orationes, consolationes, & laudes conuersæ gentilitatis, cui Dominus exhibuit intellectum.

SVMMA.

1 *Feria tertia secũdæ Dominicæ quadragesimalis. Et eius officiũ. Et nu. 3.*
2 *Ieiunium laudabile.*

De tertia feria. CAP. XLI.

TErtia feria est de † opere diei tertiæ, quod est, Congregentur 1
aquæ omnes in locũ vnũ, & terra fructificet. Hoc fit quando homo non curat de voluptatibus carnis, & ieiunat per charitatẽ. Ieiunium laudabile est, vt homo † non sit multũ curiosus de cibo 2
Luc. 10. corporali, vt dicitur in Euangelio: Nolite soliciti esse solicitudine scilicet suffocante, sed solicitudine prouidentiæ possumus & debemus, ideo introitus: Tibi dixit cor meũ, exquisiui te, & est tertij toni propter opus tertiæ diei. In epistola verò: † Factus est ser- 3
mo domini, &c. 3. Reg. 17. c. hortatur ecclesia, vt non simus multũ soliciti: & hoc propter Heliam, qui pastus est à vidua Sareptena, & à coruo: & ipse etiã pauit viduã, dicẽs: Non deficiat farina hydriæ, id est, gratia de corde, & oleum de lechyto, id est, gratia seu vnctio spiritualis desuper. Hoc idem hortatur per Euangeliũ: Su-

per

per cathedrã Moſi, &c.Mat.23.c.vbi ſequitur:vnus eſt Magiſter veſter:& vnus eſt pater veſter,qui in cœlis eſt, qui habet curã de omnibus.Rurſus Sareptena mulier, in introitu affectũ ad Chriſtũ oſtẽdit dicẽs: Tibi dixit cor meũ.In graduali ſeipſam cõſolatur & hortatur dicẽs:Iacta cor tuũ:in offerẽda miſericordiã petit:in communione,quaſi ſecuta ſe mirabilia narraturã promittit,dicens:Miſerere mei Deus,& narrabo mirabilia tua.

SVMMA.

1 *Feria quarta Dominicæ ſecundæ quadrageſimalis,eſt pœnitentiæ dies. Et habet introitum.nu.2.*

De quarta feria CAP. XLII.

1 QVarta feria eſt de † pœnitentia,quæ feria eſt dies pœnitẽtiæ,in illa enim traditus eſt Saluator, & oſtẽditur in epiſtola:Orauit Heſter,&c.Heſter.13.c.quantum eam oratio faciat efficacem:per orationẽ Heſter,quæ cum Regina exiſteret,induta fuit cilicio,impetrauit ſuſpenſionem Aman in patibulo,quod parauerat Mardocheo:Quia verò pœnitentia concipitur timore iudicij:ideò de pſalmo pœnitentiali,qui intitulatur per octauam reſurrectionis.ſ.Domine,ne in furore tuo:ſumitur introi-
2 tus: † Ne derelinquas me,&c.quia verò non valet pœnitentia, niſi imitetur Chriſtum,ideò ſequitur Euãgelium:Aſcendens Ieſus,&c.Mat.20.c.de cruce Chriſti:vt habetur: Ecce aſcendimus Hieroſolymam:& ſequitur ibidem de filijs Zebedæi, qui petierunt,vt vnus ſederet à dextris,& alius à ſiniſtris,& dixit eis Dominus:Poteſtis bibere calicem,quem ego bibiturus ſum,&c.qui non bibit de calice gloriæ,& poſtponit ſe Chriſtus Apoſtolis in exemplum,qui de hoc iraſcebantur.

SVMMA.

1 *Feria quinta Dominicæ ſecundæ quadrageſimalis.Et officium.nu.2.3.*
4 *Feriæ quintæ in quadrageſima,olim carebant proprio officio.*
5 *Gregorius ieiunij inſtituit,& officium quintæ feriæ quadrageſimalis.*

De quinta feria. CAP. XLIII.

1 QVinta † feria eſt de piſcibus & auibus.i.de non confidentibus in Domino,& confidentibus in homine,de quibus habetur in epiſtola:Maledictus homo qui confidit in homine.Hiere.17.c.& ponit carnem brachium ſuum,&c.& poſt,Benedictus vir qui confidit Domino.Et hæc oſtenduntur per Euangelium: Homo quidam, &c. Luc.16. quod eſt de diuite & Lazaro. Diues enim non confidebat in Domino & ideò in inferno poſitus eſt: Pauper verò confidebat, & ideò in ſinu Abrahæ requieſcit. In offertorio: Precatus eſt Moſes, &c. oſtenditur quòd oratio iuſti efficax eſt.Moſes enim erat ouis, quia manſuetiſſimus ho-

minum fuit: & est forma ieiunij, & placationē impetrauit super iram, qua Dominus iratus erat Iudæis propter vitulū cōflatilem. † Rursus quoddam hodie legitur euangelium, in quo docet Domi- 2
nus non in hominis, sed solius Dei testimonio confidendum. de
Ioan. 8. seipso enim loquens ait secundum carnis fragilitatē: Si ego testi monium perhibeo de memetipso, testimonium meum nō est verum, & infrà: Ab homine testimonium non accipio, & infrà: Habeo testimonium maius Ioanne. His consonat præmissa lectio de Hier.
Hier. 8. Maledictus homo qui confidit in homine, &c. Et infrà: Benedictus vir qui confidit in Domino. Confidens igitur orat in introitu & in graduali, & etiam in offerenda in persona Mosi, in qua fit verborum repetitio, quia sæpè ad Dominum propopulo intercessit. De hoc etiam dictum est sub secunda dominica post epiphaniam. Communio: † Qui manducat. Ioan. 6. cap. ostēdit quid 3
vtilitatis proueniat confidēti, scilicet quòd in Christo maneat, & Christus in eo: & hæc communio benè congrueret sabbato ante dominicam Palmarum. † Notandum autem est, quòd sicut præ- 4
cedens dominica vacat ab officio, prout ibi dictum est: ita & omnes quintæ feriæ in quadragesima quondam proprio carebāt officio, excepta fortè quinta feria cœnæ Domini. Illa tamē mutuat introitum à tertia feria illam præcedenti. Nam sicut quælibet quinta feria, authoritate Melchiadis Papæ de conse. dist. iij. ieiunium. soluta erat à ieiunio: ita & ab officio. Vnde beatus Gregor. nullum in quinta feria instituit officium: nihilominus tamen horæ & matutinæ ac vespertinum officium cantabantur. Vnde necessarium erat, vt super Benedictus, & Magnificat, antiphonæ de Euangeliis aliorum dierum sumptæ dicerentur. † Sed Gregor. 2. 5
instituit ieiunium & officium quintæ feriæ: ea tamen quæ prius instituta erant de matututinis & vespertinis officiis, non mutauit: inde est ꝙ antiphonæ quæ cantantur super Benedictus & Magnificat, in quintis feriis, non consonant euangeliis illius diei: de hoc in quinta feria præcedentis hebdomadæ dictum est.

SVMMA.

1 *Feria sexta Dominicæ secundæ quadragesimalis, ad patientiam, & mansuetudinem hortatur. Et eius officium. nu. 2.*

De sexta feria. CAP. XLIIII.

SExta feria † agit de opere sextæ diei, in qua factus est homo 1
& hortatur nos ecclesia ad mansuetudinē & patientiā, vt omnem iram quod dicitur cordibus nostris remoueamus: & hoc exemplo Ioseph & Christi: & epistola: Dixit Ioseph. Gen. 26. cap. de Ioseph, qui multa passus est à fratribus suis, & tamen sublimatus est, velint nolint. † In Euāgelio, Mat. 11. monemur ad prædi- 2

cta

cta exemplo Christi. homo erat paterfamiliàs, qui plantauit vineam. i. iudaicum populum per doctrinam legis, ad vltimũ misit filium suum, ad culto res vineæ, ad quos prius miserat seruos, quem interfecerũt. Per hoc aũt. s. mãsuetudinem & patientiam

satiabimur in futuro: vnde introit° est: Ego aũt çũ iustitia appare bo in conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua: Ad tolerandas etiam persecutiones, propter iustitiam, hortatur in graduali: Ad Dominum cùm tribularer, & in offertorio: Domine in auxilium, & communione: Tu Domine seruabis.

Psal. 16. *Psal. 119.* *Psal. 11.*

SVMMA.

1 *Sabbatum secundæ Dominicæ quadragesimæ. quid agat. Eiusq; efficium. nu. 2. 4 5.*

3 *Peccator hœdo comparatur.*

De Sabbato. CAP. XLV.

1 SAbbatum agit de cõuersione vel cõfessione, per † quæ cessat homo ab opere seruili, & sic sabbatizat, & recipit benedictionem à Dño, q benedixit diei septimo. Ad hoc aũt instruimur per legem Dñi, & gratiam spiritus sancti: vnde introitus est de lege:

2 † Lex Domini, &c. & est primi toni, qa cõuersio ad Deũ, est principiũ bonæ vitæ: vnde sequitur: cõuertens animas. Sequitur: iustitiæ domi rectæ lætificãtes corda, qa dant Sabbatũ spirituale: & hæc principaliter habẽtur per gratiã, quod est ẽditur per epistolã: Dixit Rebecca, &c. Ge. 27. In qua habetur q Rebecca monuit Iacob, vt afferret patri suo Isaac duos hœdos. Per Rebeccã gratia

Psal. 18.

3 Dei intelligitur: quæ nos monet, & inspirat nobis † Deo abominationẽ de peccato & cõfessionẽ, quæ p hœdos designatur. Hœdus enim animal fœtidũ est: & habet carnes sapidas. Cur enim homini fœtet peccatũ suum vt cõfitetur illud: quod valdè placet Deo & Angelis eius, qa gaudiũ est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente. Sequitur aũt in epistola: De rore cœli. i. de gratia cœlesti: & de pinguedine terræ. i. abũdantia tẽporaliũ sit benedictio tua: & præponitur de rore cœli, qa bona spiritualia prępononuntur tẽporalibus: & postea sequitur de pinguetudine terræ, quia primũ quærite regnũ Dei: & hæc omnia adicientur vobis. Boni enim omnia habẽt: vnde Apostolus: Tanquã nihil habẽtes: & omnia possidentes: extrà de priuile. nimis. Mali similiter petunt benedictionẽ, qui per Esau designantur: sed quia ipsi præponunt temporalia spiritualibus, dicitur eis: De pinguedine terræ & de rore cœli erit benedictio tua. Etsi enim habeant aliqua spiritualia, tamẽ eis pręponũt tẽporalia. Sequitur responsorium: Bonum est cõfiteri Domino, &c. q.d. Ecclesia: ex quo per cõuersionẽ & confessionem peccati, & reprobationẽ habetur benedi-

Mat. 76. *2. Cor. 6.* *Psal. 9.*

ctio,& temporalia & ſpiritualia. Bonũ eſt cõfiteri domino. Item habetur in euãgelio Luc.15.† Homo quidã habuit filios duos:& 4
petit vnus dicens:da mihi partẽ hæreditatis,quæ me contingit: & diuiſit illis ſubſtantiã ſuã. Et poſt,ille cõſumpſit omnia:poſtea fuit tanta fames in terra,ad quã venit, vt cõpelleretur fame eſſe porcarius.i.ſubulcus:& dixit reuerſus ad ſe:Quãti mercenarij,&c. Quãdo enim homo omnia bona ſua amiſit p peccatum nõ habet qd comedat:& permittit ita Deus ipſum cadere:vt arguat eũ malitia ſua:vt legitur Hiere.2.circa mediũ.& moriatur fame:& dicat:quot ſunt.ſ.in eccleſia,q̃ habẽt iucunditatẽ mentis.& ego fame pereo:& euertar in domum patris mei. vnde in Exo.9.habetur,quod Ægyptij compellabãt filios Iſraël exire de Ægypto:tunc recipitur & datur ei prima ſtola.i.gratia,& ita in euãgelio habetur de cõuerſione:Rurſus tã in euãgelio vbi habetur de duobus filiis,q̃ in epiſtola,vbi agitur,de Iacob & Ioſeph, duorũ populorũ,Iudaici videlicet & gẽtilis ſignificatio continetur. Iudaicus gratiã ſpiritualẽ amittit:gẽtilis verò cõuerſus ad pœnitẽtiã,de lege Dñi,in introitu gloriatur & cãtat. In graduali verò dño cõfitetur & laudat:in offerẽda,oculos ſuos petit illuminari,ne dormiat,vt inimicus nõ prẽualeat ei.† Et attẽde,quod ſ rationabiliter in ſecũda quadrageſimæ hebdomada legitur euãgeliũ de filio ꝓdigo reuertẽte ad patrẽ:q̃a gẽtilis populus per doctrinã legis & euãgelij,ad creatoris cultũ reuertitur:& quiuis pœnitens per fidem & operationem,vel per duo præcepta charitatis Domino reconciliatur. Communio eſt:Oportet te. Luc.15.

SVMMA.

1 *Dominica tertia quadrageſimæ eſt confeſſionis. Et eius officium.nu.5.*
2 *Confeſſio,eſt duplex.*
3 *Ioſeph,Chriſtum refert.*
4 *Confeſſio,qualis eſſe debeat.*

De Dominica tertiã Quadrageſimæ. CAP. XLVI.

TErtia† dñica eſt cõfeſſiõis,& quarta refectionis:ſicut enim ſuprà dictũ eſt. Dñs in prima dñica quadrageſimę armauit militẽ ſuum:in ſecũda oſtẽdit ei præmiũ: amodò ergo non reſtat,niſi vt oſtẽdatur via,qa per cõfeſſionẽ & refectionẽ illuc venitur. Eſt ergo dñica iſta confeſſionis. Eſt aũt† duplex cõfeſſio, ſ.peccati & laudis, quas habere debet homo. Per humilitatem enim cõfeſſionis expectat homo à Deo omnia, quæ expectat.ſ. liberationem & donum gratiæ,& omnia alia bona:vnde introitus:Oculi mei ſemper ad Dominũ,&c. & eſt ſeptimi toni, quia per ſeptiformẽ gratiã ſpiritus ſancti euelletur homo de laqueo diaboli:per confeſſionem enim ſcrutantur mala: & ideò ſit ſta- *Pſal.24.*

tio

tio ad ſanctum Laurentium, qui per confeſſionem liberatus eſt. Hæc humilitas liberauit Ioſeph de manibus fratrũ ſuorum, & de carcere: & ideò cantatur de ipſo in officio nocturnali. Adhuc dominica iſta, ſexta eſt à dominica. lxx. & ſexta feria dominus
3 crucifixus eſt: & ideò fit mentio † de paſſione Domini: quæ per Ioſeph ſignificatur: & ita etiã ipſi diei cõpetunt quæ dicũtur. Nã Chriſtus per humilitatem liberatus eſt ab inſidiis fratrum ſuorum. i. Iudæorum, & exaltatus eſt in tota Ægypto. i. in mũdo: & ita quæ literaliter acta ſunt circa Ioſeph, ſpiritualiter ſunt facta erga Chriſtum, & nocturnum officium ordinem comitatur hiſtoriæ. Cùm enim in præcedenti dominica cantatum fuerit de Iacob, in hac ſuccinitur de Ioſeph: qui venditus à fratribus, illos in fame ditauit: & Chriſtus à Iudæis crucifixus, ſua morte humanum genus redemit: & redimẽdo à dæmonio liberauit: prout in
4 Euãgelio legitur hodierno. † Cæterũ qualis debeat eſſe confeſſio, oſtendit Apoſtolus in epiſtola, Fratres imitatores mei eſtote, &c. ad Eph 5. c. Primò enim eſſe debet in humilitate. ſ. vt humiliemus nos Deo: & ita in nouitate vitę ambulemus. Secũdò, in perſeuerãtia. ſ. vt homo non redeat ad vomitum, & vt infamia peccati remoueatur. Vnde dicit: Fornicatio autẽ & immunditia nõ nominentur in vobis, &c. hoc fit per perſeuerantiam in bona vita. Ad hoc idem hortamur in Euãgelio, in fine, in quo oſtenditur, q̃ gratia expellit peccatum. Erat inquit Ieſus eiiciens dæmoniũ, &c. Luc. 11. c. & Mat. 14. Ieſus. i. gratia. iſte idem dæmoniacus cęcus dicitur à Matth. & Beda. Cæcus, inquit Beda, videt: mutus loquitur: poſſeſſus à dæmonio liberatur. & cum eieciſſet dæmoniũ locutus eſt mutus: quia quando data eſt homini gratia, confitetur, & loquitur in confeſſione. Poſtmodum oſtẽdit Dominus ſtabilitatem regni ſui, per individuã charitatẽ: & inſtabilitatem regni diaboli. Omne (inquit) regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur: & ſic regnum diaboli & ſuorũ, qui diuiſi ſunt à Deo, deſtruetur. Sed regnum Dei manet in æternum: & ita inuitat omnes homines ad regnum ſuum, quod manet: Propter hoc debet homo perſeuerãter agere opera cõfeſſionis: quia per ea habebitur regnũ cœlorum: & ideò reſpõſorium: exurge Domine, non *Pſal. 9.*
prævaleat homo. i. diabolus, qui nobis intendit auferre regnum cœlorum, hoc igitur intendit eccleſia, vt ſimus perfecti in confeſſione, & ſimiliter perfectè moriamur peccatis, per bonã vitã *Eſa. 14.*
etiã infamia peccati deleatur, ſicut dicit Dominus per Eſa. Perdam Babylonis nomen. Hoc dicit, quia gratia expellit peccatum & infamiam. Sequitur & reliquias, germẽ Babylonis ciuitatis, id eſt, memoriam delectabilem: vt, ſcilicet homo deleat, quando

ad memoriã reducet. † Rursus,quia sicut in euangelio dicitur: Surdus audiuit,& mutus verba Dei narrauit, ideò dicitur in introitu:Oculi mei semper ad dominũ:& ne iterũ deficiat,misericordiam implorat,subdẽs: Respice in me,& in gradiali: Exurge Domine.Deinde vox quondã muti facta fœcũda,cuius os aperuit sapiẽtia,preces suas ingeminat:& decenti similitudine in tractu perorat dicẽs,Ad te Domine,in offerẽda iam loquens prædicat iustitias Domini rectas,cò ꝙ à se humiliato dæmonium exierat: sed ad Iudaicum populũ superbientẽ spiritus immũdus redierat. In communione de muto factus orator gratulatur, ꝙ sicut passer inuenit sibi domum,& turtur nidum.

Psal.18.

Psal.83.

SVMMA.

1 *Feria secũda dñicæ quadragesimalis,quid designet.Et eius officiũ.n.2.*
3 *Iordanis quid mysticè.*

De secunda feria. CAP. XLVII.

IN dominica præcedẽti dictũ est,quod Dominus saluat per cõfessionẽ:in hac verò secũda feria,ostenditur† quod Dominus saluat per baptismũ.Sed quia baptismus datur per trinitatẽ,ideò de † trinitate est introitus:In Deo laudabo verbũ:& ponitur ibi ter hoc nomen Deus:& est de tertio tono,quod totũ contingit, propter hoc quod loquitur de trinitate.Epistola verò: Naamam princeps, &c. quæ est.4.Reg.v.c.est de Naamã quẽ Rex Syriæ Dñs suus misit ad Helisæum,vt sanaret eũ, & præcepit ei, vt in Iordane se lauaret septies,& fieret eius caro sicut caro pueri,& ita factum est. † Iordanis interpretatur descẽsus humilitatis,in qua ecclesia mũdari petit,& hoc facit ad præceptum dñi, quærens per humilitatem salutem in aqua:quæ est inferior creatura.Postmodum sequitur responsoriũ:Deus laudẽ meã ne tardaueris:in quo ecclesia humiliat se per confessionẽ,& est tertij toni ratione prædicta.In euangelio verò:Dixerunt Pharisæi ad Iesum.Luc.5.Ostẽdit Dominus quod nõ sunt missi Prophetæ nisi ad humiles,sicut Helisæus ad Naamã,& Helias ad viduam: & ostendit superbiam Iudæorum.Posteà dicit:Iesus autẽ transiens per medium illorum ibat:ad significandum quod humilis quicquid sibi fiat,viam suam non derelinquat.

Psal.55.

1
2
3

SVMMA.

1 *Feria tertia, tertiæ Dominicæ,in quadragesima,& eius officiũ.& n.3.*
2 *Dæmones,creditores & exactores nostri.*

De tertia feria. CAP. XLVIII.

TErtia † feria est de oratione & misericordia: per quæ etiã saluat Dominus. Vnde introitus est: Dum clamarem ad Dominum,Epistola verò:mulier quædam,&c.est.4.Reg.cap.8. de

Psal.21.

1

de vidua cuius filios creditor in seruitutẽ redigere cõtendebat: & eius vasa oleo repleuit Helisæus, dicens ei, quod de parte olei redderet debitum, quod debebat, & de reliquo ipse, & filij sui viuerent. Vidua est ecclesia, cuius sponsus Christus nõ est præsens corporaliter, siue visibiliter quæ venit ad Christum, creditores
2 † sunt dæmones: vnde diabolus exactor dicitur, quod pecuniam sam. i. immunditiam à nobis exigit, cum vsuris. Vnde Esa. 14. c. Quando cessauit exactor, quieuit tributum. Sed Christus per opera misericordiæ liberauit nos ab huiusmodi creditore. Et petitur huiusmodi liberatio in responsorio; Ab occultis meis munda me Domine. Euangelium verò quod est Mat. 18. c. est de misericordia. s. si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Si ignorat, doce. Si pœnitet, dimitte: non dico septies: sed etiam septuagesies
3 septies. i. quoties peccauerit, dimitte. Rursus † vidua pro filiis ad Helisæum orans dicit in introitu: Ego clamaui, & in graduali: Ab occultis. Dum præcibus exaudita gratias agit in offerenda: Dextera Domini. Et docet in communione: Domine quis, &c. quales se debeant exhibere: qui volunt oleum misericordiæ, scilicet qui volunt requiescere in monte, ingrediantur sine macula, & operentur iustitiam. *Psal.18.* *Psal 16.* *Psal.117.* *Psa.10.*

SVMMA.

1 *Feria quarta dominicæ tertiæ, in quadragesima: & officij ratio.*

De quarta feria. CAP. XLIX.

1 IN quarta † feria agitur de impletione mandatorũ, per quam Dominus etiã saluat. Sed quia per gratiam est impletio mandatorũ: ideò est introitus: Ego aũt in Domino sperabo: & est primitoni, ad ostendendũ, quod spẽ debemus ponere in solo Deo. Epistola verò: Honora patrẽ, &c. est de Exo. 20. c. in qua sunt instituta vel distincta præcepta Domini: honora patrem & matrẽ, &c. In responsorio verò petitur gratia: in quo ostendit homo infirmitatem suam dicẽs: Miserere mei Deus: quoniam infirmus sum: quasi diceret: non possum per me adimplere mandata. In euãgelio: Accesserunt ad Iesum, &c. Mat. 15. c. redarguit Dominus iactãtiam Iudæorum qui magis innitebantur traditionibus hominum, quã Dei: & reprehẽdebant discipulos Domini de traditionibus legis vel seniorum. Quibus Dñs dixit: hypocritę, &c. non lotis manibus mãducare, non coinquinat hominẽ, & ostendit per quæ saluamur & iustificamur. In hac quarta feria fit primò scrutinium prout in proxima quarta feria dicetur. *Psal.30.*

SVMMA.

1 *Feria quinta tertiæ dominicæ, in quadragesima quid referat. & quòd varium habeat officium. & nu. 2.*

T 2

De quinta feria. CAP. L.

IN quinta feria † ostendit ecclesia non esse salutem nisiã Do- 1
mino: & maximè per virtutes: vnde introitus est: Salus populi ego sum, &c. & est quarti toni propter quatuor cardinales virtutes. Epistola verò: Factũ est verbum, &c. est de Hier. 7. c. vbi dicitur: bonas facite vias vestras, & studia vestra: & hoc propter bona opera virturũ & reprehenduntur Iudæi, q̃ credebant se nõ posse dãnari: quia habebant Domini templũ, & omnes alios dãnatos esse dicebant: vnde sequitur responsoriũ: Oculi omnium, ostendens, q̃ in solo Deo sperandũ est; Euangeliũ verò, Surgẽs Iesus. Luc. 4. c. est de sanatione socrus Petri, per quod ostenditur q̃ in solo Deo sperãdum est, quia ab ipso & per ipsum salus mentis & corporis est. † In aliis verò ecclesiis legitur euangelium sequen- 2
tis dominicæ: Abiit Iesus, &c. & aliter incipit operamini, in quo improperat Dominus turbæ, q̃ magis curabant de salute corporis, quam mentis, quoniam voluerũt eum facere regem post miraculũ factum de saturatione quinq; milliũ hominum, de duob⁹ piscibus & quinq; panibus, & hortatur eos, dicens: Operamini nõ cibum qui perit, sed q̃ permanet in vitam æternam. Cui congruè præmittitur præmissa lectio Hier. vbi Dominus promittit se habitaturũ cum eis, & sic quasi regem futurum eorũ qui talem cibum fuerint operati, vt calumniã non faciant innocentem, &c. Sanguinem non effundãt, &c. Rursus introitus, scilicet: Salus populi, vox est Domini populũ consolãtis: graduale, offertoriũ, & cõmunio, voces sunt populi de regis gratia confidentis. In hac autem quinta feria, in qua agitur de salute, fit statio ad sanctos Cosmã & Damianum, qui medici fuerũt, & homines corporaliter & spiritualiter sanabant: ideò de ipsis fit mentio in collecta.

SVMMA.

1 *Feria sexta dominicæ tertiæ in quadragesima, & quale, quídve portendens habeat officium.*

De sexta feria. CAP. LI.

SExta † feria, quæ est dies crucis, ostenditur, q̃ per crucẽ est sa- 1
Psal. 85. lus. vnde introitus est, Fac mecũ signum in bonum, id est, cru-
Ioan. 15. cem. Maiorẽ charitatem nemo habet, id est, maius signum charitatis, quàm vt animã suam ponat quis pro amicis. Epistola verò, Conuenerunt, &c. quæ est Num. 20. c. est de Mose, qui bis percussit petrã, & fluxerunt aquæ, vt biberent homines & iumenta. Per binam percussionem, duo ligna crucis intellige. Petra Christus est, & fluxerunt aquæ doctrinarum & gratiarum, vt posset bibere
Psal. 27. totum genus humanum. Responsorium est: In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum: quia in sola cruce perfecta est humani

generis

generis saluatio. In euãgelio verò: Venit Iesus in ciuitatem, &c. Ioan. 4. c. ostendit Dominus, ꝙ non solũ pro nobis crucem sustinuit, sed & multos alios labores. vnde sequitur ibi: Iesus ergo fatigatus ab itinere, &c. & dicũtur ibi octo, in quibus instruxit Dominus Samaritanam: quæ patent in euangelio, & ideò responsorium est octaui toni. Communio est: Qui biberit. Ioan. 4. cap.

SVMMA.

1 *Sabbatum dominicæ tertiæ quadragesimæ, iustitiam & misericordiã domini ad salutem ducere ostendit. Et eius officium. & nu. 4.*
2 *Introitus officiorum, variat sæpè in versu.* 3 *Mortis vmbra quid.*
5 *Antiphonæ, Media vita expositio.* 6 *Vita triplex.*

De Sabbato. CAP. LII.

1 IN sabbato † verò ostenditur, ꝙ Dominus saluat per iustitiam & misericordiam, vnde epistola: Erat vir. Dan. 13. c. loquitur de Susanna, quæ saluata est ꝑ iustitiã. Euangelium est de muliere deprehensa in adulterio: quam Dominus liberauit ꝑ misericordiam. Ecce quomodo euangelium & epistola concordant. Quia ergo adultera in euangelio saluata est ꝑ misericordiam: ideò videns ecclesia infirmitatem filiorum suorum, petit se liberari ꝑ misericordiã in introitu, dicens: Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorẽ meum. Et est quinti toni, propter quinq; quæ ponuntur in collecta, quæ est talis: Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinẽt, sectando iustitiam à culpa ieiunent, id est, à delectatione quinq; sensuum: sicut Daniel, Susanna, & Ioachim. Misericordiã Dei nõ consequentur, qui sic non ieiunant. Sequitur versus introitus se- *Psal. 5.*
2 miplenus, scilicet rex meus, & Deus meus. Et ideò † notandũ est, ꝙ in introitibus aliquando duplex versus ponitur: aliquando dimidius: frequentius vnus: duplex in introitu defunctorum Requiem, versus Te decet, &c. alius. Exaudi orationem, &c. quia oramus pro defunctis, propter stolam corporis & animæ quas rogamus ei dari. dicitur etiam secundus versus: quia succedit in locũ illius versus: Gloria patri, qui in officio defunctorum tacetur, pro eo quod mortui trinitatem vlterius laudare nequeunt. Ad cuius laudẽ pertinet ille versus. Sæpius verò vnus dicitur: quia ad vnũ tantum scilicet ad Deum, convertere nos debemus. Dimidius autẽ hic ponitur, quia qui misericordiam Dei impetrat, suã debet imperfectionem in operibus confiteri: psalmus tantum opus significat. Post epistolam sequitur responsorium, Si ambulemus, &c. ꝙ *Psal. 22.*
sic ei respondet, quem dominus liberat, nullus ei nocere potest: igitur si ambulẽ in medio vmbræ mortis, non timebo mala, &c.
3 vmbra † mortis, est mors tẽporalis. q.d. & si transeam per mortẽ tempor

temporalem, nõ est timendum, ex quo deus adiuuat. Et sequitur versus: Virga tua & baculus tuus ipsi me consolata sunt: quia tribulationes Domini consolantur hominẽ bonum. Est autem primi toni, quia in solo Deo ponenda est spes. In euangelio verò: Perrexit Iesus. Ioan. 8. ostẽdit se Dominus authorẽ misericordię cum dixit mulieri adulteræ, Vade, & amplius noli peccare. Item misericordia fuit, quod dixit: Qui sine peccato est vestrum, primus mittat in eam lapidem. iij. q. viij. qui sine. In offertorio petit
Psal. 118. similiter per misericordiam liberari, cum dicit: Gressus meos dirige, & pertinet ad octauã resurrectionis. postcõmunio verò, ad beatitudinẽ, quæ est: Nemo te. Ioan. 8. c. Illud †autẽ notandũ est, 4
q̃ in huius sabbati completorio antiphona: Media vita cantatur, eòq̃ nunc mediana quadragesimæ incipiat hebdomãda, qui verò eam in præcedenti sexta feria cantant: numerum dierum ieiuniis afflictorum attendunt. Hanc itaq; sub breuiloquio duximus expouendam. † Media vita, Christus est: ipse enim mediator est 5
Dei & hominum. x. d. quoniam. Ipse est via, veritas, & vita. viij. d. q̃ contenta. Ipse quidem sanctus, ipse Deus, ipse fortis, ipse misericors & saluator. Ad Christũ ergo sermo dirigitur. O media vita, id est, ô Christe. Vel media vita, sancta trinitas est, quæ in se vita: & nobis vita media, id est, sufficiens, & cõmunis ad quam sermo dirigitur. O media vita, id est, ô sancta trinitas: ideoq; subdistinguitur, sancte Deus, sancte fortis, sancte & mise. sal. id est, pater & filius & spiritus sanctus: à quo & per quem, & in quo saluamur: & ideò saluator etiam trinitas appellatur. Ad quemcunq; tamen sermonẽ dirigimus, adiutorium quærimus: quia in morte sumus in miseriis præsentis vitæ, petimúsq;, ne tradat nos amaritudini mortis æternæ. Vel supple ô Domine existentes in vita media sumus in morte. † Prima fuit vita iustitiæ & innocentiæ, 6
in qua creatus est homo. Secunda, est vita peccati, & miseriæ, in qua lapsus est homo. Tertia, erit vita immortalitatis & gloriæ, ad quam reparabitur homo. Nos igitur dum sumus in media vita, sumus in morte: quia vita peccati, mors est vitæ iustitiæ: & ideò quærimus adiutorem. Aliæ ecclesiæ dicunt media vitæ: qa enim nunc est medium quadragesimæ, quæ vitam præsentem, quæ sine peccatis nõ ducitur, repręsentat, meritò dicitur antipho na ipsa: In morte, id est, in peccatis: quæ ducunt ad mortem: Et quia in epistola fit mentio de Susanna. ideò propter æquiuocationem vocabuli fit hodie statio apud sanctam Susannam.

SVMMA.

1 *Dominica quarta quadrag. quid agat. Et qui libri in ea legãtur. n. 2. 3.*
4 *Diabolus quatuor modis nos afflixit.* 5 *Aetates mundi.*

6 *Introitus*

6 *Introitus missæ dicendæ in quarta dominica quadragesimæ.*
7 *Bona cœlestis patriæ, quatuor.*
8 *Rosa aurea Pontificis maximi, quid significet.*
9 *Rosa spiritualiter significat Christum, & eiusdem rosæ ratio, nu.* 10.
11 *Romanus Pontifex, Petri est successor, Christi vicarius.*

De dominica quarta quadragesimæ. CAP. LIII.

1 SEquitur dominica † quarta in qua agitur de superna Hierusalem: & quia in terrã illam venitur eo die, quo filij Israël venerunt in terrã promissionis: prout sub septuagesima dictum est:
2 ideò nunc legitur. † Exod. vbi dicit Dominus: Videns vidi afflictionem populi mei, q̃ est in Ægypto, & descendi, vt liberarem eos de manu Pharaonis. sicut autẽ Dominus liberauit populum per plagas missas contra Pharaonẽm: similiter & per plagas liberat de manu diaboli, qui non vult dimittere nos, nisi in manu forti, vt ibi habetur. Prima plaga, est cõuersio aquarum in sanguinem, p̃ quam peccatũ infidelitatis significatur. Per alias plagas significatur, q̃ homo per multas tribulationes & pœnas, quas habet dũ moratur in peccato, cogitur redire ad Dominũ, sicut de filio prodigo legitur. Legitur ergo Exod. quia per fidem est exitus à seruitute diaboli & per baptismum, qui significatur per mare rubrũ: & per impletionẽ mandatorum. Quando verò homo talis est, facit seipsum tabernaculum Domino, qui verò non faciet ei hoc tabernaculum, nec ipse faciet in futuro. Post † Exod. sequitur li-
3 ber Leuitici q̃ est tertius in pentateucho: qui pertinet ad Leuitas, qui debebãt Domino offerre sacrificia: vnde liber est oblationũ. Ex quo enim homo implet mandata & facit tabernaculum Domino, non restat nisi oblationes Deo offerre. Debet tamẽ sal apponere in omni sacrificio suo: q̃ cum discretione debet omnia facere. Quia ergo tales debent esse mũdi ab omni peccato & offerre Domino hostiã mundam, sanctã, & immaculatã: ideò sequitur in Leuitico de mũdatione lepræ: & dicitur ibi multoties, Sancti estote: quoniam ego sanctus sum. Et quia hoc fit in solennitate cordis, & debent omnia fieri cum gaudio, posteà in eodẽ libro agitur de solennitatibus. Rursum, quia nullus ita perfectus est, quin peccet aliquando, saltem venialiter: ideò ibi habetur de dubitatione Mosi ad aquas cõtradictionis: qui nec propter hoc dimisit opus spirituale facere, vt ad vocem suam fluerent aquæ, cũ dixit: Ascendat puteus, id est, doctrina sacra. Cæterum sicut mulier ostendit ex vna parte pomũ filio suo: & ex alia inimicum, vt veniat ad se: similiter & Dominus, iuxta illud Oseæ. 11. c. In funiculis Adam trahã eos in vinculis charitatis. Vnde in officio nocturnali ostendit inimicum: qui nõ vult dimittere populũ nisi in

Exod. 5.

Exod. 14.

Leuit. 19.

manu

manu forti: & in manu diuina, ſcilicet per prædicatores: & ideò primum reſponſoriũ eſt: Locutus eſt Dominus ad Moſen, &c. Si quidem Moſes ex aquis aſſumptus eſt: Chriſtus per quem liberamur ab huiuſmodi inimico, vel quilibet prædicator: qui ex aquis ſcripturæ debet aſſumi. & eſt quarti toni: quia † quatuor modis nos affligit diabolus, ſcilicet interficiendo mares, id eſt, bona opera, vel virtuoſos, quos ſubmergit in flumine deliciarũ huius mundi: & cogit ſeruire in luto luxuriæ, & latere auaritiæ: & palea inanis gloriæ. Porrò quidem, quia populus in illa ſeptuagenaria captiuitate fuit ſuper flumina Babylonis: & in fine Cyro permittente lætabũdus exiuit: & gratulans Hieruſalẽ introiuit: ideò cũ prima in dominica populus captiuatus fleuerit, dicens: Circundederũt me: & in ſecunda orauerit: dicens: Exurge, in tertia quoque orauerit, dicens: Eſto mihi: in quarta conſolationem acceperit dicente Domino: Inuocauit me, ego exaudiã eum: in quinta etiam rurſus orationi inſtiterit, dicẽs: Reminiſcere miſerationũ tuarũ. in ſexta verò Dariò licentiã retribuẽte, conſolationem de reuerſione percepit ideoq; dixit: Oculi mei. In hac ſeptimana tandẽ in fine ſeptuageſimæ ingrediens Hieruſalem gratulabundus exultat, dicens: Lætare Hieruſalẽ: de hoc etiam dictum eſt ſub prima dominica: † Septenariũ quoq; præſentis vitæ, quę ſeptem dierum circulo ſiue curriculo voluitur, vel potius ſeptem ætatibus, quibus mundus ipſe diſtinguitur: ſicut per dies ſeptuaginta, ſic per ſeptem dominicas ſancta repreſentat eccleſia. Prima enim ætas eſt ab Adam vſq; ad Noë, Secunda verò, à Noë vſq; ad Abraham: vel ſecundum quoſdam ad Moſen, Tertia, à Moſe, vſq; ad Dauid Quarta à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis, Quinta à tranſmigratione Babylonis vſq; ad aduentũ Domini, Sexta, ab aduentu Domini, vſq; ad finem ſeculi, Septima, ſimiliter vſq; ad eundẽ finem, ſimul enim cõcurrunt, ſed illa in vigilantibus & laborãtibus: iſta in dormiẽtibus, & quieſcẽtibus: vbi requieſcũt electorũ animæ inter vbera lactãtis matris ſuis ſupernæ Hieruſalẽ. In prima dominica velut in infantia mũdi, homo à felici delectatione deiectus, clamat: Circũdederũt. In ſecũda velut in pueritia mũdi cõcipiẽs homo, ſpẽ ſuæ recõciliationis voce Noë quaſi præcẽtoris, implorat acceptilationẽ recõciliationis, dicens: Exurge, quare obdormis Domine. In tertia velut in mũdi adoleſcẽtia cõcipiẽs homo ſuã liberationẽ de Ægyptiaca ſeruitute ſuæ protectionis, & liberationis accelerationem voce Moſi orat, dicens: Eſto mihi in Deũ protectorẽ. Quarta deſignat iuuẽtutem eccleſiæ: in qua regũ diademate coronatur: & ſapientia prophetarum ornatur: Vnde illud officiũ voce Dauid, quaſi præcẽtoris in cãtibus

bus celebratur. Quinta senecturem Ecclesiæ, in qua calor naturalis incipit deficere. Nam populo in Babylone captiuato ecclesia captiua nec altare habuit: nec templū: imò organa sua suspendit: ideoq; in quinta dominica vacat officio. Sexta, senium ecclesiæ, scilicet fides seculorū, cū filius Dei venit in mundū, & de diaboli potestate liberauit genus humanum. Ne igitur sit immemor accepti beneficij, & ingratum, gratulatur, & ait: Oculi mei semper ad Dominū. Hæc autē septima & vltima significat sabbatum mūdi: in quo sanctorū animæ requiescūt: illic Hierusalem, quæ sursum est: quæ libera est: quæ mater nostra est, lætatur: vnde dicitur Dominica lætitiæ. Est enim septima septuagesima: & per septenariū significatur septima ætas eorum, qui sunt in requie. Repræsentat enim hæc dominica libertatem concessam filiis Hierusalem redeundi à Babylone anno sexagesimo, quam habuerunt plenariā in anno septuagesimo. vnde totum huius diei officium de lætitia est, ad repræsentandū illorum lætitiā, & etiam nostrā: quoniā finitis sex ætatibus erimus in septima à mundi exilio liberati, cum cœlestē paradisum, quæ est patria nostra intrabimus. Cantatur ergo † hodie introitus: Lætare Hierusalem, ad ostendendum quod sicut illi, qui cum ingenti lætitia à Babylone venerunt in Hierusalem: ita & nos ab hoc mundo lætātes, in cœlestem Hierusalem veniemus. Babylon enim interpretatur confusio, vnde significat mundum vel infernum: quia in hoc mūdo est cōfusio vitiorum, & in inferno tormentorum, dicitur etiā hæc dominica refectionis: quia in ea dominus refecit & satiauit quinq; millia hominū, vel quia in ea ostenditur cœlestis Hierusalem, ex qua omnis refectio est. Quia ergo ecclesia lætatur pro hac refectione: ideò cātat: Lætare Hierusalem, id est, Ecclesia: ibi enim æterna requies promittitur. In nocturnali enim officio cātatur responsoriū. Audi Israël præcepta Domini: & ea in corde tuo, atque libro scribe. Et dabo tibi terrā fluentē lac & mel. Posteà sequitur in introitu, Ab vberibus consolationis eius. Hæc verba sunt duo testamenta: de quibus sumuntur promissiones dulces in quibus est cōsolatio nostra. Et sunt in ea tria verba lætitiæ, scilicet lætate, gaudete, & exultate. Ratio quare posita est sub tit. de septuagesima in principio. Et sumitur iste introitus de Esa. vlt. c. sed de antiqua trāslatione: quia in Esa. sic nō iacent verba hæc. versus verò de psalmo, qui loquitur de Hierusalem superna, scilicet: Lætatus sum, &c. est quinti toni propter quinque millia hominum quos refecit: vel ideò, quia illi qui cohibent, & refrenāt, & benè ordinant quinq; sensus corporis: illi habebunt huiusmodi refectionem & consolationem: de qua in introitu habetur: & quæ petitur in collecta.

Concede quæsumus omnipotens Deus, vt qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Scripserunt tamẽ quidam, ꝙ quia Alber. Papa qui tamẽ in chronica non inuenitur, celebrauit tali die Romæ in dicta Ecclesia: quæ vocatur Hierusalẽ, ideò cantatur: Lætare Hierusalem. Et no. ꝙ in quibusdã ecclesiis de hac die & in festo annuntiationis Domini duæ collectæ dicuntur: vt quasi duplex festum exoluere videamur: ꝙ non fit in aliis præcipuis festiuitatibus, etiam natiuitatis Domini: & similibus; quia illæ per octauas producuntur: nec vnius diei duntaxat obseruantia, sicut ista conguſtantur. Sequitur epistola: Scriptum est, quoniam Abrahã duos filios habuit, &c. ad Gal. 4. c. Vbi sequitur: Quæ sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater nostra. Hoc autem dicit, vt non timore seruili seruiamus
Psal. 121. Domino, sed amore. Responsorium est de eodẽ: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, &c. & est septimi toni propter septimã ætãtem: in qua erimus in quiete. Sed quia adhuc sumus in labore: ideò sequitur tractus, sed suauissimus: Qui confidũt in domino, sicut mons Syon, &c. in quo ostenditur, quod qui in domino solo sperant, habebunt illã refectionem. Sequitur euangelium: Abiit Iesus trans mare Galilææ, &c. Ioan. 6. c. Quinque autem panes, quibus Dominus refecit nos, prout ibi legitur, sunt quinque libri Mosi: duo verò pisces, sunt psalmi & prophetia: vel libri Iosue & Iudicum: quia de illis septem libris sumuntur orationes in hac dominica: & ita reficit omnes. offertorium est: Laudate: & est secundi toni, ad ostendendum, ꝙ Deum laudare debemus pro corporali refectione & spirituali. Postcõmunio verò, est: Hierusalẽ, quæ ædificatur vt ciuitas, &c. Et loquitur de illa Hierusalem: quæ libera est: & est † quarti toni, propter quatuor quæ ibi dicuntur. †
1. Cor. 15. Primum est, quia omnia sunt communia. Ibi enim Deus est omnia in omnibus. Secundũ est, quòd æternaliter participantur ea quæ ibi sunt: vnde dicit: Cuius participatio eius in idipsum. Tertium est, quòd nullus de filiis diaboli potest ibi ascẽdere, vnde dicit: Illuc enim ascenderũt tribus, tribus Domini. Quartum, quia ibi est continua laus Dei: vnde sequitur: Ad confitendum nomini tuo Domine: & inde est illud: Beati, qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. In hac dominica Rom. Pontifex celebraturus † ad ecclesiam pergens, & rediẽs ab eadem † auream in manu sub aspectu populi fert rosam. Circa quod duplex insurgit ratio: vna secundum literam, altera secundũ spiritũ. Sanè secundum literam, ne fidelis populus, propter quadragesimalis obseruantiæ asperitatem sub continuo labore deficiat: quia quod caret alterna requie, durabile non est: ideò in hac mediana

quadra

quadragesimæ quoddam recreationis solatiũ interponitur, vt anxietas temperata leuius sufferatur, iuxta illud: Interpone tuis interdum gaudia curis. Hodiernũ nanq; officiũ tota lætitia plenum est, & in omni verborum clausula iucunditas exuberat, gaudium resonat, hilaritas inculcatur. Tria itaq; repræsentat dies ista: scilicet charitatẽ post odium: vnde dicitur: Lætare Hierusalẽ, & cõuentum facite omnes, qui diligitis eam. Gaudiũ post tristitiã, vnde: Gaudete in lætitia, quia in tristitia fuistis. Et satietatẽ post famem. vnde: Vt satiemini ab vberibus consolationis vestræ. Quæ tria pariter designantur in tribus proprietatibus huius floris: charitas in colore, iucũditas in odore, & satietas in sapore. Rosa quippé, præ cæteris floribus colore delectat: odore recreat, & sapore confortat: delectat in visu, recreat in olfactu, & confortat in gustu. Nempè rosa in manu Romani Pontificis, gaudiũ Israëlitici populi designat, quando per gratiã Christi data est illi de Babylonica captiuitate licentia redeundi. Deinde illa donatur nobiliori & potentiori, qui tũc in curia reperitur, in quo nobilitas & excellentia illius peculiaris populi Domini designatur. Demũ ille cum multo equitatu & lætitia ingenti ciuitatẽ cũ rosa circuit, figurans gaudiũ illius populi in ciuitatẽ Hierusalẽ reuersi, atq; communionem totius fidelis populi & Ecclesiæ lætitiam de præmissis. Spiri-
9 ritualiter † autẽ flos iste florem illũ significat, qui de se dicit in cãticis: Ego flos cãpi, & lilium conuallium. Et de quo Propheta: Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet. Qui verè est flos florum, id est, sanctus sanctorũ, quia præ ceteris floribus, id est, sanctis colore delectat in visu. Nam speciosus forma præ filiis hominũ: in quem desiderãt angeli prospicere. Qui odore recreat in olfactu, quia sicut legitur in canticis. j. cap. Meliora sunt vbera tua vino fragrãtia vnguentis optimis. Qui sapore confortat in gustu: quia panis quem ipse dat, caro sua est, pro mundi vita, omne delectamentum habẽs, & omnis saporis suauitatem. Hinc est enim, qui de quinq; panibus & duobus piscibus quinque
10 millia hominũ saturauit. Triplex † autem est in hoc flore materia: aurum, videlicet muscus, & balsamũ: quia triplex est in Christo substantia, deitas, corpus, & anima. Sed balsamo mediãte muscus auro coniungitur, quia anima mediante corpus coniungitur deitati. Diuina enim natura tantæ subtilitatis est, vt corpori de limo terræ formato non congrueret vniri, nisi rationibili spiritu mediante. Rursus flos ipse aureus est, quia Rex regum, & Dominus dominantium, cuius rubor apparuit in insigniis passionis, & odor in gloria resurrectionis. Huius floris baiulus est vicarius Sal
11 uatoris. Romanus † verò Pontifex successor vtiq; Petri & vicarius

Cantic. 2. *Esa. 11.* *Psal. 44.* *Cantic. 1.*

Iesu Christi qui hunc florē fidelibus populis demōstrat: non omni tempore, sed in hac dominica tantum quæ septima est ab illa, quæ septuagesima nuncupatur: quia Christus nō in qualibet hora, sed in septima tantum ætate videtur ab illis qui beata requie consolabuntur. Rursus in vrbe ostenditur non alibi quā apud basilicam: quę sanctæ crucis in Hierusalem appellatur: quæ supernę Hierusalem typum obtinet, & speciē repræsentat: de qua dicitur in epistola hodierna. Illa, quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra: in qua Christum angeli sancti, & beatæ animæ contemplantur ad quā meritò dicitur: Lætare Hierusalem, & conuentum facite omnes, qui diligitis eam: quasi dicat, vos catholici, non hæretici. Differt autem hodierna statio, ab illa, quæ fit ibidem in secunda dominica aduentus, quia illa futuræ beatitudinis est annuntiatio: hæc quasi præsentis contemplatio. Vnde & festiuius agitur: quia spei nostræ festiuitas est. Hac etiam die Christianus coronatur Imperator: vt semper coronæ supernæ Hierusalem meditetur. Dauid ter in regem vnctus est: vt dicetur sub dominica post ascēsionem. Hæc ergo dominica priuilegiata est: quia repræsentat licentiam redeundi de seruitute ad libertatem populo Israëlitico concessam, & lætitiam ex hoc habitam.

SVMMA.

1 *Feriæ secundæ in quadragesima, dominicæ secundæ, ratio.*

De secunda feria. CAP. LIIII.

SEcunda feria est † de iudicio. Vnde in epistola, Venerūt duæ, &c. 3. Reg. 3. c. agitur de iudicio Salomonis duabus mulieribus de puero contendentibus: extra de præsumptio. c. j. Mulier vna quæ dixit, q̄ diuidatur puer: est synagoga; quæ diuidi conata est puerum Iesum: alia mulier, quæ dicit: detur ei infans viuus, est ecclesia. Vnde in responsorio petit hæc mulier puerum. Esto mihi in Deum protectorem, id est, petit sibi dari Christū. Euangelium: Prope erat. Ioan. 2. c. similiter est de eiectione vendentium, & de iudicio: vbi habetur quòd non credebat se Iesus eis, quia nixi sunt eum interficere: postea sequitur de passione sua: Soluite, id est, soluetis templum hoc, & in triduo excitabo illud: sciebat enim quid facturi erant. Quia verò ex passione Domini est omne gaudium, ideò in offertorio cantat ecclesia: iubilate. In introitu autem petit iudicari: sed prius petit misericordiam: Deus in nomine tuo saluum me fac, scilicet per misericordiam: & in virtute tua iudica me, & est quarti toni: quia ibi habetur, Ab insurgentibus in me libera me, id est ab inimicis, qui quatuor modis, sicut dictum est sub dominica insurgunt contra nos: & ideò sicut dominica fuit de misericordia, ita secunda feria est de iustitia.

Psal. 60.

Psal. 53.

SVM

SVMMA.

1 *Feria tertia Dominicæ quartæ quadrageſimæ de quo agatur: tum de Epiſtola. num. 2. tum de euangelio. nu. 3.*

De tertia feria. CAP. LV.

1 TErtia † feria eſt de oratione, id eſt, de efficacia orationis: quæ ſcilicet ſit ſalua iuſtitia: quod oſtenditur in epiſtola: Locutus eſt, &c. quæ eſt Exod. 32. c. vbi ſequitur: Dimitte me, vt deleã eũ: & Moſes orauit pro populo: & Dominus dimiſit peccatum ſalua tamen iuſtitia: quia reſeruauit ſibi vindictam. Vnde & ſi propter illud peccatum, quod commiſerunt in Chriſtum præcipuè puniantur: tamen & propter illud, q̃ commiſerunt tunc, ſcilicet adorando vitulũ: vnde dicit Dominus in euangelio: Implete menſuram patrum veſtrorũ, quia verò tam efficax eſt oratio: ideò in introitu dicit eccleſia: Exaudi orationem meam, &c. verſus: Contriſtatus ſum in exercitatione mea. Contriſtatus enim fuit pro dilatione patriæ, & incolatu miſeriæ. Quia verò exercitatio Chriſtiani eſt in coërtione à petulantia, & laſciuia quinque ſenſuum, idcirco quinto reſonat hunc introi. eccleſia. Et ſequitur epiſtola. *Mat. 23.*

2 Locutus † eſt, &c. in qua ſicut dictum eſt impetrauit Moſes dimiſſionem peccati ſalua iuſtitia: & vt filij eorũ mererẽtur intrare terram promiſſionis: ideò in reſponſorio orat Eccleſia, vt mereatur ipſam impetrare filiis ſuis, vt intrent terrã promiſſionis, licet adorauerunt vitulum conflatilẽ, id eſt venerati ſunt laſciuiã & pompam mundi, dicẽs: Exurge domine fer opẽ nobis. & verſus: Deus auribus noſtris audiuimus, quoniã tu liberaſti eos, & condonaſti eis, ſimiliter & fac nobis ſpiritualiter. Poſtmodũ ſequitur euange- *Pſal. 43.*

3 lium: † Iam die feſto Ioan. 7. c. de obſtinatione Iudæorũ, qui dicebant: Quomodo hic literas ſcit cum non didicerit: & dixit dñs Moſes dedit vobis legem & vos vultis me interficere: quaſi dicat contra legem veſtrã vultis facere & facitis: & dixerũt, dæmoniũ habes. Ecce quomodo obſtinati fuerunt, & hoc eſt q̃ in epiſtola habetur: Receſſerunt citò à via, quam oſtendiſti eis. Eccleſia verò oſtendens ſe nõ conſentire peccatis: dicit in offertorio: Expectãs expectaui Dominũ: oſtendens ſe expectare Chriſtũ vſque ad finẽ. Et quia benè expectat, qui à laſciuia quinque ſenſuum abſtinet: ideò quinti toni eſt. Per hanc autẽ ſpem reducitur nouus populus in terram promiſſionis: vnde ſequitur poſtcõmunio. Lætabimur in ſalutari tuo, & eſt primi toni, quia omnis lætitia à Deo eſt. *Pſal. 39.* *Pſal. 32.*

SVMMA.

1 *Feria quarta dominicæ quartæ quadrageſimæ quid tractet.*

2 *Scrutinium, quid.* 3 *Scrutinium qua ſolennitate fiat, & num. 6. Et quo tempore, quáve hebdomadá num. 4.*

6 *Scrutinium cur fiat quarta feria quarta dominicæ quadrageſimæ.*
7 *Frons ſedes eſt pudoris.* 8 *Scrutinij cæremoniæ explicantur.*
9 *Eccleſia quid adhibeat circa ſcrutatos.*
10 *Scrutinium populo annuntiandum. Et quæ forma ibid.*
11 *Lectiones duæ leguntur in quarta feria quartæ dominicæ quadrageſimæ.*

De quarta feria. CAP. LVI.

SEquitur † quarta feria: quæ eſt catechizandorũ: qa in ea die 1
ducuntur ad eccleſiã catechumini & catechizãtur. i. inſtruũtur: & hoc eſt tertiũ ſcrutiniũ: vt iam dicetur. Vt aũt ſeruiamus cõſuetudini Eccleſiæ Italiæ: quæ ſcrutinij ſolennitatẽ obſeruat, & iuribus de illo loquẽtibus & qa etiã quædã de his, quæ de illo fiunt, vbiq; in baptizãdo ſeruãtur, ideò aliqua de illo dicamus: videlicet quid ſit ſcrutiniũ, & vnde dicatur: & vnde originẽ traxit: quãdo & quoties, & quare in temporibus ſtatutis fiat: quid in eo fiat vſq; ad exorciſmũ: & quid ab exorciſmo vſq; ad Eccleſiæ ingreſſũ: & quid ab ipſo ingreſſu, vſq; ad finẽ: & quare hęc omnia fiant: ſubſequenter verò de officio miſſæ huius diei dicimus.
Scrutiniũ † nihil aliud eſt, q̃ fidei & religionis Chriſtianæ in- 2
quiſitio. Eſt enim quaſi quoddã iter ſeu pręparatio ad baptiſmũ: & dicitur à ſcrutado. i. inquirẽdo: qa fidei religionis inquiſitio fit in eo. vnde originẽ traxerit, iam dicetur. Incipit aũt fieri ſcrutiniũ in quarta feria tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ: ſed in hac quarta fit ſolenne. Fiebãt enim in primitiua eccleſia ſeptẽ ſcrutinia: duo. ſ. in quarta feria, & ſabbato tertiæ hebdomadæ: & duo in hac quarta feria, & ſabbato huius quartæ hebdomadæ: & duo in quarta feria, & ſabbato quintæ hebdomadæ: & vnũ in quarta feria vltimæ hebdomadæ: in qbus adulti qui venturi erãt ad baptiſmũ, docebãtur orationem dominicã, & ſymbolũ: vt in ſequẽti tunc ſabbato, in quo baptizãdi erãt, vtrunq; ante baptiſmum ſcirẽt & adhuc hodie in quibuſdã Eccleſiis ſeptẽ fiunt ſcrutinia, propter ſeptiformẽ gratiã ſpiritus ſancti. Sed tertium videlicet hac die ſolenniſmũ, & in omnibus Eccleſiis ordinẽ Romanũ ſequentibus. † In quolibet ſcrutinio dicitur miſſa ſcrutinij, videli- 3
cet, Dum ſanctificatus fuero: de qua iam dicetur. Dicuntur etiã propriè collectæ pro catechuminis. vt Omnipotens ſempiterne Deus, Eccleſiam tuam iter remedij, &c. Sed quæritur, quare tertiũ ſcrutiniũ ſit ſolẽne: & nõ primum nec ſecundũ? Reſpõdetur ad notandum, q̃ nec prima ætas. i. infantia: nec ſecunda, id eſt, pueritia, ita apta eſt ſeruitio Dei, ſicut illa, in qua maximè diſcretio boni & mali haberi incipit: & in qua contra carnẽ pugnatur. Inde eſt etiam, quod non prima tribus, id eſt, tribus Iuæ,

nec

nec ſecunda.i.tribus Symeon:ſed tertia.i.Leuitica,ſacrificiis Domini eſt deputata:ſed nec in primo libro pentatheuchi,nec in ſecundo agitur de ſacrificiis,ſed in tertio,prout dictū eſt in præcedenti dominica:fit ante ſcrutinium in hac † ſeptima hebdomada à ſeptuageſima,quia dum Iudæi fuerūt in Babylonica captiuitate,miſti fuerūt inter eos,quidā de gentilibus:vnde poſt eorum reditū ignorabatur de pluribus,vtrū eſſent Iudæi vel non:quidā etiam dicebāt ſe fore de Leuitica tribu,qui nō erant:& ſe ſacerdotes,qui non erāt.Ideoq; Eſdras & alij ſapiētes genealogias diligenter ſcrutati ſunt:& Iudæos à gentilibus,& Leuitas à nō Leuitis ſegregauerunt:ita & nos in hac ſeptima hebdomada, quæ finem illius ſeptuageſimæ Babylonicæ captiuitatis ſignificat, ſcrutinium facimus:vt credētes ab incredulis ſegregemus, quos in ſacroſancta ſolennitate redēptionis noſtræ ex aqua & ſpiritu ſancto renouamus.Non enim in primitiua eccleſia alio tempore baptiſma celebrabatur, niſi fortè mortis periculo imminēte. Omnes igitur eccleſiæ proli,quā per anni circulum verbi pabulo generabāt,hac die nomina ſua dabāt:in quibus perſcrutandū erat ne qua radix amaritudinis ineſſet:vt in hæreticis,ne prius illis ſancta darētur,q̄ Chriſtiana fides radices in eorum mētibus fixiſſet.j.q.vij.quoties.de conſe.d.ij.ego. Vnde nominibus datis quilibet eorū per dies ſequētes vſq; ad Paſcha fidei regulam audiebat:& ſic lactatus,& grandeſcēs in pleniluniō.i.in baptiſmo plena fide ſymbolum reddēs Chriſto in baptiſmo cōmoriebatur,& reſurgebat.Porrò in hac.iiij.feria fit ſcrutinium propter
5 multa. † Primò,quia ipſa præfigurata eſt à quarta ſeculi ætate, quæ fuit à Dauid vſq; ad trāſmigrationē Babylonis. In qua non ſolum Iudææ gentis inchoatū eſt imperiū,verūetiam Chriſti & Chriſtianorum regnū ex promiſſione ſumpſit exordium,iurāte Domino Dauid:De fructu ventris tui ponā ſuper ſedem tuam: ideoq; meritò in hac feria catechumini ad Chriſti nomen accedunt & Chriſtiana religio in ea initium capit.Secūdò,quia ſicut in quarta feria ſtellæ creatæ ſunt, & in cœlo Soli & Lunæ coniunctæ:ita & fideles hodie concipiuntur,quæ Chriſto Soli & eccleſiæ Lunæ coniunguntur:& in cœlo.i.in patris regno iam ſplēdent in ſpe:& in futuro ſplendebunt in re. Tertiò, quia ſicut in quarta ætate ædificatum eſt templum Domini per Salomonē: ſic & in hac iiij.feria præparamus baptizandos:vt ſint templum Domino.Quartò,quia in quarta feria cœpit noſtra redemptio, in qua proditus eſt Dominus à Iuda, vt pro redimenda eccleſia moreretur:ideò & in quarta feria iſti præparantur, vt effectum percipiant redemptionis. Quintò, quia agnus. xxiiij. diebus

Pſal.88.

obſeruabatur & præparabatur: & luna quintadecima immolabatur, decet, vt eccleſiæ noua ſoboles quæ ad cõmoriendũ Chriſto in baptiſmo præparatur: diebus quindecim anteriori ieiunio ſpiritualiter ſaginata, ætati lunæ quæ illã ſignificat, exęquetur. Sextò quia quarta hominis ætas. ſ. iuuentus, per quartã feriam ſignificata, apta eſt præliis & gubernaculo imperij: & ideò catechumini præparãtur in iiij. feria ad præliũ cõtra diabolũ, & ad regnũ & imperiũ regni Dei. Hoc † aũt ordine ſcrutinia celebrantur, quoniã à principio vſq; ad exorciſmũ hæc fiunt. Primò quidem, fit nominũ baptizandorũ per acolytũ deſcriptio, & eorũ per nomina in eccleſia vocatio. Secundò, maſculorũ ad dexterã, fœminarũ ad ſiniſtrã, ad ianuã eccleſiæ vbi fidẽ petũt, reductio. Tertiò, per exorciſtã gemina interrogatio, vna de renũtiatione diaboli: alia de fide Chriſti. Quartò, dæmonis exufflatio. Quintò, crucis in frõte expreſſio. Sextò, dicitur oratio. Septimò fit in ore ſalis impoſitio. Quod igitur nomina per acolytũ ſcribuntur ex quo ipſe etiã notarius dictus eſt, ſignificat q; nomina fideliũ in
Phil. 3. libro vitæ ſcripta ſunt. Quod nominatim vocãtur, ſignificat vocationẽ fideliũ ad vitã æternã. Cæterũ, ianua, Chriſtus eſt. Ducũtur igitur credituri ad ianuam i. ad Chriſtum qui de ſeipſo dicit:
Ioan. 10. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Quod verò maſculi ponũtur à dextra, & fœminæ à ſiniſtra, deſignat q; viriliter agẽtes à dextris, & effœminati à ſiniſtris in iudicio ſtatuuntur: quod abrenũtiant diabolo: per hoc ſe à iugo eius, cui ex originali fiunt obnoxij ſubtrahunt: per hoc enim, q; fidẽ Chriſti confitentur, iugo Chriſti ſe ſubiiciunt. Dæmonis exufflatio, eſt poteſtatis eius debilitatio. Crux, quæ imprimitur fronti, eſt vexillũ noſtrum, quo diabolum vincimus: nõ fit aliud ſignũ, niſi crux: vt in hoc ſolo ſigno diabolus ſciens ſe eſſe victũ, cõtremiſcat & fugiat. † Fit aũt in ſede pudoris. i. in fronte: ne erubeſcat fidelis cõ- †
fiteri dominũ ſuum eſſe crucifixũ. Oratio cõtra diabolũ, eſt munitio: Sal in ore poſitũ, eſt ſapientiæ condimentum. Hæc plenius dicta ſunt in parte prima ſub titu. de vnctionibus, & dicetur ſub ſabbato ſancto. Nunc dicenda ſunt, quæ ab exorciſmo, vſque ad ingreſſum eccleſiæ fiunt. Primò, diabolus exorcizatur, & ter repetuntur verba illa: Audi maledictè diabole, &c. Secũdò, maſculi ſeorſum ponũtur. Tertiò, ad monitionẽ diaconi capita inclinant catechumini: & ſuper eos oratio dominica & ſymbolum dicitur. Quartò à ſacerdote aures & nares illorum ſaliua tangũtur. Quintò, ab acolyto illuminãtur. Sextò, à diacono Euangeliũ ſuper eos dicitur. Septimò, per oſtiarium in eccleſiã introducũtur.

† Primò ergo exorcizatur diabolus, id eſt, adiuratur, vt à fideli- †

bus

bus recedat. Ter repetũtur volatilia. Audi maledictè diabole &c. quia in confessione trinitatis diabolo resistitur. Sursum masculis, & deorsum fœminis fit exorcismus: quia maioribus maiora, minoribus minora sunt proponenda. Quod ad admonitionem diaconi capita inclinant, significat, quod cum Deo cõmunicaturi acclamante diacono capita inclinabũt: & hæc ratio pro cõmunione habetur. Quod symbolum & dominicã orationem sacerdos super capita eorum dicit, notat ꝙ templum Domini contra diabolũ munit. Aures & nares saliua tangit, vt doctrinam de ore prędicatoris procedentem fideles libenter audiant, & ipsa eis benè redoleat, quoadusque spiritum habent in naribus, i. quandiu viuunt. Ipsorum illuminatio, est tenebrarum ignorantiæ & peccati, per lumen intelligentiæ effugatio. Euangelium quod super eos dicitur, est doctrina Saluatoris, qua instruuntur. Deinde per ostiarium introducuntur, quia post impletionem Euangelij: per ostiarium, id est, per spiritum sanctum in cœlestem patriam introducuntur. 9 Post hæc dicenda † sunt ea, quæ ab ingressu Ecclesiæ vsque ad missam fiunt. Primò, masculi ad austrum statuuntur, fœminæ ad Aquilonem. inde quatuor lectiones super eos leguntur: & quatuor initia Euangeliorum, deinde duo, vnus masculus, & vna fœmina in sanctuarium ab acolytis portantur: post, symbolum græcè super masculos, latinè super fœminas dicitur. His peractis ecclesiam ingrediuntur, & sic missa cantatur. Quod aũt masculi ad austrũ, & fœminæ ad aquilonẽ statuũtur: significat, quod fortiores hostibus tentationum obiiciendi sunt, & debiliores humiliter sunt erudiendi. Quod quatuor lectiones super eos leguntur, significat doctrinam quatuor Euãgeliorum, qua instruuntur. Vnde statim quatuor initia Euãgeliorum legũtur super eos, quasi cõgreget eos à quatuor partibus orbis. Quod vnus masculus, & vna fœmina portãtur in sacrarium, significat ꝙ de vtroq; sexu fideles ascendent in cœlum. Sed non ascendet, nisi vnus. i. in vnitate Ecclesiæ constitutus, sicut in probatica piscina non sanabatur, nisi vnus. Quod symbolum legitur super masculos græcè, & super fœminas latinè, per duas linguas, quibus symbolum legitur, omnem linguã intelligimus. Nã in græcis viguit sapientia, in latinis, scilicet Romanis, potentia: & ita per has duas tanquàm excellentiores omnem linguam intelligimus, quasi cum Apostolo ad Philipp. 2. c. dicamus, omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Expositionem orationis dominicæ, & symboli in 10 quarta parte, in suis locis exposuimus. † Et attende, quòd ante hanc quartam feriã in dominica, vel in secunda feria, est huius

feriæ ſcrutiniũ, populis annuntiãdum his verbis: Scrutinij diem dilectiſſimi fratres, quo electi noſtri diuinitus inſtruãtur, imminere cognoſcite: ideoq; ſolicita deuotione ſequenti.iiij.feria circa horã nonã cõuenire dignemini, vt cœleſtis myſteriũ, quo diabolus cũ ſua põpa deſtruetur, & ianua cœleſtis regni aperietur, inculpabili miniſterio peragere valeamus. In hac verò feria.iiij. finitis Miſſarũ ſolẽniis presbyter annũtiat, vt ſabbato proximo ad ſcrutiniũ reuertãtur, & ſic iterũ atq; iterũ annuntiat, donec ſeptem ſcrutinia celebrãtur. Sanè expleto ſcrutinio, dicitur Miſſa, vt præmiſſum eſt: in qua legitur lectio & epiſtola: quia baptizandus in duobus eſt catechizãdus. i. inſtruẽdus. ſ. nouo & vete. teſt. maximè in illis, quæ pertinent ad baptiſmum. † Rurſus quia inſtruẽdus eſt in fide, & in moribus, ideò duæ lectiones leguntur, de quibus in eis cũ ſuis reſpõſoriis diſputatur. Legitur enim de Philippo, q; Eunucho euãgelizauit Ieſum. Et ſecundũ Aug. euangelizare Ieſum, eſt, non tantum docere credẽda, ſed etiam, quæ ſunt peſt baptiſmum ſeruãda. In prima ergo lectione. ſ. ſanctificabo, &c. quę ſumpta eſt de Ezech. 36. de fide agitur vbi dicitur: Tollam quippè vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris, & effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis veſtris, & dabo vobis cor nouum. Fideles enim de variis terris congregati ſunt in eccleſia, & aqua ſalutaris baptiſmi ſuper eos effuſa eſt, quã ab vniuerſis peccatis & erroribus ſunt mundati: & datum eſt eis cor nouum, vt credant in Chriſtum. De hac lectione ſumitur introitus: Dum ſanctificatus fuero, &c. vel baptizatus dicitur cor nouum. In verſu aũt: Benedicã Dominum, &c. ſunt gratiarũ actiones de hac ſanctificatione: & eſt tertij toni, quia ſanctificatio pertinet ad trinitatẽ. Verum, quia per talem ſanctificationẽ fiunt homines filij, ideò ſubſequitur in graduali: Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos: quod eſt ſeptimi toni: propter septẽ dona ſpiritus ſancti, quę dantur in baptiſmo, vel quia ad hoc, q; quis verè credat in Chriſtum, neceſſe eſt, vt timeat Deum, ideò ſequitur ipſum graduale, vbi ſequitur de timore. Initium ſapiẽtiæ timor Domini eſt. Qui ergo radicem imponit credulitatis, eũ à timore inchoare oportet: Iuxta illud: A timore tuo Domine cõcepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. In ſecunda lectione, ſcilicet in epiſtola: Lauamini, &c. quæ ſumitur de Eſa. 1. c. agitur abũdanter de moribus, vbi dicitur: Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, &c. & poſteà concluditur: & venite & arguite me dicit Dominus. q. d. Si hoc feceritis, & vos nõ remunerauero, iure me tanquam iniuſtum redarguere poteſtis, item dicitur ibi: Lauamini. ſ. per baptiſm

Act. 8.

Pſal. 33.

Pſal. 110.

Eſa. 26.

ptiſmũ,& eſtote,id eſt, manete mundi,ſcilicet p pœnitẽtiam. Et q; poſſunt,oſtendit,dicẽs: Auferte malũ cogitationũ veſtrarũ,& ſi fuerint peccata veſtra,vt coccinũ,quaſi nix dealbabuntur, &c. Verum,qa illi q fidẽ veram & bonos mores ſeruãt, ad hæreditatem Dñi pertinere ꝓbãtur:idcircò ſequitur graduale: Beata gẽs cuius eſt Dñs Deus eius:populus quẽ elegit Dñs in hereditatem ſibi.Hi efficiũtur cœli q verbo,id eſt,filio Dei firmãtur, vnde ſequitur verſus:Verbo Domini cœli firmati ſunt,&c.Item,qa in talibus locũ habet beatitudo,ideò graduale illud eſt primi toni, qa beatitudo à ſolo Deo eſt. Ab his quoq; non diſcrepat euãgelium præcedens,ſcilicet,Præteriens Ieſus,&c. Ioan.9.cap.quod eſt de illuminatione cæci:quia cæci illuminantur in baptiſmo,vnde dicitur ibi:Lutũ fecit Dominus ex ſputo, & præcepit cæco,vt lauaret ſe in natatorio Syloë,id eſt, Chriſti,qui miſſus fuit à patre,id eſt,in baptiſmo,vel in doctrina Chriſti, de quo dicitur Gen.vlt. c.Nõ auferetur ſceptrum de Iuda,& dux de femore eius, donec veniat,q̃ mittendus eſt:Hebræus habet,Donec veniat Sylo,id eſt, Miſſus. Poſtmodũ,in gratiarum actione ſequitur offertorium ſecundi toni,propter illuminationem & confirmationem. Dicto autẽ offertorio, archidiaconus aſcendit pulpitum clamans alta voce: Si quis eſt catechuminus,exeat foras: prout dictum eſt in proœ.quartæ partis,& tunc omnes catechumini exeunt foras,& ſic fit ſepties prius,q̃ baptizentur, videlicet in quolibet ſcrutinio: quia qui non regenerati ſunt, nec inter Dei filios cõputari, nec Chriſti myſteriis conuenit intereſſe. Quidam tamen catechuminos ante Euangelium de eccleſia eiiciunt, quod non laudamus, cùm eis ſit Euangelium prædicandũ, ſicut & Apoſtoli primitiis gentiũ Euangelium prædicauerunt, ſed ſacrificiis intereſſe non debent:tum qa ſacerdos orat pro circunſtãtibus,quorũ fides Deo cognita eſt & nota deuotio:at iſti nondũ fideles vocantur.tum qa quod cõficitur,fidelibus porrigitur,in poſtcõmunione vero agit gratias cæcus de illuminatione ſua: dicens,Lutum fecit Dominus ex ſputo.Ioan.9.& eſt primi toni:quia ad locum, vnde exeũt flumina,reuertuntur,vt iterum fluant:ſic autem recognoſcendo bona debemus agere Deo gratias. Hæc autẽ quarta feria in hoc priuilegiata eſt,quia in ea leguntur duæ lectiones pro eo,q; in ſequenti ſabbato ordines celebrantur.Item quia hac die ordinandi examinantur. Item quia hac die fit ſcrutinium baptizandorum in ſabbato Paſchali:vt præmiſſum eſt.

Pſal.32.

S V M M A.

1 *Feria quinta quarta Dominica quadrageſimalis.Et Miſſa introitus.*

2 *Epiſtola allegorica expoſitio.*

De

De quinta feria. CAP. LVII.

QVinta feria † ostendit, ꝙ non est sanctificatio, nisi à Deo: vnde introitus est: Lætetur cor quærentium Dominum: & *Psal.104* post: Quærite faciem eius semp: & est secũdi toni: quia quæritur, vt habeatur: & posteà, vt amplius habeatur. Quantò enim magis habetur, tantò magis quæritur. Epistola verò: Venit mulier, &c. 4. Reg. 4. c. Et est de resuscitatione filij mulieris Sunamitis, quẽ resuscitauit Hælisæus: & incuruauit se sup puerum, & pueri qualitati se cõformauit: puer verò septẽ oscitationes emisit, & est resuscitatus. † Nempè Sunamitis interpretatur captiua: filius eius genus humanũ, quod dicitur puer, propter paruitatẽ sensus: baculus de quo ibi dicitur, est lex, quæ percutit, dicens, Oculum pro oculo, &c. Quæ neminẽ ad perfectionẽ ducit, Heb. 7. Helisæus verò, id est, Christus inclinauit se super hunc puerum, id est, exinaniens se factus est ei similis, & resuscitatus est. Sed oportet, vt septem oscitationes emittat. Prima, est fidei, quia sine fide non *Mar.9.* est introitus. Primò enim, veritati debet quis credere, & omnia *Mat.8.* possibilia sunt credenti. Domine, inquit leprosus, si vis, potes me mundare: & dixit: Volo, mundare. Secunda oscitatio, est timor. Tertia, est dolor de peccatis, quia misericordia non fit sine iustitia. Quarta, propositum confitendi. Quinta, est propositum satisfaciendi. Sexta, propositum de cæterò non peccandi: ꝙ scilicet, non offendat Deum creatorem suum, & omnia ista debent fieri in spe vitæ & gloriæ. Vnde spes est septima oscitatio. Responsorium est: Respice in testamentum tuum: & pòst Exurge, id est, fac nos exurgere: & est quinti toni, propter quinq; sensuũ reparationem siue inuocationem. Euangelium verò: Ibat Iesus, &c. Luc. 7. cap. Est de resuscitatione filij viduæ: cui dixit Dominus: Adolescens tibi dico, surge. In quibusdam tamen Ecclesiis dicitur illud Euangelium: Sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, &c. Sequitur offertorium: Domine ad adiuuandum, &c. Septimi toni, propter septem oscitationes, in gratiarum actiones. Postcommunio verò est de æterna beatitudine, scilicet Domine memorabor iustitiæ tuæ: cui competit dare æternam beatitudinem, quæ erit octaua resurrectionis.

SVMMA.

1 *Feria sexta Dominicæ quartæ quadrag.*

2 *Euangelium, Erat quidam, &c. Ioan. 11. semper legitur in sexta feria Dominicæ quartæ quadrag.*

De sexta feria. CAP. LVIII.

SExta † feria prorsus idem dicit, quod quinta: & est introitus: Meditabitur, &c. Versus: Cœli enarrant, id est, sancti: & est

prim

primi toni, quia in solo Deo ponit spem. In Epistola: Ægrotauit, &c. 3. Reg. 17. c. ponitur resuscitatio filij viduæ ab Helia. Responsorium est: Bonum est sperare in Domino, supple: quia resuscitat, & est quinti toni, cuius ratio in præcedenti feria etiam dicta est. Sequitur euangelium: Erat quidam. Ioan. 11. c. De resurrectione Lazari: qui hac die resuscitatus est. Et offertorium in gratiarum exhibitionem: Populum humilem saluum facies Domine, &c. Primi toni, eadem ratione, quia scilicet in solo Deo sperandum est. In postcommunione verò habetur, ꝙ ad preces earum, scilicet Mariæ & Marthæ suscitatus fuit Lazarus. Videns Dominus flentes sorores Lazari, &c. Ioan. 11. c. Per quod significatur, ꝙ ad prèces sanctorũ suscitat Deus mortuos spiritualiter, dans eis primã gratiam, & ideò est primi toni, propter primã resurrectionem, scilicet animæ. † Et attende, ꝙ semper hac die, quæ est quintadecima à passione Domini legitur prędictum Euangeliũ, quia cõstat hac die Lazarũ suscitatum esse, de quo Euangelio sumitur respõsorium: Occurrerunt Iudæi, &c. Quod hodie in quibusdam ecclesiis cantatur, cui hodie congruè in Euangelio præmittitur dicta lectio de filio Sareptanæ mortuo, quem suscitauit Helias ponens eum super lectum: & expandens se tribus vicibus super eum. Nempè hæc mulier, est ecclesia, quæ fide suscipit Christum in hospitio cordis. Filius eius, est quilibet fidelis, qui moritur, cum morte dignum peccatum cõmittit. Lectus Heliæ, catholicam designat ecclesiam, quã solæ animæ reminiscuntur, dum per fidẽ trinitatis à morte resurgunt. Cætera, laudes, cõfessiones, & consolationes, sunt cuiuslibet hominis à peccatis resuscitati.

Psal. 17.

SVMMA.

1 *Sabbatum quartæ dominicæ quadrag. quid tractet.*

2 *Ordines conferuntur sabbato quartæ Dominicæ quadrag. Et cur ita.*

De Sabbato. CAP. LIX.

1 SAbbatum † verò de largitate Saluatoris est, vnde introitus est: Sitientes venite ad aquas, doctrinæ, scilicet & baptismi. Sequitur, & bibite cum lætitia: & hæc ad sabbatum mentis pertinent, & ostẽditur largitas Dei, qui paratus est largè dare cuilibet: & benignitas eius, vndè dicit: Venite bibere aquas, scilicet q̃ mũdificant, & sanctificãt gratis. Sequitur versus: Attẽdite populo meus, in quo ostẽditur, ꝙ etiã hoc de aquis doctrinę intelligitur: secũdi toni, propter mundationẽ animæ & corporis: & sumitur de Esa. Epistola est: In tempore placito exaudiui te. Esa. 49. c. Et pòst: Nũquid potest mulier obliuiscì infantẽ suũ? Ecce ostẽditur largitas vel charitas Dei erga nos. Posteà sequitur respons. Tibi derelictus est pauper in gratiarum actiones: quarti toni, propter

Esai. 60.

quatuor

quatuor virtutes per quas sanctificat. In Euangel.verò, quod est Ioan.8.c. De eadē largitate agitur,Ego sum lux mūdi.Non dicit, huius hominis,vel illius,sicut flos campi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.Ostendit ergo,quòd paratus est illuminare omnem hominē,qui sequitur ipsum. Cæterū,qui videt,currit:q currit,peruenit,exceptis superbis.Vnde sequitur. Tu de teipso testimoniū perhibes,testimonium tuum non est verum. Respōdit eis,scilicet Iudæis Iesus: Nónne scriptū est in lege vestra,q duorum hominū testimonium verum est:Videbant enim miracula, & ita pater erat testis eius: & relinquit eos Dns, quasi superbos disputatores,nō curant illuminari.Soli enim humiles illuminātur. Vnde sequitur offertorium: Factus est dominus,primi toni, quia solus Deus potest illuminare. † Quia igitur in hoc sabbato 2 ostendit ecclesia largitatē Domini,dātis gratiam in baptismo & in doctrina,quibus ex largitate Dei abundāter datur gratia: ideò fiunt ordines in illo die,& etiā quia imminet tēpus passionis Domini,in qua arctius se tenet ecclesia,ad significandū, q ordinati arctius se tenere debent,vt qui prius ebrij erāt,amodò sobrij sint, & iterum se dicunt immolare Deo hostiā sanctā,Deo placentē. Hoc etiam sabbato fit scrutinium baptizandorum, quia catechumini ad requiem æternā, quæ per sabbatū intelligitur, veniunt per baptismum. Vnde in quibusdam ecclesiis hodie duæ lectiones leguntur in Missa ex eadem causa,in quarta feria præcedēti.

SVMMA.

1 *Dominica de passione,eius officium.*
2 *Passionis officiū cur ecclesia auspicetur à Dominica quinta quadrag.*
3 *Hymnum,Vexilla Regu prodeunt, &c. cur ecclesia cant.t Dominica quinta in passione Domini.*
4 *Gloria patri,&c.cur tempore passionis intermittatur.*
5 *Sanctorum commemoratio, quare fiat Dominica quinta in passione. & nu. 6.*
7 *Missæ introitus,Dominica quinta in passione Epistola.nu.8.9.*

De Dominica.v.in passione Domini. CAP. LX.

SEquitur Dominica in passiōe Domini,scilicet de Cruce.† In- 1
cipit autem huius celebritas passionis à fine sabbati,id est,à vespera lucem huius dominicæ præcedente,quia Lazaro in præcedenti sexta feria suscitato quidā de Bethania abierunt ad Pharisæos, narrantes eis miraculum: & cùm in illa sexta feria fuerit ὑστμνία, id est,prima dies mensis,ad sanctificationem,multi Iudæi,Pontifices,& Pharisæi conuenerant ibi: quia † audientes si- 2
gnum, mox,vt ait Ioannes, hoc est in sabbato collegerunt concilium aduersus Iesum:& ex illa die cogitauerunt,vt interficerēt

eum

eum: ac deinceps Iesus non palàm ambulabat apud eos, quia non dum venerat hora eius: ideó q; in vespera sabbati, quasi post horã eiusdem concilij publicum luctũ incipit ecclesia suo cõpatiens Domino, vt capiti membra: & extunc lugendo recitat vexillum Regis: misterium crucis, accetũ, fel, & arũdinem, clauos, & lanceã perforati corporis, diem passionis, rationes patiẽtis, & illusiones inimicorum, & insidias eorum: hæc & his similia in vesperis & nocturnis plangit officiis: quæ de authẽticis veteris & noui testamentorũ sunt cõgesta scripturis. Præterea, post præcedentium septem dominicarũ ordinatissimam dispositionem, quibus, vt præmissum est, septem mundi ætates figurãtur: quia omnes sunt Domini passiones redẽpti, meritò ipsius dominicæ passionis celebratio inchoatur, & quasi longa funeris pompa præmissa demum sequitur ipsa salutis nostræ victima, ingerens oculis ea quæ pro nobis pertulit vulnera & mortis insignia. †Rursus ideò ecclesia cantat: Vexilla Regis prodeunt, &c. vt si fortè aliqui sunt lapsi veniant ad vexillum, quod omnes amaritudines facit esse dulces: quod significatum est per lignũ proiectũ in aquas Marath. Semper enim & maximè isto tempore debemus habere in memoria dominicam passionem. Vnde in Cantic. Fasciculus myrrhæ dilectus meus, mihi inter vbera mea cõmorabitur: quia memoria passionis dominicæ secum non patitur amaritudinem peccati. Ideò autem spiritualiter duabus septimanis ante Paschia passio Domini recolitur. Primò, quia ipse à duobus & pro duobus populis passus est. Secũdò, quia duo testamenta per duas hebdomadas exprimimus: vetus, quod prædixit Dominum passurũ: & nouum, quod ostendit ipsum passum. Tertiò, quia in duobus huius seculi temporibus, scilicet ante legem, & sub lege, eadem passio vaticinata est: Quartò, vt hæ duæ septimanæ reducant nobis ad memoriã murmurationem eorum, qui ante legem, & sub lege in inferno fuerunt, vsque ad tempus gratiæ: quod in tertia hebdomada, scilicet Paschali significatur. Ab hac nanq; die qua gloria patri dimittitur, duæ sunt hebdomadæ vsque ad Pascha. Tunc verò tertia est, in qua restauratur omnis dimissa glorificatio. In tertio enim tempore, quod fuit sub gratia, omnia beneficia, quæ patres nostri expectauerunt in ecclesia redduntur.

Exod. 15. *Cant.* 1.

† Ideoq; autem gloria patri dimittitur, quia ille versus ad laudem pertinet trinitatis, quæ fuit in passione Domini, quam ab hac die repræsentat dehonestata. Constat enim quòd Christus, qui est secunda in trinitate persona, fuit dehonestatus. Sed in resurrectione, Gloria patri resumitur: quia per resurrectionẽ fuit gloria immortalitatis glorificatus. Sed certè hęc protestatio fuit

ſpecialiter in crucifixione: vnde poteſt dici, ꝙ Gloria patri, pro nunc tacetur propter humilitatẽ, ꝓ quã ad Chriſti paſſionem perueniendũ eſt, & qa Dominus ſe abſcondit. Et eſt aduertendũ, ꝙ tacetur in introitibus & reſpõſoriis: quia illa ſunt de paſſione: & in Venite exultemus Domino. In pſalmis verò & hymnis, non: qa Pſalmus ſignificat operationem. Ipſum enim non perſequebantur niſi linguis, tractando de nece ipſius: nec ipſe bonum deſiit operari. Non ergo tacetur in totum: quia remiſſio debet eſſe luctus, eò ꝙ non ſtatim poſt habitum conſilium de nece eius, traditus eſt agnus in manibus impiorum. Sed in triduo ante Paſcha omnino tacetur, quoniam tunc maximè S. Trinitas dehoneſtata eſt, licet enim ante dies illos de nece Domini ageretur: tunc ta-
Eſai. 53. men vapulat, ſpuitur, alapatur, & crucifigitur. Vnde Eſa. Et vidimus eum non habentem ſpeciem neq; decorem. Vel quia tunc ſepulturã Demini celebramus: quę maximè fuit eius humiliatio. Ab hac etiã dominica in quibuſdã eccleſiis tacetur ad primam: Chriſti fili Dei viui, tum quia ex tunc eccleſia eius mortem & paſſionem repræſentat, tum qa ſecundũ Iudæorum reputationẽ non poterat aliis miſereri, qui ſeipſum ſaluum facere non poterat. De hoc dictũ eſt in v. parte ſub tit. de prima. Nam fiunt etiam ſpirituales cõmemorationes de ſanctis, neq; de pace ab hac dominica, vſq; ad ſabbatũ poſt Penteco. quãuis poſt laudes dicatur: Pretioſa in conſpectu domini, &c. Ad primam oratio: Domine Deus omnipotens, &c. † In quibus cõmemoratio generalis fit de § ſanctis. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ cõmemoratio ſanctorũ duplici ex cauſa fieri cõſueuit; videlicet ad recolendũ eorum ſanctitatis meritum, & impetrãdum patrocinium nobis ſalutare: quæ duo diligentiſſimè in Chriſto, noſtro capite, paſſionis & reſurrectionis ſuæ tempore nobis attendenda monſtrantur, quia paſſionis ſuæ tempore præbuit eximiũ humilitatis & ſanctitatis exem-
1. Ioan. 2. plum. Poſt reſurrectionẽ verò ſuam apud patrẽ; ſicut teſtatur Ioãnes noſter, aduocatus factus eſt ſingularis. Vt igitur noſtra intẽtio illo præcipuo tempore feratur in ſuæ ſanctitatis exemplum, & in illo ſpes noſtra ſolùm eleuetur, ad vnicũ eius & ſingulare refugium, & patrociniũ: idcirco conuenienter tunc illorũ ſanctorum ſpecialia ſuffragia dimittũtur. Hinc etiã eſt, ꝙ quædã eccleſiæ omittunt poſt primam dicere: Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorũ eius, &c. Incipientes ibi: Deus in adiutoriũ meum intende, &c. Et in illa etiam oratione: Domine ſancte pater omnipotens, &c. Quæ dicitur ad primã, prætermittuntur verba illa: Per interceſſionẽ beatiſſimę virginis Marię, & omniũ ſanctorũ. Qui verò dicunt: Pretioſa, aſſerunt illud, quod non eſt hora nec

pars canonicæ horæ: prout dictum est in v. parte sub tit. de prima. Fit autem aliqualis † & generalis sanctorũ cõmemoratio in eccle sia, quia propter eorum multitudinẽ, & nostrã imbecillitatem, de ipsorum quolibet, sicut debitũ esset, solennizari non potest. Et ex hoc etiam apparet, quare omittitur commemoratio de pace: quia sicut ait Apost. ad Colos. 1. Christus pacificauit per sanguinẽ crucis eius siue, quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt: & post resurrectionem suam pacem discipulis suis annuntiauit: & cum eis ipse, qui pax nostra est, continuè, vsque ad ascensionem suam conuersatus, tunc eis pacem suam dedit, dicens: Pacem meam do vobis: & in Pentecoste consolatorem mittere dignatus est. Incassum 7 ergo fieret commemoratio de pace. † Introitus autem incipit ab oratione Domini in passione: Iudica me Deus: & discerne causam meam, &c. In hoc enim instruxit nos in orando. Sequitur: Emitte lucem, &c. Quia qui videt præmia, fortis efficitur in pugna: & veritatem tuam, &c. Qui enim videt vera bona, de facili ducitur in æterna tabernacula: & est quarti toni, propter formã crucis, vel propter quatuor, quæ petuntur, scilicet iudicium, discretio, liberatio & fortitudo. † Epistola verò, scilicet Christus existens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius, &c. Quæ est ad Hebr. 9. c. Ostẽdit efficaciam passionis Christi. Per passionem eñ eius in æterna tabernacula ducimur: cuius memores esse debemus. Sed quia non omnes intrabunt, nisi qui faciunt eius voluntatem: ideò sequitur responsoriũ: Eripe me de inimicis meis, doce me, &c. Aliter enim non intratur in sancta sanctorum, & est tertij toni, propter liberationem à triplici inimico, per virtutem trinitatis. Posteà sequitur tractus, in quo conqueritur Dominus de inimicis suis, dicens: Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea: in Abel, & in aliis, & verissimè dicitur tractus: quia huiusmodi cogunt nos ducere vitam miseram, scilicet Alophyli & Philestæi, & est octaui toni: ad significandum, ꝙ huiusmodi tribulationes veniunt super nos, vt simus memores alterius vitæ, quæ erat in octaua ætate: quia ad Dominum, cùm tribularer, clamaui, &c. 9 Et Iob: Operuit confusio faciem eius. † Posteà sequitur Euange. Quis ex vobis, &c. Ioan. 8. c. in quo habetur contumelia Iudæorũ dicentium Domino: Dæmoniũ habes: & Dominus absconditse, vt expectaret tempus immolationis agni: & decima luna ostẽdit se, sicut decebat de agno fieri, vt habetur in Exod. 27. c. Ecclesia verò ostendit se esse cõtrariã eis, in offertorio: quasi diceret, ipsi dicunt Dæmoniũ habes: sed ego cõfitebor tibi domine, & est primi toni, quia soli Deo confitendũ est. Postcõmunio aũt est: Hoc corpus, &c. Luc. 22. c. & Mat. 26. & Mar. 14. & 1. Cor. 11. c. Et incipit

Ioan. 10.

Psal. 42.

eam sacerdos, ad ostendendum, q̃ magnus sacerdos sacrificium verus mutauit in nouum sacrificium: & est octaui toni, quia illud sacrificium est verum, q̃ perficietur in Paradiso, quando resurge
1. Cor. 3. mus. Et illud Apostoli verè implebitur: Omnia vestra sunt.

SVMMA.

1 *Feria secunda Dominicæ quintæ in passione, & officium. nu. 2. 3. 4.*

De secunda feria. CAP. LXI.

Gal. 5. SEcunda † feria est de crucifixione nostra, & maximè de ieiu- 1
nio, quia debemus crucifigere membra cum vitiis, & concupi scentiis, sicut præcedens dominica est de cruce. Sed quia non potest homo ieiunare, nisi liberetur ab inimicis visibilibus & inuisibilibus, diabolo scilicet & mundo, & malis hominibus: ideò ecclesia petit in introitu liberari ab inimicis, & est tertij toni, propter liberationẽ à triplici inimico. † Epistola verò est: Factum est 2
verbum. Ioan. 3. c. in qua inuitamur ad ieiunium per exemplum Niniuitarum, qui solius Ionæ vnica prædicatione ieiuniũ indixerunt, etiã iumentis, vt liberarentur à temporali subuersione: quanto magis non debemus pœnitentiam suscipere, ad vocem veri Ionæ, scilicet Christi & Apostolorum, vt à subuersione spirituali liberemur. In responsorio petit similiter liberari ab inimicis, & est versus: Deus in nomine tuo saluum me fac, tertij toni, propter virtutem trinitatis, & liberationem à triplici inimico. † Postmo 3
dum sequitur Euangel. Miserunt Principes. Ioan. 7. c. In quo dicit Dominus scribis & Pharisæis: Quid vultis me interficere? & loquitur de resurrectione sua, & ascensione, & spiritus sancti missione: propter hoc, vt illi, qui sunt in cruce, qui sustinent multa à malis, sicut ipse Dominus, semper habeant respectum ad fructum charitatis, vnde: Ascẽdam in palmam, vt apprehendam fructum eius. In offertorio: Domine conuerte, & eripe animam meam, &c. Petit liberari ab inimicis in anima. Et est sexti toni: quia liberatio animæ, perfecta liberatio est. Senarius enim numerus perfectus est. In post communione: Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ: attribuit Deo liberationem suam, &c. Et est tertij toni, quia ille est Deus trinitas, qui liberat. † Dicitur autem ad ho- 4
ras capitulum illud: Attende Domine. Hier. 18 cap. Et illud: Domine, omnes qui te derelinquunt. Ibidem. 17. cap. Et illud: Confundantur qui me. Quod est ibidem. & illud: Tu autem do. 20. c. Et illud: Dominus Deus aperuit. Esa. 50. c.

SVMMA.

1 *Feria tertia Dominicæ quintæ in passione inuitat ad patientiã. Et quod eius diei officium. & num. 2.*

De tertia feria. CAP. LXII.

Tertia

1 TErtia † verò feria ad patientiam inuitat, vnde introitus est: Expectabo Dominum, &c. Versus: Dominus illuminatio mea. Deus enim dat patientiam,& qui illuminatus est,patiẽtiam habet: & est septimi toni: quia patientia cõcinitur respectu quietis æternæ. Posteà sequitur epistola: Congregati sunt. Dan.3.c. In qua ostenditur effectus patientiæ,quia ibi habetur, quomodo Babylonij miserunt Danielem in lacum leonum,nec tetigerunt eũ: & missus est ei cibus à Domino per Abacuc:& significat q̃ per patientiam liberat nos Dominus à spiritualibus Babylonis,& quãdoque etiã liberat corporaliter,& dat vitam æternã. Iuxta illud
2 Apoc. Qui vicerit,dabo ei manna absconditum.† In respõsorio: Discerne causam meã de gente non sancta, &c. Petit liberari,ne succumbat. Deinde sequitur: Emitte lucem tuã & veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt. Ecce semper petit lucem,quam qui videt, patientiam habet, & sic liberatur. Et est quinti toni: quia petit liberari à tentatione quinque sensuum,vel ab inimicis, qui nocuerũt per quinque sensus. Intrat enim mors per fenestras corporis. In Euangelio verò: Ambulabat Iesus in Galilæã,&c. Ostenditur discretio bonorum & malorum, tempus verò bonorum erit in futuro. Vnde debet dicere patiens, sicut dixit Dominus: Tempus meum nondum est:& debet sperare in Domino. Vnde sequitur offertorium: Sperent in te,qui te nouerunt. Et quia semper sustinent malos: ideò in posteo in communione, Redime me Domine,&c. petit liberari: quæ est septimi toni,propter requiem,quę speratur.

SVMMA.

1 *Feria quarta Dominicæ quintæ in passione,liberationem à solo Deo ex-*
2 *Excenium,quid.* *petit.*

De quarta feria. CAP. LXIII.

1 QVarta feria † ostendit, quòd à solo Deo est liberatio, quia fidelis est Deus, qui non permittit nos tentari suprà illud, quod possumus sustinere. Vnde introitus est: Liberator meus. Et versus: Diligam te Domine,fortitudo mea,&c. Ecce ponit Deũ fortitudinem suam. Et est tertij toni,propter donum trinitatis & propter triplicem inimicũ. In epistola verò: Locutus est. Leui.19. cap. Enumerantur præcepta: vbi ostenditur Iudæos nõ obseruare illa in hoc,quod persequebantur innocentem;& omnes etiã, qui persequuntur bonos,non sunt timendi, quia sunt inimici Domini. Vnde ibi habetur: Non iniustè iudicabis. Et ideò in responsorio: Exaltabo te,&c. Petit liberari: quod est septimi toni, propter septiformem gratiam. In euangelio verò: Facta sunt. Ioan.10. O-
2 stenditur, quid fecerit Dominus † in encæniis: quia Iudæi tulerunt lapides,vt iacerent in eum;& dixit Dominus: Multa bona *1.Cor.10.*

opera feci vobis. Propter quod vultis me lapidare? Encænium, festũ erat dedicationis templi, hoc est, de reparatione ipsius à Machabæis; Sequitur: Et hyems erat, hoc erit in die iudicij, quando reparabitur verum templum quantũ ad bonos: & hyems malorum erit. Boni verò cognoscent Dominum, sicut in Euãgelio dicitur: Vos autem cognouistis me, quia pater in me est, & ego in patre. Et tunc plenè liberabitur ecclesia, sicut petit in offertorio; Eripe me Domine de inimicis meis, &c. Quod est septimi toni, quia tunc erit vera quies: vel propter gratiam septiformen: quia verò beatus erit, qui erit in illa quiete, quod non erit sine innocentia, ideò est postcommunio: Lauabo inter innocentes manus meas, &c. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam, id est, ad altare quietæ mentis, ad altare supernum. Quod est octaui toni, quia hoc erit in octaua ætate, sicut dictũ est. Quarta ergo feria, est de encæniis, id est, de dedicatione, quæ plenè fiet in futuro, quando ecclesia perfectè dedicabitur Deo.

SVMMA.

1 *Feria quinta Dominicæ quintæ in passione, quid immolet Deo. Et eius diei officium. num. 2. 4.* 3 *Ad fletum spiritualem duo prouocant.*

De quinta feria. CAP. LXIIII.

IN quinta feria immolat ecclesia hostias spirituales, per † quas 1
possit consequi illud gaudiũ, sed quia non impetratur misericordia, nisi confitendo iustitiam: ideò dicit in introitu cõfitendo iustitiam Dei erga nos: Omnia quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti. Daniel. 3. c. Si misisti tribulationes, benè factũ est, quia peccauimus tibi. Et posteà petit misericordiam. Da (inquit) gloriam nomini tuo, & fac nobiscũ secundũ multitudinem misericordiæ tuæ. Versus est: Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & est tertij toni, quia qui confitetur, debet cõfiteri tripliciter peccatum suum. In aliis tamen ecclesiis est versus, Beati immaculati. Idem habetur in epistola, quæ sumpta est de Dan. 3. c. Orauit Daniel, domi. Deus ne despicias, &c. Quia peccauimus. Et nõ est nobis sacrificium, &c. Ita enim dicebant filij Israël, quando erant in Babylone, sic & nos possumus dicere, quando sumus in peccato. Non est sacrificium, sed in spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur Domine à te. † In responsorio, Tollite 2
hostias, &c. Monet nos offerre hostias spirituales. Versus est, Reuelabit Deus condensa. Aliter enim non posset offerre spiritualiter, nisi Deus remoueat tenebras à corde. Et est quinti toni, quia talem oportet in quinque sensibus mactari. Vnde sequitur euangelium, Luc. 7. Rogabat Iesum, in quo habetur, quomodo B. Maria Magdalena impetrauit veniam lachrymis: quia quot

habuit

habuit in se oblectamenta, tot mactando se hostias spirituales ob tulit Deo in corpore suo. In offertorio: Super flumina, &c. Oste-
3 ditur † quomodo silendum sit, & quomodo oportet lugere. Duo enim sunt quæ hoc faciunt, scilicet memoria peccati præteriti, & recordatio cœlestis Hierusalem, quoniam quãdo homo suas miserias mundiriæ comparat Angelorum; flet super flumina Babylonis. Et est primi toni, quia hoc debet esse primum in memoria scilicet finis, propter quem sumus. In postcommunione orat, vt Dominus memor sit promissionum. Memento verbi tui seruo tuo, in quo spem mihi dedisti: & est octaui toni, quia in octaua ætate fiet illa dedicatio, in quibusdam tamẽ ecclesiis legitur Euangelium, vbi dicitur: Cùm quidam vellent apprehendere Iesum, & tamen nemo misisset manum in eum: dixerunt Pontifices ad ministros: Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri: Nun-
4 quam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. † Hac etiam die conuenienter legitur illud Euangelium, vbi dicitur quod reuersi sunt vnusquisq; in domũ suam. In offertorio verò dicitur: In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra: quia post hanc diem nullum Euangeliũ legitur: in quo Dominus Iudæis publicè prædicasse narretur: Ecce ergo illud diuinitatis organũ in illis salicibus, & fluctuosis hominibus Babylonis suspensum est.

SVMMA.

1 *Feria sexta dominicæ quintæ in passione, quid agat, quódve habeat officium. & num. 2.*

De sexta feria. CAP. LXV.

1 SExta feria est de passione, & orat Christus, dans †nobis in introitu formam orandi: Miserere, &c. Et est quinti toni: quia non potest fieri liberatio sine quinque sensuum cohibitione. In Epistola: Domine omnes, &c. Hier. 17. cap. Petit suam liberationem & inimicorum confusionem. In responsorio verò similiter conqueritur de inimicis: & maximè de hypocritis, qui pacificè loquebantur, &c. Scilicet cùm dicebant: Magister scimus, quia ve- *Mat. 22*
2 rax es: & tamen dolus erat in corde: vnde, Vide Domine, &c. † In Euangelio: Colligerunt Pontifices & Pharisæi, &c. Ioan. 11. c. Similiter dolus exprimitur, & dicitur ibi: Venient Romani & tollent locum nostrum & gentem, quia iam ablatum erat sceptrum de Iuda & dux de femore eius; & Pilatũ Præsidem Romanæ potestatis habebant. Quia verò vbi est dolus & crudelitas, ibi maximè indiget homo sapientia, vt sapienter respondeat: ideò in offertorio petit intellectum, vt possit respondere sine peccato: Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, &c. Et respondebo, sicut dicit Dauid. 3. Reg. Dimitte eum, vt maledicat mihi,

ſicut præcepit Dominus: Tales enim ſunt virga Domini. Vnde Auguſt. Vnde ſuperbiũt impij: quia eos facit pater meus virgam
Prou.25. ſuam. Et in Prouerb. Fili mi, ſtude ſapientiam, vt poſſis reſpondere ſermoni. Et eſt ſeptimi toni, propter ſpiritus ſancti gratiam ſeptiformẽ. Poſtcommunio quoque: Ne tradideris me, &c. Eadem ratione eſt ſeptimi toni, in qua petit liberari.

SVMMA.

1 *Sabbatum vacans. Et vnde hoc nomen ſortitum.*

3 *Sabbatum vacans, in quo ſit priuilegiatum.*

De Sabbato. CAP. LXVI.

SEquitur ſabbatum † quod dicitur ſabbatum vacans, ſicut & 1
ſecunda dominica quadrageſimæ. In hoc enim ſabbato intendere conſueuit Dominus Papa pauperibus Chriſti dando eleemoſynam, & mandatum celebrando: tum quia in cœna Domini propter officij magnitudinem hoc facere non poterat: tũ quia
Ioan.12. ſicut dicit Ioan. Ante ſex dies Paſchæ venit Ieſus in Bethaniam, & factum eſt conuiuium in domo Mariæ & Marthæ vbi fuit Lazarus, quem dominus ſuſcitauit: & tunc Maria vnguento nardo piſtico vnxit pedes Ieſu. Apoſtolicus ergo in memoriam eius, quod illa deuotiſſimè egit, facit membris Chriſti quòd ipſa capiti fecit, vt pedes Ieſu vnguendo, id eſt, domini veſtigia ſectando, & capillis tergendo, id eſt, ſuperflua pauperibus erogando, vt impleatur domus odore vnguenti, id eſt, mundus impleatur bona fama. Quia ergo hac die circa præmiſſa charitatis opera exercenda occupatus eſt: ideò vacat † hoc ſabbatum à proprio offi- 2
cio, & mutuò accipit à quinta feria antecedenti. Vel in quibuſdam eccleſiis à ſabbato antecedẽti. Sitientes venite ad aquas. Le-
Eſa.48. gitur epiſtola de Hiere. 18. cap. Dixerunt impij, &c. In qua ſunt malæ cogitationes, quæ præceſſerunt paſſionem: Venite, cogitemus contra iuſtum cogitationes: & poſteà percutiamus cum lingua. Tales autem non habent ſabbatum, quia non eſt pax impiis: dicit Dominus. In Euangelio verò: Subleuatis, &c. Ioan. 17. cap. Rogat pro ſe, & pro diſcipulis, & pro omnibus fidelibus vt habeant ſabbatum, quod erit per vnitatem & charitatem in futuro: quando vnũ erimus, ſicut pater & filius ſunt vnum, id eſt, in maiori approximatione, quæ poſſit eſſe illi vnitati, quia pater & filius vnum ſunt. In aliis verò eccleſiis legitur Euangeliũ: Cogitauerũt autem. Ioan. 12. c. In quibuſdẽ tamen eccleſiis legitur Euangelium
Ioan. 6. de proditione Iudæ: Amen, amen, dico vobis, niſi mãducaueritis: cui rectè præmittitur lectio Hierem. vbi dicitur: Venite, cogitemus contra iuſtum cogitationes. † Hoc ſabbatũ priuilegiatũ eſt, 3
quia vt præmiſſum eſt, Dominus Papa tunc eleemoſynas dat, &

man

mandatum facit: & quia hac die vt quidã dicunt, Christus discũbuit in domo Simonis leprosi, & Martha ministrabat ei: & Maria lachrymis suis pedes eius lauit, & propriis capillis terſit.

SVMMA.

1 *Dominica in ramis Hieremias legitur duplici ratione. Et eius diei celebre officium. nu. 4. 5. 7. 13. 14. 15, 16.*

2 *Processionem in ramis palmarum facit Ecclesia: in eaq; stationes aliquot nu. 3. Et eius forma. nu. 10.*

8 *Rami cur gerantur virides, dominica sexta quadragesimæ. & nu. 9.*

11 *Rami, cur benedicantur sexta dominica quadragesimæ.*

12 *Hierusalem decima luna venit Christus: & cur ita.*

17 *Dominica in ramis palmarum, cur hoc nomen sortita. Et quàm variè appelletur. nu. 18.*

De dominica sexta in ramis Palmarum. CAP. XLVII.

1 IN dominica † in ramis palmarũ, & in passione Domini legitur Hieremias duplici ratione. Primò, qa ipse manifestius de passione Domini prophetizauit, quam alij. Secũdò, quia per eius passionem præfigurata est passio Domini: quia deplorando captiuitatem Iudæorum per Babylonios factã: præfigurauit & Romanã quam incurrerunt propter Christi passionẽ. In nocturnali autem officio, dicitur inuitatorium: Ipsi verò nõ cognouerunt vias meas: quod dicitur inuitatoriũ per contrarium: quia inuitat nos ad cognoscendũ vias Domini: per cõtrarium actum Iudæorum, qui non cognoscentes vias Domini, non introierunt in requiem ipsius. In primo verò responsorio, ostẽditur securitas patientiũ tribulationes: & causa quare nõ est timenda tribulatio. Quia Deus est adiutor in die, qua inuocaui te, &c. Versus est: In die tribulationis meæ inuocaui, &c. Quia si Deus adiuuat, non est timendũ. Vnde Iob. Pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me: & est primi toni: quia à solo Deo sperãda est liberatio & auxilium. Sequitur responsoriũ: Ingrediẽte Domino: secundi toni: quia laudabant pueri Dominum, s. vtranq; naturã. in Christo deitatem, cũ dicebant: Osanna. i. salua obsecro. humanitatem, cùm dicebant: Fili Dauid: vel Deum corde & ore pueri
2 laudabant: sicut Iudæi corde & ore conuiciabantur. † Circa diurnum verò officium dicendum est, qꝺ post sabbatum in quo ostenditur deuotio Mariæ: sequitur dominica in qua ostenditur deuotio puerorũ: vngimus enim Dominum cum Maria: & cum pueris veneramur. Et ideò facit ecclesia hac die processionem corporaliter & spiritualiter. Exierunt enim pueri extra castra obuiam Domino venienti de Bethania in Hierusalem: & nos similiter debemus extra castra, id est, extra delicias carnis

Iob. 17.

Heb. 13.

exire obuiam ei,ſicut dicit Apoſtolus:Exeamus extra caſtra,improperiũ eius portantes.& ſicut illi,ſic & nos in proceſſione noſtra cãtamus:Oſanna.vnde in egreſſu de eccleſia cantatur antiphona,Pueri Hebræorũ:& nos debemus eſſe pueri.i. innocẽtes: & debemus eſſe pueri Hebræorum.i.tranſiliẽtium omnia terrena,ſiue peccata, Poſtmodũ † facit eccleſia ſtationẽ in aliquo lo 3
co cõpetenti,vt ibi cum deuotione & lætitia ſuſcipiatur verbum Dei.i.Chriſtus,qui eſt verbum patris,ſuſceptus eſt cum lætitia à pueritia in Hieruſalẽ.In ſcripturis enim ſiue ſermonib⁹ eſt Chri
Ioan.5. ſtus:vnde ipſe in euangelio:Scrutamini ſcripturas:illę enim loquuntur de me:& eſt ipſe dulcedo ſcripturæ. † Legitur aũt euã- 4
gelium de Mat.21.c.Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieruſalẽ, &c.
Luc.10. Miſit duos de diſcipulis ſuis,dicens:ite in caſtellum,quod cõtra vos eſt:vnde alibi legitur:Miſit diſcipulos ſuos ſeptuagintaduos binos & binos.i.habẽtes geminam charitatem Dei & proximi. Miſit inquam,quærere aſinã & pullum.i.Iudaicum populum & gentilem:vt eos duceret in cœleſtem Hieruſalẽ.Et legitur ideò
Pſal.91. hac die:quia ibi de fructu paſſionis habetur. Poſteà cantatur, † Occurrunt turbæ cum floribus & palmis:& nos ſimiliter debe 5
mus ei occurrere cum floribus virtutum & palmis victoriarum. Palma enim ſignificat victoriam,vnde:Iuſtus vt palma florebit in domo Domini.Et ſecundũ Gregõ.ex qualitate palmarũ deſignatur proficiens vita iuſtorum:& eſt octaui toni,propter victoriam Chriſti in capite & in mẽbris,per quã peruenitur ad octauam reſurrectionis.Deinde redeunte proceſſione cãtatur canticum puerorũ.ſ.Gloria,laus,& honor tibi ſit rex,&c.per aliquos eccleſiam ingredientes,præſertim per pueros:quia ingrediente domino in ſanctam ciuitatẽ Hebræorum pueri, &c.innocentes enim laudãt eum.Et no.quod Theodulphus † Aurelianẽſis Epi- 6
ſcopus apud Ludouicum Imperatorẽ Caroli magni filiũ,falſo à quibuſdam ſuis æmulis accuſatus,ab eodẽ eſt Andegauis carcerali cuſtodiæ mãcipatus.Cumq; in hac dominica iuxta domum in qua cuſtodiebatur,proceſſio tranſiret,ille feneſtra aperta factoq; ſilentio hos pulcherrimos verſus à ſe editos.ſ. Gloria laus, & honor tibi ſit rex Chriſte redemptor:cui puerile decus prompſit,Oſanna pium.Iſraël es tu,rex Dauidis,&c.præſente Imperatore cantauit,cui intantum placuerunt, q; mox illum à vinculis abſoluit,& Epiſcopatũ ſibi reſtituit,atq; eos hac die in fine proceſſionis cantari inſtituit.In egreſſu † eccleſiæ poſt canticũ pue 7
rorum cantatur reſponſorium ingrediente domino in ſanctam ciuitatem,quod eſt primi toni,propter primam ętatem,quia ſoli Deo cantandũ eſt.Rurſus cantus puerorũ, qui fit ianuis clauſis,

ſignificat

ſignificat illud quod cantus & occurſus illorum puerorũ ſignificabat. Præfigurabat enim occurſum & lætitiam Angelorum recipientium Chriſtum in cœlum poſt reſurrectionem, quã ſibi & ſequentibus ſe per ſuam ſanctiſſimã paſſionẽ meruit aperiri: cuius quidẽ clauſio Angelos non extra miſerat, ſed aditũ hominibus nõ præbebat: & ideò pueri qui ſua pueritate Angelos ſignificant, intra ianuas clauſas, quaſi Domino veniẽti occurrentes ad aperiẽdum cœlum, vt eorũ repararetur ruina, verſis vultibus cũ lætitia & clamore proferũt hymnũ laudis eis, qui ſunt extra, cũ gaudio reſpõdentibus, ipſos intrantes cũ Chriſto in ſuum cõſortium receperunt. Hinc eſt ℣ in ingreſſu eccleſiæ cãtatur reſponſorium: Ingrediente Domino in ſanctã ciuitatẽ, &c. Declarans hæc, quæ dicta ſunt, figurari per ea quæ fiunt. Cùm enim ibi fiat mẽtio de reſurrectione: nã ibi fit mẽtio de palmis, quæ victoriã Chriſti de morte & diabolo ſignificat: accipit eccleſia factũ illorum puerorum in ſignum præcedens eius quod iam dictũ eſt, &
8 factum iſtorũ in recordationem illius. Sanè ante crucem & †in cruce rami virides infiguntur ad notandum ℣ omnem virtutũ virorem à crucifixo habemus. Chriſtus enim ramus viridis fuit, habens in ſe: & nos ab ipſo omnẽ virorẽ virtutum. Vnde ipſe dicit: ſi in viridi hoc faciunt: in arido quid fiet? In ſumma ergo dũ *Luc.23.*
9 †proceſſionem facimus Chriſtum venientẽ ad nos ſuſcipimus, cũ pueris obuiamus, ſi innocentiã ſeruamus. Oliuas gerimus, ſi pacis & miſericordiæ operibus indulgemus. Palmas portamus, ſi de vitiis & diabolo victoriam obtinemus. Virẽtes flores & frõdes geſtamus, ſi virtutibus exornamur. Veſtimẽta ſternimus carni mortificantes. Ramos carpimus, ſanctorũ veſtigia imitantes. Quòd proceſſio ciuitatem vel caſtrum egreditur, ouanter ad crucem, & ad loca promontoria, ſiue eminentia vadens, recolit pueros Hebræos iuiſſe verſus montem Oliueti: innuens etiã ℣ abſit *Gala.6.*
nobis gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui autem Pontifici extra vrbem, iuxta crucem, cum ſuis cõſtituto occurrunt, & cum ipſo ciuitatẽ ingrediuntur, accuratius agũt. Imitamur enim populum Iſraël, & pueros eorum, qui extra ciuitatem Domino occurrerunt, & cum eo illam ingreſſi ſunt. Hæc ergo magna proceſſio repræſentat illã, quæ tali die facta eſt à turbis, & pueris Iudæorum cùm veniret Ieſus Hieruſalẽ, ſuper aſinam ſedens. Significat etiam, ℣ Dominus ad nos veniet: & ad æterna tabernacula nos ducet. Vel fortè recolit proceſſionem filiorum Iſraël, qui hac die Iordanẽ ſiccis pedibus tranſierunt, & cum triumpho terram promiſſionis intrauerunt. Nec eſt hæc proceſſio inter alias dominicales computanda. Hæc enim ipſa

eſt præconiũ paſſionis: iſtę verò ſunt ſignificatiuę & rememoratiuæ dominicę reſurrectionis, vel aſcẽſionis. Vnde rectius faciũt qui antè, q̃ tertia dicatur illas præmittũt. Hanc verò proceſſionẽ poſt tertiã huius diei cũ palmis celebrãt. De hoc ſub aſcenſione dicetur. † Et quidem huic proceſſioni lectio Zachariæ & Euã- 10
gelium Ioãnis rectè præmittũtur, quoniã ibi dominica proceſſio prophetatur: hic hiſtoria declaratur. In tractu infantes ad præconia inuitãtur. Paſſio in miſſa legitur. Benedicũtur † aũt & diſtri 11
buuntur rami per ſacerdotẽ, licet Chriſtus eos nec benedixiſſe nec diſtribuiſſe legatur: tum quia Chriſtus nõ honorauit eos: ſed fuit ab eis honoratus, & ex eis: tum quia populus ille Iudæorum fecit hoc corporaliter & tẽporaliter, ſed nos agimus hoc ſacramentaliter, & ſpiritualiter ad effectũ, qui in eorũ benedictione exprimitur. Illi nanq; ferentes ramos, triumphũ Chriſti nõdum cõpletum, ſed tẽpore paſſionis cõplendum præfigurabãt. Vnde non oportuit ramos diſtribui, vel benedici à Chriſto: quia nondum figura fuerat impleta. Eccleſia verò per tales repræſentat triumphũ Chriſti iam cõpletum ſecundũ illud Col. 2. Expoliãs principatus & poteſtates, trãſduxit confidenter, palã triũphans illos in ſemetipſo. Quia ergo non ſolũ ipſe triũphator eſt, ſed etiã per ipſius gratiam & ſanctificationẽ triũphabunt omnes electi, conuenienter & benedictio ramorũ, & diſtributio per ſacerdotem, qui Chriſtũ repræſentat, debet expleri. Quare aũt nõ fit feſtum de dicta aſina ſicut fit de cruce: dicetur in vij. parte ſub feſto crucis. Poſt proceſſionem ſequitur ſtatim miſſa de paſſione Domini: qa debemus gaudere de fructu paſſionis, & compati: qa pro nobis paſſus eſt. Ibi enim eſt, vnde lætemur. ſ. de amore, quẽ oſtendit nobis in cruce. & vnde triſtemur. ſ. de peccatis noſtris: quæ tot ſunt q̃ propterea oportuit filium Dei pati. Venit autem decima † luna, ſiue die primi menſis. i. ante ſex dies Paſchæ ad ci 12
uitatem, in qua pateretur: vt eſſet in domibus Iudæorum: ſicut præceptum erat in Exo. 27. c. & in Deu. Decima luna accipietis agnum, immolabitur autem agnus, quartadecima luna, id eſt, decimaquarta die primi menſis ad veſperam. Et dominus cadẽ hora agnum cum diſcipulis mãducans, vbi legalis Paſchæ decreta compleuit. Egreſſus eſt cum eis ſtatim ad locum orationis, & circunſpectis omnibus, cũ iam veſperæ eſſent, exiuit in in Bethaniam, cũ duodecim diſcipulis. Nẽpè myſticè decima luna venit: quia populus Iſraëliticus decima luna egreſſus eſt de Ægypto: ſimiliter per iſtum verum agnum, eſt data libera poteſtas populo Iſraëlitico, id eſt, videnti Deũ per fidẽ, excundi de peccato, quod non fuit datum per Moſem: & virgam eius. i. per diſciplinam &

facer

ſacerdotiũ legale. † In principio ergo miſſæ reducẽs eccleſia ad
memoriã dominicã paſſionem incipit ab oratione dicẽs: Domi-
ne ne longe facias, &c. & eſt octaui toni, ſignificans q̃ per paſſio-
14 nem venitur ad reſurrectionem. † Sequitur epiſtola: Hoc enim
ſentite. ad Philip. 2. c. In qua oſtẽditur paſſio, & paſſionis fructus.
Dicit ergo: hoc enim ſentite in vobis, quod eſt in Chriſto Ieſu, id
eſt, imitamini ipſum, vt ſicut habuit charitatem, qua voluit pati,
ita & vos habeatis charitatem, qua patiamini omnia tormenta
temporalia, vt habeatis humilitatem quæ in Chriſto maximè
fuit, mãſuetudinem & patientiã & intellectum realem, vt ſentia
tis. Citò enim ſentitur dulcedo ſpiritus ſancti in corde, quãdo eſt
ibi, & hi quidem ſunt fructus paſſionis, ſcilicet dulcedo in corde,
& gloria. Quædam tamen eccleſiæ legunt lectionem: Venerunt
15 enim in Hieruſalẽ. Exo. 15. c. † Viſo autẽ hoc fructu fit homo pa-
tiens, quia generat patientiã cõſideratio fructus, & ideò ſequitur
reſponſorium, quod reſpondet epiſtolæ. in quo oſtẽditur, quomo
do p̃ paſſiones venitur ad gloriã: & dicuntur ibi tria, quare eſt ter
tij toni. Primũ eſt: Tenuiſti manu tua meã dexteram Domine: &
confirmaſti me in bono. Secundum eſt: In voluntate tua deduxiſti me. Talis facit quicquid Deus vult. Tertium eſt: cum gloria
ſuſcepiſti me. Primũ, eſt cauſa crucis. Secundũ, ipſa crux. Tertiũ,
fructus ipſius. verſus eſt: Quã bonus Iſraël Deus, quando ſcilicet
deducit ſuos ad paſſiones, vnde de B. Stephano legitur: Lapides
torrentis illi dulces fuerunt. Poſteà ſequitur tractus: Deus, Deus
meus reſpice in me, & quare me dereliquiſti, &c. Et eſt ſecundi
toni, quia ibi oſtẽditur paſſio, & fructus ipſius: vnde & titulus il-
16 lius pſalmi eſt, pro ſumptione matutina. Euãgelium † de paſſio-
ne eſt, ſcilicet: Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet, & filius homi-
nis tradetur vt crucifigatur. Mat. 25. c. Et etiã offertorium ſcilicet:
Improperium expectauit cor meum Deus, & miſeriã, quod ſum
ptum eſt de pſalmo. 78. qui totus ex perſona ſaluatoris orantis in
paſſionis agone conſcribitur: quaſi diceret Eccleſia: Ex quo Chri
ſtus tor paſſus eſt pro nobis peccatoribus, libenter patiar. Vnde
dicit: Expectaui, ſupple, quaſi rem dulcem. Poſtcommunio de
paſſione eſt, ſcilicet Pater, ſi fieri poteſt, &c. Mat. 25. c. Et Mar. 8.
cap. Et Luc. 21. cap. Et eſt octaui toni, propter rationem præmiſ-
ſam. In quibuſdam eccleſiis, dicitur in hac dominica & in die-
bus ſequentibus præfatio de paſſione, prout dictũ eſt ſub quarta
17 feria cinerum. Dicitur autẽ † hæc dominica in ramis palmarũ, eò
q̃ tunc rami palmarũ, ſi haberi poſſunt in proceſſione, portãtur.
Dicitur etiã alibi dominica oliuarum, quia rami oliuæ portãtur,
quod fit ad repræſentandum filios Iſraël, qui cum ramis palma-

rum

rum & oliuarum venienti Domino obuiam exierunt. Sequens quoq; ſeptimana maior vocatur:eò ꝙ maius & prolixius habet officium.† Dicitur etiã pœnoſa:quia tunc præcipuè debemus vitia noſtra punire.Vel quia Dominus in ea laborauit,& pœnas ſuſtinuit recreando:ſicut & in prima mundi hebdomada creãdo. dicitur quoq; indulgentiæ:quia pœnitẽtes in ea abſoluũtur. dicitur etiã ſancta,quoniã in ea impij iuſtificãtur.Hæc † autem Dominica in tribus priuilegiata eſt.Primò, quia illa die filij Iſraël intrauerunt terrã promiſſionis,& Iordanem ſicco veſtigio trãſierunt:ſic enim cõtingit,ꝙ eo anno tot dies fuerũt vſq; ad Paſcha, quot ſunt ab hac dominica.Secundò,quia hac die veniens Dominus de Bethania,cum honore maximo in Hieruſalem ſuſceptus eſt.Tertiò,quia eadem die Dominus à templo ementes & vendentes eiiecit. 18 19

SVMMA.

1 *Feria ſecundæ dominicæ in ramis,quid deſignet. Et eius officium.nume.2.3.4.*

5 *Paſſio Domini,non recipit benedictionem,& cur ita.*

6 *Paſſionem cantantium voces variè mutantur.& nu.7.*

De ſecunda feria. CAP. LXVIII.

SEcunda feria † oſtendit cauſam paſſionis.ſ.in Chriſto humilitatem & patientiã:& in Iudæis crudelitatẽ & inuidiã:in Iuda cupiditatẽ & auaritiã:& eſt introitus quarti toni, propter famã crucis:Epiſtola verò ſumitur de Eſa.50.c. In qua oſtenditur principalis cauſa paſſionis Domini.Dominus Deus aperuit mihi aurẽ.ſ.ad intelligendũ:& propter hoc dedi genas meas vellentibus,&c. † In quibuſdã eccleſiis in hac & in tertiis feriis dicuntur duæ lectiones in miſſa:pro eo, quod Chriſti paſſio à lege & Prophetis prænuntiata fuit.In rñſorio petit liberationem ſuam: Exurge Domine & intẽde,&c.verſus:Effunde frameã,& eſt tertij toni:quia virtute trinitatis liberamur ab inimicis.Framea eſt ſpata quaſi fremia,vel quaſi ferrea.In euangelio † verò.ſ.ante ſex dies paſchæ:Io.12.c.oſtẽditur triplex cauſa paſſionis:& dicit ante ſex dies Paſchæ:nõ ideò,ꝙ ſex dies futuri eſſent ante Paſcha,ſed quia ibi cauſa paſſionis oſtẽditur.In Iuda oſtẽditur cauſa cupiditatis,eò ꝙ dixit:Vt quid perditio hæc,erat enim habẽs loculos:& ideò ſic dicebat,vt numos furaretur:vt habetur in Ioã.in Iudæis cauſa eſt inuidia:quia moti ſunt in eum propter laudẽ puerorũ dicẽtes:Si dimittimus eũ ſic:omnes credent in eum:& ideò quærebant interficere eum.In ipſo verò Chriſto eſt fructificatio totius generis humani.vnde in euangelio dicitur:Niſi granũ frumenti,&c.In quibuſdam tamen eccleſiis in ſecũda feria legitur 1 2 3 4 5 6

paſſio

passio secundum Marcum, scilicet Erat Pascha & azyma post biduum, &c. Et in tertia feria dictũ Euangelium secundũ Ioannẽ, scilicet ante dies sex Paschæ, sed primi magis videntur historiã sequi: quia post biduum, id est, post tertiam & quartã ferias, in quinta feria Pascha, id est, agnus paschalis immolatus fuit. Præterea secũda dies creationis mundanæ minus est cæteris ornata diebus. Nam cum dixisset Dominus: Fiat firmamentũ in medio aquarũ, non est additum: Et vidit Deus quod esset bonum in quo numerus binarius infamatur, q primus ab vnitate degenerat, & diuisionẽ significat: Vnde in eo facta est aquarũ diuisio. Non est
4 † ergo mirũ, si hæc dies secunda, quæ illã respicit minus cæteris in officio dominicæ mortis purpuretur insignijs. Sed nõ est multum attendendũ, vtrum in secũda vel in tertia feria legatur passio. Quia enim quatuor euãgelistæ passionem Domini descripserunt: idcircò secundũ quemlibet eorum passio legitur ex institutione Alexãdri Papæ, eo ordine, quo scripserunt. Nam die dominica legitur passio secundũ Matthæum, q primus scripsit. Secunda vel tertia feria secundũ Marcum qui secundus scripsit. Quarta secundũ Luçam q tertius scripsit. Sexta feria, secundũ Ioannẽ qui vltimò. Mediolanenses non legunt passionem, nisi secũdum
5 Ioannem: & in sexta feria. † Sanè passionem lecturus, benedictionem non petit, quia in illa describitur esse sublatus q author est benedictionis: vnde nõ est à quo petatur. Legitur quoq; sine luminaribus, quia illa morte extinctus nuntiatur, quæ secundum Ioãnem lux est mundi, & vt repræsentetur, quia eius discipuli tunc quasi extincti sunt: quibus ipse viuens dixerat: Vos estis lux mundi. Non fertur etiã incensum: ad notandum, q tunc feruor deuotionis vel orationis, qui per incensum designatur, in Apostolis tepuit, vel potius quasi extinctus fuit. Legitur etiã sine salutatione, siue sine Dominus vobiscũ, in detestationem salutationis Iudæ: & sine respõsione. non enim respondetur, Gloria tibi Domine: quia in ipsa exprimitur, q Christus fuit à suis separatus per mortem corporaliter & spiritualiter, q metu mortis eo derelicto fu-
6 gerant, & nulla gloria sibi erat. † Non legitur etiam tota sub tono euãgelij: sed cantus verborum Christi dulcius moderãtur, ad notandum q dulcius verba Christi in ipsius ore resonabant, q̃ in ore cuiuslibet euangelistæ referentis, cuius verba in tono euãgelij proferuntur. Verba verò impiissimorum Iudęorum clamosè, & cum asperitate vocis, ad designandum q ipsi Christo asperè loquebantur. In fine tamen in quibusdam ecclesiis benedictio petitur, incensum portatur, & sub euãgelij tono legitur: quia finita est iam narratio passionis: & extũc omnia verba sunt euãgelistæ

narran-

narrantis, qui post Christi mortẽ vsq; ad resurrectionẽ contigerunt. In aliis † tamen ecclesiis finis passionis quæ ad sepulturam 7
pertinet, in tono legitur doloroso, vt planctus mulierũ de passione Christi lamentantiũ designetur: de quo plãctu dicit dominus in euãgelio: Filiæ Hierusalem, nolite flere sup me, &c. & ad maiorem deuotionem & amaritudinẽ propter Christi passionẽ in animis audientium excitandum. Et legitur sup nudum pulpitũ, prout sub feria sexta dicetur. In offertorio: Eripe me. petit liberari: sicut & in responsorio: & est quarti toni propter formam crucis. In postcõmunione: Erubescant. petit persecutores suos confundi. & est primi toni vt sic in regione quiescentium gaudeat.

SVMMA.

1 *Feria tertia dominicæ in ramis, quid agat. & nu. 2. 3. Et quotupliciter Ecclesia salutem suam in cruce consideret*

De tertia feria. CAP. LXIX.

TErtia feria est similiter † de passione: quia manifestè quærebant eum interficere: vt habetur in euãgelio: Erat autẽ Pascha & azyma post biduum, &c. Et quia ecclesia cõsiderat salutẽ suam in cruce tripliciter, scilicet in amore, quem Dominus noster nobis ostendit in cruce: & in imitatione crucis: & in salute nobis data p crucẽ: ideò dicit in introitu: Nos autẽ gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c. ad Gala. vlt. c. Epistola verò est: dicit Hieremias: quæ est Hiere. 11. c. & habentur in eo verba Iudæorũ de crucifixione Christi: mittamus lignũ in panẽ eius, id est, ipsum, qui se dicit panem in ligno crucis. Audierant, enim, p ipse dixerat: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: & hoc erat dictũ per lignũ crucis, destruamus ipsum, vel doctrinam eius. Sequitur † responsoriũ: Ego autem, &c. Tertij toni propter triplex meritũ, p ibi notatur: primũ cum dicit: Induebar cilicio, id est, non ostendebã eis deitatem sed asperitatẽ humanitatis: & hæc fuit humilitas & sapientia. Aliud notatur ibi: Humiliabam in ieiunio animã meam, scilicet, Non reddendo malũ pro malo: sed etiã pro eis orabã: & hoc est tertium: vnde dicit, Et oratio mea in sinu meo cõuertetur, supple, ex quo eis nõ prodest: qa non sunt digni. † Euãgelium vero: Erat Pascha. Mar. 14. c. Est de passione, vbi dicitur, p Dominus crucifixus fuit hora tertia: & hoc dicit, vt ostendat eorum impetuositatem: quia ab hora tertia linguis eum crucifixerũt, dicẽtes: Crucifige, crucifige, nõ cessantes. In offertorio petit se custodiri à diabolo, & à mẽbris eius. Vnde dicit: Custodi me de manu peccatoris, id est diaboli: & ab hominibus iniquis erue me. & est secundi toni. In postcõmunione: aduersum me ostendit malitiam persequẽtium: & meritum patientium.

Hier. 11.

Ioan. 6.

cientium. Sequitur ibi,& in me psallebant, qui bibebant vinum, &c. Id est,filij diaboli,qui inebriabantur de calice Babylonis.

SVMMA.

1 *Feria quarta dominicæ in ramis,Christus venditus fuit à Iuda. Et eius diei tum significatio,tum officium. Et nu.5.6.7.9.10.*

2 *Genus omne curflectatur in nomine Iesu. & nu.8.*

3 *Verba:omnis lingua confiteatur.cur intercepta fuerint in introitu missæ quartæ feriæ dominicæ in ramis.* 4 *Bosra ciuitas.*

11 *Sanguis à Christo quinquies exiuit.* 12 *Frixorium triplex.*

13 *Ieiunandum quarta feria dominicæ in ramis. & quam ob causam.*

De quarta feria. CAP. LXX.

1 QVarta feria,est illa,in qua Dominus venditus,† fuit à Iuda: quia non solum voluit pati pro nobis,sed etiã vendi,vt liberaret nos à venditione, quia primus parens vendidit nos diabolo,per esum pomi vetiti, vnde Esa.Gratis venundati estis, & sine argento redimemini.Similiter multi vẽdunt se diabolo per momentaneam delectationem : sicut Adam vendidit se pro esu pomi vetiti. Quarta ergo feria venditus est Sol iustitiæ, ad nostrã salutem , & quarta feria formatus est Sol visibilis ad mundi lu-
2 cem.Orauit † autem Dominus,sicut habetur in euangelio huius diei flexo genu:& idcirco in introitu qui est Philip.2.c.inuitat ecclesia vt in nomine Domini omne genu flectatur cœlestium:quia eorum ruinã reparauit:terrestrium, quia eos liberauit:Infernorum,quia eos eduxit de lacu,in quo non erat aqua:vt dicit Zacharias:& est tertij toni,propter tria quæ inuitant ad flectendum ge-
3 nua.Sequitur: † Et omnis lingua confiteatur:quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris,& sumitur de Apostolo.Verumtamen ordinator officij intercipit verba illa: Et omnis lingua confiteatur:eò quòd Iudaica silet.Deinde sequitur lectio: Dicite filiæ Sion:ecce saluator tuus venit.Esa.62.cap. Vbi habetur de mercede:dicitur etiam ibi,Ecce merces eius cum eo , &c. Et dixerunt angeli , Quosdam enim latuit incarnatio. Quis est iste,qui venit de Edom,id est,de terra.tinctis vestibus,id est,membris corporis,quæ sunt vestimenta diuinitatis, sanguinis purpu-
4 ra tincta de Bosra.† Bosra est ciuitas in Moab:& interpretatur firma siue munita,hoc est de inferno , id est , de terrena habitatione:translatiua enim Bosra est Hierusalem, quam dominus quondam suo firmauit auxilio, sed facti Moabitæ,id est, ex patre diabolo,vestes regis tinxerunt purpura sanguinis. Respondit: Ego qui loquor iustitiam,& sum propugnator ad saluandum,& dixerunt: Quare ergo rubrum est indumentum tuum ? quasi dicat: Quare cruentatus es pressura crucis, si tu iustitiam loqueris?

At

At ille reſpondit. Torcular calcaui ſolus, ſcilicet pro omnibus, vt omnes liberarentur,& de gẽtibus nõ eſt vir mecũ.Poſt lectionem verò cantatur reſpõſorium,Ne †auertas faciem tuã, &c. In quo orat ipſe:vt per paſſionem veniat ad gloriam. Quia verò in agonia prolixius orauit,vt habetur in euãgelio,ideo ſumitur offertoriũ,& poſtcõmunio de pſalmo,q̃ intitulatur oratio pauperis cum anxiaretur:excepto verſu reſponſorij,q̃ eſt: Saluum me fac Deus quoniã intrauerũt aquæ vſq; ad animã meam.Epiſtola eſt ſimiliter de Eſa.53.c.Domine q̃s credidit, &c. In qua etiã deſcribitur in eodem ſchemate,in quo ab euãgeliſta repræſentatur in paſſione,vbi, &c. Non eſt ei ſpecies, neq; decor.& infrà,ſicut ouis ad occiſionem ducetur. Poſt †epiſtolã ſequitur tractus:& in ſolito modo,ſcilicet immediatè:& hoc ideò,quia eccleſia arctius luget, q̃ ſoleat, & ſe plangit:vt dictum eſt in quarta parte ſub tit. de tractu. Tractus enim ſignificat planctum,& ideò in tota.vj.feria non dicuntur,niſi tractus:reſponſorium verò eſt pœnitentiũ. Et quia Dominus nõ eſt iſta die crucifixus:ſed tantum venditus, ideò non ſolum dicitur tractus, verumetiam & reſponſorium. †Paſſio,quæ ſequitur: Appropinquabat,&c. Luc.22.c. Conuenit cum præcedentibus, in qua exprimitur conſilium Iudæorum: Iudæ proditio: Domini paſſio. Poſtcõmunio eſt:Potum meum cum fletu miſcebã:potũ,ſcilicet paſſionis, quãdo videlicet ſudor eius erat,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrã. Poteſt etiam dici,q̃ duo ſunt nobis neceſſaria,ſcilicet oratio & patientia,ſecũdum quod dicit Dominus:Orate pro perſequẽtibus,& calumniãtibus vos.Ad hæc quidem duo inuitamur in introitu ad orationẽ: cum dicitur:In † nomine Ieſu omne genu flectatur ad patientiã, exemplo Saluatoris de quo ſubiungitur: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq;, &c. Non eſt enim obediens in tribulatione: niſi qui libenter tolerat. Duæ lectiones ideò leguntur, quia hac die Dominus traditus eſt pro duobus, & à duobus populis, & in quibuſdam eccleſiis ad vtranque genua flectunt: quia ab vtroque populo adoratur.Prætereà,hac die ſicut dicit Aug.conſilium inierunt Iudæi quomodo Ieſum dolo tenerent, & occiderent:& Iudas venit ad eos:& pacti ſunt ſibi pecuniam ſe daturos. Sicut ergo eccleſia repreſentat in vj.feria actus Iudæorum: ita & in quarta cõſilium eorum.Quidam autem legunt primò lectionem illam:Dicite filiæ Syon.Et poſteà illam:Domine quis credidit, alij verò econuerſo: Primi quidem attendunt ſolum illud, quod diximus, ſcilicet quòd venditio Iudæ, quæ facta fuit quarta feria, paſſionem Domini præceſſit, de qua venditione fieri videtur ſermo in illa lectione: Dicite filiæ Syon: in illo verbo:

Ecce

9 Ecce merces eius cum eo. Alij autem † attendunt, quòd primus homo duas mortes incurrit, ſcilicet carnis & animæ: & Chriſtus nos ab vtraque liberauit. Et quia mors animæ mortem corporis præceſſit: ideò prius legunt lectionẽ illam, in qua agitur de morte animæ, & de liberatione ab ipſa. De morte agitur in illa: Domine quis credidit, &c. ibi: Omnes quaſi oues errauimus: & vnuſ quiſque in viam ſuam declinauit. De liberatione verò ſtatim ſequitur ibi: Dominus poſuit in eo iniquitates eorum omnium noſtrorũ: & iterũ: Si poſuit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longæuũ. Ad animã etiã pertinet graduale vnicũ habens verſum, ſcilicet: Ne auertas faciẽ tuã à puero tuo, id eſt, ab eo, qui paruus
10 & humilis apparet in experientia tribulationis. Sequitur † verſus: Saluum me fac, &c. Vſque non eſt ſubſtantia: Aquæ enim, ſcilicet ſeditionis Iudæorum vſque ad animam Saluatoris tollendã peruenerunt: & illi qui erãt limus profundi, infirmitati eius præualuerunt. Sicut autem Saluator animã ſuã poſuit pro animarũ noſtrarum redemptione: ita & corpus ſubiecit pro corporum redemptione. Vnde in ſecunda lectione de ipſius corpore agitur, ſanguine proprio rubricato, vbi dicitur, Quis eſt iſte, qui venit de Edon, &c. Et ibi: Quare rubrũ eſt veſtimentum tuũ, &c. Ipſe reſpondit: Torcular, &c. Et quia de ſola miſeratione paſſus eſt Dominus pro nobis: ideò propheta in perſona eccleſiæ lectionẽ illã concludit, dicens: Miſerationum Domini recordabor: laudẽ annuntiaui ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus deus noſter. Quia verò per quinque ſenſus corporis peccauimus: ideò ſequitur tractus: Domine exaudi orationẽ meã, &c. Habens quinq; verſus, propter quinq; vulnera Chriſti: ſeu quia quinquies exiuit
11 ſanguis ab eo. † Primò, in circuncciſione. Secundò, in oratione, Tertiò, in flagellatione. Quartò, in crucifixone. Quintò, in lanceatione. Et in ipſo tractu genus humanũ petit auxilium, & cõfitetur defectum, quẽ ex peccato primi parẽtis incurrit, cùm dicit: Quia defecerũt dies mei ſicut fumus. Dies eñ, eſt vita hominis: cuius nox eſt mors: ſed hæc vita eſt abbreuiata: & defecit, ꝓpter ſuperbiã primi parentis, quæ ꝑ fumũ intelligitur. Et ſequitur: Oſſa mea, ſicut in frixorio confrixa ſunt. Oſſa, ſunt vires interiores vel
12 fortes, quæ ſunt eccleſia, quæ carnes. i. carnale ſuſtentant. † Frixorium enim triplex eſt. ſ. peccatorũ recordatio, proximorum compaſſio, futuri iudicij meditatio: in his frigitur bonus homo. Clauditur aũt tractus, ſicut & lectio in miſericordia domini. Vnde vl-
13 timus verſus eſt: Tu exurgens domine, miſereberis, &c. † Hæc igitur. iiij. feria priuilegiata eſt: quoniã legũtur in ea duæ lectiones, ꝓpter ordinãdos in ſabbato ſequẽti. Itẽ, quia in ea die Chriſtus

venditus fuit.xxx.denariis: ſicut & Ioſeph.xxx. argenteis. Quia ſeruus non eſt ſuper Dominum: nec diſcipulus ſuper magiſtrum. xxvj.diſt. Quis dubitet,& quòd ab hac quarta feria ſumptum eſt, quòd ſemper in quarta feria ieiunare,& abſtinere à carnibus, & carnalibus deſideriis debemus:& in memoriã venditionis Chriſti hæc feria ſecundum locum obtinet, poſt ſextam feriam, per totum annum in ieiuniis pœnitentialibus.

SVMMA.

1 *Cœna Domini quæ tractanda habeat.*

De quinta feria. CAP. LXXI.

IN hoc † tractatu quintæ feriæ cœnæ Domini hoc ordine pro- 1
cedamus. Nam primò generaliter dicemus aliqua de officio ſequẽtium trium dierum: poſteà ſpecialiter de officio huius diei. Et primò de introductione publicè pœnitentium in eccleſia & de ſacramentis, quibus hæc quinta feria ſpecialiter inſignitur. Secundò, de triplicis olei conſecratione. Tertiò, de huius diei miſſæ officio: vbi etiam agitur de pedum lotione, & officio veſpertino. Quartò, de altarium denudatione: & tam de ipſorum, quàm de pauimenti Eccleſiæ lotione: & de corporis Dominici reſeruatione: & de quibuſdam aliis.

SVMMA.

1 *Eccleſia luget tribus diebus paſſionis.& cur ita.*
2 *Feria quinta Dominicæ in ramis, matutinas vertit in tenebras. Et de eius diei ſolennitate.num.28.29.*
3 *Campanæ cur ſileant ſextæ Dominicæ in ramis tribus diebus.& nu.5.*
4 *Signa cur fiant cum tabula, ad tenebras ſextæ feriæ Dominicæ quadr.*
6 *Horarum principia cur omittantur feria ſexta Dominicæ in ramis. Itẽ aliæ multæ ſolennitates circa legitimũ eccleſiæ officium.nu.7.8.9.10.*
11 *Hominum tria genera per Chriſtum ſaluata.*
12 *Treni Hieremiæ vnde dicantur.* 13 *Trenis cur inſeratur alphabetum.*
14 *Hebraicarum literarum interpretatio.*
15 *Candelæ, in tenebris Dominicæ ſextæ quadrag. cur extinguantur.& nu.16.Et quot accendantur.num.17. Et quid illæ ſignificent diſſimili etiam numero.num.18.19.20.21. Et quid earum extinctio nu.22.23. 24.26. Et quid de ea, quæ remanet cæteris extinctis.27.nu.25. Clamor & benedictio poſt: Benedictus.in tenebris, quid ſignificet.*

De eadem quinta feria. CAP. LXXII.

PRænotandum † autem eſt, quòd eccleſia luget tribus diebus: 1
quia tot diebus fuit Dominus in ſepulchro, ſicut enim Ionas fuit in ventre cœti tribus diebus & tribus noctibus: ita & filius hominis fuit in medio terræ, &c. Quod ſynecdochicè dictum eſſe aſſerit Aug. Nam pars illa ſextæ feriæ qua fuit in ſepulchro,

accipi

accipitur pro nocte,& die ſextæ feriæ, & nox diei dominicæ ſimiliter pro nocte,& die ipſius diei accipitur. Dies verò ſabbati integra eſt,ſcilicet nox cum die ſuo, id eſt, ſpacium videlicet viginti quatuor horarum. Eſt ergo ſenſus. Fuit ergo Dominus in ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus,id eſt,tribus temporib⁹, quorũ quodlibet conſtat ex die & nocte. Sic enim loqui cõſueuimus,quia ſi aliquis etiam minima parte alicuius diei fuerit in alio loco: dicimus eum ea die ibi fuiſſe. Fuit enim ſecundum ipſum quadraginta horis in ſepulchro videlicet quatuor horis ſextæ feriæ, & viginti quatuor ſabbati, & duodecim noctis diei dominicæ: quia quadrificum orbem morte tranſgreſſionis decem mandatorũ mortuum vinificauit. Sed ſecundũ præmiſſa videtur, quòd triduana Domini ſepultura debeat celebrari ſexta feria ſabbato,& die dominica. Sed reſpondetur, quòd quia Dominus in nocte diei dominicæ reſurrexit, noctem illam ad honorem reſurrectionis ſolenniter celebramus. Vnde neceſſe eſt,q⁹ in quinta feria præueniamus & ita triduo,ſcilicet quinta & ſexta feriis,& ſabbato humiliationem Domini in mœrore celebremus, quia & in quinta feria iam interuenerat nefarium commercium Iudaicæ proditionis. Quidã tamẽ cuilibet præmiſſorũ trium dierũ.xxiiij. attribuunt horas,volentes Chriſti defuncti exequias ſeptuagintaduabus horis celebrare & triſtitiam ſeptuagintaduorum diſcipu-
2 lorum meritò per hoc exprimere. † Sanè Eccleſia his diebus tenebras colit & matutinas in tenebras finit: Primò, quia in luctu & mœrore eſt,propter Domini paſſionem:& propter eius triduanam mortem exequias celebrat triduanas. Secundò,officium tenebrarum, ſignificat non tam tenebras materiales, quæ fuerunt ſuper faciẽ terræ dum pendebat Sol iuſtitiæ in cruce. Fuit em̃ tũc eclypſis miraculoſa non naturalis per tres horas: videlicet à ſexta hora vſq; ad nonã incluſiuè,quã etiam ſpirituales,quæ in illo triduo in cordibus fidelium extiterunt. Tertiò, per hoc quòd tenebras colit,tenebrarũ primatus inſinuatur, quia his diebus incæ-
3 perunt præcedere dies:prout ſub ſabbato ſancto dicetur. † In his verò tribus diebus ſilent campanæ,quia tunc ſiluerunt Apoſtoli, & prædicatores,& alij,qui per campanas intelliguntur. Sonus autem campanarũ ſignificat ſonum prædicationis, de quo dicitur: In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. Non enim iam circuibãt euãgelizando vicos,& vrbes:ſed hymno dicto exierunt cum Ieſu in mõtem oliueti. Quibus cùm Dominus dixiſſet: Ecce appropinquat qui me tradet,præ triſtitia dormitauerunt, & à laudibus conticuerunt. Vnde & à completorio ſiue à veſpera qua Dominus traditus fuit campanarum ſilentiũ inchoatur: A veſpera autem qua

Dominus traditus est,quando videlicet discipuli fugerunt, campanis silentiũ indicitur.Alij videlicet ad primam huius quintæ feriæ,& non vlterius pulsant cãpanas: fit tamen signũ cum tabula. † Primò,ad significandum Christi humilitatem, qui se abscondit 4
& vsque ad mortem & sepulturã se humiliauit. Ligni quidẽ vsus, humilior æris sono hoc ostendit,& inde ecclesia orientalis vsum adhuc tenet lignorum:& vt populus humilior reddatur. Secundò per lignum tabulæ,terrorem accipimus. Tabula ergo percutitur quia magnus timor apostolis à Iudæis incutiebatur. Tertiò, per lignum in ligno malleum,scilicet in tabula suspensum,intelligimus Christũ qui est lignum plantatum secus decursus aquarum: qui in crucis ligno pependit:& pendens orabat & prædicabat dicens: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Cum ligno aũt tantũ pulsant: quia tunc solus Christus prædicator habebatur:& solus torcular calcauit. Quartò,per tabulã ipsam,lignum fructiferũ, scilicet Christum, per malleũ quo tabula percutitur, lignũ prævaricationis significatur. † Quintò, ideò campanæ & 5
non signũ tabulæ vel alterius huiusmodi silent:quia licet maiora signa nostra,videlicet Apostoli à laude Dei in Christi passione siluerunt,minora tamẽ signa,vt mulieres non siluerunt: imò secutæ sunt ipsum vsq; ad crucem. † Principia quoq; horarum,scili- 6
cet Deus in adiutorium:& fines,scilicet per dominũ: & benedicamus:& huiusmodi dimittũtur, quia recessit,& à nobis ablatus est sacerdos,& pastor bonus,qui est α & ω,id est principium & finis: qui etiam est summus sacerdos,& caput nostrum:& traditus impiis:nec est,à quo petamus q̃ intendat in adiutoriũ nostrum.Percusso nanque pastore nostro,discipuli eius dispersi sunt. Sic ergo istud officium,q̃ caret principio & fine,quasi mortuum & viduatum videtur:quia & patres nostri viduati post mortẽ Christi fuerunt. Non dicitur etiã Gloria patri: quia in Christi passione abscondita fuit fortitudo gloriæ ipsius Christi:& in eius morte trinitas visa est extincta: in cuius laude dicitur ille versus: De hoc etiam sub dominicã de passione dictum est.Hoc etiam notatur in quibusdam ecclesiis,in quibus his diebus duo tantũ cerei ante altare ardent,tertio extincto:prout sub tit.de Pascha dicetur. In his quoq; tribus diebus salutatio non fit, quia Dominus vobiscum, non dicitur,vt vitetur pestifera salutatio, per quã Iudas tradidit Christũ dicens: Aue rabbi. Pax etiam non datur pro eo, quòd Iudas osculo tradidit Christum:& quia in duobus sequentibus diebus in altari non consecratur,nec dicitur, Pax Domini sit semper vobiscum:nec,Dona nobis pacem.In quibusdam tamen ecclesiis datur hodie pax,pro eo quod hac die sacramentum sacramento-

rum

7 rum,ſ.euchariſtiæ inſtitutum eſt. † His quoq; diebus fit officium humilius ſolito,propter Domini humiliationem & triduanam eius ſepulturã,quã celebramus. Verũtamen nocturnale officiũ, per quod ſignificãtur prophetiæ prohetarũ,alta voce & manifeſtius cantatur,quia Prophetæ & alij ſancti patres veteris teſtaméti alta & aperta voce,quæ de Chriſto erant ventura,prædixérunt: & quod ſpiritus ſanctus ſibi dictabat remota formidine nuntiarunt.Diurnũ verò officiũ,per quod Apoſtolorũ prædicatio figuratur voce demiſſa,& quaſi ſub ſilẽtio cãtatur: quia tunc Apoſtoli omnino tacuerunt,aut ſaltem occultè prædicauerunt.
8 † Incipit autẽ tenebrarum officium:zelus domus tuæ comedit me.i.amor vehemens eccleſiæ fuit cauſa,quare paſſus ſum.Non dicitur inuitatorium:ne inuitemur,ſed potius per ſilentium deteſtemur peſtiferum Iudęorum conſilium,& conuentũ factum, vt Ieſum caperent in ſermone:& eum morti traderẽt.Prætereà tunc Apoſtoli diſperſi erãt,qui alios ad dominũ inuitare & con-
9 uocare cõſueuerant. † Hymnus etiã laudis nõ dicitur:quia tũc factus eſt opprobriũ hominũ & abiectio plebis. Finis dominicæ orationis,quæ dicitur ante lectiones,dicitur in ſilẽtio:pro eo ꝙ de euãgelio ſumitur.Nam tũc euangelica enuntiatio fugientibus Apoſtolis ceſſauit:& eſt notãdum,ꝙ Chriſtus cuius eſt ipſa oratio,ſaluſus à cæteris,& quaſi in ſilentio orauit:ſed tũc fit ſonitus per tactum ligni cum manu:quia & Chriſtus in ligno cru-
10 cis pendens,voce magna clamauit. † Non dicuntur etiam in lectionibus.Iube Domine benedicere:nec tu aũt Domine,quia receſſit paſtor & ſacerdos,qui gregi benedicere & miſereri debet: ſed ꝙã illum propter peccata amiſimus,ad hoc vt eũ recuperare valeamus,admonemur per verſum illũ:Hieruſalẽ,Hieruſalem, cõuertere ad Dominũ Deum tuum,qui in fine lectionũ dicitur: vt ad pœnitentiã conuertamur:nã poſt luctũ gaudere poſſumus. Per hoc autem ꝙ dicitur bis Hieruſalẽ,arguitur duritia Iudæorum,& peccatorum,ſicut alibi in euangelio Hieruſalẽ, Hieruſalem,quæ occidis Prophetas,&c.Rurſus per iube Domine,intelliguntur ad prædicationem euntes:per tu autẽ: inde redeuntes. Ideò ergo neutrum dicitur,quoniam Apoſtoli,quos repræſentant,qui lectiones legunt,his diebus fugerãt.vnde nec ad prædicationem miſſi ſunt:nec qui miſſi erant,ſublato domino redie-
11 runt.Omnes antiphonæ ſunt de paſſione & cõpaſſione. † In his etiam tribus noctibus nouem pſalmi, nouem lectiones, & nouem reſpõſoria diuiſim per ſingula nocturna cãtantur,ad oſtendendum,quòd Chriſtus in infernum deſcendens tria hominum genera,ſcilicet virgines, coniugatos,& continentes inde

rapuit,& ad angelorum ſocietatem tranſuexit,quę tria genera in euangelio diſtinguuntur per eos,qui in mola, & per eos qui in agro,& per eos qui in lecto ſunt. Tria ergo hominum genera,ſcilicet qui fuerunt in lege naturali, & in tempore legis,& prophetarum,per tria nocturna recolimus,& ſicut illi per mortẽ domini in tribus ſociati ſunt nouẽ ordinibus angelorum,ſcilicet in actionibus,cognitionibus,& gaudiis:ita per tres noctes dominicæ ſepulturæ nouem pſalmi nouem lectionibus, & nouem reſponſoriis ſubduntur:pſalmi enim ad actiones,lectiones ad operum Dei cognitionem,reſponſoria verò ad gaudium, & ad cantũ pertinẽt angelorum.Cæterùm tres primæ lectiones, vel in quibuſdã eccleſiis ſex,ſunt de trenis Hier.deflentis captiuitatẽ populi ſui:non ſolum Babylonicã: ſed etiam Romanã quam incurrunt propter paſſionem domini:& ideò dicũtur lamentabiliter in perſonã tanctorum de Iudæis, qui deflent caſum gentis ſuæ. Sicut enim ille deplorauit mortem Ioſue regis occiſi in futuram deſtructionem gentis:ita & nos deploramus mortem & paſſionem Chriſti regis noſtri. In fine autem lamentationũ dicit idem Hier. ſpiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris. Aliæ verò tres ſunt de expoſitione pſalmi tractantis de paſſione: & ideò voce depreſſa legũtur tres vltimæ de epiſtola Pauli.1.ad Cor.11.Conuenientibus vobis in vnum,&c. vbi oſtendit Apoſtolus,quomodo debet cœna domini ſumi. Ex quibus ſex lectionibus apparet, ꝙ Prophetæ præuiderunt Chriſtum occidendũ: & Apoſtoli docent occiſum. Dicuntur autem treni,id eſt † lamentationes,à tre 12
nato monte,vbi lamenta animarum,quæ ibi puniuntur,ſæpè audiri dicuntur. Inde etiam dicitur trenũ,quod eſt plenum lamentationis & funeris.Dicuntur etiam treni:quia ſemper tres verſus poſt vnamquanq; literam Hebraici alphabeti ſequũtur: quod alphabetum totum per ordinem in illis lamentationibus ponitur. † Primò,quia mos fuit hebræis illud ponere in eorum cãtibus,ſi- 13
ue luctus ſiue lætitiæ alicuius rei multum notabilis: prout patet in vlt.cap.Prouerbiorum:Mulierem fortem,&c.&in quibuſdam aliis locis,prout habetur in proœmio libri regum. Secundò,quia ſicut dixit Hiere.in eodem proœmio & in prologo Biblię verſus, quibus dictæ literæ ante ponuntur in lamentationibus Hiere.incipiunt in hebræo ab eiſdem literis. Tertiò vt per hoc notetur cæcitas & duritia Iudæorum, qui res tanquam alphabetũ notiſſimas, videlicet paſſionem filij dei intelligere, & credere nolunt: dicente propheta:Miluus in cœlo, turtur,& ciconia cognouerũt tempus aduentus ſui: Iſraël autem me non cognouit: & populus meus non intellexit. † Quartò,quia interpretationes literarum 14
ipſarum

ipsarũ maxima ex parte cõtinent sententiã versuũ quibus anteponũtur. Circa quod notãdum, ꝙ Aleph, interpretatur doctrina. Beth, domus, Gimel, plenitudo. Deleth, tabularũ seu scripturarũ. Et hæc siquidẽ est prima connexio literarum ipsarum: vbi dicitur, ꝙ doctrina ecclesiæ, quæ est domus Dei, est in plenitudine scripturarum. He, ista: Vau & zay hæc. Beth, vita: hæc est secũda connexio: vbi dicitur, ꝙ ista & hæc doctrina, quam prædiximus est vita quam viuimus. Thet, bonum: Ioth principium: hæc est tertia cõnexio: vbi dicitur, ꝙ bonum est principium per scripturas, quasi per speculum saltem in ænigmate agnoscere Dominũ. Caph, manus. Lamech, cor vel disciplina: hæc est quarta connexio, vbi dicitur, ꝙ in vtero cordis disciplina exigitur, quia nihil facere possumus, nisi quæ facienda erunt, agnouerimus. Mem, ex ipsis, Nun, sempiternum. Samech, adiutorium: hæc est quinta connexio, vbi dicitur ꝙ ex ipsis scripturis est nobis sempiternum auxilium. Ain, oculus. Phe, errauit. Sadech iustitia vel cõsolatio: hæc est sexta connexio, vbi dicitur ꝙ sæpe dicta scriptura, est oculus erraticis, & cõsolatio. Coph, aspice super. Res, caput. Sin, super vulnus. Thau, signum vel cõsummatio: hæc est septima connexio, vbi etiam in numero sit mysticus intellectus, vbi dicitur: Aspice in scriptura contineri caput nostrum, à quo habemus medelam super vulnera, & sequimur cõsummationem, i. vitam æternam. Si ergo Saluatoris exequiæ celebrãtur, vt in modico apice ab aliorum defunctorum exequiis distare videantur.

15 † Consequenter tãdelæ & lumen extinguũtur: nam hæ tenebræ tribus noctibus celebratæ, significãt tenebras quæ tribus horis fuerunt Christo in cruce pendente: vel ideò tribus noctibus lumen extinguitur, quia verum lumen triduo iacuit in sepulchro. Circa quod aduertendum est, ꝙ quidam accendunt septuagintaduas candelas, quidam viginti quatuor, quidam quidecim, quidã duodecim, quidam nouem, quidam septem: & secundum quosdam non est numerus certus: omnes tamen non sine mysterio

16 agunt. † Septuagintaduæ candelæ quæ extinguuntur, designãt septuagintaduos discipulos, quorum prædicatio in morte Christi pene extincta est: significã etiam quod Dominus septuaginta duobus horis iacuit in sepulchro per synecdochen intellectus: vel tot accenduntur, propter lxxij. nationes seu genera linguarũ.

17 † Viginti quatuor candelæ accendũtur. Primò, quia Sol ille, qui mundum xxiij. horis diei & noctis illuminat, significat Christum verũ Solẽ, qui extinguitur, quia Christus occubuit vesperę passionis: & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Secundò, dies cuius malus lumen Christus est: nox verò cuius minus

lumẽ eccleſia eſt: luminaria ſunt Apoſtoli, & alij viri Apoſtolici: q ſunt quaſi .xxiiij. horæ, quę diei Chriſto, & nocte eccleſię famulãtur. Vigintiquatuor luminaria ergo extinguũtur, qa Apoſtoli in vnoquoq; die per xxiiij. horas latuerunt. Tertiò, vigintiquatuor cãdelæ deſignãt verſum: Glo. pa. &c. q in nocturnis feſtiuitatũ vigintiquatuor vicibus ſolet dici. Primò poſt, Deus in adiutorium: ſecũdò, poſt inuitatoriũ: tertiò, poſt hymnum nouies in pſalmis triũ nocturnorũ: ter in reſponſoriis, & Te Deum laudamus: quaſi Gloria patri eſt. Iterũ, ad laudes ſemel poſt, Deus in adiutoriũ, quinquies in pſalmis ſequẽtibus, ſemel in hymno, & ſemel poſt, Benedictus. Verſus enim ipſe hoc officio tacetur, vt præmiſſum eſt: quia ille, in cuius laudẽ dicitur, in ſepulchro iacet: ideoq; vigintiquatuor cãdelæ ad hoc deſignandũ extinguntur, vel ſignificãt .xij. Apoſtolos, in quorũ honore toties dicitur, Gloria patri in nocturnis, prout dictũ eſt in proœmio .v. partis

†Quindecim cãdelæ ſignificãt .xij. Apoſtolos, & tres Marias, quę ſequebãtur Dominũ, quæ extinguũtur, quoniã tunc omnes laudes Dei tacuerũt. Apoſtolis tamen fugiẽtibus, ipſæ Mariæ, quia minus timebãt, circa Chriſtũ quoad poterãt verſabãtur, vnde legitur: Pelli meæ cõſumptis carnibus, adhæſit os meũ: & deſunt tan. la. ci. dẽ. meos. labia. i. mulieres, quæ ſunt quaſi pellicula circa dẽtes. † Vel quatuordecim ex illis candelis ſignificant quatuordecim articulos fidei, quorũ extinctio, ſignificat extinctionẽ fidei factã in fuga Apoſtolorũ: extinctio verò vltimæ cãdelæ ſignificat mortẽ Chriſti. †Duodecim cãdelæ accẽſæ, repræſentãt duodecim Apoſtolos, quæ extinguuntur, ad notandũ q; Apoſtoli tũc ſiluerũt & fugerũt, & penè extincta eſt fides in eis. †Nouẽ cãdelæ ſignificãt genus humanũ, quod p peccatũ ſe à nouẽ ordinibus Angelorũ, & à vera luce excluſit. †Septẽ candelæ ſignificant gratiam ſpiritus ſeptiformis, quæ in cordibus diſcipulorũ penè fuit extincta. Vbi verò nõ obſeruatur certus cãdelarũ numerus, ſed quilibet laicus pro velle candelã apponit, huiuſmodi cãdelæ ſignificãt Prophetas, & alios ſanctos patres, q Chriſtũ vẽturum lumẽ noſtrũ prænunciantes & verba ſalutis prædicãtes, diuerſis pœnis vexati mortui ſunt & extincti. Porrò omnes cãdelæ non ſimul, ſed vna poſt aliã extinguuntur, quia diſcipuli nõ ſimul à Chriſto, ſed ſucceſſiuè vnus poſt aliũ diſceſſerũt. Alia etiam ratio iam ſequitur. †Quidã extinguũt eas poſt ſingula cãtica, vſq; ad plenã extinctionẽ: figurãtes q ſingulis cãticis ſiue pſalmis mœſtitia decidimus, quia verus Sol occubuit, gaudiumq; noſtrũ in luctũ eſt cõuerſum. Iuxta illud: Cecidit corona capitis noſtri. cõuerſus eſt in luctũ chorus noſter. Alij in tribus vicibus eas extinguunt:

Iob. 9.

18

19

20

21

22

23

24 guunt: recolẽtes triduanam Domini ſepulturã. † In quibuſdam quoq; Eccleſiis candelæ quadam manu cerea extinguũtur: quæ ſignificat manum Iudę: de qua Dominus dixit: Qui intingit manum mecũ, &c. Quæ fuit quaſi cerea. i. ad malum flexibilis: per quam Chriſtus rex noſter, & vera lucerna, traditus fuit: & quan- *Mat. 26.*
25 tum in illo fuit extinctus. Cãdela aũt, quæ in medio eſt, nõ † extinguitur: ſed in feneſtra vel arca accenſa ſeruatur occultè: vt poſteà reueletur, & Eccleſiam illuminet. Nempè cãdela ipſa ſub eis lumẽ occultatum ſignificat. Primò, fidẽ, quæ in ſola virgine remãſit: per quam poſteà omnes fideles docti & illuminati ſunt. Secundò, ſignificat Chriſtum qui liçet videretur ſecũdum carnẽ extinctus, tamẽ ſecũdum diuinitatẽ, quæ illis erat occulta, viuebat: & poſteà reſurgẽs cum luce clariſſima ſe ſuis diſcipulis manifeſtauit. Tertiò, occultati luminis, quod videbatur extinctum, reuelatio: notat fidei illuminationẽ in Apoſtolis, & aliis, in quibus tũc penè extincta erat. Quartò, notat fidem poſt infidelitatem. Quintò not. ꝙ ignis ſpiritus ſancti, qui in fidelibus videtur extinctus: iterum reluceſcet in eiſdẽ. Sextò luminis renouatio, ſignifi-
26 cat noui teſtamẽti renouationem. † Septimò, luminaria ſucceſſiuè vnũ poſt alterum, extinguũtur: & vnũ quaſi penè extinguitur, qa aſcõditur, & poſteà reuelatur. Ad notãdum, quod peruerſi vineæ cultores, & generatio praua nũtios patris, videlicet Prophetas, per varia tẽpora cõpleto ſuo miniſterio prophetiæ occiderũt: & tãdem patris hæredẽ, quem in ſepulchro poſitũ lumine occultato figuramus: cuius luminis reuelatio eſt, reſurrectionis eius manifeſtatio, & cõmemoratio. Sanè cãdela quæ vltima extinguitur, eſt maior cæteris, ſecũdũ quoſdã: & ſignificat Chriſtũ qui fuit Dominus prophetarum: ſecũdum alios verò vbi non eſt maior cæteris ſimiliter ſignificat Chriſtũ qui reputatus eſt vnus ex prophetis, & vltimus extinguitur: qa nullus poſt eum apud illos propheta ſurrexit: ſed extinctus eis perfidiæ tenebras dereliquit. Et ad cãticum Euãgelicum cãdela ipſa extinguitur, qa Chriſtus euãgelizans occiditur. Et attende, ꝙ in hoc officio paſtoris officia, vt capitulum ſubticẽtur, qa paſtores diſperſi fuerant: verſus tamẽ, quod eſt minorum officium, nõ omittitur: quia diſcipuli minus cogniti videbãtur. Vnde & hoc officium triduanũ potius à minoribus celebratur in typo minorum diſcipulorum, &
27 mulierum, qui Dominum ſequebãtur. † Vociferatio ad benedictus & tumultus popularis, qui tunc fit, cõcrepatio eſt Iudæ proditoris, & tumultus cohortis, quam cum gladiis & fuſtibus Iudas cõtra Chriſtum adduxit: vel cæci diſcipuli ſalutatio dicẽtis, Aue rabbi. Tertiò cãticum ipſum tunc alta voce dicitur, ad no-

tãdum, q̃ multi interfecto Antichristo gaudebũt. Clangor cantium Κόμμι ἐλεήσον, est tumultus Dñm persequentiũ, & eũ ironicè adorantiũ. vel significat lamẽta sanctarũ mulierũ, quæ sequebãtur Dñm, quæ leguntur posteà lamẽtari sedẽtes cõtra sepulchrũ, τροπολ verò. i. versus illi, qui in illis tribus noctibus, cum Κόμμι ἐλεήσον, & Dñe miserere: quasi lamẽtabiliter cãtãtur, significant lamentationes & dolores mulierũ, de cognatione sua: quæ à Galilæa fuerunt secutę Iesum, inter quas erant Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Maria Salome, plorantes iuxta sepulchrũ. † In quibusdã Ecclesiis tropis cãtatis, procidẽtes ad terram, 24
dicũt in tenebris sub silentio: Miserere mei Deus: & collectã: Respice quęsumus Dñe: in quo timor Apostolorũ in occultis notatur. Posteà fit cũ manu vel alio quodãmodo sonitus ante luminis reuelationẽ, qui sonitus repræsentat terroris eorũ incussionẽ, vel ex tumultu cohortis, vel ex terræmotu: in quibusdã tamẽ ecclesiis ignis nouus de lapide producitur, q̃ a per Christum mediatorem nostrum nobis spiritus sanctus infunditur. † Ab hac 25
quoq; die vsq; ad octauã Pente. in quibusdam ecclesiis officium B. Mariæ omittitur, vt memoriæ atq; reuerentiæ passionis & resurrectionis, de quibus in ecclesia hoc tempore agitur, ardentius insistatur. Cùm enim honor & obsequiũ specialiter hoc tẽpore Christo eius nato in nostra humanitate passo & glorificato impensum redundet in ipsam matrem, nulla quidem sibi fit iniuria i. sum officiũ omittẽdo. Omittitur etiã officium mortuorũ: q̃ cùm recordatio beneficiorũ Christi præcipuè, quæ ipse passionis & resurrectionis suæ tempore contulit, omnem nostrum effectum & intellectum requirat. Proinde ecclesia illud officium, quod ad ipsum Christum spectet, in quo de eius passione & resurrectione agitur, eo tempore agit, vt sic non ad plura dispersa, ad vnum duntaxat vehementius occupetur. Nec per hoc defuncti qui sunt in purgatorio dispendium patiuntur, quia cùm sint nobis per charitatem vniti, beneficia nostra secundum quod meruerunt, participantur ab eis: nec expressius memoria pro illis fieri posset, quàm agendo memoriam de morte & resurrectione Christi, per quam à pœnis liberari expectant. Extra ecclesiam tamen vtile est ipsa officia dicere.

SVMMA.

1 *Officium diurnum feriæ quintæ Dominicæ quadragesimæ, & eius feriæ, etiam sunt. nu. 3.*

2 *Remedia duo contra peccatum.*

4 *Pœnitentes cur admittantur in Ecclesiam sexta feria Dominicæ in ramis. & nu. 5. 6.*

De diurno huius diei officio. CAP. LXXIII.

1 SEquitur de diurno † huius diei officio videre. Et quidem hęc quinta feria insignitur sacramẽtis: tum ab ecclesia, tũ à Domino institutis: in qua die primò pœnitentes in ecclesia introducuntur, qui in capite ieiunij, de ea electi fuerant. Vnde in canone Inn. ita legitur: De pœnitẽtialibus verò, qui siue ex grauioribus omissis, siue ex leuioribus pœnitentiã gerunt, si nulla interueniat ægritudo: quinta feria ante Pascha eis remittendũ Rom. Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Primò ergo, de pœnitentiũ introductione in ecclesiam dicturi, aliqua de ipsorũ electione præmittamus. Si quidẽ misericors & miserator Dominus, cuius misericordiæ nõ est numerus: sicut in psalmo habetur: misericorditer semper agẽs & peccatorũ salutẽ sitiens, per huius mundi pelagus periculosè nauigãtibus & quãdoq; fluctuantibus inter alia multa remedia specialiter duas naues siue tabulas parauit. Prima
2 est baptismus. † Secunda pœnitẽtia, sicut Apostol. ait ad Ephe. & quidem pœnitẽtes de ecclesia eiiciuntur, repræsentat exilium & electionem Adæ & Euæ de Paradiso propter esum pomi. Peccatores ergo de ecclesia eiicimus, & electis pœnitentiam septennẽ, aut aliã pro criminũ qualitate imponimus: & electi per septem hebdomadas extrà morãtur: quia genus humanũ in Adã lapsum iudicio Dei in hoc exilio septẽ milibus dãnatur annorũ. Maria quoq; lapsa, septem diebus extitit extra castra. Forma electionis habetur in cõcilio Agaten. Electionẽ verò Cain à facie Domini, repræsentat ecclesia excõmunicando viros sanguinum, præcipuè cum candelis extinctis, quia & ille & isti spiritum vitiis extinxerunt, quæ candelæ in prolationẽ anathematis debẽt proiici, & pedibus cõculcari, nec vlterius debẽt ad aliquẽ vsum, sicut nec sal infatuatũ assumi. Electi ferũt cãdelas in manibus, ad significandum, q̃ pro opere quo primi parentes porrexerunt manus ad pomũ vetitũ, apposita est ignea romphæa in Paradiso. Claudũtur coram eis fores ecclesiæ in signum aditus Paradisi quon-
3 dam obclusi. Quòd de loco ad locũ † vãdunt, siue in exiliũ mittuntur, significat, q̃ Cain post mortẽ fratris profugus & vagus fuit super terram. Quòd ciliciis & laneis vtuntur de Iob tractum est: qui pœnitentiã in fauilla & cinere agens, sacco se operuit: & de Niniuitis qui similiter fecerunt. Ciliciũ quoq; portant, in signum pellicearũ tunicarũ Adæ & Euæ. Ioetiam habitũ recolentes. Carcer pœnitentiæ à Ioseph initium habuit. Quòd comã & barbam nutriũt, tractum est de Ioseph, cui in carcere posito, ita excreuerunt. Quòd iacent, aut sedẽt in terra: sum, tũ est de Iob, qui in sterquilinio sedit: in terra etiã comedunt, quasi ipso facto dicant:

Num. 12.

Gene. 4.
Iob. 42.

Ioan. 3.
Gene. 41.
Iol. 7.
Gene. 3.

dicant:Maledicta est terra in opere tuo.Nō dicitur eis,Aue:quia nondum erat mutatum nomē Euæ.Quòd pedes nudāt,nuditatē repræsentant Adæ.Quòd ieiunant, q̄ indigent ornatu gloriæ,
Gen.32. q̄ baculis vtūtur, tractum est de Iacob, q̄ peregrinās in baculo Iordanem transiuit.In his etiā omnibus inuitātur ad humilitatē & purgatoriā confessionē,& tam peccatorū,q̄ æternę pœnæ meditationē,& q̄ sint memores suæ peregrinationis.Nanq; eiiciū-
Gene.3. tur de ecclesia, & post eos cantatur:In sudore vultis tui vescēris pane tuo,hoc ideò fit,vt videntes ecclesiā pro eis esse confusam, magis ac magis confundantur in vestimentis quippè sordidis & excremento crinium & barbæ, multiplicatio miseriæ peccatorum insinuatur, quasi dicant ipso facto iniquitates meæ multi-
Psal.68. plicatæ sunt super capillos capitis mei. Quòd in terra iacēt, eis
Psal.21. æternā damnationem ad memoriā reduci,quasi dicāt:Domine perdes omnes q̄ in terrā descenderūt,id est,qui dediti sunt terrenis,nisi resipiscāt. Quòd de loco ad locū cum baculo vadunt,eis ad memoriā peregrinationem suā reducit,q̄ per peccatū receſſerunt à deo,in baculo enim intelligitur correctio, & cōsolatio,&
Psal.22. sustentatio,quasi dicāt: Virga tua & baculus tuus ipsa me consō-
Mar.4. lata sunt:est autem baculus cubitalis,quia in qua mensura mensi fuerint,remetietur eis. † Sed quæritur quare hac die pœnitentes 4
in ecclesiā introducuntur?Respōdeo in quinta feria Deus creauit pisces & volucres:pisces,in aquis reliquit:volucres,in aëra leuauit,iuxta illud:Magnæ Deus potentiæ,qui ex aquis,&c. partim remittis gurgiti,scilicet pisces, partim leuas in aëra,scilicet volucres.Per pisces intelliguntur cupidi, auari, & luxuriosi, qui in fluxu cupiditatum huius mundi delectātur. Volucres sunt spirituales, qui in spiritualem conuersationē quasi in aëra leuantur. Pœnitentes igitur in quinta feria in ecclesiam introducuntur,& quasi segregati à malis & ab huius mundi deliciis, in cœlis animo conuersantur.Præterea in fine quintæ ætatis,quam hęc quinta feria significat,Ioan.bap.pœnitentiā prædicauit: & Dominus noster venit in mundum, peccata absoluens:prout in prima huius de oratione dicitur. † Rursus in hac die institutum est sacra- 5
mentum sacramentorū, scilicet corporis & sanguinis Domini, cùm Dominus vetus finiuit test. & nouum inchoans, panem & vinum in corpus & sanguinem suum transubstantiauit,quod est sacramentum misericordiæ.Quia ergo Christus solus de misericordia crimina tollit,vt præmissum est, ideò pœnitentes hac die reconciliātur, quia hac die misericordiæ cōsecrauit sacramentū, & inde est q̄ missa huius diei solenniter cantatur:vt ibi dicetur. Meritò igitur hac die,quæ tota in remissionem peccatorū conse-

crata

erata eſt, pœnitẽtes recõciliantur ad percipienda corporis & ſanguinis domini ſacramenta. Decuit itaq; hoc ſacramentum ſacramentorũ in fine inſtitui quintæ feriæ aduenientę ſexta feria: eò ꝙ in fine quintæ ætatis, & in primordio ſextæ, lex finem, & Euan
6 gelium ſumpſit exordium. † Prætereà, hac die abſoluuntur, quia in ea die Chriſtus fuit captus & ligatus, q̃ ligatio abſolutionẽ noſtrã operata eſt. Hac etiã die Chriſtus lauit pedes diſcipulorũ ſuorum, vt pedes & affectus noſtros lauet, id eſt, ſoluat à peccatis.
7 † Forma verò recõciliationis eſt hæc. Exit Pontifex ad patentes eccleſiæ, vbi iacent pœnitentes proſtrati in terra, & eos vice Chriſti vocat ad timorẽ Domini dicens ter: Venite, ve. ve. filij audite me, timorem Domini docebo vos. Hanc eſſe Chriſti vocem probatur. Pſalmi. 28. de quo ſumitur q talis eſt pſalmus Dauid cùm mutauit vultum ſuum corã Abimelech. Abimelech interpretatur patris mei regnum, per quem Iudæos accipimus: coram quibus verus Dauid mutauit vultum ſuum, id eſt, ſacrificãdi ritum & ferebatur in manibus, quando panem & vinum dedit diſcipulis, dicens: Hoc eſt corpus meũ, & hic eſt ſanguis meus: quod quidẽ hodie factum eſt. Dicens ergo Pontifex vicarius Ieſu Chriſti venite pœnitentes, inuitat ad corporis ſanguiniſq; conuiuium. Proinde, pro eis orat, genua flectit, eos admonet, eóſq; reconcilians in eccleſiã introducit. Illud etiam notabile eſt, ꝙ vndiq; ianuæ eccleſiæ patent: ad notandum venientes ab auſtro vel ab aquilone, id eſt, iuſtos & peccatores, quando accedunt ad miſericordiam, non eſſe prohibendos, & à Paſcha in antea patebunt, eò ꝙ in octaua noſtræ reſurrectionis nullum erit improperiũ peccatorum electis. Illud quoq; notabis, ꝙ pœnitentes in eccleſia recepti, crines & barbam, quam nutrierant deponunt: & ſe veſtes mũdas & cultiores depoſitis pœnitentialibus induunt, à Ioſeph capientes exemplum, qui de carcere ductus, tonſus & lotus eſt, & veſtibus decoratus: per hoc quoque innuitur, quòd deponentes multitudinem peccatorum, induunt veſtimenta virtutum. *Gen. 41.*

SVMMA.

1 *Oleum conſecratur ſexta feria Dominicæ in ramis, idq; tripliter.*
2 *Oleum tripliciter conſecratur, & de cuiuſque proprietate.*
3 *Oleum infirmorum, quomodo conſecretur. Et quare. nu. 5. 6. 7. 8.*
4 *Oleum chriſmatum.* 9 *Olei chriſmatis conſecratio.*
10 *Chriſma ex quibus cõficiatur, & qualiter, quaq; ſolẽnitate. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Et quid myſticè ſonet illa celebritas tãto apparatu. n. 18.*
19 *Oleum benedictum, ſalutatur. Et quoties, & quorſum.*
20 *Epiſcopus ter exhalat in ampullam olei benedicti, & cur idipſum.*
21 *Oleum catechuminorum. Et eius vſus duplex. nu. 22. 23.*

De

De eadem quinta feria. CAP. LXXIIII.

HAc etiã quinta feria ſecundo loco tripartitum oleum conſecratur, quoniã hodiæ agnus Dei ad victimã, ſcilicet veſperam immolabatur, de cuius ſanguine vterq; poſtis & ſuperliminare domorũ in quibus erat edendus, liniebatur: vt hoc ſigno viſo exterminator Ægypti domos ſacri cõuiuij pręteriret intactas, in quo figuratum eſt q; ſi frontibus noſtris vnctione chriſmatis quaſi ſanguine Chriſti qui vnctus interpretatur, ſignũ crucis imprimitur: diabolus in domibus animarũ noſtrarum nullam nocendi habet poteſtatem. Rectè ergo, qua die illud figuratiuũ agebatur, ſignificatum ſolenniter celebratur. Sed diceres: Conſequẽs igitur eſſet, vt hac die pueri cõfirmentur, id eſt, in frõtibus chriſmare ſacro ſignentur. Reſpondeo: S. Eccleſia illum, in quo paſſus eſt Dominus, luctui dedicauit: & ſolennitatis & cõuiuij gaudium in diem tertium, quo reſurrexit Dominus, reſeruauit, & tunc demum pro recuperata ſalute animarum, quæ eſt patrata in ſexta feria, & pro futura corporum reſurrectione, quæ donata eſt nobis in eccleſia Paſchalis agni conuiuium celebremus dicentes: Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, itaq; epulemur. Sumentes ergo illud: vnde poſtes noſtrarũ frontium ſignare debemus: rectius ab ipſa ſignificatione vſq; ad conuiuium Paſchale ceſſamus, vt tunc ſubmerſo Pharaone tranſeuntes per mare rubrum ſignantes domos contra exterminatorem, Paſchale conuiuium celebremus. Sed diceres, cur itaq; in ſabbatũ chriſmatis conſecratio nõ differtur? Reſpondeo, quia ab hac quinta feria vſq; ad veſperã ſabbati, à Miſſarum ſolẽniis vacamus: ipſum autẽ chriſma nõ niſi intra Miſſarum ſolennia fas eſt conſecrari: ſed ante Miſſam baptiſmum conuenit celebrari: prout ſub ſabbato ſancto dicetur. Vel ideò, in quinta feria conſecratio celebratur: quia Chriſtus in quinta fuit vnctus ætate: nam in quinta venit, qui in ſexta ſanguinem conſecrauit: de cuius vnctione dicit Daniel: Vngatur ſanctus ſanctorum. Et Eſa. Spiritus Domini ſuper me, eò q; vnxit me, ad euangelizandum miſit me: & Dauid: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætiæ, præ cõſortibus tuis: cuius vnctio extunc cœpit, cùm verbum caro factum eſt, cùm plenitudo diuinitatis in eo corporaliter habitauit: tunc autem cõpleta eſt, cùm in baptiſmo ſuper ipſum ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit. Ideoq; vnctio quæ hodie conficitur ad vngendum, vſq; ad baptiſmum differtur: vt ſignificemus ſpiritum ſanctum, ſuper Dominum in baptiſmo viſibiliter deſcendiſſe, & nos in baptiſmo ſpiritum ſanctum accipere. Ex his itaq; patet in veſpera ſabbati ſtatim poſt baptiſmum eſſe confirmandum, vt poſteà celebretur Paſchale

Exod.12. *1.Cor.5.* *Dan.9.* *Eſa.11.* *Pſal.44.*

paſchale conuiuium, & quod quibuſdam placet, ſaltem in paucis
2 eſſe tunc cõfirmationis myſterium inchoandum. Quia † igitur de triplici oleo mentio facta eſt, notandum eſt, q triplex ſacramentum ex eadem ſubſtantia ſit olei, ad oſtendendum, q licet vnus ſit ſpiritus ſanctus, multiformis eſt tamen ſecundum dona ſua: vnde Apoſt. 1. Corin. 12. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij gratia ſanitatũ, &c. Hoc triplici oleo coaptamus quod inde apparebit: ſi olei triplicem proprietatem attẽdamus. Olea enim, vt dicit Iſid. eſt arbor pacis inſignis, cuius pinguedo valet ad reficiendos artus laſſos & infirmos: & eſt pabulũ luminis: q eſt arbor pacis, refertur ad oleum chriſmatũ: q pabulum eſt luminis, refertur ad oleum catechuminorum: q artus laſſos & infirmos reficit, ad oleum infirmorum. Hæc igitur tria præcedentibus verbis Apoſtolo coaptantur. Siquidem in multitudine pacis eſſe videtur, q dulcedinem interę ſuauitatis guſtauit: ſicut dicit Pſalmus: Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt Dominus. Saporẽ huius dulcedinis ſenſerat ille qui dicebat: Gratia Dei ſum, id quod ſum. 1. ad Corin. 15. c. Hæc gratia eſt donum ſapientiæ, quæ intelligitur per pacis oleum. Verùm, quia hunc ſaporem libenter in alium deriuat vir fidelis: idcirco alij datur ſermo ſcientiæ. Scientia enim eſt doctrina, qua fidelis aliorũ verbo vel ad minus exemplo inſtruitur; qui per balſamũ intelligitur, & quia Apoſtolus in hoc laborauit, idcircò cùm dixiſſet, Gratia Dei ſum id quod ſum: ſtatim ſubiunxit: & gratia Dei in me vacua non fuit. Hęc duo ſimul coniuncta, ſcilicet oleũ & balſamum, id eſt, dulcor ſapientiæ, & odor doctrinæ perfectũ faciunt ſeruientem: quæ duo, ſcilicet ſapientia & doctrina, ad oleum chriſmatum pertinent. Ad oleum verò catechuminorum pertinet fides, quæ mentem illuminat, ſicut oleũ lumen præſtat. Fides enim valet ad duo, ſcilicet ad purgamentũ & tutamẽ: purgat præterita vitia, & tutelam præſtat contra futura, ſicut verba conſecrationis huius olei manifeſtè oſtẽdunt, quæ inferius exponũtur. Ad oleũ infirmorũ pertinet gratia ſanitatum, id eſt, ſanitas corporis & mentis. Valet enim contra vtriuſq; ægritudinem, ſicut ex verbis benedictionis ipſius liquet. Quare autem infirmi & catechumini inunguntur: & de vnctionibus, quæ fiunt ex hoc triplici oleo dictum eſt in prima parte, ſub tit. de vnctionibus. Se-
3 quitur † videre de ipſorum oleorum cõſecrationibus. Et primò de oleo infirmorum, ſecundò de oleo chriſmato: tertiò, de oleo ſancto. Primò ergo de oleo infirmorum dicendum eſt: nam illud prius eſt conſecratum, quàm chriſmatum, & ſanctũ. Et eſt ratio, quia illius ſacramentum prius fuit tempore quàm chriſmati vel

Pſal. 34.
1. Cor. 15.

ſan-

ſancti. Nam Dominus diſcipulos ſuos docuit infirmos vngere: ſicut in Euangelio dicitur: Oleo vngebãt infirmos & curabãtur, & Iacobus Apoſt. ait: Infirmatur quis, &c. Oleũ † verò chriſmatum & ſanctũ: ſcilicet catechuminorũ ab eccleſia inſtituta ſunt, licet & in veteri teſta. aliqua de vtroque habeatur ſimilitudo. Ibi nanq; duplex oleũ inuenitur: vnum videlicet chriſma, quo vngebantur Reges. Præcepit enim Dominus Moſi, vt cõficeret chriſma, quo vngeret tabernaculum in dedicatione templi, & arcam teſtamenti Aaron, Reges & Sacerdotes, & filios eius, dicens: Sument aromata prima, & oleum. Inde eſt ꝙ vnctione chriſmatis eccleſias & calices conſecramus: Reges etiã & Pontifices inungimus. Moſes tamen oleo materiali non legitur inunctus, ſed ſolum ſpirituali ſicut & Chriſtus. Oleũ etiam ſanctum à lege ſumpſit exordiũ quo Reges tantum & Sacerdotes vngebãtur. Alij dicunt, ꝙ oleum infirmorum Apoſtoli inſtituerunt: qui cum illo ægrotos vngebant. Oleum verò chriſmatũ & catechuminorum, Apoſtolici viri conſtituerunt: & ideò cõſideratio olei infirmorũ prior eſt tempore, quàm chriſmati, & etiam quàm olei ſancti, quia prior & maior & venerabilior eſt doctrina Apoſtolorum, quàm Papæ. Huius autem olei conſecratio non habet tale principium, quale alia habent: quia non dicitur in eo: Dominus vobiſcum: nec oremus, nec Surſum corda, nec aliquid huiuſmodi: nec etiam talem habet finem, qualem in aliis conſecrationibus dicimus: vt infrà dicetur, ſcilicet: Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, &c. vel per eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos: ſed ſic clauditur: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et eſt ratio, quia benedictio ipſius olei ſancti, non eſt officium per ſe, ſed eſt emboliſmus præcedẽtis officij, quod apparet: quia cùm ponatur ante illud verbũ canonis. Per quẽ hæc omnia Domine bona ſemper creas, ſtatim benedictione ipſa finita ſubiungitur: Per quẽ hæc omnia, &c. Et ſic eſt ἐμβόλισμος, id eſt, adiectio præcedentis officij, ſcilicet illius orationis. Nobis quoq; peccatoribus, vbi pro pœnitentibus oratur. Eſt enim duplex emboliſmus, prout dictum eſt in iiij. parte, ſub tit. de ſilentio poſt orationem dominicam. Sed quare † conſecratio huius olei canoni adiicitur? 5
Reſpondeo. Primò ibi rationabiliter oleum morientiũ conficitur, vbi mors Domini cõſummatur: vt ſicut mors domini deſtruxit mortis authorẽ: ſic gratia, quæ per vnctionem morienti confertur, deſtruat peccata quę ſunt cauſa mortis. Secundò, duo ſunt de quibus in hoc officio agitur, ſcilicet immolatio Chriſti, & immolatio eccleſiæ: immolatio Chriſti, fuit in cruce: immolatio eccleſiæ, fit cùm peccatum moritur. De immolatione Chriſti fit men-

mentio in introitu. Nos autem gloriari: & ſpecialiter in canone de immolatione eccleſiæ fit mentio in epiſtola, vbi dicitur: Si noſmetipſos iudicaremus, non itaq; iudicaremur. Sunt etiam & alia duo, ſcilicet infirmitas & medicina: infirmitas ex peccatis ſæpè prouenit: medicina de gratia Dei. De infirmitatibus ait Paulus in epiſtola: Qui indignè manducat & bibit corpus & ſanguinem Domini, iudiciũ ſibi mãducat & bibit, nõ diiudicans corpus Domini. Idcircò inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiũt multi. De medicina dicit Iacobus: Infirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros eccleſiæ, & orẽt ſuper eũ, vngentes eũ oleo in nomine domini: & oratio fidei ſaluabit infirmũ, & alleuiabit eũ Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittuntur ei. Si igitur propterea infirmãtur quia mãducant corpus domini indignè, & gratia ſpi-
6 ritus ſancti, quã ſignificat hæc vnctio, eos ſaluat: merito † conſecrationi corporis Domini, adiicitur conſecratio huius olei. Per paſſionẽ enim Domini, cuius cõmemoratio fit in conſecratione corporis, proſtratus eſt diabolus: & gratia ſpiritus ſancti, cuius ſignum eſt vnctio, diaboli arma, id eſt, peccata quotidiana tollun-
7 tur. † Tertiò ideò cõſecratio olei infirmorũ conſecrationi corporis Chriſti adiungitur, quia nouiſſima oratio cõſecrationis corporis Chriſti ex voto pœnitentiũ fit: congruè igitur ſub ea cõſecratur oleũ pro pœnitẽtibus, vbi eorũ ſacrificia Domino offerũtur. Conſequenter attẽdamus aliqua verba conſecrationis huius olei infirmorũ: dicitur enim ibi ſic: Emitte ſpiritũ tuum paracletũ in hanc pinguedinẽ olei. Nempè nõ ſine cauſa ponitur ibi paracletum, ꝙ patebit, ſi triplicis olei efficaciã attendamus. Oleum ſanctum præcipit, ſiue in exorciſmo olei ſancti, videlicet catechuminorum, præcipitur diabolo vt recedat à catechumino, q adhuc reputatur mortuus, quouſq; nõ eſt baptizatus: oleũ chriſmale iam viuentes ſanctificat: oleũ infirmorũ iam ſauciatis medelã præſtat: quia verò ægritudinẽ ſequitur dolor: vnde in eadẽ conſecratione olei infirmorũ, dicitur ad euacuandũ omnes dolores, & omnem ægritudinẽ, ſequitur ꝙ dolorũ eſt conſolatio: ideò rectè ponitur ibi: Paracletum, ꝙ interpretatur cõſolator. In mortuo autem, qui dolorẽ non ſentit, non ſequitur conſolatio. ſed nec ſanus, nec ſanctificatus: quia in eo nõ eſt infirmitas, ex qua dolor non indiget
8 conſolatione. † Circa oblationẽ eiuſdem olei infirmorũ notandum eſt ꝙ in ordinario ita ſcribitur: Offeratur Pontifici oleum quod offerunt populi antè quàm dicatur, Per quem hæc omnia ſemper Domine bona creas. Nempè hoc in Exod. 27. cap. præfiguratum eſt: vbi dicitur Moſi, quòd accipiat à populo oleum oliuarum puriſſimum. Oleum ſiquidem cùm offertur à populo,

1. Cor. 2.

Iacob. 2.

tantum liquor est, sed per benedictionē, fit sacrāmentū. Mystice autem hæc oblatio siue administratio, significat ꝙ populus debet clero temporalia ministrare: spiritualia ministranti ei, vnde Apo
1. Cor. 9. stolus: Si seminauimus vobis spiritualia, nō est magnum si vestra carnalia metamus. Consecrat autem oleum Episcopus cum omnibus sacerdotibus ei adstantibus, quia hoc sacramentum fuit à Christi discipulis institutum, vel tractū est ab antiqua consuetudine, qua consueuerat ecclesia primitiua simul cum Pontifice verbis & manibus corpus Christi conficere, fortè ad testimonium, prout hodie in Missa de ordinibus, cum ordinatore faciunt ordinati. Nam & summus Pontifex quoties diuina celebrat, sacerdotes ei adstantes verbis & manibus cum eo consecrant: & quia, vt iam dictū est, huius olei consecratio est μυστήριον & canonis: idcircò eam totā sicut & canonē sacerdotes cum eo dicunt, inde perficit officiū Episcopus vsq; ad illū locū: Pax domini sit semper vobiscum: & clericus respōdet: Et cum spiritu tuo, & tunc tacet, & solus Episcopus communicat. † Secundò videndū restat de oleo 9
chrismatis. Fabianus enim Papa statuit hac die singulis annis debere confici chrisma, quia nouum est sacramentū, & ideò semper est innouandum, & vetus concremandum. Ita enim ab Apostolis & eorū successoribus accepit, à cunctisq; tenenda mādauit. Circa † quod sciendum est, ꝙ chrisma cōficitur ex balsamo & oleo pro- 10
pter mysticā rationē, quoniā per oleū nitor conscientiæ designa
Mat. 25. tur, iuxta illud Euangelij: Prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis cum lampadibus, &c. Per balsamum verò exprimitur
Eccle. 24 odor famæ, per quod in libro Sapient. dicitur: Sicut balsamus aromatizāns dedi odorem. Oleo ergo, quod lucet, additur balsamus, qui redoleat: quia fide operante per dilectionem, lucere, & bona fama redolere ad honorem Dei, & ad vtilitatem proximi debem⁹. Odor enim balsami in oleo, bonam operationem longè, lateq; diffusam gratia spiritus sancti cooperante demonstrat. Secundò additur † oleo balsamum, ad significandū, ꝙ in vultu Christi re- 11
splenduit cœlestis nitor, & gratia excellentius, quā in aliis. Nam vt Hieronymus ait: Virgo de virgine natus, qui non ex voluptate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei natus est, nisi habuisset in vultu, oculisq; quoddam desiderium: nunquā eum statim cum ingenti desiderio secuti fuissent Apostoli: nec qui venerant ad eum comprehendendū, corruissent. Ille nitor operāte Dei gratia, vultus electorum exhilarat, vt Dominū cū magna dilectione imitentur. Vnde in præfatione, quæ cantatur in consecratione chrismatis, dicitur: Dauid prophetico spiritu gratiæ tuæ sacramēta prænoscens, vultus nostros in oleo exhilarandos esse cantauit:

& pau

& paulò pòst: Huius olei vnctio vultus nostros iucundos efficit, & serenos, Vultus nostri sunt operum nostrorum manifestatio.

12 † Tertiò, quoq; balsamus oleo additur, vt omnes qui ex eo uncti fuerint operante gratia spiritus sancti conuersioni doctrinam iungere nitantur. Et hæc duo, scilicet vita & doctrina, sunt connexa in septem donis spiritus sancti: propter quod chrismalis vnctio firmam sapientia ad vitam: intellectus ad doctrinã, consilium etiam ad doctrinã: fortitudo ad vitã: scientia ad doctrinã, pietas ad vitam: & timor ad vitã refertur. Doctrina autẽ per balsamum intelligitur, vt præmissum est. χρῖσμα dicitur vnctio Latinè, quæ etiam Domino nomen accõmodauit. Nam Christus à chrismate dicitur vnctus, prout dictũ est in proœ. secundæ partis. Consecra-

13 tur † autẽ chrisma in eo loco, vbi consueuimus dare pacẽ: sicut & oleum sanctũ, & hæc ideò, vt pax & cõcordia per vnctionẽ chrismatis regnet in nobis. Chrismate enim vngimur, vt donis spiritus sancti repleti Deo & hominibus pacificemur: quia in maleuolam animã non introibit sapientia. Habet quidẽ chrisma officiũ per se cp inchoatur à Sursum corda: & finitur, Per Christum Dominum nostrũ, qui viuit & regnat. pertinet enim ad eos, qui surrexerunt & viuunt cum Christo. † Sanè postquã solus Pontifex cõmunicauit, vt præmissum est, ipse vadit sedere super sedẽ suã, & tunc duodecim presbyteri parati duodecim Apostolos significantes, & alij clerici discipulos significantes descendunt in sacrarium ad apportandum solenniter tam oleũ chrismale, quàm sanctum siue catechuminorũ hoc modo. Præcedunt † nanq; duo luminaria, & sequuntur duæ cruces: & in earũ medio vnus acolythus ferens ampullã cũ oleo futuro chrismali: subsequuntur duo turibula, & in eorum medio alter acolythus ferẽs aliam ampullam cum oleo futuro sancto: subsequenter diaconus librũ Euangelij ferens: deinde dicti presbyteri, & alij clerici bini sequũtur, quousque peruenitur ad gradus ante altare. Nempè duo luminaria sunt lex & Prophetæ, quæ nobis Saluatorẽ prænuntiauerunt: duæ cruces sunt duo martyria sine sanguine, scilicet mortificatio corporis proprij, quæ est crux à sinistris, & compassio proximi, quæ est crux à dextris. Inter has fertur oleũ futurum chrismale, quo inungũtur pugnatores, qui debẽt esse parati ad martyrium: & semper duplici martyrio debent se affligere. Crucem à sinistris habebat ille qui dicebat. 1. ad Corin. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo. Crucem à dextris habebat idem, qui dicebat, 2. Corin. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandali-

16 zatur, & ego non vror? Duo enim turibula † sunt duplex genus orationis, scilicet oratio pro remouendis malis: & oratio pro

Psal. 54. adipiſcendis bonis. Hæc duo notat Pſalmiſta, cùm dicit: Exaudi Deus orationẽ meã, ſcilicet quæ eſt pro adipiſcendis bonis: & ne diſpexeris deprecationẽ meã: ſcilicet quæ eſt pro remouẽdis malis. Inter duo turibula fertur oleum futurum catechuminorum: quia pro catechuminis eſt orandũ: & eos orare oportet, vt ad robur, ꝙ per oleum chriſmale ſignificatur, valeant peruenire. Inde Euangeliũ ſequitur, quia in eo totius boni noſtri eſt conſummatio: preſbyteri, & alij bini ſequũtur, quaſi dicant ſponſæ, Cantic. 1. Trahe me poſt te, & occurremus in odorẽ vnguentorũ tuorum. Poteſt etiã dici, ꝙ ampulla cum oleo futuro catechuminorũ humanitatẽ Chriſti ſignificat plenã ſpiritu ſancto. Duo luminaria, duæ cruces, duo turibula, ſunt lex & Prophetæ, quæ prædixerunt Chriſtũ & Dominũ eſſe venturũ. Sequens verò Euangeliũ affirmat, ꝙ lex & Prophetæ prædixerunt: preſbyteri & clerici bini, bini ſunt teſtes chriſmali myſterij. Hi ſunt Apoſtoli bini ad prædicationis officium deſtinati, cooperatores & teſtes Chriſti. Cantus iſtorum, ſcilicet, O redemptor: prædicationẽ & orationem ſignificat Apoſtolorum. Ampulla quoq; in ſingulos ordines ad altare defertur: per quod innuitur, ꝙ Dominus in corpore ſuo ante paſſionem officia ſeptem ordinum adimpleuit. † Præmiſimus de 17
deductione olei chriſmalis & ſancti ſiue catechuminorũ, de ſacrario, vſq; ad ſanctuarium: nunc dicamus de eadẽ vſq; ad Epiſcopũ. Poſteà enim quàm dicta proceſſio venit ad ſanctuarium: nec tũc ante altare ad orientem ordinare ſe diſponunt, oſtiarij, lectores, & exorciſtæ, & acolyti: ita vt ſextum locũ obtineat ſubdiaconus, qui illa die legit epiſtolam: & poſt omnes eſt acolytus cum ampulla, ita ꝙ omnes ſunt ſub vmbraculo, ſub quo ampulla delata eſt à ſacrario, quæ defertur de vno ad alterum, per quandam connexionem ſindonis albæ: qua ex parte velata eſt ampulla, quouſq; perueniat ad Epiſcopũ: ita vt à medio ſurſum videri poſſit. Nempè in connexione ſindonis, connexio intelligitur charitatis. Ampulla Chriſtus eſt: vel ampulla cum chriſmate corpus domini ex virgine Maria aſſumptum cum diuinitate, ſcilicet Chriſtũ viuum eſſe ſignificat: præmiſſum ordinem quædã eccleſiæ ſeruant. Eſt & alius ordo quem & aliæ ſeruant: nam fertur ampulla cooperta ſindone alba, in ſiniſtro brachio: portãtem ampullã præcedit lumen, & antecedũt duo ſacerdotes, vnus cum turibulo, alius cum cruce, & in medio eorum diaconus cum libro Euangelij: & ſuper capita eorum fertur vmbraculum ſeu pallium: & duo antecedũt cantando. In † quo facto repræſentatur proceſſio, quam fecerũt 18
filij Iſraël, tendentes per deſertum ad terram promiſſionis: quoniam ſindon eſt arca, ampulla vrna, lumen præcedẽs ampullam,

colum

columna ignis,quæ præcedebat populum, ſacerdos cum turibulo:Aaron cum turibulo.Nume.17.cap.ſacerdos cum cruce,Ioſue cum ſceptro,diaconus cum libro Euangelij,Moſes cum libro legis.Vmbraculum,eſt tabernaculum vel nubes lucidiſſima, quæ filios Iſraël obumbrauit,qui canentes præcedunt,lætitiam eorum ſignificant,qui ad terram promiſſionis tranſierunt. Vel duo cantores,ſunt prædicatores: duo præcepta charitatis annuntiantes. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. In hoc etiam facto repræſentatur proceſſio Chriſti & eccleſiæ tendentes de hoc mundo ad patriam. Nempè ampulla eſt Chriſtus:ſindon alba,eſt ſancta conuerſatio eius.In ſiniſtro brachio tenetur,quia hæc omnia in hac vita,quæ per ſiniſtram ſignificatur, acta ſunt: vel quia conuerſatus eſt in vita præſenti: lumen præcedens,eſt Ioannes, qui fuit lucerna ardens,diaconus in medio duorum ſacerdotum, eſt Chriſtus in medio Moſi & Heliæ: duo præcedentes cum lumine,ſunt diſcipuli,quos binos miſit ante faciem ſuam.Ampulla fertur cooperta vſque ad altare,& tunc diſcooperitur, quia quaſi Chriſtus coopertus fuit vſque ad paſſionem:nam penè ab omnibus eius conuerſatio ſancta dicebatur. Sed in paſſione fuit nudus, hominũ reputatione:quia qui paucis diebus ante dixerant: Benedictus qui venit in nomine Domini:clamauerũt,crucifige,crucifige eum. Quidam tamen prius quam ad altare perueniant,ampullam mediam cooperiunt,& mediam nudam ad altare producunt:quia Chriſtus ante paſſionẽ modò latuit, vt confugit in Ægyptum:& cùm inter cognatos quærebatur: & cùm parentibus ſubiiciebatur: modò ſe palam exhibuit: vt cùm prædicauit vltra hominem dicens:Ego & pater vnum ſumus,& cùm miracula fe- 19 cit,in quibus virtutem ſuæ diuinitatis oſtendit. Ampulla † ſtatim poſtquam benedicta fuit ex parte cooperta,& ex parte diſcoperta,vt allata fuerat ſalutatur ab Epiſcopo & preſbyteris:quia Chriſtus poſtquam tranſiuit ad altare crucis, id eſt,ad immolationẽ, & ſe Deo patri ſicut ampulla ad conſecrationem Epiſcopi aliqua parte corpus ſuum nudum monſtrauit, vt Thomæ & aliis diſcipulis,quos voluit eſſe teſtes ſuæ reſurrectionis:aliis verò inuiſibilis fuit. Vel ideò pro parte nuda, & pro parte diſcooperta ſalutatur,quia Chriſtus in humanitate manifeſtus & in diuinitate occultus ab omnibus veneratur. Salutantur autem ampullæ quinquies ab Epiſcopo,vt de quinq; vulneribus gratiarum actio Chriſto reddatur.Poſtquam autẽ ampulla ſalutata eſt à miniſtris altaris,cooperitur vt à nemine nuda videatur,& cooperta iterũ ſalutatur,quia Chriſtus poſtquã ſalutauit & manifeſtauit ſe diſcipulis ſuis,quos voluit ſuos, ſuæq; reſurrectionis eſſe teſtes,aſcendit in

1.Cor.10.

Mat.26.

Ioan.10.

cœlũ & inuisibilis factus est hominibus. Sed quãuis eius præsentiam corporalẽ nõ videamus: tamẽ venerãdo eũ quotidie salutamus, qa discipuli eũ ascendẽtẽ in cœlũ adorauerũt. Tandẽ ampulla in sacrariũ defertur: vt Christus in cœlũ, quẽ veneramur p fidẽ, donec perueniamus ad ipsum, ideò syndon munda, est eius caro, vel cõuersatio immaculata. † Sanè Episcopus ter halat in ampullã. Primò, quia sicut halitus ab interioribus & secretis procedit ad publicũ, & vocatur spiritus: sic Episcopus p spiritũ suum demonstrat spiritũ sanctũ à patre & filio procedentẽ, in corpore Dñi habitare. Ampulla enim cũ chrismate, corpus significat cũ diuinitate: ampulla verò cũ oleo, humanitatẽ plenã spiritu sancto designat. Secũdò etiã halat, qa legitur in Euãgelio, q Dñs insufflauit in discipulos, dicẽs: Accipite spiritũ sanctũ, &c. Hic igitur halitus, illã insufflationẽ significat. Ideò aũt ter halat, qa tres personæ sunt, & nunquã spiritus sanctus est sine patre & filio, à qbus procedit & à seipso venit. Datur aũt spiritus sanctus officio sacerdotum, sed nõ datur ab aliis: sic enim adest virtus spiritus sancti per insufflationẽ à sacerdote factã, in honore & sanctificatione ipsius spiritus sancti: sicuti per verba, quæ dicũtur in nomine suo. His peractis cãtur agnus Dei & cõmunio. Tertio † loco circa oleũ sanctũ seu catechuminorũ, de eius deductione præmissum est, sciendũ, q hæc olei benedictio proprium habet officium. Nam post eius exorcismũ, quẽ Episcopus lenta voce dicit, quasi præfationẽ inchoat, dicẽs: Dñs vobiscũ, Sursum corda, & finitur: Per eundẽ dñm nostrum Iesum Christũ, q recũ viuit, &c. & in eo loco cõsecratur, vbi dicitur: Pax Dñi, &c. Hoc enim est corpus gratiæ Dei, vt pacẽ & cõcordiam inter nos habeamus: vt per vnctionẽ pax habeatur. Olea nẽpè, vt dictum est, est arbor pacis insignis, quod præfiguratum est in veteri test. sicut verba huius consecrationis habẽt, quæ sunt hæc: Et cùm mundi crimina diluuio expiarẽtur effuso, similitudinẽ futuri muneris demonstrans per ramũ virẽtis oliuæ pacem in terra redditam nũtiauit. Valet † etiam huius olei vnctio ad duo. s. ad purgationem & tutel. Ad purgationẽ, vt si quæ catechumino post quã venit in scrutinium, adhæsere maculæ, recedãt ad tutelam: vt diabolus expulsus redire nõ audeat: verba orationis hoc demonstrant dicẽdo: Si qua illius aduersantium spiritum tuum adhæserunt maculæ, recedant ad tactum huius sanctificati olei. Hæc de purgatione. † De tutela sequitur: Nullis spiritualibus nequitiis locus, nulla refugis virtutibus facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Quia verò diabolum se damnãdum maximè in futuro iudicio nouit: & inde tremit, ideircò exorcismus te-

mi

minatur: Per eundē Dñm nostrum Iesum Christū, qui vēturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignē. Exorcismus enim est adiuratio, Nā in ea adiuratur diabolus vt recedat. Item quia hoc oleo perfusi & baptizati spem regni habēt, ideircò oratio terminatur: Per eundem Dominum nostrum.

ADNOTATIO.

*Chrismate.] Chrisma fit ex oleo & balsamo, idq; mystica ratione, vt Inn. docet c. 1. de sacra vnctione. Ab alio verò nō cōficitur, quā ab Episcopo, vt testatur Leo Papa, epist. 86. c. 37. Quod confirmarunt Bracharense consiliū. c. 3. Carthaginēse Secundū. c. 2. Carthaginense Tertium. c. 36. Vnde chrisma ab Episcopo confectū, singulis annis certis tēporibus more ecclesiastico cōmunicatur, vt sacris canonibus est cautum: maximè iuxta sanctiones cōcilij Antiodorensis, c. 6. item Toletani Primi, c. 20. N. D.

SVMMA.

1 *Missa quinta feriæ dominicæ in ramis. & eius officium. nu. 3. 7. 14.*
2 *Gloria in excelsis non cantatur quinta feria dominicæ in ramis, nisi Episcopo præsente.*
4 *Christus lauit pedes Apostolorum, tribus potissimū de causis. & nu. 5.*
6 *Lotio pedum, an sit mandatum potius quàm consilium.* (ramis.
8 *Symbolū Apostolorū, cur non dicatur in Missa quintæ feriæ dñicæ in*
9 *Innocentius Papa statuit corpus Christi sub specie panis reseruari, in quinta feria dominicæ in ramis. Et cur itidem sanguinem. nu. 10.*
11 *Vinum die paraseues sumptum cū Dominico corpore seruato à quinta feria, an consecretur, & sanguis Christi efficiatur per immissionem ipsius corporis in calicem, & per eius tactum.*
12 *Consecratio, & sanctificatio, qui differant.*
13 *Papæ ritus celebrandi quinta feria dominicæ in ramis.*

De officio Missæ ipsius quintæ feriæ. CAP. LXXV.

1 TErtiò seriatim missæ huius diei officiū prosequamur. † Sanè in persona pœnitentiū cantat Ecclesia in principio missæ: Nos autē gloriari oportet. Tales enim debēt & possunt gloriari in cruce, qui pœnitētiam perfectè egerūt, & quoniā in hac die institutum est sacramētum sacramentorū, vt premissum est: ideò ad solēnitatem noui sacrificij, & propter gaudium reconciliationis pœnitentium cantat ecclesia in missa cantica lætitiæ præter alleluia: & missa solennis dicitur in contentu & ornatu ministrorum: sicut in festo natalis Christi. Nam hoc festū omnia excellit, excepto festo trinitatis: & videtur quodammodo ecclesia sibi contraria: cum in aliis huius diei horis cantica lætitiæ reticeat: & ea sub breuitate & quasi flebiliter dicat. Sed non est contrarietas: quia alia est causa lætitiæ, alia est tristitiæ. Propter

memoriam enim passionis,est tristitia:propter institutionẽ verò sacramenti sacramentorũ,est gaudiũ:& ideò ex institutione Bonifacij Papæ cantat ecclesia,Gloria † in excelsis Deo:quia gau- 2
dent Angeli de cõuersione pœnitẽtiũ:& hoc in ecclesiis in quibus chrisma conficitur,& non in aliis:prout quidam dicũt. Vbi enim Episcopus præsens non est : nec gloria in excelsis dicitur: nec aliæ solennitates seruantur,vt dicunt, quãuis & tunc neque flectamus genua:nec oratio super populum dicatur.Epistola vero: † Conuenientibus,&c.quæ est.1.Cor.11.est de modo sumen- 3
Phil.2. di Cœnam Domini.Responsorium est de crucis siue de Christi per crucem exaltatione:Christus factus est obediens vsq; ad mortem:& est sexti toni propter obedientiæ perfectionem:quoniam senarius numerus perfectus est. Euangelium est: Ante diem, Ioan.13.c.vbi sequitur,Cùm dilexisset suos Iesus , in finem dilexit eos,& est de dilectione & humilitate,quia illud sacramẽtum est dilectionis & humilitatis.Agitur etiam ibi de lotione pedũ: quia Dominus præcinxit se linteo.i. humanitate purissima :immittens aquam in peluim.i.gratiam in corde,& lauit pedes.i.affectus.Venit aũt ad Simonem Petrum,qui recusauit ex humilitate tantum.tertia tamen vice obediuit:& oportuit eum obedire:vt haberet partem cũ eo:vnde vocatur Simon Petrus,propter obedientiam.Tres † ergo sunt causæ,quare dominus voluit la- 4
uare pedes discipulorum.Primò propter signũ dilectionis.Secũdò,in exemplum humilitatis.Tertiò,ratione mysterij:quia lotio pedum designat lotionem affectuum.Puluis enim adhæserat pedibus Apostolorum.i.elatio inanis gloriæ quando dixerãt,Domine in nomine tuo eiicimus dæmonia,& quando cõuertebantur plures:vel tristitia,quãdo non conuertebantur homines ad voluntatem suam. Et ideò oportuit lauare huiusmodi affectiones in illo die,vt sic essent mundi toti. Nam prima die ieiunij dixit Dominus:Tu autem,cum ieiunas,faciem tuam.i.animam vel rationem tuam laua.i.à peccato mortali munda.Cùm igitur à principio lauamus nos à peccato mortali,à puluere.i.à venialibus debemus abstergi.hoc autem fit,vt dignè possimus accipere corpus Christi:quod fit peracta perfecta pœnitentia: & ideò fiunt pœnitentium absolutiones in hac die,vt præmissum est.Pedum quoque lotio,significat lotionem Mariæ,quando lauit lachrymis pedes Domini, ideò cantatur antiphona illa: Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. † Rursus lotio pedum,signum est 5
remissionis peccatorum.In baptismo nanque vnusquisque totus abluitur:sed cum in rebus humanis posteà viuitur , vtique terra calcatur. Ipsi enim humani affectus,sine quibus in hac vita mor-

tali

tali non viuitur, quasi pedes sunt. Qui ergo nõ indiget, nisi vt pe- *Luc. 7.*
des lauet: ostẽdit omnia peccata sibi esse dimissa, sine quibus hæc
vita non ducitur. Pedes ergo q̃ sunt vltima pars corporis lauan-
tur, ad notãdum q̃ Iudæi aqua baptismatis in vltimo tẽpore mũ
dabuntur: vnde & reliquiæ Israël saluabuntur. Quare autem fiat
6 hæc lotio ista die, suprà dictum est. † Et est notandũ, q̃ ex om-
nibus mandatis Dei istud solum dicitur antonomaticè manda-
tum: quoniam maiori exhibitione officij hoc obseruari præcepit,
cum discipulis suis pedes lauit, dicẽs: Si ego laui vobis pedes Do-
minus & magister: & vos inuicem debetis alter alterius pedes la
uare. Et etiam cùm interdicto, ait Petro: Si nõ lauero tibi pedes,
&c. Mandatum etiam illud, de quo dictum est in proximo sabba
to, quod fit à prælatis, repræsentat illud, quod Christus fecit. Et
attende, q̃ ad antiphonas, quæ dicuntur, dum fit mandatum non
dicitur nisi vnus versus de vno psalmo: quia alij eiusdem psalmi
non ita conueniũt cum antiphonis: vel cum his quæ in ipso man
dato fiunt. In offertorio ostendũtur præmissa duo simul, videli-
cet q̃ debemus à mortalibus & venialib⁹ abstergi, dicẽdo: Dexte
ra Domini fecit virtutẽ abluendo, à mortalibus: Dextera Domi- *Psal. 118*
7 ni exaltauit me abluendo, à venialibus. Postcõmunio. † Et Do-
minus Iesus postq̃ cœnauit. Ioã. 14. c. ostenditur humilitas & est
secundi toni: propter secundam lotionem à venialibus. Breuiter
autem notãdum est, q̃ huius missæ officium, nostræ redẽptionis
cõtinet summam & mysterium. Nam in euãgelio legitur de pe
dũ lotione, in epistola de corpore Christi & sanguine: in introitu
de cruce: in graduali de morte: in offerẽda de resurrectione. Nã
hæc omnia secundum mysticum sensum ex euangelio, quod est
caput officij, pendent. Christus quidẽ, cum discipulis cœnans sur
rexit à cœna: vestimenta deposuit: linteo se præcinxit: aquam in
peluim misit, & inter cœnãdum pedes eorum lauit: & ipsos laua
re docuit: & post lotionẽ iterum recubuit. Nempè Christũ à cœ-
na surgere, est ab accubitu patris venire: vestimenta deponere, se
exinanire: linteum præcingere, formã serui accipere: aquam in
peluim mittere, sanguinẽ suũ effundere: pedes lauare, peccata re-
mittere: linteo extergere: passionis fide mũdare: vestimẽta resu-
mere, est à mortuis resurgere: & vestẽ glorioſæ carnis induere: re
cumbere, est ascẽdere, & in dextra Dei sedere. ad hoc pertinẽt of-
ficia. Discipulos docere, est eis spiritũ sanctũ mittere. Vrrũtamẽ:
† quia nõdum perfectè credebant, ideò non dicitur, credo. Ecce
breuiter summa redẽptionis humanæ, quæ fuit omnibus suffi-
ciẽs: sed non efficiens. Vnde agitur in oratione: Deus à quo & Iu
das de duobus generibus pœnitẽtiũ: vno proficiẽtiũ: vt latronis

Luc.23. confitentis, qui audire meruit: Hodie mecũ eris in Paradiso: & alio nõ proficientiũ, vt latronis contẽnentis: & Iudæ proditoris qui laqueo se suspendit. Innocẽtius † Papa statuit hac die corpus 9
Christi sub specie panis reseruari vt infirmi & religiosi, quibus est necessitas cõmunicãdi, habeãt ipsum: & ꝓpter officiũ adimplendum: nã in duobus diebus sequẽtibus nõ conficitur corpus Christi. Sanguis verò nõ seruatur sub specie vini, propter multa. Primò, qa † vinũ quod liquidũ est, de facili posset ex negligẽtia 10
spargi. Secũdò, quia per calicẽ, qui hac die sumitur, finis veteris legis intelligitur. vnde secundũ Lucã, per calicẽ discipulis & nõ aliis eadẽ die datum Dominus discipulos designauit. Tertiò, qa corpus quod seruatur, nõ est sine sanguine. Quartò, qa per hoc ꝙ sanguis nõ seruatur, ostẽditur ꝙ vetus sacrificium debet cessare. Panis nanq; nouũ. Vinum verò vetus designat testamentũ. Ad
Ioan.19. quod ostendẽdum Dominus, cũ bibisset, inquit: Consummatum
Mat.26. est. Ergo calix sumitur, & panis seruatur eò ꝙ lex finem, & euãgelium habet initiũ. Quintò, qa Christus dixit in cœna Domini: Amẽ dico vobis, nõ bibam amodò de hoc genimine vitis, donec bibam illud in regno patris mei. Non aũt dixit de corpore, seu de esu. Imò inuenitur, ꝙ posteà comedit partẽ piscis assi, & fauum mellis, sed nõ inuenitur, ꝙ posteà biberit. † Sed nũquid vi- 11
nũ, quod in die parasceues cũ dominico corpore seruato sumitur in altari cõsecratur, & sanguis Christi efficitur per immissionẽ ipsius corporis in calicẽ, & per eius tactũ? Super hoc dicũt quidam quod per dominicã orationẽ, quæ tũc dicitur, fit consecratio siue cõmutatio vini in sanguinẽ. Nã Greg. assignãs causam, quare dominica oratio in die illa à sacerdote dicatur: dicit quod in primitiua ecclesia Apostoli sola dominica oratione vtebãtur in cõsecratione. Nos tamen hoc nõ dicimus: qa si hoc iam esset, nõ esset necesse corpus Domini ad diẽ illũ seruari. Præterea, ex his quæ in canone dominicã orationem præcedent, satis patet, quòd ad prolationẽ ipsius orationis transubstãtiatio non fit: & nullo tẽpore missa fuit celebrata sine verbis illis: Hoc est corpꝰ meũ, &c. quæ sola in principio nascẽtis ecclesiæ proferebantur, ad conficiendũ ab Apostolis: qui postmodũ orationẽ dominicã superaddiderunt: prout dictũ est in proœ. huius partis. Dicimus ergo illud, hoc nõ consecrari, sed sanctificari. differt † autẽ inter 12
hæc: Nam consecratio, est cõsecratione transubstãtiare: sanctificare, est ex contactu seu administratione sacræ rei reuerẽdũ, & sanctũ efficere: vt patet in aqua benedicta, cui alia admisceẽtur. Itẽ sanctificatũ dicitur, quod à tactu rei sanctificatæ efficitur magis reuerendum. Si enim diceretur, quòd solo contactu vinum &

aqua

aqua cõsecrantur, magnũ incõueniens sequeretur. Nam sic contingeret calicem non posse lauari: & millia mille panum à tactu vnius hostiæ sine verbis posset consecrari, & ꝙ si gutta aquæ benedictæ in stagnũ, vel puteũ funderetur, aqua illa benedicta perpetuò remaneret, & alia plura. Præterea, si vinum tactu dominici corporis cõsecraretur, esset cõtra decretum. de cõsec. d. iij. sabbato. quod prohibet die hac fieri consecrationẽ: de quo dictum est in quarta parte sub. vij. particula secretæ sup verba: Hic est calix. Illud † quoq; prætereundũ non est qa Roma. Põtifex hodie remota tabula Lateran. altaris, de qua dictũ est in prima parte sub tit. de altaris dedicatiõe, & in ij. parte. sub ti. de diacono, infra ipsum altare conficit eucharistiam, & sanguinem, & cum turibulo incensat illud: in hoc facto repręsentans: quia summus Pontifex legalis semel in anno ingrediebatur in sancta sanctorum cum sanguine, secum portãs turibulum viuis carbonibus plenum: prout dictum est in quarta parte, & sub tertia parte canonis. Sic & secũdum Apostolum ad Heb. 9. Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redẽptione inuẽra. Peracto missæ officio statim inter cœnandum, id est, dum sacerdos cõmunicat, cantatur vespertinum officium ad ostendendũ, ꝙ hoc sacramentum, scilicet eucharistiæ institutum fuit in vespera. Quia ergo redemptio nostra in vespera mundi, id est, in sexta ætate seculi, facta est: ideò vespertina *σύναξις*, id est, psalmodia siue solennitas psalmorum, numero missæ continuatur: & sub vnica oratio
14 ne vtrunq; officium terminatur, † scilicet per ite missa: si episcopus adest, vel per Benedicamus propter vespertinam conclusionẽ. Et quia ecclesiæ datus est calix, ideò est prima antiphona: Calicem salutaris accipiam, quem dedit Dominus Apostolis dicẽs: Hic est calix noui testa. in sanguine meo. Secunda antiphona est, Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Patientia enim, quã habet ille, qui paratus est bibere calicem Domini, pacem cum omnibus operatur. In aliis tribus rogat se liberari: quia habita pace pectoris non mouetur homo propter tribulationes, & hoc etiã habet à Deo, vnde petit liberari. Antiphona ad magnificat: Cœnantibus, &c. est de cœna Domini.

SVMMA.

1 *Altaria quota feria denudentur. Et quid illa denudatio notet. vide per discursum. nu. 2. 3. 4.*

5 *Altaria cur lauentur vino & aqua, & quid significent rami, quibus fricantur. nu. 6.*

7 *Pauimentum Ecclesiæ, cur mundetur quinta feria Dominica in ramis. Et cur detur symbolum competentibus. nu. 8.*

De

De denudatione altarium. CAP. LXXVI.

QVarto† loco notandū est q̄ statim vespertino finito officio denudātur altaria vsq; in sabbatū, quæ postmodū in tertia die cooperiūtur.† Siquidē hęc denudatio, significat primò recessum discipulorū Domini seu Apostolorum. Vnde: Qui iuxta me erant, de longe steterunt. Et in euāgelio: Relicto eo omnes fugerunt. Altare nanq;, Christū seu corpus eius significat: vnde de terra altare facietis mihi, Altare de terra facere: est incarnationem eius credere vel sperare. Altaris verò vestimenta, Apostolos seu sanctos dei designant, quorum prædicatione Christus, quasi quibusdā vestimentis adornatur: & per illos magnificatū est nomē eius. Altare igitur vestimentis denudatur, quia fugientibus Apostolis Christus solus remansit. Tertia die cooperitur: qa post eius resurrectionē discipuli ad eum redierūt. Secundò, denudatio altaris designat q̄ Christus fuit nudatus in cruce. Cū itaq; nudatū altare conspicimus: illud propheticum ad memoriā reuocamus: Ecce vidimus eum, & non est ei species, neq; decor, & considerauimus eum despectū, & nouissimū virorū: quod accidit in passione. Nā anteā speciosus præ filiis hominum extitit. Fuit quidem denudatus ad columnā, & ad crucē: cum diuiserunt sibi milites vestimenta sua.† Tertiò, altaris denudatio significat Christū diuinitatis gloria nudatū. vnde Psal. Deus, Deus meus quare dereliquisti me. † Quartò designat, q̄ velū tēpli scissum est, & liber q̄ signatus erat, apertus est. Vnde in Prouerb. Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, id est, exēpla actionum Christi quæ sunt ab æternitate & ducunt ad æternitatem: Et benè dicit: Aperta sunt prata: & apparuerunt herbæ virentes: qa ea quæ magis occulta erant in lege, sicut passio, resurrectio, & ascensio patefacta sunt. † In plerisq; locis lauātur altaria vino & aqua & ramis fricantur, præsertim cū ramis de sauina. Lauātur ergo aqua & vino ad notandū q̄ corpus Christi quod est verum altare sanguine & aqua in cruce aspersum est. Nā de ipsius latere exiuit sanguis & aqua, per quæ genus humanū lotum est. Vel vino & aqua lauantur, ad ostendendū, q̄ nō Ioannis, sed suo baptismo fuit baptizatus, scilicet ex aqua & spiritu sancto. Et lauātur cum psalmo pœnitentiali, vel cum cantu ad passionem pertinente. Plus autē ibi est de vino, quā de aqua ponendum: quoniā aquæ multæ, populi multi: sicut in Apoc. habetur, p̄ quod significatur, q̄ sanguis Christi sufficit ad redimendū plures in infinitū, quā sint redempti, vel vnquā redimēdi.† Rami verò aspersi quibus altare fricatur, significāt spineā coronā, qua Christus coronatus est: vel flagella amara & dolores & ictus quos in morte sustinuit. Vel lauatio altaris, id est, corporis Christi cum aqua, significat lachrymas Marię: vinum,

Psal. 17. 2

Esai. 53. 3

Psal. 21. 4

Prou. 29. 5

Apoc. 17. 6

num,vnguentũ:tamꝫeius capillos. Et ſcias ꝙ quidam hac feria quinta hora iam adueſperaſcẽte denudãt altaria,& lauant,alij verò ſolũ denudant,ſed in paraſceue lauãt:quod magis cõgruit ra-
7 tioni. † In quiſdã etiã locis pauimentũ eccleſiæ etiã mundatur,ꝙ quod pauperes Chriſti ſignificãtur:prout in j.parte,ſub tit.de Eccleſia dictũ eſt.Pauimentũ ergo Eccleſiæ mundat, q pauperibus vel fratribus ꝓpter Deũ pedes lauat,& illis cætera miſericordiæ opera exhibet.Inde eſt,ꝙ parietes domus quãuis vocabulũ Eccleſiæ habent: pro eo,ꝙ continent ipſam, nõ tamen ipſi ſed homines ſunt eccleſia,& pauimentũ eſt quaſi hominũ pedes.Pauimẽtum quoq; mundatur,ad notandũ ꝙ à vitiis mundari debemus. Statutũ eſt in canonibus.de conſec.d.iiij.nõ licet, &c.ſeq.ne hac v.feria ieiuniũ ſoluatur.Quia enim dominus ſurgens de cœna lauit diſcipulorum pedes, & iterũ rediit ad cœnã:ideò quidam ad inſtar ipſius volebãt poſt prandium pedes aliis abluere, & iterũ poſt ablutionem cœnare:quod fieri non debet. Hæc dies in pleriſq; locis capitulauiũ vocatur: quia tunc capita infantium, qui vngendi ſunt,lauantur:ne obſeruatione quadrageſimæ ſordidata ad vnctionem accedant.† Rurſus hac die ſymbolum cõpetentibus traditur propter confinem dominicæ Paſchalis ſolennitatem,vt qui iam ad dei gratiam percipiendã feſtinant:fidem quã confitentur,agnoſcant.Hæc ergo quinta feria,in quatuor principaliter priuilegiata eſt.Primò quia tunc pœnitentes recipiuntur. Secundò,in ea nanque nouum teſtamentum incipit:& vetus terminatum fuit.Tertiò,quia in ea fit olei cõſecratio.Quartò,quia in ea ſacramentum ſacramentorum inſtitutum eſt.

SVMMA.

1 *Paraſceue & eius diei officium.nu.4.5.6.7.18.19.*
2 *Paraſceues officium cur orditur à lectionibus. Et cur duæ dicantur lectiones,nu.3.*
8 *Paraſceues die, cur potius legatur paſſio Domini ſecundum Ioannem quam ſecundum cæteros.*
9 *Paraſceues die,cur euangelium legatur ſuper pulpito nudo.Item,nudis pedibus.nu.10.*
11 *Chriſtus in cruce,decantauit pſalmos decem.*
12 *Chriſtus in cruce pro tribus orauit.*
13 *Eccleſia orans pro Iudæis,non flectit genua.Et cur idipſum.*
14 *Eccleſia tribus linguis vtitur in crucis denudatione.*
15 *Eccleſia tantũ vtitur lingua græca,& latina. Cur nõ itidem hebraica.*
16 *Crucis denudatio in paraſceue,quid ſignificet.*
17 *Chriſti corona,fuit ex iuncis marinis.*
20 *Crux cur adoretur die paraſceues.Et qualiter id.nu.21.22*

23 *Verborum, quæ canuntur dum crux adoratur, expositio.*
24. *Crucis mysterium profundum.*
25 *Christus crucifixus tribus clauis. Quid illi clani designent.*
26 *Christi corpus cur disponatur in uino & aqua die parasceues.*
27 *Christus, cur pati voluerit. Et quoto ætatis anno. nu. 28.*
29 *Parasceues festum cur non agit Ecclesia cum lætitia. & nu. 30.*
31 *Christus, quos sua passione, redemerit.*
32 *Christi corpus cur nō cōsecrē in parasceue. & nu. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Feriæ sextæ priuilegia sex.*

De die Parasceues. CAP. LXXVII.

SEquitur de parasceue: † quæ quare sic dicatur, in proœ. septimæ partis dicetur. Sanè hac die ecclesia arctissimum ieiuniū & silentium agit: nullum tamen officiū solenniter celebrat: sed hora nona cōuenit ad adorandū crucem, non ad missæ officium, quo hæc dies caret: sed quasi ad funeris obsequium dicendum. Et hoc ideò, quia hora nona mortuo Domino Centurio factus est præco fidei nostræ, & perfidis recedentibus licuit Ioseph & Nicodemo disponere de funere: & mulieribus accedere propius. Dicitur autē officium tacita & humili voce: & absq; principio, prout in præcedenti tit. dictum est. Super altare vnica duntaxat toballia disponitur, per quā sindon, qua corpus Christi inuolutum fuit significatur. In quibusdam ecclesiis in hora sexta ignis extinguitur, & in nona accenditur, quia tunc Sol in sexta lumen abscondit, & in nona reddidit. † Incipit hoc officiū à lectionibus, quia in 2
primitiua ecclesia omnis missa à lectionibus inchoabatur. Sed hoc hac die specialiter fit, pro eo quia passio Domini hodie celebrata est, in cuius memoriam omnis missa cantatur, & leguntur lectiones sine titulis: quoniam tunc amisimus Christum caput, qui nos illuminat, sicut tituli illuminant libros. Leguntur autem duæ lectiones, quia pro duobus populis Christus passus est: gentili videlicet & hebræo: vel pro salute carnis & animæ. Vna sumpta est ex lege: alia ex prophetis: quia Christi passio à prophetis fuit prænuntiata: & à lege & patriarchis præfigurata. Abraham enim carnē Christi figuratiuè immolauit cum arietem immolauit: Similiter & Abel quando agnum sacrificauit. vnde dominus Oseæ. 12. Assimilatus sum inquit prophetis. Rursus ideò † duæ lec- 3
tiones dicuntur: quia sicut in quarta feria mortem nostram duplicem manifestauimus, pro qua Christus pati voluit: ita ad memoriā in parasceue reducimus suam passionem, & nostrā imitationem. Quædā autem ecclesiæ primò legunt lectionē Oseæ. 6. c. scilicet in tribulatione. & secundo lect. Exo. 12. c. scilicet, Dixit ad Mosen Dominus, & illi naturalē ordinē seruant: quia passio

Domini

Domini primo prænuntiata est à lege, secundò à Prophetis. In prima quidem est præconium resurrectionis, vbi dicitur, Post duos dies viuificabis nos: & in die tertia suscitabis nos. In secunda modus exprimitur passionis, vbi dicitur: Immolabitq; eum vniuersa multitudo ad vesperã. Quædã verò ecõuerso faciunt, & mouentur ex eo, quia passionẽ lectioni ex lege quasi cõtinuare volunt, quia in passione quædam verba ponũtur quæ ex illa lectione sumpta sunt, scilicet. Os non comminuetis ex eo. † Continuant ergo passionem lectioni: quia eius est expositio, & agitur de duobus specialiter in officio hodierno, scilicet de passione Christi, & de passione ecclesiæ, quæ est illius imitatio: sicut dicit Petrus: Christus passus est pro nobis, &c. hæc siquidẽ duo in lectione Exod. cõmemorantur, vbi dicitur: Erit autẽ agnus sine macula, masculus, anniculus. Iuxtà hunc ritum tolleris & hædũ. Agnus, est corpus Christi immaculatũ. Hædus, est ecclesia, quæ nos sumus, qui peccatores sumus. Passio Christi celebrata est in eius immolatione, nostra celebratur in vitiorũ mortificatione. In lectione Oseæ manifestè agitur de passione Christi & eius effectu, vbi dicitur: Venite, reuertamur ad dominũ quia ipse cœpit, & saluabit nos: percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, & viuemus in cõspectu eius: Oseæ. 6. c. Quod Hier. sic exponit. Percutiet Dominus, & sanabit nos, quia quẽ diligit, corripit, & castigat. v. q. v. nõ osculatur. Viuificabit nos, post duos dies: & in die tertia suscitabit nos: quia tertia die resurgẽs à mortuis, omne genus humanũ suscitauit, & curauit: & cum nos viuificauerit & suscitauerit in conspectu eius viuemus. Ibi ergo loquitur Propheta de tribus diebus, quibus dominus fuit in sepulchro: cùm dicitur: Viuificabit nos post duos dies: & in tertia die suscitabit nos, id est, post duos dies sepulturæ veniet nobis quasi imber temporaneus, & serotinus terræ: & dabit gratiam incipientem & subsequentem. Sequitur tractus. † Domine audiui auditionẽ. Abac. vlt. cap. Et q̃ dicit versus. In medio duorum animalium cognoscetis, ad literam intelligitur, scilicet in præsepe bouis & asini. Vnde Esa. Cognouit bos possessorem suũ & asinus præsepe domini sui: vel in medio duorum latronum vel in medio duorũ populorum. Secunda lectio est de Exod. Vt ibi habetur. Os non confringetis ex eo. hoc cõpletum est, quando fregerunt duorum latronum crura, venientes autẽ ad Iesum inuenerunt eum mortuũ: & nõ fregerunt eius crura. Allegoricè verò in eo nõ sunt fracta crura, id est, virtutes: & maximè patientia. Vnde Esa. Dedi faciem meam sicut petrã durissimam: & scio, quia non confundar. Per crura enim intelliguntur itinera, de

Exod. 12. *Num.* 9. 1. *Pet.* 2. *Esaiæ.* 1. *Esaiæ.* 50.

quibus

quibus in cantico Abachuc: Incuruati sunt colles mundi, id est, homines excelsi per intelligentiã ab itineribus æternitatis eius, id est, exemplo actionum ipsius, quæ ducunt ad æternitatem: tanquam colũnæ immobiles, id est, argenteæ propter eloquentiam, quæ fundatæ sunt super bases argenteas, vel aureas, id est, rationes immobiles æternæ sapientiæ. Sequuntur † tractus de passione Domini, quia tũc luget Ecclesia valdè, & sunt duo tractus ad intentionem maioris luctus, scilicet pro peccatis quæ cõmittimus: & pro pœnis quas patimur: & pro incolatu, qui prolongatur. Nec cantæcur graduale cum tractu: sed solum tractus, prout dictum est in quarta feria. & in iiij. parte sub tit. de tractu. Duo ergo tractus dicuntur. Primus, scilicet Domine audiui: & est in quibusdam Ecclesiis quatuor versuum, alter plurium. Tractus quatuor versuũ, significat, ꝙ per Christi passionẽ redimitur homo, qui ex quatuor elementis cõstat. Vnde Christus nec in cœlo nec in terra crucifixus est, sed in medio, id est, in aëre. Fecit enim pacẽ inter cœlestia & terrestria: quoniã erat inimicitia inter hominem & hominẽ, sed maior inter angelũ & hominẽ: & maxima inter deum & hominẽ. Ipse enim Christus omnia pacificauit in cruce: quoniã fecit vtraq; vnum, cùm sit lapis angularis. Adhuc per quatuor versus tractus significantur. iiij. partes crucis. Secundus verò tractus, scilicet Eripe me, prolixior est, & repræsentat magnum bellum Dauid cum Golia: & Christus noster Dauid hodie magnũ Goliam, id est, diabolum debellauit. Rursus ideò tractus est longus, quia hoc nobis promissum est in lect. Oseæ, vbi dicitur. Post duos dies suscitabit nos: debemus retinere in spe. Itẽ in secũdo tractu ponitur: Obũbrasti caput meũ in die belli, qa non tantũ in alio tẽpore: sed in die passionis diuinitas à passione permãsit immunis, imò in passione Christus homo ita protectus est gratia diuinitatis, vt hostes superaret, ꝙ superari videbatur. Quæ dam autẽ ecclesiæ cantant secundũ tractũ: Qui habitat in adiutorio altissimi, quia Christus à diabolo primũ latenter tẽtatus est: velut à dracone latitante in petra: posteà in passione tanquam à leone forti acriter vexatus est: quod notatur per illum versum: Super aspidẽ & basiliscũ. Sequitur Euangeliũ † siue passio; Egressus est. Ioan. 18. c. quod dicitur hac die: quia ipse interfuit crucifixioni: & iuxta crucem stetit securus aliis fugientibus: quia notus erat Pontifici. Quia igitur hac die passio Domini oculis nostris repræsentatur, meritò eius testimoniũ legitur: qui vidit & testimonium perhibuit: & scimus, quia testimonium eius verum est. Præterea, ipse posterius scripsit euãgelium, quare meritò posterius legitur: & quia ibi manifestius sunt sacramenta: vnde ibi dicetur:

7

Epist. 2.

Psal. 90.

8

citur: Os non comminuetis ex eo. Item illud: Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Legitur autem hac † die passio super nudum pulpitum. Primò, ad memorandum quòd super nudum crucis patibulum nudus fuit positus ipse Christus. Secundò ad notandum q̃ Ioannes, secũdum quem passio legitur, relicta sindone nudus profugit à Iudæis. Tertiò, ad repræsentandum quòd sicut Christo in cruce pendente, ipsius secreta non tam cordis, quam corporis nuda omnibus adstantibus apparuerunt: ita & velo templi per medium scisso, omnia templi intima nuda remanserũt. Legitur etiam † nudis pedibus, vt cum afflicto pro nobis nos affligi debere monstremus. In quibusdam verò ecclesiis sindon, seu tersoria vel vestes altari nudato superponuntur, vsque dum passio legatur: cum verò peruenitur ad locum illum: Diuiserunt sibi vestimenta mea, &c. tunc subdiaconi sindonem illam vel tersoria tollunt: repræsentantes historiã: quia quatuor milites Christũ crucifigentes, vestẽ Christi sublstulerunt: & subdiaconi quasi furtiuè pannos subtrahunt: ad notandum, q̃ Ioannes, qui cum Domino vsque ad crucem perseuerauit, postea more furis se occultauit, & nudus effugit. In quibusdã tamen locis vna veste sublata, altera super altare remanet, ad significandũ quòd vestis domini inconsutilis non fuit scissa, vel partita, sed sorte super eam missa contigit integra vni militi: ad significandum quòd ecclesiæ vnitas nunquam potuit à schismaticis, vel hæreticis scindi: quia nõ est sapientia contra Dominum. xvj. q. vij. sicut. Quod verò dicitur in passione: Exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum: nota, quod sicut legitur in historiis: caluaries est propriè os capitis humani nudum. Inde dictus est locus ille mons caluariæ siue caluarium: vbi rei decollabantur, & vbi multa capi-
11 tum ossa erant dispersa. Quia † verò Christus in cruce pendens prolixè orauit decantans decem psal. scilicet Deus, Deus meus, respice in me vsque ad, In te Domine speraui. cùm peruenisset ad locum illum. In manus tuas Domine: illo dicto emisit spiritum: ideò & nos postquã recitata est passio, eius orationes dicimus: ad notãdum, quòd quando ab inimicis persequimur: semper ad orationem est recurrendum: iste tamen est insolitus mos orandi. Nam in aliis diebus ante euangeliũ orationes dicuntur: & in earum principiis dicitur: Dominus vobiscum, quæ est propriè vox & sacerdotis officium, quod non fit in istis: quia sacerdos & Dominus noster occiditur. Orauit autem Christus pro tribus. Primò
12 pro † se dicens: Pater, clarifica filium tuum. Secundò, pro suis dicens: pater, quos dedisti mihi, pro eis rogo. Tertiò, pro illis, qui in eum crediturí erant, dicens: Pater non tantum pro illis rogo, sed *Ioan. 17.*

pro illis,qui crediturí ſunt in me.Et ex hoc videtur,quòd non debemus rogare pro eis,quos ſcimus non eſſe ſaluandos: nec pro illis,qui in inferno remanſerunt: nec pro Iuda, qui ſe deſperauit: ſed oramus pro nobis in omni gradu Eccleſiæ: & pro neophytis, & pro gẽtilibus,pro Iudæis,pro hæreticis,& ſchiſmaticis: vt Chriſtus gratiam ſuã eis infundat &ad fidem cõuertat.Chriſtus enim orauit pro inimicis & amicis:ideo Eccleſia ſtatim ſimiliter orat pro omnibus. † Sanè Eccleſia,pro his orans, flectit genua in orationibus: vt per habitũ corporis deuotionem, & mentis humilitatem oſtendat: inſinuans etiã quòd in nomine Ieſu omne genu flectendũ eſt,quoniã omnes nationes ſibi genua curuant: niſi quando pro Iudæis oratur,quia enim ipſi illuſerunt Domino flexis genibus dicẽtes,prophetiza nobis Chriſte,quis eſt, qui te percuſſit: ideò in deteſtationẽ huius illuſionis eccleſia pro eis orans genua non flectit,vt vitet opera ſimulata.Præterea,quia eorum cæcitas nulla poterit oratione depelli, donec plenitudo gentium ſubintrauerit:ideò non eſt pro ipſis vehementer orandum: nec genua flectenda.Eſt tñ vtcunq; orãdum, quia futurũ eſt,vt qui eſt exaltatus in cruce omnia trahat ad ſe,Sed in orationibus pro Iudæis, & paganis nõ reſpondetur,Amen: vt quidã dixerũt, & hoc ideò, quia cũ illi ſint extra collegiũ ſiue corpus Eccleſiæ fideliũ,populus nõ oſtendit affectũ ſuũ ad eos.Iuxta illud Apoſtoli ad Corin. 1 Cor.5. Quid mihi de his, qui foris ſunt iudicare. extrà, de ſacra vnc.c.j. Per amen,aũt affectus exprimitur.Præterea,licet pro illis oretur, vt eorũ duritia cõuertatur,quia tamen hoc impleri non poterit, vſque circa finẽ ſeculi: Apoſtolo teſtãte,qui dicit: Donec plenitudo gentium introierit: & omnis Iſraël ſaluus fiat: ideò ad orationes pro illis nõ reſpõdetur, Amen. Veruntamẽ rectè intuenti nihil intereſt,quo ad hoc inter illas & alias orationes. Imò ita reſpondetur ad illas,Amen: ſicut & ad alias orationes pro aliis ſtatibus: ꝙ ſic oſtenditur. Pro quolibet ſtatu bis profertur oremus: ſed ꝙ ſub primo oremus ante flectamus genua dicitur,nõ eſt oratio,ſed adhortatio,vt oremꝰ: ſiue præfatio,ſeu monitio,exprimẽs quid ſiue pro quo ſit in ſequẽti oratione orandũ. Vnde ſub tono præfationis nõ orationis dicitur. Ideoq; pro nullo ſtatu poſt præfationẽ reſpõdetur Amẽ: ſicut nunq̃ fit poſt aliquã præfationem: licet etiã ibi ponatur per Chriſtũ dominum noſtrũ: ſicut patet in quotidiana miſſæ prefatione. Quòd aũt ſecundò oremus, dicitur, oratio eſt: & reſpõderi debet Amen: pro Iudæis, & paganis, ſicut pro aliis. Conſequenter ſacerdos poſt orationes,crucẽ velatã baiulat,ad dextrũ cornu altaris: ibiq; crucẽ ſuper humeros tenens, in perſona Chriſti Iudæis improperat beneficia Domini,dicens, Rom. 11.

Populo

Populemeus,quid feci tibi. In quibuſdam tamen eccleſiis duo Preſbyteri baiulant illam:ad notandũ, ꝙ in Chriſti perſona duæ fuerunt naturæ diuinitatis videlicet,& humanitatis. Quòd dicitur:Populemeus,quid feci tibi:aut in quo contriſtaui te: reſpondemihi:quia eduxi te de terra Ægypti,&c. Ad diuinitatem refertur. Quòd verò ſequitur:Paraſti ſaluatori tuo crucem, ad humanitatẽ:& ſic de aliis ſequẽtibus verbis.Cantat † aũt ſacerdos quaſi hebraicè in perſona ſaluatoris, acolythi cantant græcè ἅγιος ὁ θεός quaſi in perſona græcorum:chorus reſpõdet:Sanctus,ſanctus in perſona latinorum.Sicꝙ; tribus linguis laudatur Deus:ſcilicet hebraica,quæ propter legem omnium linguarũ eſt mater:greca, quæ doctrix eſt,& latina,quę imperatrix eſt:propter Romani dominium imperij & papatus.Quia enim hebraica nunc ſilet à laude Dei:ponitur pro illa: Populemeus,quod quia cantatur in perſona domini loquentis hebræis:ideò intelligitur dictum hebraicè. Et no.ꝙ contra tres illuſores Chriſti tres præmittuntur adorationes:vt infrà dicetur. Tres verò antiphonæ,ſcilicet, Populemeus,quia eduxi te,& quid vltrà,&c. Parum aut nihil ſenſibus differentes,verbis & modulatione cõſimiles, triplicẽ tituli ſcripturã ſignificãt, qui ſcriptus fuit tribus linguis,ſcilicet hebraicè, græcè,& latinè,Ieſus Nazarenus,Rex Iudæorũ.Vtrum principiũ tituli ſcriptũ fuit trib⁹ linguis ignoratur.Sed de hac clauſula,Rex Iudæorum.conſtat:ꝙ quia negauerunt,Iudæi dicentes: Noli ſcribere Rex Iudæorum:ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iud. ideò illud in iſtis antiphonis adſtruitur ab effectu,ſcilicet quia tanquã Rex eorum eduxit eos de Ægypto,& duxit eos per deſertum:& introduxit in terram bonam. Item ꝙ in titulo ſcriptum fuit Ieſus: in ſingulis antiphonis concluditur ſaluator:ꝙ ibi Nazarenus ad finguia reſpondetur ἅγιος, ſanctus. Et quia titulus tribus linguis
15 ſcriptus fuit:ideò duabus † linguis reſpondetur,ſcilicet græca & latina,quæ Chriſtũ adorant.Hebraica verò contradicit:& adhuc blaſphemat prædictas. Et nota,quod antiphona:Populemeus,eſt Michæ.6.cap.Principium antiphonæ,quia eduxi te. Num.14.ca. Et medium,ſcilicet manna,&c. Eſt Eſa.16.c. Et Ioſue.6.cap.vbi etiam eſt finis ipſius,ſcilicet introduxit. Notandum,quòd Iudæi tres accuſationes contra Chriſtum propoſuerunt, ſcilicet quod tributum negaſſet, quòd ſe regem feciſſet, & quòd ſe dei filium dixiſſet: contra quas tres in eius perſonam accuſationes dicuntur,ſcilicet populemeus, vbi Chriſtus eis exprobat tria benficia ſua,ſcilicet liberationem de Ægypto: regimen in deſertum & introductionem in terram optimam: quaſi dicat. Tu accuſas me de negatione tributi,potius deberes gratias agere: quia te

liberaui à tributo siue à seruitute Ægpti. Tu accusas me, quia me regem dixi: potius deberes gratias agere: quia te rexi in deserto, & regulariter paui. Item accusas me, quia filium Dei me dixi, potius deberes gratias agere: quia terram lacte & melle manantem contuli tibi. Deinde † crux denudatur in signum, quòd per- 16
uersi Iudæi saluatorem denudauerunt: & fit denudatio inter tres vices ad notandum, q̃ illi ter Christo in passione illuserunt. Primò, quando in atrio principis velata facie eius colaphis eum cædebant. Ad quod designandũ in principio reuelationis ipsius crucis, non ostenditur facies crucifixi. Secundò, ante prætoriũ, quando eo tradito ad crucifigendũ milites plectentes coronã spineam illudebant ei flexis genibus adorãdo eum, dicentes: Aue Rex Iudæorum: ad quod repræsentandum in secunda reuelatione, discooperitur caput & facies crucifixi: & scias quod corona † fuit de 17
iuncis matinis, sicut eam vidimus in thesauris regis Francorum; quorũ acies nõ minus spinis duræ sunt & acutæ. Tertiò, quando ei in cruce pendenti trãseuntes dicebãt: vah, qui destruis templũ Dei: & quia quando hæc illusio fiebat Christus totus nudatus in cruce pendebat: ideò in tertia reuelatione totus nudus ostenditur crucifixus: & etiam ad significandum, quòd omnia quæ in lege & Prophetis obscura fuerant, in passione aperta, & manifesta sunt. † Reuelatur ergo crux post orationes: ad notandum, quòd oratio 18
à Christi passione, quam in cruce sustinuit, habet effectũ & exemplar. Ipse enim in cruce pendens, pro amicis & inimicis orauit. Sanè à dextera parte crux incipit reuelari: quia Christus crucifixus, vera fide adoratus extitit ab Apostolis, & discipulis Iudæis, qui tunc in dextera erant. Et quoniam hæc fides per illos deuotè publicata & in medio gentium perducta est: ideò ad hoc significandum ante medium altaris, per sacerdotem deducitur. Rursus, quia Christus nunc super ecclesiã quiescit: & vsque in finem seculi quiescet: ideò ad hoc significandũ, & figurandum subsequenter crux super altare ponitur: per quod hæc ecclesia gentium designatur. Deniq;, quia in fine seculi fides in cordib⁹ gentiũ refrigescet,
*Esa.*10. & teste Esa. à reliquiis Israël quæ saluæ fient, suscipietur: & communis Iudæis & gentilibus habebitur: meritò ad hoc significandũ in fine missæ crux de altari deponitur: & in cõmuni loco collocatur. † Crux quoq; reuelata & etiã vexilla ecclesiæ in quibus- 19
dam locis diriguntur in altũ, ad Christi victoriã designandũ. Adhuc crucẽ baiulantes, antiphonã canentes, crucem illo deferunt: † vt Græcè & Latinè respõdeatur, & deuotè adoretur, quia domi- 20
nus crucifixus transiuit à perfidia Iudæorum, ad confessionem & deuotionem gentiũ: & significat Apostolos canentes, id est, totis

viribus

viribus crucis opprobriũ cõfitentes,& prædicantes. Item crucẽ baiulãdo,nunc ambulãt,nunc & fessi subsistũt:quia & illi persecutionum põdere fessi aliquãtulum quieuerunt.Subsequẽter ipsa crux denudata salutatur,& adoratur: quia eũ, cui perfidi illuserunt,Christiani reuerẽter salutãdo,& deuotè osculãdo venerantur.Et dum adoratur,canitur in quibusdã ecclesiis respõsorium: Ecce quomodo moritur.Esa.57.c. & antiphona:Sicut Moses:Io. 3.c.Et est sciendum ꝙ contra præmissas tres illusiones ter illum adoramus dicẽtes:ἅγιος,quasi ter honorãtes ter illusum propter nos:& quia illudendo genua flectebãt:ideò & nos illũ adorãdo
21 genua flectimus. Ad † terrã etiam ante illam prosternimus: vt quod illi superbè illudẽdo fecerũt, nos humiliter & verè faciamus,& mẽtis humilitatem per habitum corporis ostẽdamur:& quia sicut Christus humiliatus est patri pro nobis vsq; ad mortem,mortẽ aũt crucis:sic & nos eius mortis imitatores humiliari oportet.De modo prostrationis,ait Aug.Quisquis sic humiliatur,vt genua figat,adhuc habet vt amplius humilietur: quisquis verò sic humiliatur,vt hæreat in terra vẽter eius:vltra quod hu-
22 milietur non habet.Nudis † etiam pedibus adoratur,vt omnes proprias affectiones sibi nudas ac notas esse monstremus: & vt cum afflicto pro nobis nos affligi ostẽdamus.salutatur autem crux:qa per eam salus hominibus reformatur:postea adoratur.i. osculatur.Solus enim Deus adorãdus est:cætera vt crux causa illius veneranda sunt. † Cæterùm expositio illorum verborum
23 ἅγιος,&c.ibidem sequitur:Namἅγιος Græcè,dicitur sanctus Latinè.ἀπὸ τοῦ α, priuatiua particula:& γὴ, id est terra:quasi cœlestis sine terra.In canone tamen Isidori.xxiiij.q.iij.quidam.versi.sed tangis.habetur quod ἅγιος Græcè,dicitur vas Latinè. ὁ Θεὸς, verò Græcè, dicitur Deus Latinè. Ἰσχυρὸς Græcè, fortis Latinè. Ἀθάνατος Græcè,immortalis Latinè. ἀπὸ τοῦ α, priuatiua particula,& θάνατος, ꝙ est mors. Ἐλέησον,id est,miserere,ἡμᾶς,id est,no
24 stri. De profundo † crucis mysterio ,dictũ est in proœ. v.partis: & hic aliqua perstringamus.Fuerunt aũt in dominica cruce ligna quatuor.s.stipes siue lignum erectũ:lignũ transuersum trũcus suppositus:& titulus suprascriptus.Fuerũt & claui quatuor, quibus & manus & pedes confixi sunt: fuit & lancea qua latus apertum est:& corona spinea capiti circõposita:quę omnia possunt in spirituali cruce significari. Quatuor enim crucis ligna sunt quatuor mẽtis virtutes.s.fides,spes,perseuerantia,patientia, de quibus ait Apostolus:Vt comprehendatis cum omnibus sanctis,quæ sit longitudo,& latitudo,sublimitas, & profundum Longitudo crucis, est perseuerantia: de qua Dominus inquit

Qui perſeuerauerit vſq; in finem,hic ſaluus erit.Latitudo crucis, eſt patientia:de qua veritas ait:In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras.Profunditas eius eſt fides de qua Apoſtolus:Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum,argumentum non apparentium.
*Pſal.*118. Sublimitas verò,eſt ſpes,de qua Pſal. In verbo tuo ſuperſperaui. Habuit ergo crux Chriſti, vnum lignũ erectum in longitudinẽ: alterũ tranſuerſum in latitudinem:quaſi in modum potentiæ ſeu martelli:quæ duo ſignificata ſunt per illa duo ligna, quæ paupercula mulier in Sarepta collegit.Stipes verò erectus,habuit truncũ
3.*Reg.*17. ſuppoſitum,& titulum ſuperſcriptum:quia perſeuerantia de fide procedit ad ſpem:quaſi ſtipes ereptus de trunco ſuppoſito ad titulum ſupraſcriptũ.Quod beatus Iob intelligẽs ait: Credo quod redemptor meus viuit,& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, &c. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Niſi enim crux habeat fundamentũ fidei & titulũ ſpei, profectò ſuppliciũ eſt ſolũmodo,& non meritũ. Quod autẽ patiẽtia ſpectet ad crucẽ, ex eo apparet,ꝙ patiẽter in aduerſis tribulationis ſuſtinet cruciatũ.Vn
*Iacob.*1. de Iaco. Tribulatio patientiã operatur. De perſeuerantia quoque
Apoc. 2. legitur:Eſto fidelis vſq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ. Etiã
2. *Tim.*2. ſecundum Apoſtolum,nõ coronatur,niſi qui legitimè certauerit. Perſeuerantia igitur,quæ coronatur, certamen habet, vt meritò ſpectet ad crucem. In his ergo duobus lignis,duos pedes & duas manus quatuor clauis debet affigere Chriſtianus.Quatuor claui, ſunt quatuor principales virtutes.ſ.iuſtitia,fortitudo,temperãtia, & prudẽtia.Pedes ſunt mentis affectus:de quibus ſpõſus in Cant.
*Cant.*5. Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Et Dominus inquit
*Ioan.*13. Chriſtus Apoſt.Qui lotus eſt non indiget, niſi vt pedes lauet, &
*Mat.*10. eſt mundus totus. Et iterum: Excutite puluerem de pedibus veſtris. Duo ergo pedes ſunt duo mentis affectus.ſ.timor & amor: pes timoris, clauo fortitudinis debet configi:ne timidus propter aduerſa ſuccũbat:Vnde Pſal.Confige timore tuo carnes meas, à
*Pſal.*118. iudiciis enim tuis timui. Dũ enim in Petro metus clauo fortitudinis affixus nõ extitit,ad vocẽ ancillę Chriſtũ negauit:cum verò
*Mat.*26. cõfixus extitit,ante Reges & Præſides nomẽ domini prædicauit. Pes amoris ſiue appetitus clauo iuſtitiæ debet configi,ne cupidus ad illicita deſideria euagetur. Si enim appetitus fuerit confixus, tunc ſpiritus cõcupiſcit aduerſus carnẽ: ſi verò nõ fuerit cõfixus: tunc caro aduerſus ſpiritũ cõcupiſcit.Sic itaq; Chriſtianus pedes ſuos cruci debet affigere,ne vel timidus ſuccumbat: vel cupidus euagetur. Alij tamen dicũt † quod Chriſtus tribus duntaxat fuit 25
clauis affixus, ſignificãtibus tres cruciatus,quos in cruce ſuſtinuit videlicet paſſionem in corpore,paſſionem in mente,& paſſionem

in

in corde. Ambo enim pedes vno clauo affixi ſunt, ita q̃ dexter fuit ſuper ſiniſtrũ, ad ſignificandũ q̃ ſpirituales affectiones per pedẽ dextrũ ſignificatæ ſupereſſe & dominari debent terrenis, per ſiniſtrũ ſignificatis. Lãcea verò qua latus eſt vulneratũ, charitas eſt, de qua ſpõſa in Cantic. Vulnerata ſum in charitate. Lateri quidem cor contiguũ eſt, cuius beneficia diligimus: quod ideò vulnerãdum eſt, vt affectus exeat, non ſolũ ad amicos, verũetiã ad inimicos: vnde Dominus ait, Diligite inimicos veſtros, & benedicite his, qui vos oderunt, & orate pro perſequentibus & calũniantibus vos. *Mat. 5.* Corona verò ſpinea, eſt pœnitẽtia circumponẽda capiti. i. menti: de qua Pſalmiſta: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. *Pſal. 31.* Hæc corona de tribus ſpinis cõplectitur. ſ. contritione, confeſſione, & ſatisfactione. Prima pungit cor per dolorem propter vanã cogitationem. Secũda pungit os, per pudorem, propter variã locutionẽ. Tertia pungit manũ, per laborem, propter iniquã operationẽ. Manus enim opera ſunt: vt de Pſalmiſt. Benedictus Dominus Deus meus, qui dedit manus meas ad prælium, &c. & Salomon in Prouerb. Dedit ei linum, & lanã, & operata eſt conſilio manuũ ſuarũ. *Pſal. 143. Prou. 31.* Sunt igitur duæ manus, duo operum genera: videlicet opus volũtatis, & neceſſitatis. Manus operis volũtarij configi debet clauo prudẽtiæ: ne curua faciat opera tenebrarũ. Dum enim in Saulo clauo prudẽtiæ cõfixa non fuit, Saulus eccleſiam Dei perſequebatur. Cùm verò in Paulo confixa fuit, ipſe pro eccleſia paſſus eſt. Manus verò operis neceſſarij clauo temperãtiæ configi debet, ne lapſa nimis ad ſuperflua extendatur. Neceſſaria opera ſunt naturalia: vt dormire, comedere, & ſimilia. Et nota, verſus de cruce: Pes, cedrus eſt: truncus, cypreſſus: oliua, ſupremum. Palmaq; trãſuerſum Chriſti ſunt in cruce lignum. Oſculata & adorata cruce, duo presbyteri deferunt ad altare corpus Domini, quod pridiè fuerat conſe
16 cratum & recõditum. † Sacerdos verò induta caſula illud ſuper corporale diſponit, iuxta latus calicis, in quo ſit vinum & aqua miſtũ nõ ſanctificatũ, quaſi ipſo facto dicatur. Hoc eſt illud corpus, de quo ſanguis & aqua fluxerũt. Vtrũ aũt ex contactu hoſtiæ vinum cõſecretur, dictum eſt in tit. præcedẽti. Quo facto, incipit mox: Oremus, præceptis ſalutaribus, perficiẽs dominicã orationem, & illã, Libera nos quæſumus: in quo repræſentatur antiqua Apoſtolorum celebrãdi miſſam cõſuetudo. Prius enim lectione præmiſſa dicebãtur ſolum modò verba illa: Hoc eſt corpus, &c. Hic eſt ſanguis meus, &c. Sed i, ſi poſtmodũ dominicã orationẽ addiderunt: & ita illo modo hac die celebratur, de quo dictũ eſt in princip. iiij. partis. Ex qũibus colligitur, q̃ ſola dominica ora-

tio non ſufficit ad euchariſtiã conſecrandã. Si quidem ſacerdos alio tẽpore dicens: Per omnia ſecula ſeculorũ: eleuat calicẽ, cum corpore Domini, & poſteà dicẽs: Præceptis, &c: Calicẽ depoſit iterum cooperit: in quo illud nobis ſignificatur, quod de cruce depoſitũ corpus Domini ſepelitur. Duo aũt presbyteri qui hodie corpus ad altare deferunt: repreſentant Ioſeph & Nicodemum, qui corpus Domini tulerunt ad ſepul. hrũ. Tres præmiſſ canonis articuli. ſ. Præceptis, Pater noſter, & Libera nos quæſumus: ſuper depoſitũ calicẽ proferũtur, qa tribus diebus ſepultus Dominus occultatur, & oratio ipſa, Libera nos, alta voce, ſicut & Dominica oratio profertur: prout dictum eſt in iiij. parte ſub tit. de ſilentio poſt orationem dominicã. Nec eſt prætereundũ qꝙ hac die, quãdo particula hoſtiæ in calicẽ mittitur, non dicũtur verba illa: Fiat commiſtio, quia ibi de ſanguine mẽno fit, ſed in calice ſanguis non eſt, nec hodie cõſecratur, & fracta hoſtia non dicit: Pax Domini, &c. Eò qꝙ oſcula circunſtãtium nõ ſequuntur. Oratio quoq; illa: Domine Ieſu Chriſte fili Dei, &c. Et illa: Corpus tuum Domine, omittũtur, qa ibi mentio de ſanguine fit. Omittũ tur etiam illi verſus: Quid retribuã Domino, &c. Illa quoque, Placeat tibi, etiam omittitur, quia ibi continetur: Præſta vt hoc ſacrificium, quãdo oculis tuæ, &c. Hac etiã die ſacrificiũ nõ offertur ſacramẽtaliter, ſed ſumitur altera die oblatum. Agnus Dei, non dicitur, quia nõ videtur eſſe inuocãdus, qui cernitur in agone deficere: & cũ ſilentio ſacerdos cõmunicat: vnde poſtcommunio nõ cantatur, quia nobis ſumẽtibus ſanguis ille, quem ſumi-
Gen. 4. mus de ore noſtro pro nobis ad Dominum clamat: Nos enim ſumus terra illa quæ aperuit os ſuũ, & bibit ſanguinẽ Abel. i. Chri-
Pſal. 58. ſti quem effudit Cain. i. populus Iudaicus, vnde factus eſt vagus & profugus ſuper terram: iuxta illud: Diſperde illos in virtute
Mat. 27. tua, & factus eſt maledictus illa maledictione: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et rurſus poſtcommunio, quæ iubilum & lætitiam ſignificat, non dicitur: quia eccleſia illa die plorat. Sed quæritur † quare Chriſtus voluit pati ſexta feria? Re- 27
ſpondeo, vt dies qua crucifixus eſt coaptaretur ſextæ feriæ primę creationis, & ſextæ ætati huius mũdi. Siquidem in ſexta feria primus homo. ſ. Adam creatus eſt ad imaginẽ Dei: & ex latere eius dormiẽtis ſumpta coſta fœmina fabricata, & in ſexta ætate filius Dei, vt hominem ad imaginẽ Dei creatum redimeret, & in carne apparuit, qui in ſexta feria dormiens in cruce ſanguinem & aquã de latere ſuo, vnde S. Eccleſiam cõſecraret, emiſit. Ideò ergo in ſexta feria pati voluit, quia cùm tali die Adam peccauerit, illa etiã die hominẽ redimere voluit: de hoc dictũ eſt ſub. titu. de

nata

natali. Et † not. ꝙ Christus completis triginta duobus annis, & menſibus tribus, vel ſecundùm Chryſoſt. triginta tribus & dimidio crucifixus eſt: eadẽ die qua cõceptus eſt de Virgine. ſ. in ſexta feria, quæ fuit octauo calend. Aprilis: de quo dicetur in vij. parte, ſub feſto annuntiationis. † Quæritur etiam cùm de morte ſanctorum cum gaudio feſta in eccleſia celebretur, quia pretiola in conſpectu Domini mors ſanctorum eius: quare eccleſia hodie de morte Domini, cum gaudio ſimiliter non ſolennizat? Videtur enim ꝙ multò magis deberet lætari, & feſtum de illa celebrare, cùm mors ipſius ſit pretioſiſſima, & mors mortis: & eſt noſtra redemptio: & quia Apoſtolus gloriãdum ait in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti? Reſpondeo, quia ipſe pro peccatis noſtris mortuus eſt, ſicut dicit Dominus per Eſa. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum: & ideò deberet homo erubeſcere, non gaudere, cum & Sol inſenſibilis erubeſcẽs, radios ſuos retrouerterit: qa obſcuratus eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: meritò ergo omnis homo in hac die triſtitiam prætẽdit, ne eſſe durior lapidibus videatur. Prę tereà ipſe Dominus triſtis fuit. Vnde triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ: & etiam B. Virgo: Vnde tuã ipſius animã pertranſibit gladius. & Apoſtoli de conſe. di. iij. ſabbato. Meritò igitur in hac die eccleſia in arctiſſimo eſt ieiunio, & ſilẽtio, & triſtitia cõpaſſionis: de hoc dictum eſt ſub feſto circunciſionis. † Rurſus hunc diẽ celebramus, cũ mœrore, triſtitia & abſtinẽtia: paſſiones verò ſanctorũ cum gaudio: quia ſancti poſt martyrium ſtatim cœlos aſcẽderũt: Chriſtus verò ad infernũ deſcẽdit. Sed quoniã iam tartara confregit, & inde ſanctorũ animas eduxit, & tertia die reſurrexit: ideò tunc. ſ. die reſurrectionis maximè lætamur. Hinc eſt ꝙ paſſiones patrũ veteris teſt. quia ad inferos deſcenderũt, nõ celebramus, præterquã Innocẽtiũ: ex eo, ꝙ in ipſis ſingulis Chriſtus occiſus eſt. & Machabæorum: prout in ſeptima parte ſub. eorum feſto dicetur: de hoc etiã dictum eſt in parte prima, ſub titulo, de picturis. Et eſt notandum † quòd Chriſtus in paſſione ſua redemit non tantum illos, qui tunc erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur ſinus Abrahæ, vbi Lazarus erat, ſed etiam omnes futuros qui ſancta morte vitam erãt finituri: vndè Oſeæ vlt. Ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero inferne: ſed nec omnes, qui in inferno erant, inde extraxit. Item † quæritur quare eccleſia non conſecrat hac die corpus Domini, cùm Dominus dixit: Hoc facite in meam commemorationem: & Cabilonen. concilio de conſecrat. diſtinct. j. viſum dicitur: Nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus deprecetur. Prætereà, cùm Chriſtus immolatus hac die & ſabbato quieuit in ſepulchro: & diſci-

Pſal. 115.

Gala. 6.

Eſa. 53.

Mat. 27.

Mat. 26.

Luc. 2.

puli totam noctem ſequentem vſq; diluculum in triſtitia trãſegerint: rationabiliter videretur, vt in hac die corpus Domini cõficeretur, & inde vſq; ad primã ſabbati iugi ſilentio conſopiti, à ſacri altaris myſterio vacaretur. Reſpõdeo, ad hoc multiplex ratio reddi poteſt. Prima † eſt: Dominus noſter pridiè, quam pateretur, accipiẽs panẽ & calicẽ benedixit, deditq; diſcipulis, dicẽs: Hoc eſt corpus meũ. Hic eſt calix meus: & tũc immolatus eſt in manibus ſuis: de qua immolatione ſubiunxit: hoc facite in meã commemorationem. Illa igitur, ſ. feria quinta non eſt omittenda, cùm ſit firmiter iniuncta. Sexta verò feria eſt dies ſecunda, qua velut in monumento quieſcit: ſabbatum tertia, qua velut à morte reſurgit, reſurrexit enim ante diem. Triduũ ergo dominicæ mortis, quod perfici nequit eo reſpectu, quod ipſe à Iudæis eſt trucidatus, eò tranſponitur, q̃ ipſe ſuis manibus immolatur. Cuius quoq; rei illud magnum eſt iudiciũ, q̃ in nocte cœnæ luminaribus extinctis vigilias celebramus. Sicque, vt in quinta feria quaſi ſexta in duplum manna colligatur: quoniã in hac die quaſi in ſabbato nõ inuenitur. Secunda † ratio eſt, quia eccleſia corpus illud, quod flagellis & ſpinis, & cõtumeliis iſta die re vera affectum eſt, non debet cũ Miſſarũ ſolennitatibus celebrare, quoniam veniente veritate debet ceſſare figura. Tertia † quia oblata eſt hoſtia de manibus Chriſti & noſtris. Non ergo ſacrificent amici, dum trucidant inimici. Sed tamẽ, quia ſemper indigemus communione, & ſemper eſt tẽpus cõmunicandi, ſacerdos ipſum corpus recipit in hoſtia, à die antecedẽti reſeruata & cuſtodita. Quarta † ratio eſt, quoniam hac die velum tẽpli ſciſſum, & cornua altaris tranſuerſata ſunt: & ita nõ habemus vbi corpus Chriſti conficiatur. Quinta eſt † quia ſ. receſſit & ſublatus eſt verus ſacerdos. i. Chriſtus ſponſus eccleſiæ, deſcendit enim ad inferos. Sextam rationem ponit Inno. Papa de conſe. di. v. ſabbato. dicẽs, † quòd in die Paraſceues & in ſabbato ſancto ſacramentum non celebratur: quia conſtat Apoſtolos iſtis duobus diebus in mœrore & in triſtitia fuiſſe, & ſe propter metum Iudæorum occultauiſſe. Miſſa enim quæ in ipſo ſabbato celebratur, non ad ipſum ſabbatum, ſed ad diem pertinet ſubſequentem, vt infrà dicetur. Septima † quia Moſes ait: Vos tacebitis, & alius, ſcilicet Chriſtus pugnabit pro vobis: torcular enim calcauit ſolus. Cùm igitur hac die non ſit corpus Domini conficiendum, ad hanc diem reſeruandum eſt. Hæc ſexta feria † & ab iſta omnes aliæ ſextę feriæ priuilegiatæ ſunt propter Chriſti paſſionem, ſicut & à ſequenti dominica omnes aliæ dominicæ propter eius reſurrectionem. Sunt autem huiuſmodi ſextæ feriæ ſex priuilegia. ſ. Chriſti

Exod. 16.

33 34 35 36 37 38 39 40

immo

immolatio,inferni ſpoliatio,mortis conculcatio,humani generis redemptio,Paradiſi apertio,& ſcripturarum manifeſtatio.In Paraſceue vno ſolo cibo veſcimur, quia Chriſtus ea die vnum, ſcilicet latronem ſibi incorporauit,dicens:Hodie mecum eris in Paradiſo. Vnde ipſe dixit: Singulariter ſum ego, donec tranſeam. *Pſal.140*

SVMMA.

1 *Paſchatis ſabbatum.*
2 *Paſchatis ſabbatum,officiũ mutuatur totum à nocte paſchæ.& nu.3.*
4 *Paſchatis ſabbatum,dicitur dies illuminata,tribus de cauſis.*
5 *Paſcha celebratur in plenilunio.Et quando.nu.6.*
7 *Nox,diem præcedat, ne,an contrà.*

De Sabbato Paſchæ. CAP. LXXVIII.

1 SEquitur † videre de ſabbato ſancto Paſchæ.Sanè ſicut Deus operibus creationis mundi.ſ.in ſex diebus completis in ſeptima requieuit ab omni opere,ꝙ patrarat:ſic & in ſexta ætate recreationis operibus cõſummatis:iuxta quod Dominus in cruce pendẽs dixit: Conſummatum eſt:in ſeptima ætate requieuit. Cũ enim anima eius paſſibilitatẽ corporis exiuit,quodammodo requieuit:prætereà in ſepulchro dormiuit,ideoque dies iſta ſabbatũ appellatur,quod requies interpretatur,vt dictũ eſt in proœ.ſecundæ partis:quod antonomaticè ſabbatum ſanctum dicitur,eò quòd vt præmiſſum eſt,ſignificat requiẽ Chriſti ab opere recreationis in fine ſextæ ætatis:vel propter requiem Chriſti in cuius morte ſanctificati ſumus.Dicitur etiã ſanctũ,propter baptiſmũ, quod fit in die iſta in qua noua eccleſiæ proles ſanctificatur.Hęc
2 autẽ † dies ſicut præcedẽs nullum habet officium diuinũ:in quo conſtat Apoſtolos fugiſſe,& in mœrore fuiſſe:de cõſe.d.iij.ſabbato.Nã officium quod cantatur eſt noctis diei dominicæ:de cõ ſe.d.j.in ieiuniis:lxxv.di.ꝙ à patribus.ſ.de reſurrectione non de ſabbato,ſicut & contingit in ſabbatis quatuor temporum, quod apparet,quia dicitur in cerei benedictione:Hęc eſt nox,& in collecta Miſſæ:Deus,qui hãc ſacratiſſimã noctẽ.vnde antiquitus totum officiũ de nocte dicebatur,& adhuc in pleriſque locis fit.Primò,ad notãdum,ꝙ catechumini,quorum eſt ipſum officium,ſepulti cum Chriſto,per baptiſmum reſurgunt cum ipſo.Secundò, propter viſitationem mulierum ad ſepulchrum Domini manè venientiũ.Tertiò,quia Dominus de nocte reſurrexit,ſecundùm Hier.& Greg.& Ambr.& ideò quia nox illa tanto lumine illuſtrata eſt de Domini reſurrectione,meritò tunc vigilare & Deo laudes canere debemus.Traditio quoq; Iudæorũ eſt, Chriſtum media nocte venturũ: in cuius figura Angelus tranſiuit media

nocte

nocte percutiendo primogenita Ægyptorũ,& Dominus trãsiuit protegẽdo populũ suũ.Et Hier. Reor,inquit,traditionẽ apostolicam permansisse:vt in die vigiliarũ Paschæ ante noctis medium dimittere non liceat populos expectãtes Christi aduentũ: vt resurgenti Saluatori occurrãt, postquã tẽpus illud trãsierit,securitate præsumpta festũ cunctos agere diẽ.Sed quia † quod pro de- 3
uotione fuerat institutũ,in minus honestas actiones,quibus nox facultatẽ præbet conuersum est,institutũ fuit,vt officiũ ipsius noctis de die celebraretur.De hoc tactũ est in proœ.iiij.partis,& in quinta parte, sub tit.de nocturnis. Augustin.tamen dicit Dominũ in diluculo surrexisse,& ipsum per quadraginta horas mortuum siue in sepulchro extitisse,cui ecclesia consentire videtur,quę pro resurrectione matutinũ eadem celebrat hora. Silet ergo ecclesia vsq; in horã decimã:& tunc cõgregatur ad officium celebrãdum quãdo resurrectio appropinquat,videlicet circa vesperã noctis,q̃ lucescit in prima sabbati,& quã per totã noctem vsq; ad diei claritatẽ cõtinuat ad hoc,vt illud impleatur: Nox illuminatio mea
Psal.138. in diliciis meis:& nox sicut dies illuminabitur. Tribus † autẽ de 4
causis,dicitur hæc dies illuminata.Primò,qa refulget in deliciis nostris ꝓpter redemptionẽ seu resurrectionẽ animarũ,quæ licet sit in die Parasceue morte Domini recuperata, eius tamen gaudium & lætitia est ad hanc noctẽ trãslata,propter rationẽ positam sub quinta feria cœnæ Domini, vbi agitur de olei consecratione.Secundò,propter resurrectionẽ corporũ,quæ Domino resurgente prima sabbati speratur futura: ideoq; vigilamus,& resurgenti vigilãdo cõcinimus. Tertiò propter baptismi sacramẽtum,quod hodie celebratur,quoniã ab illis causis sumpsit exordium,& illarũ nobis tribuit fructũ.Celebratur enim hac die catechuminorũ officium,vt ipsi Christo cõsepulti, ad baptismũ in morte cum eo resurgant.Hæc ergo nox,Pascha dicitur,q̃ transitus interpretatur,quia transiuit Dominus de mũdo ad patrem: de morte ad vitã transimus & nos.Pascha enim nostrũ immolatus est Christus,de hoste ad patrẽ, de tenebris ad lucẽ, de reatu ad gratiã,de pœna ad gloriã,de pugna ad victoriã. Hæc nox siue Pascha † in qua resurrexit dominus fuit decimaseptima luna mẽ 5
sis primi, id est, Aprilis,qui est primus apud Hebræos,qui cõputant menses secundũ lunæ cursum. Ideò quidẽ in mense primo resurrexit,quia ipse est principiũ.Item ideò in luna decimaseptima,vt per obseruationẽ decalogi perduceret nos ad æternam requiem sabbati sui.Surrexit igitur tunc,cùm luna ad alta petit,ad designãdum,q̃ ecclesia petere debet alta virtutum,& scãdere ad tẽpla cœlorũ.Item in tertia hebdomada lunæ surrexit,per quod

tertium

tertium tẽpus,ſcilicet gratiæ aduenisſe ſignificauit. Et inde eſt, q̃ cùm ſemper in lunatione Aprilis, & in plenilunio hanc ſolen nitatem ex iuſſu Domini celebremus, quãdoq; in noſtro Aprili, & quãdoq; in Martio eam ſolẽnizamus:ſed cùm poſt duodecim lunationes cõſtituimus, innuitur q̃ per decem legis & duo charitatis præcepta ad reſurrectionis gloriam peruenie mus.Si verò eam poſt.xiij.lunationes obſeruamus, innuitur q̃ per decalogũ & trinitatẽ peruenie mus ad gloriã æternitatis. Adhuc ideò hæc nox in plenilunio celebratur, quoniã luna iubar luminis a Sole mutuatur.Luna eſt eccleſia:Sol Chriſtus,q̃ dum occidit, occiditur:ſed eius occaſu eccleſia gratiæ plenitudine illuſtratur. Item
6 † hæc nox,in qua Chriſtus reſurrexit equinoctio trãſacto,quando ſcilicet dies incipiunt creſcere,& eſſe maiores noctibus,celebratur. Primò q̃a poſt ignorantiã prolongatur de Deo ſcientia, & vbi abundauit iniquitas, ſuperabundauit & gratia. Secundò, q̃a virtutes in nobis creſcere,& vitia ſuperare debent.Tertiò,q̃a per eius reſurrectionẽ tenebræ mortis cœpẽre minui & dies vitę incœpit augeri. Quartò,quia per ipſum,qui eſt lumen de lumine,peruenitur ad diem lucis æternæ. Item, hæc nox celebratur, vt in Vere,quando poſt hyemis aſperitatẽ flores vernãt,& volucres iubilãt,quia pulſo perfidiæ gelu, mundus floruit pulchritudine virtutũ. Et in omnem terra exiuit ſonus eorũ,hæc nox eſt vtriuſq; diei cõmunis,ſcilicet ſabbati præcedentis, & dominicæ
7 ſequentis.Namq; † vſq; nunc dies præcedebant noctẽ,nunc ecõuerſo fit.Conditor enim temporis fecit,vt à principio dies naturaliter præcederet noctẽ,ſecundũ quod dicit ſcriptura,fiat lux,& facta eſt lux : & ea procedente per ſuperius hemiſphærium ab oriente in occidentẽ factum eſt veſpere:& redeunte ea per inferius hemiſphæriũ ab occidente in orientẽ factum eſt mane.Præceſſit ergo dies noctem,in ſignũ q̃ homo ſiue Adam tranſiturus erat de luce virtutũ in tenebras vitiorũ,ſiue q̃ homo à die Paradiſi deſcẽderet ad noctem inferni,ſed in reſurrectionis nocte arteficialiter fecit Dominus : vt nox reciprocãdo præcederet diẽ, in ſignũ reparationis ſecundi Adæ,q̃ nos per ſuam reſurrectionẽ de peccatorũ tenebris reparauit ad lucem:vnde Apoſt. Nox præceſſit:dies autẽ appropinquauit. *Rom.13.* Seriatim igitur huius diei officiũ proſequentibus,Primò,q̃ quem,quomodo, & quare agni de cera hac die fiant.Secundò,de benedictione cerei. Tertiò,de lectionibus & tractibus.Quartò,de benedictione baptiſmi ſiue fontium, vbi etiã agitur de cereis catechuminorum.Quintò,de baptiſmo, vbi agitur de veſtibus quas neophyti octaua die deponunt, & de patrinis.Sextò,de confirmatione.Septimò,de Miſſa.

SVM-

SVMMA.

1 *Agni cerei, qui fiunt Romæ in paraſceue Paſchali, quid notent. & nu. 2. Et eorum virtus. nu. 3.*

Per quem, quomodo, & quare agni de cera fiant. CAP. LXXIX.

IN † primis itaq; hac die acolythi eccleſiæ Rom. faciunt agnos 1
de cera noua benedicta, vel de cera cerei Paſchalis anni præcedentis, admiſto chriſmate, qui in ſabbato in albis in eccleſia per Dominum Papam populi diſtribuũtur. Agni iſti, ſignificant agnum illum immaculatũ, qui tollit peccata mundi. Cera, ſignificat eius humanitatem, ſicut beatus Gregorius dicit, mel in cera, diuinitas in humanitate. Apis quidẽ, quę operatur ceram cum melle, nulla reſoluitur libidine: & beata Virgo eum, qui eſt Deus & homo, concepit ſine virili ſemine. In cera admiſcetur oleum ſeu chriſma, quia Dominus noſter plenus eſt miſericordia: quæ per oleum deſignatur. In octaua diſtribuuntur, quia in octaua reſurrectionis Dominus ſuis præmia diſtribuit. Rurſus agnus in agno cereo præfiguratus, & in Paſcha immolatus, ad memoriã reducitur: cui beatus Gregor. oleum infundi inſtituit: quando Paſchalis agni myſteria reſerauit. † Hi etiam cerei agni figurãt 2
agnos nouellos, de quibus cantat eccleſia in ſabbato in albis: & ideò quandoq; in illo ſabbato fiunt, quod etiam vſus Apoſtolicus docet, quoniam in dominica tunc ſequenti Domino pa. menſam intrante, & agnos cereos capellanis, & familiaribus ſuis diſtribuere volente: vnus acolythus ſolenniter portans & præſentans ſibi agnos ipſos, dicit ter alta voce: Domine, d. d. iſti ſunt agni nouelli, qui annuntiauerunt, allelu-ia: modò venerunt ad fontes, &c. † Hi agni à fulgure, & tempeſtate fideles, & credentes de- 3
fendunt propter virtutem conſecrationis & benedictionis. Sanè ſecundum quarundam eccleſiarum conſuetudinem, cereus diſtribuitur in octaua Paſchæ populo, ad ſuffumigandas domos, ad ſignificandum quòd in vltima reſurrectione Chriſtus fidelibus in præmio tribuetur: ad quod expreſſius ſignificandum Romana Eccleſia agnos fecit ſupradictos.

SVMMA.

1 *Cerei benedictio ſit in paraſceue.*

2 *Sub cerei benedictione, cur ignis antiquus extinguatur, & nouus è petra excutiatur.*

3 *Cereus paſchalis à ſubdiacono benedicitur. Et cur nõ potius à ſuperiori.*

4 *Cereus paſchalis, quid ſignificet.*

5 *Manſiones tres, in quarum tertia columna præceſſit populum.*

6 *Cereus ſuper columna, ſignificat Chriſtum. Item, paſchalis. nu. 7.*

8 *Cerei*

8 *Cerei benedictio, qualiter fiat. Et an vnus tantũ benedicat, an duo. n. II.*
9 *Turis grana, in cerei benedictione, quid significent.*
10 *Cereo paschali infixa tabula, quid signet, quidq; contineat.*

De benedictione cerei. CAP. LXXX.

1 SEcundo † loco paschalis cereus benedicitur. Circa quod sciẽ dum est, quod in principio officij totus in ecclesia debet ignis extingui, & nouus de lapide percusso cum calibe, vel ex crystallo Soli obiecta debet elici, & de sarmento foueri. Ignis vetus, veterem significat legẽ, cuius figuræ in morte Christi cõpletæ fuêre, & ideò velut extinctæ cessare debuerunt: sed de lapide, id est, de Christo, qui est lapis angularis, qui verbere crucis percussus, spiritum sanctũ nobis effudit: vel de crystallo inter Solẽ & Lunã mediante, id est, Christo, qui fuit mediator inter Deũ & hominẽ qui sicut ipse testatur, ignem in terrã mittere venit: nouus ignis elicitur, dum per eius passionẽ vel resurrectionem spiritus sanct⁹ nobis effunditur, cui præbet alimentum sacramentũ, id est, Christus, q̃ est vitis vera. Chrystallus quoq; perlucida, est Christi humanitas resurrectione splendidissima. Adhuc nouus ignis ideò benedicitur, vt sicut ille, q̃ est lumen indeficiens, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, igne illuminauit Moseni: ita illuminet sensus & corda nostra, vt ex his tenebris ad lumen & vitã æternam mereamur peruenire. Nec est vana religio solẽni processione ad huius ignis benedictionẽ exire, in quo meminisse debemus exeũ dum nobis esse ad illũ quem Iudæi extra castra eiecerunt. Exeamus (inquit Apostol.) ad eum extra castra, improperiũ eius portãtes, & benedicimus illum, cũ cruce & aqua: vt nos in passione eius per quem spiritũ sanctũ accipimus, *Hebr. 13.*
2 lotos esse significamus. † Rursus extinctis ecclesiæ luminaribus & igne de petra cum calibe excusso, ignis aqua aspergitur benedicta: quia extinctis Apostolis, qui lumen mundi à Christo dicti sunt, de Christo petra excussus est ignis charitatis, cum calibe lanceæ vulnerantis, dum sanguis & aqua de eius corpore sacro emanauerunt, à quibus habent efficaciã sacramenta: quibus mediantibus in amore Domini inflammamur aqua gratiæ perfusi. Et attende, q̃ sicut in his singulis diebus, scilicet cœna domini, parasceue, & sabbato sancto, ignis extinguitur, sicut volunt quidam, vt etiã ex eis nouus ignis in memoriã passionis, vt prædiximus, accendatur. Subsequẽter benedicitur cereus ex institutione Zozimi, & Theodori primi Papæ: sed beatus Ambro. benedictionem dictauit, quanquam August. & Petrus diaconus Cassinen. monachus, alias benedictiones dictauerunt, quæ in vsu non sunt. Benedicitur autẽ ideò, quoniã ex simplici sui natura absq; benedictione.

dictione, non potest transire ad significationē mysterij columnę ignis: de qua iam dicetur. Benedicitur etiā propter gloriā resurrectionis eius, quem & pater benedicit: & quia per ipsum ipse Christus visibiliter ad memoriā reducitur. † Benedicitur quidē, 3
etiā præsente Episcopo, vel sacerdote, à diacono qui est minoris ordinis, quia Christus resurgēs à mortuis, primū Mariæ Magdalenæ se manifestās, voluit per debiliorē sexū gloriā suæ resurrectionis Apostolis nuntiari: vt sicut nostræ mortis initium p mulierē in mundū intrauerat: ita & reparationis initium per mulierē in mūdo nuntiaretur. Adhuc diaconus benedicens cereū, significat Euāgelij prædicatorē, q Christum pro nobis passionis violētia corporaliter extinctū, debet laudū benedictionibus, prædicando, resurrectionis luminosa gratia reddere illustratum: qui dalmatica induitur: quoniā debet esse cœlestis cōuersatione adornatus, quam dalmatica ipsa designat. Porrò † cereus super columnā 4
illuminatus, significat primò columnā ignis, quæ præcedebat in nocte populum Israël, extinctus verò, significat columnā nubis, quæ præcedebat, in die prima quidē de nocte illuminans: & secūda in die refrigerās, in qua spiritus sanctus significabatur. Tenuit quidem in nobis colūna nubis figurā humanitatis: & columna ignis figurā diuinitatis. Rectè autē cereus columnam significat. Nam ille præcessit populum ad mare rubrū, in quo baptizati sunt: iste verò præcedit neophytos ad baptismum. Item ille præcessit populum vsq; ad terrā promissionis: iste verò precedit septē diebus neophytos ad fontes: & Dominus nos præcedit, vt paret nobis viam vsq; ad patriā, quæ post finem huius vitæ, quæ septenario reuoluitur, nobis p mittitur. † Et nota, q nec in prima nec 5
in secunda māsione, columna præcessit populū, sed tertia: prima māsio fuit in Ramatha. Secunda, in Segor. Tertia in Ethā. Ramatha, interpretatur cōmotio tineæ. Segor, tabernaculum. Etham, firmum vel perfectum, vel signa eius. Hæ tres mansiones his tribus diebus Domini coaptantur, scilicet diebus passionis, sepulturæ & resurrectionis. Nam in die passionis fuit Dominus, quasi in Ramatha, id est, in commotione tineæ, videlicet in commotione Iudæorum, qui ad modum tineæ vestem inconsutilem Domini, id est, ecclesiæ vnitatem, imò & ipsum demoliri nixi sunt. Sed de hac mansione, quasi exiuit, cùm obiit, & venit in Segor, id est, in tabernacula, cùm in sepulchro latuit, & tanquam fortis miles fortem diabolum ligando, vasa eius diripuit: tabernacula enim militantium sunt. Sed de hac mansione exiuit cùm surrexit, & intrauit in Etham, quod interpretatur firmum, seu
n.6. perfectum, seu signa eius: quia ipse resurgens à mortuis, iam non mori-

moritur: mors illi vltrà non dominabitur: tũc ſignaculũ ſuis fuit cùm ipſe eis glorioſus apparuit: & eos tanquã columna ignis illuminauit. † Secundò cereus ſuper columnã, ſignificat Chriſtum, qui nos in huius mundi nocte illuminat: & in die à vitiorum incentiuo refrigerat, vt præmiſſum eſt. Rectè quidem cereus Chriſtum ſignificat propter tria, quæ in eo ſunt: lichinen nanque animam: cera corpus, & lumen diuinitatẽ ſignificat. † Tertiò cereus renouatus & illuminatus poſt benedictionem, ſignificat nouam Chriſti doctrinam qui eſt in nouo teſta. qui ait: Mandatũ nouum do vobis: vel gratiam nouam qua nos dominica ſingulariter illuſtrata eſt: videlicet Chriſti reſurrectionem, qui reſurgens à mortuis, apparuit in carne glorioſus; & ſplendore diuinitatis illuminatus. Huius enim cerei ceram apes mater ſine cõcubitu eduxit, & Chriſti carnẽ virgo Maria cõcepit, & peperit, & in carne Deũ, quaſi mel in cera perferens, inuiolata permanſit. Incipit autẽ cerei benedictio: Exultet † iã angelica turba. De hoc enim eſt exultatio, ꝙ extraxit ſuos de inferno & de eius victoria. Aſcendit eñ ſuper occaſum, Dominus nomen illi, & primò ſalutat populum dicens: Dominus vobiſcum, vt illum reddat beneuolum & attentum. Cæterum lumen cerei, ſeu eius ſignificatio, duplex eſt: ſignificat enim ſpiritum ſanctum, quo Chriſtus plenus fuit, & gloriã reſurrectionis eius. Secundũ primũ myſteriũ, in quibuſdã eccleſiis cereus à principio benedictionis accenditur, quia Chriſtus ab initio ſuæ conceptionis ſpiritu ſancto fuit repletus. Et verba benedictionis in hoc conſonare videntur. Nam ſtatim circa principiũ dicitur: Gaudeat ſe tellus tantis irridiata fulgoribus, & poſteà ſubditur: Lætetur mater eccleſia, tanti luminis adornata fulgoribus: & poſteà diaconus rogat circunſtantes, cum eo miſericordiam Domini inuocare, ad tam miram huius luminis claritem: ꝙ licet de ſignificato intelligatur, ſcilicet de Chriſto, conueniens tamen videtur, vt & ipſum ſignificãs ei aliquo modo, prout fieri poteſt, reſpondeat, & eius ſimilitudinem gerat. Quantum ad alterum verò myſteriũ: videlicet ꝙ lumen gloriã reſurrectionis ſignificat, in quibuſdam eccleſiis illuminatio cerei vſq; poſt appoſitionem incẽſi defertur: infigit enim ipſi cereo diaconus quinq; grana turis in modũ crucis, cum dicit: Suſcipe ſancte pater huius incenſi ſacrificiũ veſpertinũ: ſiquidẽ paſſio Saluatoris re vera fuit ſacrificiũ veſpertinũ legis: iuxta illud: Eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinũ: quia fuit in veſpera mundi, id eſt, in ſexta ætate factũ: & in veſpera diei: quæ † grana turis deſignãt aromata quæ mulieres emerunt, vt vngerẽt crucifixum. Emerunt enim ad literam aromata veſpere ſabbati, quia ſabbato ſiluerunt, pro-

Ioan. 13.

Pſa. 140.

pter festum sabbati,& ostẽdit ecclesia se illam deuotionẽ habere in aromatibus virtutum: vel quinq; grana significant quinq; plagas in cruce receptas. Post hoc aliquantulũ inferius fit cerei illuminatio: quia post passionem secuta est in resurrectionis gloria & lucet catechuminis ante baptismum,& post vsq; ad octauas,ad notandum,q̃ Christus lucet ecclesiæ vsq; in diem iudicij. † In cereo etiam affigitur tabula seu charta scripta,quæ significat tabulam,in qua Pilatus scripsit: Iesus Nazarenus Rex Iudæorũ. quam vidimus Parisiis in capella Illustris Regis Francorũ,vnà cum spinea coronea,& ferro,& hasta lanceæ,& cum purpura,qua Christum induerunt: & cum sindone, qua corpus fuit inuolutum, & spongia,& ligno crucis, & vno ex clauis,& aliis reliquiis multis. Et cùm cereus Christũ significet,meritò in dicta tabula inscribitur annus Domini tunc currens, cum eius incarnatione, quia in cereo notat,q̃ Christus est annus antiquus,& magnus,plenus dierum: de quo in viij. parte sub tit. de anno solari dicetur. Ideò autem Christus annus dicitur,quia sicut in anno dierũ habetur multitudo fructuum: ita & in Christo fuit & est multitudo omnium bonorum fructuum. Habet enim Christus suos menses,vt sunt duodecim Apostoli: & suos dies,vt sunt omnes fideles: & suas horas,vt sunt neophyti. Scribitur etiam in illa tabula annus,ab origine mundi currens,ad notandũ,q̃ ipse est α & ω. Scribitur etiam ibi indictio,vel æra & epacta,de quibus sub tit. de anno solari dicetur: ad notandum,q̃ hominum actiones & temporum successiones,per diei dispositionẽ ordinantur. In † quibusdam ecclesiis additur alter cereus minor: primus maior cõsecratur in personã Christi dicẽtis, Ego sum lux mundi: alter in persona Apostolorũ, quibus ipse Dominus inquit: Vos estis lux mundi: vterque cereus præcedit catechuminos,ad baptismũ, & Apostoli nos ad terram promissionis. Item Christus per se illuminat ecclesiam,illuminat etiam illã per Apostolos: quorũ præcepta diligenter intueri & obseruare debemus: q̃ ostenditur ex illuminatione aliorum cereorum,qui ab aliis duobus illuminantur. In plerisque verò ecclesiis duo alij parui cerei accendũtur à maiori: & statuitur vnus ab vna parte cerei benedicti: alius ab alia,qui significant sanctos noui & veteris testa. qui per Christum illuminati sunt, & per doctrinam Apostolorũ & Prophetarũ,qui cum Christo concordant. Illi autem,&c. ecclesię luminaria ex igne maioris cerei accenduntur,ad figurandum q̃ ignis spiritus sancti à Christo procedit, & q̃ non solùm Prophetæ & Apostoli, qui per duos cereos significantur: verumetiã omnes ecclesiæ fideles à Christo illuminati sunt, qui ideò sunt duo,tum quia Apostoli bini, ad prædicandũ missi sunt: tum

Ioan. 8. *Mat.* 5. *Luc.* 10.

tum quia discipuli & alij illuminati à Christo gemina charitate feruent: & tam verbo, quàm exemplo lucent. Possunt etiam ipsi duo cerei catechuminos significare, qui à lumine maioris cerei accenduntur, quoniã à lumine Christi oportet catechuminos illuminari. Lumen quidem Christi est eius gloria & doctrina, quæ per sequentes lectiones intelliguntur seu insinuantur.

SVMMA.

1 *Paschatis sabbatum, quas lectiones habeat: & quare sine titulo, & tono illæ legantur. Et quot sint numero. ibid. & nu. 9. 10. 12. Primaq; interpretatio num. 2.* 3 *Manichæorum hæresis.*

4 *Lectionis secundæ in sabbatis, expositio. Item, tertiæ nu. 5. idq; variè. nu. 6. Item quartæ num. 8.* 7 *Tractus, Vinea facta est, expositio.*

11 *Noë arca, Ecclesiam significat.* 13 *Canticum, quid.*

14 *Lectionum & canticorum præposterus ordo.*

De lectionibus & tractibus. CAP. LXXXI.

1 TErtio loco † circa lectiones & circa tractus sciendum, q̃ lectiones quæ Christi gloriã & doctrinam significant: ideircò carent titulo, quia catechumini nondũ sunt cives Hierusalem, & scripturas ignorãt, & nomina ciuiũ Hierusalem ignorãt. Vnde si eis nominarentur, & nomina Doctorũ veteris vel noui testa. fortè potius contemnerent, q̃ venerarentur. Carent etiã titulo, quia Christus caput nostrũ nondũ redditũ est nobis. Leguntur quoq; sine tono, quoniã in eis insipientes, & catechumini simplices instruuntur. Lectiones autem in quibusdam ecclesiis leguntur quatuor, in quibusdam sex, in quibusdã duodecim, & in quibusdam quatuordecim: qui quatuor legunt, ideò faciunt, quia Doctor catechuminorum debet esse conuiuator eorũ. Debet enim eis parare conuiuium in mensa sacræ scripturæ, quæ per mensam quæ in tabernaculo Domini fuit significatur. Quę quatuor pedes habuit, quia sacra scriptura quatuor modis exponitur: videlicet historicè, allegoricè, tropologicè, & anagogicè, quod plenius dictum est in proœ. primi libri. Prima lectio. In principio creauit Deus cœlũ & terram: quæ est Gene. 1. cap. historiam monstrat. Ad literam enim facta sunt, quæ ibi dicuntur de creatione cœli & terræ & aliarum rerum: de homine, qui factus est ad imaginem & similitudinem Dei, &c. & sic de aliis. Secunda lectio, scilicet, Factũ est in vigilia, &c. quæ est Exod. 14. cap. pertinet ad allegoriam. Tertia, scilicet, Apprehendentẽ septem mulieres, &c. quæ est Esa. 4. c. ad tropologiam. Quarta, scilicet, Hæc est hæreditas seruorum, quæ est ibidem. 55. ca. ad anagogen: prout infrà patebit. Verùm, si diligenter attendere volumus, prima lectio, & secunda, tam ad primum, quàm ad secundũ pedem pertinent, id est, tertia potius ad

ſecundũ, quàm ad tertium. Prima, pertinet ad ſecundũ pedẽ, ſicut ad primũ: nam quæ in ea hiſtoricè dicuntur, allegoricè exponuntur: verbi gratia. Factus eſt homo † Chriſtus ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei: maſculum, id eſt, Chriſtũ: & fœminam, id eſt, eccleſiã creauit eos. Vel etiã partim ad ſecundũ, partim ad tertiũ refertur: quia opera ſex dierũ coaptãtur operibus lucis ſpiritualis, quia interius reformamur, & illuminamur. Nempè opus primi diei fuit lux, qua ſignificatur illuminatio fidei. Opus ſecundi diei, fuit firmamentum, ꝙ diuidit aquas ſuperiores ab aquis inferioribus, hoc eſt fundamentum ſacræ ſcripturæ, quod diuidit aquas ſuperiores, id eſt, Angelos ab aquis inferiorib⁹, id eſt, hominibus, qui eo non indigent. Opus tertiæ diei fuit ſegregatio aquarum ab arida, id eſt, ſegregatio eorũ, qui dediti ſunt fluxui carnalium voluptatum: & qui quemadmodum aquæ ſe & alios qui ſitiũt, ab his, qui ad modũ aridæ, ſitiunt fontem aquæ viuæ, vt poſſint fru-
Geneſ. 1. 2
Pſal. 41. ctificare, dicentes: Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum, &c. Quartæ diei opus, eſt luminaria in firmamento. Hæc luminaria ſunt doctores, qui inhærentes firmamẽto ſacræ ſcripturæ, inferioribus lumine ſcientiæ lucẽt. Quintæ diei opus, eſt creatio piſciũ & auiũ ex aquis, per quę intelligũtur renati ex aquis baptiſmatis: quorum quidã beneficio baptiſmatis vtuntur ad modũ piſciũ, vt paruuli: quidã verò alis geminæ charitatis, ad inſtar auiũ volant ad ſuperiora, vt boni adulti. Vnde in prima lectione dicitur: Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, ſcilicet baptiſmi. In aquis remanẽt piſces, id eſt, curioſi: aues verò, id eſt, baptizati ad cœleſtia volant. Sextæ diei opus, eſt creatio animaliũ de terra. Siquidem terra, caro noſtra eſt: ex qua creantur animalia, cũ ex ea procedãt opera viua: & interior homo noſter reformatur, vt in eo imago & ſimilitudo Dei reluceat, ſecundum ꝙ dictum eſt ibi: Factus eſt homo ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. † Rurſus per primã 3
lectionẽ inſtruuntur baptizandi, ne credãt Manichæis. Qui dicũt hæc omnia viſibilia à Rege tenebrarũ fore creata. Poſt iſtam primam lectionẽ, nullũ ſequitur canticũ. Sunt enim quatuor cantica, ſicut quatuor lectiones: poſt duas primas ſequitur vnum canticum, & poſt vltimã, duo cantica ſequũtur. Poſt primã ergo nõ ſequitur canticũ, quia in eo agitur de primo homine, q̃ creatus Deũ nõ laudauit, ſed peccauit, & in eo omnes peccauerunt: ideoq̃ potius deberet ſequi luctus, quã canticum, quod eſt exultatio mentis habita de æternis. Quia verò primus homo per oblectamẽta peccati à gloria cecidit, & ad eam redire poſſumus, ſi ratione contra peccatũ ſteterimus, idcircò orat ſacerdos poſt lectionẽ, dicẽs: Deus, qui hominẽ mirabiliter collocaſti, & mirabiliter creaſti,

&

& mirabilius reformasti, da nobis contra oblectamenta peccati ratione persistere, vt ad æterna gaudia peruenire mereamur. Et in eo etiã, ꝙ ipse dicit, qui hominẽ mirabiliter creasti & mirabilius reformasti, innuit, ꝙ in præcedenti lectione historicè agitur de hominis creatione, & allegoricè de eius redemptione, id est,
4 de illo per quẽ est facta redemptio. In secũda quoq; † lectione est historica narratio: sed ipsa pertinet ad secundũ pedẽ mensæ, quia quod ibi historicè dicitur, allegoricè intelligitur. Nam sicut in mari rubro submersis Ægyptiis, liberati sunt Hebræi, ita & in baptismo submersis vitiis & peccatis, liberatur populus Dei. Vnde post illam lectionem sequitur canticum lætitiæ, & exultationis: videlicet: Cantemus Domino. Exod. 15. cap. In quo exultat populus Christianus, qui à spiritualibus Ægyptiis per baptismum est liberatus, sicut Iudæi à corporalibus: & ideò sacerdos orat, vt Dominus salutem gentium operetur in aquis baptismatis mysterio: quo ipse priorem populum ab Ægyptiis liberauit. Per Ægyptios quidem peccatores: per mare rubrũ, baptismũ intelligũtur: ex quibus Ægyptiis, neq; paruus, neq; magnus remansit: nec etiã in baptismo magnũ vel paruũ peccatũ remanet, ꝙ in pœnitentia facilè non contingit. Rectè igitur subiicitur canticũ illud: Cantemus Domino: quia licet quandiu homo in peccato est, Dominum laudare nõ potest: quia nõ est speciosa laus in ore peccatoris: tamen cùm liberatus est, potest cantare Domino primũ canticũ, scilicet *Eccle. 15.*
5 de liberatione sua. Tertia lectio, quæ est Esa. † Pertinet ad secundum pedẽ mensæ, scilicet ad allegoriã: licet ad tertiũ, scilicet ad tropologiam, vtcunq; valeat coptari. In ea enim continentur sacramenta Christi & ecclesiæ. Sacramentũ Christi ibi notatur, vbi dicitur: Apprehendent septem mulieres virũ vnum. Mulieres septem sunt septem dona spiritus sancti in baptismo collata, quæ apprehenderunt vnum virum, id est, Christũ, vt in eo plenè quiescerent: quod in alio homine facere non poterãt, vitiis & peccatis impedientibus. Sequitur ibi: Panem nostrum comedemus: quod ad ipsum spiritum sanctum, cuius hæc dona sunt, refertur. Nam spiritum sanctum, panem suum comedere & vestimentis suis cooperiri, nihil aliud est, quàm ipsum æqualitatẽ patris & filij possidentem, nullo indigere. Posteà subiungitur: Tantum modo inuocetur nomen tuum super nos, id est, illi, in quibus erit habitatio tua, à nomine tuo Christiani dicantur. Aufer opprobrium nostrum, quod scilicet à malis hominibus passi sumus, à quibus sæpè per vitia, & peccata expulsi sumus. Hæc est ergo allegoria. Moraliter
6 † autem per septem mulieres intelliguntur, homines septiformi gratia repleti, id est, sapientes, intelligentes, consulentes,

fortes,scientes,pij,timorē Domini habentes:qui apprehendent vnū virum.i.Christū ei per fidē & charitatē adhærendo. Hi dicant,q̄ in lectione ipsa sequitur.s.Panem nostrū comedemus.i. corpus tuum,quod est noster panis,quia nobis ad refectionem datus:& vestimentis.s.bonorum operum, contra frigus peccati cooperiemur.Inuocetur tantūmodo nomē tuum super nos:vt videlicet à te Christiani dicātur.Aufer opprobrium nostrum.s.ne serui diaboli nominemur,in eo verò quod sequitur: Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion,& lauerit sanguinem Hierusalē de domo eius in spiritu iudicij,& spiritu ardoris notatur sacramē tum ecclesiæ:per sordes notat leuiorā peccata:per sanguinē,grauiora.Leuiora enim peccata lauat Dominus in spiritu iudicij.i. leuioris correctionis:grauiora,in spiritu ardoris.i. grauioris satisfactionis.Notat igitur in hoc effectum baptismi,quia dominus tam grauiora peccata,quàm leuiora,tollit per baptismum. Post hanc lectionē sequitur cāticum,quod est primū cāticum synagogæ.s.Facta est vinea dilecto meo.Esa.5.c. Vinea † enim ad litera,synagoga est,sepes circa eam sunt obseruātiæ legales:turris ea,est templum:torcular,altare holocausti:& in eis sacramē ta ecclesiæ nihilominus intelliguntur.Vinea enim,est *Ecclesia,* quæ facta est in cornu illo.s.de quo scriptum est: Erexit cornu salutis nobis,hoc cornu est Christus,& vinea facta est in loco vberi,Christus est locus vber,de quo dictum est: Mons Dei, mons pinguis.Circa hanc vineā,sepes,est diuina protectio:fossa,timor Domini:turris est Christus,de quo dictum est:Esto nobis Domine turris fortitudinis:torcular,crux Christi: de quo dictum est: Torcular calcaui solus.Et quia in lectione in cantico exprimuntur sacramenta ecclesiæ synagogæ:idcirco sacerdos orat,dicēs: Deus qui nos ad celebrādum Paschale sacramentum, vtriusque testamenti paginis instruis,vtriusq; testamenti,dicit vtrunq; testamētum:& subdit:Da nobis intelligere misericordiam tuam, vt perceptione præsentium munerum,firma sit expectatio futurorum.Misericordia Domini,quā nos intelligere optat, est remissio peccatorum in baptismo: præsentia igitur munera sunt, spiritualia dona,quæ in præsenti percipimus.† Quarta lectio est: Hæc est hæreditas seruorum Domini: iustitia eorum apud me, dicit Dominus: & pertinet ad quartum pedem.s.ad anagogen. Nempè sicut ex prædictis patet, in prima lectione instruitur homo de sua formatione,in secunda & tertia de reformatione,quę fit in baptismo per Iesum Christum:vnde iam non restat,nisi q̄ instruatur catechuminus de vita beata,& de bonis moribus,per quos ad eam venitur,quæ in hac quarta lectione docentur. Si-

Luc.2.

Psal.66.

Esai.54. & 55.ca.

7

8

quidem

quidem vita æterna, est hæreditas, quæ seruis Domini debetur & iustitia eorũ est apud Deũ. Nam meritis eorũ iustè debetur: vt apud eũ æternaliter quiescant. Ea verò quæ sequuntur, ad bonos mores pertinẽt, vt illud: Audite audientes me, & comedetis bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra: per bona intelligit ipsum Christũ vel verbũ eius, quo anima reficitur: vnde notans delicias animæ nõ carnis: dixit: Delectabitur in crassitudine anima vestra. Hãc lectionẽ sequuntur duo cantica in quibusdã ecclesiis. In ea enim agitur de hæreditate æterna, quæ erit in duobus. i. in gloria animæ & corporis, sed conuenientior est ratio: quia in ea agitur de duobus. s. de bonis moribus, & vita beata, vt dictum est. primũ canticum. s. attende cœlũ, quod est Deu. 32. ad bonos mores pertinet: vnde verba cantici huiusmodi verbis lectionis in pleriſq; respondẽt. In lectione igitur dicitur: Feriam vobiscum pactum sempiternũ misericordias Dauid fidelis. Et in cantico dicitur: Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate. & ibi dicitur: Quomodo descẽdit imber & nix de cœlo, & illuc vltra nõ reuertitur: sed inebriat terram & germinare eã facit: hic dicitur: Quasi imber super herbã: & nix super fœnum, &c. Et qa bona opera, quæ facimus, sunt ad Dei gloriã referenda, idcircò circa finem lectionis dicitur, Date magnificentiã Deo vestro. Attẽdens verò sacerdos catechuminorum animos esse deuotos: & ad baptizandum esse paratos, orat ꝙ Dominus, quos aqua baptismatis abluit, continua protectione tueatur. Posteà sequitur cãticum in persona catechuminorũ respondẽtium se affectare baptismũ: vt per hoc ad visionẽ Dei perueniat. Vnde cãtatur. Sicut cerus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus. *Psal. 41.* Super quo dicit Aug. ꝙ hoc in persona catechuminorũ dicitur, desiderantium ad fontẽ baptismi peruenire: sicut cerus desiderat ad fontes aquarum venire. pòst exponit desiderium suũ catechuminus, dicens: Sitiuit anima mea ad fontem viuũ q. v. & appa. ante fa. Domini, quasi dicat: si non in ingressu: si non in progressu satiabor in egressu. Hoc desiderium confirmat sacerdos orans, & dicẽs: vt desideriis cœlestibus accensi fontẽ vitæ sitiamus. 9 Qui aũt sex lectiones † legũt, hoc faciunt: quia per Christi passionẽ & resurrectionẽ mundus sex diebus perfectus, redemptus, & reparatus est: vel propter senariũ numerũ, qui perfectus est: vel quia catechumini ad sex opera misericordiæ inuocantur. 10 Nunc tãgamus † cõsuetudinẽ ecclesiarũ duodecim lectiones legẽtium: quod faciunt in honorẽ duodecim Apostolorũ à quibus post Christũ omnis doctrina christianitatis processit, à qua catechumini illuminantur: & hi quandoque legunt sex græcè: & sex

latinè:quia Christus à Iudæis ad gẽtes trãslatus est. Græca enim & latina lingua sunt principaliores inter alias & per eas apertè totũ genus omniũ gentium reparatũ per Christũ intelligimus. Verũ & si præmissi legãt duodecim lectiones:nõ tamen cãtant, nisi quatuor cantica prædicta. Post quarrã nanque lectionẽ cantant primũ canticum:post octauã,secundũ:post vndecimã, tertium:post duodecimam,quartum. Prima lectio est:In principio creauit Deus cœlũ & terrã, in qua homo ad imaginẽ Dei factus docetur. Sed hæc imago penè amissa per peccatum, restauratur per baptismum:Vnde sequitur secũda† lectio:Noë verò cũ esset, 1 &c.quæ est Gen.5.in fine.5.6.7.& 8.c.in qua ostẽditur,q̃ omnes petierunt in diluuio,exceptis illis,q̃ in arca saluati sunt:diluuiũ est baptismus:arca est ecclesia omnes enim qui extra ecclesiam baptizãtur,pereunt:& illi soli qui sunt in ecclesia,meritò saluantur:& quia post baptismum debet esse paratus ad tentationem: idcircò sequitur tertia lectio:Tẽtauit Deus Abrahã, quæ est Ge. 22.c.in qua Isaac legitur à patre oblatus:& aries pro eo immolatus:& ita filius Dei pro nobis oblatus est,sed nõ eius diuinitas, imò eius corpus,pro nobis est immolatũ. Et quia in passione Domini maiorem efficaciã baptismus recipit:idcircò sequitur quarta lectio.s.factum est in vigilia matutina:in qua ostenditur q̃ in mari rubro submersi sunt Ægyptij,& liberati Hebræi. Sacerdos enim est Moses:baptismus mare:cereus colũna ignis:catechumini Ægyptij,baptizati Hebræi. Tres primæ lectiones sumptæ sunt de Gen.4.de Exo.quã sequitur cãticum:similiter de Exod. sumptum quod est cãticum victoriæ. Quinta lectio est:Hæc est hæreditas,sumpta de Esa.in qua agitur de baptismo:ibi,Sitientes venite ad aquas:vbi inuitãtur ad baptismum. Sexta lectio est:Audi Israël sumpta est de Baruch.c.3.sed conueniẽtius dicitur sumi de Hiere.quia quicquid scripsit Baruch:de ore Hiere. sumpsit. In ea agitur de Christi resurrectione,quæ in baptismi immersione significatur,ibi:Post hæc in terra visus est & cũ hominibus conuersatus est. Septima est:Facta est super me manus Dñi.sumpta de Ezech.37.c.in qua agitur de generali resurrectione,cuius causa præcessit resurrectio Christi ibi:Ossa arida reuiuiscũt:Octaua est:Apprehẽdent septẽ mulieres virũ vnũ.sumpta est de Esa. in
Psal.4. qua Christi & ecclesiæ sacramẽtũ exprimitur,& etiã baptismus ibi:Cũ abluerit dñs sordes,&c. Postquam sequitur canticũ Esa. in persona ecclesiæ,videlicet,Vinea facta est. Nona est:Dixit Dominus ad Mosem Exod.12.cap.in qua sub figura agni immolati Christi passio pro nobis immolati exprimitur: Decima est:Factum est verbũ Domini.quæ est Ionæ.3.c.Sub figura enim Ionæ

in

in mare proiecti & à ceto absorpti,& tertia die euomiti, signifi
cătur passio,sepultũra & resurrectio Christi. Vndecima,scripsit
Moses:& est Deu.31.c.in fine,quã sequitur suũ canticũ: Attende
cœlum,in quo promittũtur præmia renatis, quibus in lectione
lex Domini pręponitur:Duodecima est:Nabuchodonosor.Dan.
3.c.in qua figuratè ostẽditur ꝙ sicut Angelus in camino ignis flã
mam extinxit:ita spiritus sanctus per baptismum flammã pecca
ti extinguit.Vnde catechumini baptismum desiderãtes,cantant
cãticum:Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, quod sump-
tum est de Psal.Ad orationem aũt quæ post hanc lectionem se
quitur,nõ dicitur flectamus genua in detestationẽ eius, ꝙ Na
buchodonosor Rex in contemptũ Dei coëgit populũ genua fle-
12 ctere ante statuã aureã,quã erexerat. † Romani verò dicũtur le-
gere.xxiiij.lectiones:duodecim græcè,& duodecim latinè:pro-
pter causam scriptã sub sabbato quartæ hebdomadę aduentus.
Primò legunt duodecim græcè,iuxta translationẽ septuaginta
Interpretũ,quæ est authentica apud Græcos:posteà duodecim
latinè,iuxta nostrã.s.vt significẽt catechuminos fundari suprà
fundamentũ Apostolorũ & Prophetarũ:posteà descẽdũt ad ba-
ptismum cũ cãtico.Debent enim esse fontes in ecclesia, & non
alibi:quia mater est,ex qua noua progenies generatur. Quicũq;
ergo numerus fuerit in lectionibus,quatuor tantũ sunt cantica.
13 Est aũt † cãticum sanctorũ, intercessio facta pro catechuminis
vt ecclesiæ iungãtur:sicut & cãtus post baptismum est gratiarũ
actio de coniunctis:& intercessio vt perseuerent.Ideò aũt cãtica
cãtantur,quia catechumini,quorum est huius diei officiũ,futuri
sunt in proximo de cœtu centum quadragintaquatuor millium
cãtantium canticũ nouum.Cãtantur etiam,propter futuram re
nouationem in verã innocentiã,quasi iam factum sit, quod citò
futurum sit.Ex persona enim eorũ cantores cãtica canũt quæ cę
teri cantare nequeunt:quasi immaculati,iterum post baptismũ.
Vocantur aũt cantica,quia cantantur:vel quia libri vnde excer-
pta sunt cantica siue carmina vocãtur.De primo scriptum est:
Tunc cecinit Moses & filij Israël carmẽ hoc Domino.De secũ-
do sic:Cantabo dilecto meo canticũ patruelis mei.De tertio sic:
Scripsit Moses canticũ.De quarto,& de omnibus ita dicit:Aug.
in præfatione cantici:Sicut ceruus:Ideò quatuor cãtica dicũtur:
quia scripturæ de quibus catechumini instruũtur quatuor habẽt
intellectus. Primum canticum habet intellectum historicum.
Secundum allegoricum.Tertium,moralem. Quartum,anago-
gicum:quorum vnũquodq; subditur lectioni in eodem dogma-
te consistenti.ac ideò vltimis quatuor lectionibus,quę de bonis

Apoc. 14.

Exo 14.
Esa.4.
Deu.31.
Psal.41.

moribus,& cœlesti patria disputant, coniunguntur duo cãtica, quæ de eadẽ materia loquũtur,vt præmissum est.Illud quoq; notabile † est,ꝙ quotcunq; fuerint lectiones,semper orationes sequẽtes ad lectiones & tractus reſpiciunt præcedẽtes:& est præposterus ordo:alius enim primò ſacerdos orat:ſecundò legit lector:& exinde ſuccinit cantor:hic verò primò legitur,vt neophytis doctrina fidei præponatur:ſecũdò,cãtatur in perſona illorũ, vt recognoſcatur quãta ſit deuotio & hilaritas baptizãdorũ:qua cognita ſacerdos orat confidẽter:vt eorum deuotio nõ deficiat, ſed incrementa ſuſcipiat:& ſicut in lectionibus tituli ſupprimũtur:ſic eadẽ ratione in orationibus:Dominus vobiſcũ, ſubtrahitur.Et no.ꝙ in hoc officio lectiones ſunt,quaſi ſpecies magiſtrorum:cantica,quaſi beneuolentia auditorum.Oratio ſacerdotis & reſponſio populi.ſamen ſunt quaſi confirmationes beneuolentiæ præcedentis.Item hodie in lectionibus & litaniis ſenes præcedunt,& iuuenes ſubſequuntur:vt infrà dicetur. 14

SVMMA.

1 *Baptiſmus ſit ſabbato Paſchatis.Et cur ita.& nu.2.*

3 *Baptiſmus in benedictione habet ſex cæremonias,& ſuper id,nu.8.9.*

4 *In baptiſmo ſabbati paſcalis,ſacerdos tangit & diuidit aquas. Et quibus id de cauſis.& nu.5.6.*

10 *Cereus cur mittatur in aquam,in baptiſmi ſiue fontium benedictione.*

11 *In aquam baptiſmi quare ſacerdos inſufflet,& quoties id faciat.*

De benedictione baptiſmi,ſeu fontium. Vbi etiã agitur de cæteris catechuminorum. CAP. LXXXII.

QVarto † loco de benedictione fontiũ ſeu baptiſmi dicturi præmittimus.Ideò enim fit hac die baptiſmus:quia in eo conſepulti ſumus Chriſto:& propter hoc baptizãdus ter immergitur,prout infrà dicetur.Secundò,ideò quia baptiſmus partim à paſſione,& partim à reſurrectione vim ſuã accipit:à paſſione, ablutionem à peccatis,à reſurrectione gratiæ innouationẽ.Tertiò,quia ſicut Dominus tunc liberauit antiquos patres à carce- *Eſai.9.* re infernali. vnde Eſa. Habitantibus in regione vmbræ mortis,lux orta eſt eis, ita & hac die liberantur à peccato originali. † In fontium benedictione & in catechuminorum immerſione, quidam vtuntur ſimplicibus & lineis indumentis,propter rationem ſcriptam in j.parte,ſub titu.de altaris dedicatione. De litania quæ in benedictione baptiſmi dicitur,infrà dicetur. † In benedictione baptiſmi ſunt ſex:quoniam ſacerdos orat:aquam manu tãgit:vocem mutat:cereus immergitur:& alij cerei illuminantur:inſufflat ſacerdos:& chriſma miſcet. Primò ergo orat Deum patrem,vt per Ieſum Chriſtum imploret ſpiritũ ſanctũ, 1 2 3

vt in

vt in fontes descẽdat: ideóq; in modum orationis legit: sed ante omnia ab adstantibus sibi captat beneuolentiã, salutando eos, dicens: Dominus vobiscũ. & illi respõdent: Et cũ spiritu tuo, quasi dicant: Dominus sit tecũ in tanto sacramento perficiendo: quia sine eo nihil potes: pòst sacerdos alloquitur Dominum: quasi longè posito, rogans, vt velit adesse præsens, dicens: Omnipotens sempiterne Deus adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis: adesto sacramentis, &c. Sed quia videtur sacerdoti, ꝙ insufficiens sit, & indignus ad inuocandũ tam magnũ dominum: ideò iterũ circunstantes monet, & vocem mutans dicit: Sursum corda: & ipsi respondent, Habemus ad Dominum. Iterum, quia Dominus dicit: Adhuc te loquente ecce adsum: intelligens iã Dominũ esse præsentem, monet alios secum gratias Deo agere, dicẽs: Gratias agamus Domino Deo nostro, & ipsi respõdent: Dignum & iustum est: posteà sacerdos Domino tanq̃ præsenti familiariter loquens dicit: Verè dignum & iustum est, æquũ & salutare, &c. & posteà addit: Qui inuisibili potentia tua sacramentorũ tuorũ mirabiliter operaris effectum, &c. Posteà ponit duo, in quib' significatus est baptismus. Primum, in exordio mundi nascentis. Secundum, in purgatione mundi innocentis. Primũ est, cùm dicit. Deus, cuius spiritus ferebatur super aquas: vt iam tunc inter ipsa primordia mundi virtutẽ sanctificationis aquarum natura cõciperet, id est, ex conceptura magnificaretur. Secundum, cùm subiungitur: Deus, qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis spẽ in ipsa diluuij effusione significasti, vt vnius eiusdéq; elementi mysterio, & finis esset vitiis, & origo virtutibus: respice in faciem ecclesiæ tuæ, &c. & terminat hanc orationẽ, vt tuæ maiestatis imperio sumat vnigeniti tui gratiã de spiritu sancto.

4 Deinde ter tangit aquã manu. Primò, diuidens † aquã in modum crucis: per quam vt præmissum est, baptismus maximam efficaciam recipit, vt aqua spiritu sancto fœcundetur, & spiritus immundus expellatur. De fœcundatione spiritus dicit, qui hanc aquã regenerandis hominibus præparatã arcana sui luminis admistione fœcundet, &c. De expulsione dæmonis dicit: Procul ergo iubente te Domine omnis spiritus immundus abscedat, &c.

5 vsq; ibi, Non inficiẽdo corrumpat. Secundò † aquam manu tãgit, vt eam per inuocationẽ sanctæ trinitatis muniat, ne hostis ab illa expulsus redeundi habeat potestatem. Vnde tangendo, dicit: sit hæc innocens, & sancta creatura, libera ab omni impugnationis incursu, &c. quod ex adiectiuis ibi positis conuincitur: quia fons viuus, ad patrẽ: aqua regenerans, ad filium: vnda purificãs ad spiritum sanctum refertur. Tertiò aquam † tangit: cùm eam in quã-

6 tuor-

Esai. 65.

tuor proiicit partes, vt iam dicetur. Trinus igitur aquæ tactus, trinam ſanctæ trinitatis operationem figurat. Hac oratione finita, benedicit aquã, dicens: vnde benedico te creaturã aquæ, per deũ viuũ, &c. vbi tantum vtitur verbo primæ perſonæ, dicens: Benedico te: qui primo vtebatur verbo ſecundæ, dirigens ſermonem ad Deũ: vel tertiæ, loquẽs de ipſo, vel de re benedicẽda: vtitur ergo nunc verbo primæ perſonæ, vt oſtẽdat ſe hoc facere miniſterio, quod Dominus facit authoritate, & ſicut in baptiſmo Dñi adfuit trinitas: ita & in noſtro baptiſmo tria adeſſe oſtendit, patrẽ adeſſe, cum dicit: Benedico te creaturam per Deum, &c. & filiũ, cum dicit: Benedico te per Ieſum Chriſtum, & ſpiritũ ſanctum circa finẽ, cùm dicit: Deſcendat in hãc plenitudinem fontis virtus ſpiritus ſancti. Sed nota, † q̃ in benedictione, quæ eſt p̃ patrem ponuntur quinq; miracula in aqua facta ante aduentũ Chriſti, & in benedictione, quæ fit per filium alia quinq; miracula in aqua facta poſt aduentũ: quæ licet non omnino, eodẽ ordine facta ſunt, quo ponuntur: tamẽ quantũ ad myſteriũ rationabiliter ordinantur, & poſteriora cõgruè prioribus coaptantur, priora hoc ordine ponũtur. primò, q̃ te ſeparauit verbo ab arida, ſecundò cuius ſpiritus, ſcilicet ferebatur ſup̃ te. tertiò, qui te de Paradiſo manare præcepit. quartò, q̃ te in deſerto amaram, ſuauitate nitida fecit eſſe potabilẽ. quintò, & ſitienti populo de petra producit. Poſteriora ſic ponuntur. Primò qui te † in Cana Galilææ mutauit de aqua in vinũ, Secundò, q̃ pedibus ſuper te ambulauit. Tertiò, qui in te à Ioãne baptizatus eſt. Quartò, qui te vnà cum ſanguine de latere ſuo produxit. Quintò, q̃ te omnes gẽtes à diſcipulis baptizari præcepit. in omnibus enim his baptiſmus exprimitur & poſteriora prioribus per ἀντίτυπον reſpõdent. Ibi nãq; in primo miraculo aqua. ſ. baptiſmi verbo ſeparata ab arida accedẽte, verbo terrenitatẽ peccatorum à nobis ſeparat: & hoc in primo. Similiter in baptiſmo aqua mutatur in vinũ, quia triſtitia peccatorum expulſa, mens noſtra quadã ſpirituali lætitia inebriatur, q̃ per vinum intelligitur. vnde vinũ lætificat cor hominis. Aquã in vinũ mutari eſt timorẽ de peccatis cõuerti in exultationẽ mentis. Item ibi dicitur in ſecũdo miraculo, cuius ſpiritus ferebatur ſuper aquas. & hic ſimiliter in ſecundo dicitur: q̃ pedibus ſuper te ambulauit, & hæc duo benè cõueniunt: quia in baptiſmo ſicut in aliis, indiuiſibilis eſt operatio patris & filij, & ſpiritus ſancti: & vtrobiq; dicitur ſup̃: quia gratia quæ confertur, de ſupernis eſt: & vt notetur q̃ dominus potentiã ſuã non alligauit. Itẽ, ibi dicitur in tertio: q̃ te de Paradiſo, &c. hic, qui in te à Ioanne baptizatus eſt. quia gratia de paradiſo manans, a quis in baptiſmo eſt infuſa.

vnde

vnde de baptiſmi gratia eccleſia profluens in quatuor partes orbis dilatata eſt, quod quodammodo factũ eſt quando Dominus baptizatus eſt à Ioanne: quia tunc omnes aquæ vim regenerationem ſuſceperunt. Rurſus, ibi dicitur in quarto, qui te in deſerto amarã ſuauitate nitida fecit potabilẽ. hic dicitur: qui te vnà cum ſanguine de latere ſuo produxit: qa in gentilitate, quæ prius erat à Domino deſerta: aqua baptiſmi reficiendi mentes & ſanandi habet effectum. Dulcorata autẽ fuit aqua: quia per paſſionem crucis maximè baptiſmus plenã recepit efficaciã: vnde in cruce de latere Domini aqua profluxit. Item etiam, ibi in quinto dicitur: & ſitienti populo de petra produxit, hic verò dicitur: qui in te omnes gentes per diſcipulos baptizare præcepit: quia baptiſmus à petra Chriſto originem habens, populũ eum deſiderantem reficit. Nõ enim ꝓdeſt baptiſmus, niſi ſitiẽti eum, id eſt deſideranti, vel in ſe vel in alio. Vnde diſcipulis præceptum eſt, vt baptizarent omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſicut in vltimo Mat. dicitur. Hic eſt † notandũ, ꝙ vbi dicitur: qui te de Paradiſo manare, & in quatuor fluminibus exire, & totã terrã rigare præcepit: ibi ſacerdos aquã manu in quatuor partes effundit: vt oſtẽdatur, ꝙ gratia baptiſmi in quatuor partes orbis ſit dilatata. Cęterũ, ſacerdos ipſe ſæpè vocẽ mutat. In primis enim orat Deum vt dignetur mũdare mentẽ eius ad ſuſcipiendũ ſpiritum ſanctum, & deprecatur eius aduentũ; & ideò voce humili, ſcilicet in modũ orationis legit: quæ vocis humiliatio, eſt ſpiritus ſancti aduentus. & ad eius dignam receptionem mentis præparatio. Poſteà verò indicans ſe illum habere, legitimè in modum præfationis agens gratias: quia tam magnus hoſpes dignatus eſt ad tam humile hoſpitium deſcendere: & recolens miracula iam per aquam facta. Deinde poſt benedictionẽ quæ fit per filiũ, quæ terminatur in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, mutat vocem iterato. Cùm enim vſq; tunc in modũ præfationis cãtauerit: poſteà legit in modũ lectionis voce, ſcilicet humiliatiori: quæ vocis humiliatio eſt ſignum humilitatis: humilitas enim noſtra baptiſmi regenerationem ad alta polorum reducitur. Dicit ergo ſacerdos: hæc nobis præcepta ſeruantibus, &c. quaſi diceret: non auderẽ tantam & tam altã rem, ſcilicet ſpiritũ ſanctum: vt in creaturam aquæ deſcẽdat inuocare: niſi quia tu præcepiſti nobis baptiſma exercere. Et addit ſacerdos: Tu deus omnipotẽs clemẽs, adeſto, tu benigne aſpira, &c. vbi illud orat: vt ſicut in prædictis miraculoſe in qua operatus eſt: ita modò faciat: videlicet, vt præter naturalẽ emundationem, quam poſſunt adhibere corporibus, ſint etiam purificandis mentibus efficaces. Poſt hoc alta voce clamat ſacerdos:

Deſcen

Deſcendat in hãc plenitudinẽ fontis virtus ſpiritus tui. ideò alta
voce, vt aliud mẽtis deſiderium deſignet. Et † tunc deponitur cereꝰ 10
in aquã: quę cerei immerſio, eſt ſpiritus ſancti aduẽtus, ſeu miſſio
q in aqua baptiſmi in ſpecie colũbæ deſcendit. Secundò, ideò cereus in aquã deponitur: quoniã corpus Chriſti p cerã ſignificatũ, in baptiſmo aquas ſanctificauit: & vim regeneratiuã illis contulit. Tertiò baptiſmus cerei remiſſionẽ peccatorũ ſignificat, quam p Chriſti mortẽ conſecuti ſumus. Habẽt quoq; neophyti cereos ſuos extinctos, q & ſi plures ſint, p vno reputãtur. Et in quibuſdam eccleſiis ſtatim cum catechumini baptizati ſunt, illuminantur. In quibuſdam verò differtur eorũ illuminatio vſq; ad agnus Dei: quod cãtatur in litania: & in quibuſdã etiã vſq; ad miſſam, quãdo videlicet alij cerei eccleſiæ illuminãtur. Sanè cerei, q ſtatim poſt baptiſmũ accenduntur, ſignificãt, q, perturbationẽ peccatorũ comitatur illuminatio gratiarũ. Qui differũt vſq; ad agnus Dei: ſignificãt, p per agnũ qui tollit peccata, & tenebras mundi, renati & fideles illuminãtur. Qui verò differunt vſq; ad miſſam: ideò faciũt, quia miſſa illa ad noctẽ pertinet reſurrectionis dominicæ: vt ſicut nox illa irradiata fuit ſplendore dñicæ reſurrectionis: ita & à lumine noſtro irradietur: & vt neophytos noſtros Chriſto conſurrexiſſe ſignificemus. Et propter eandẽ cauſam alij cerei eccleſiæ ad miſſam illuminãtur, & ſecundũ hoc cerei catechuminorũ ſunt ſine lumine, vſq; duũ alij cerei eccleſiæ illuminantur: ad notãdum q poſtquã ſpiritus ſanctus purgauerit corda eorũ: & eos introduxerit in ſocietatẽ & vnitatẽ eccleſiæ: tunc illuminabit corda eorũ. De cereis etiã neophytorum dicetur in tit. de ſeptẽ diebus poſt Paſcha. Poſt † immerſionẽ cerei, in quibuſ- 11
dam eccleſiis ſacerdos inſufflat in aquã, dicens: Quæ totã huius aquæ ſubſtantiã regenerãdi fœcundet effectu. Primò, vt ſicut in exorciſmo catechumini ſpiritus immundus inſufflatur, vt ab homine recedat, vt infra dicetur: ita & in exorciſmo aquæ vt ab ea expellatur: & adimpleatur quòd Dominus inquit: Nunc princeps
Ioan. 12. mundi huius eiicietur foras. Secũdò, vt intelligat Satanas, quantus habeatur, quã tam leuiter videlicet per ſuauẽ exſufflationem poteſt expelli. Tertiò, vt ſacerdos oſtẽdat, quali ignominia diabolus dignus ſit ab aquis expelli. Inſufflat autẽ ſacerdos ter: quia ſpiritus ſanctus tria in baptiſmo operatur: à vitiis purgat: virtutibus ornat: & tandem præmio æterno coronat eos, in quibus fit hæc inſufflatio, vt dicetur, vbi de immũdi ſpiritus expulſione agetur. Poſt exſufflationẽ munitur aqua iterato crucis ſignaculo per inuocationem ſanctæ trinitatis, ne habeat poteſtatem diabolus ad eam amplius redeũdi. Poſtremò, fit admiſtio chriſmatis in aquã,

ſicut

ſicut dictum eſt: vnde dicitur in bucardo lib. 3. Benedicimus fontes baptiſmatis oleo vnctionis. & Aug. eiſdē verbis vtens ſubiicit, q̃ hoc magis tacitè ſiue ſine ſcriptura ac myſtica ratione introductū eſt, quàm per aliquam ſcripturam. Per huiuſmodi ergo admiſtionē, vnio Chriſti & eccleſiæ ſignificatur. Nam chriſma eſt Chriſtus: aqua populus: & dicitur: Sanctificetur fons iſte, ex quibus verbis ad quid fiat admiſtio, ſatis datur intelligi. Et nota quatuor eſſe genera ſacræ aquæ benedictæ: prout in quarta parte dictum eſt, vbi agitur de aquæ benedictæ aſperſione.

SVMMA.

1 *Baptiſmus quid & vnde dictus.*
2 *Baptiſmus cur fiat potius in aqua, quàm in alia re. Et qua aqua id fiat*
3 *Baptiſmus quotuplici tempore fieri poſſit.*
4 *Baptizandi extra tempus neceſſitas, quadruplex.*
5 *Baptizandi interrogandi, an renuntient Satanæ & eius operibus, & vnde ille mos aduectus.*
6 *Verba hæc: credo in ſanctã Eccleſiã catholicã, quomodo ſint accipiẽda.*
7 *In baptizandi faciem ter exſufflat ſacerdos. Et cur ita.*
8 *Exorciſmus, quid. Item, quid catechiſmus.*
9 *Baptiſmi ſeptem dona. & nu. 10. 11. 14. 15. Et quædam variè dantur baptizando. & nu. 21. 22.*
12 *Baptiſmus cur deſideret trinam immerſionem.*
13 *Baptizandis nomen imponitur.* [*Et nu. 17, 18. 19.*
16 *Baptizatis datur veſtis candida. & qua id ſignificatione aut exemplo.*
20 *Baptizato veſtis candida data quando exuatur.*
23 *In Iudæis baptizandis, quid obſeruandum.*
24 *Pregnans ſi baptizetur, an partus ſenſeatur baptizatus.*
25 *Baptiſterium an neceſſariò debeat eſſe lapideum.*
26 *Baptiſmus an deleat peccatum originale.*
27 *Baptiſmi forma, quæ obſeruanda hodie. nu. 29. 30. 31. 32. Et vetus Apoſtolorum baptizandi mos. nu. 28.*
33 *Baptizari poteſt infans, qui non poteſt naſci, ſed ſolum caput emittit.*
34 *Patrini neceſſarij ſint ne ad baptiſmum: qui tanquam ſponſores ſunt alicuius fidei.*
35 *Patrini obligantur inſtruere ſuos filios ſpirituales. Et quales eſſe debeant, nu. 37. Et quot requirantur. nu. 36.*
38 *Patrini eſſe qui non poſſint.* 39 *Baptiſmum quæ ſequantur*
40 *Litania, cur fiat circa fontes baptiſmatis.*
41 *Litaniæ priores, cur legant ſeniores in ſabbato ſanctoximiores autem vltimæ.*

De Baptiſmo, vbi etiam agitur de veſtibus, quas neophyti quarto die deponũt: & de Patrinis. CAP. LXXXII.

Quintò

QVintò hoc loco eſt de baptiſmo dicendũ. De ſcrutiniis verò quæ præcedunt baptiſmũ ſolennem, & de multis ad baptiſmũ peruenientibus dictum eſt quarta feria tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ. Primò, notandum † eſt, q̃ βαπτισμὸς ſiue βαπτίσμα Græcè interpretatur intinctio Latinè, vel lotio. Baptiſmus quidem per aquam confertur: vt res inuiſibilis per illud viſibile elementũ conferatur, ſuper quo ſpiritus ſanctus in principio ferebatur. Sicut enim aqua corpus viſibiliter purgat exterius, ita baptiſmus latenter animam. Vnde Aug. j. q. j. detrahe. Aqua corpus tangit, & mentẽ abluit. Et notandũ, q̃ Pagani ſiue Gentiles circa fontes tẽpla ſua facere ſolebant, vel ſaltem ibi ſemp aquam habebãt: per cuius aſperſionem purificari credebant: & inde delubra vocabantur, quaſi purificantia, & ita quodammodo figuraliter ad baptiſmum tendebant. Nos verò ab eorum conſuetudine baptiſma non ſumpſimus: imò à tribus, quæ in veteri teſta. fuerunt, ſcilicet à κατακλίσμω, id eſt, diluuio: & à mari rubro, & à Iordane, quæ baptiſmi figura fuerunt. Baptiſma Dominus inſtituit, cum de latere ſuo ſanguinẽ, & aquã produxit, q̃ poſteà quaſi lege edictali ſanciuit, dicens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnũ cœlorum: & ipſe Dominus Baptizatus eſt in ſua paſſione. Vnde inquit: Baptiſmo habeo baptizari, quo coarctor, vſq; dum perficiatur. Fieri † debet baptiſmus in aqua: quia illa copioſius inuenitur: & hanc ſpiritus in principio legitur fouiſſe: & quia ſordes abluit: ſitim comprimit, imaginem reddit: ſicut cantatur de Narciſſo: ignem extinguit: ſic in baptiſmo à peccatorum ſorde lauamur: à fonte vitæ potamur, imaginem perditã reſtauramus: vndè ignis pœnarum extinguitur. Debet autẽ aqua eſſe viua & pura: poſſet tamen fieri etiã in reſoluta, ſiue à niue, ſiue à glacie, ſiue à lachrymis terræ, ſiue etiam ex inſtitutione Victoris Papæ, id eſt, in mari, ſiue in flumine, ſiue in lacu, ſiue in fontibus. Non autẽ licet baptizari in aqua cõdita: vt in ceruiſia vel mædone: nec etiam in aliquo liquore: vt in vino, vel oleo: ſed ſi aliquis liquor aquæ admiſceatur, benè fit baptiſmus: dum tamen aqua præualeat. Quotidie enim mari nouus liquor, vel ſputũ, vel vrina additur: & tamen ibi baptizatur. Aliqui tamen contradicunt, hoc notatur de cõſe. d. iiij. c. j. & prima. q. j. detrahe. Porrò ſecundum canonicam † traditionem, de conſe. d. iiij. duo. & cap. ſeq. ſolenne baptiſma in duobus duntaxat ſabbatis celebratur: videlicet in iſto, & Pentecoſtes. Quare in iſto, præmiſſum eſt. in ſecundo, quia ſpiritus ſanctus in die Pentecoſtes donatur nobis: per quẽ facta eſt remiſſio peccatorum: vt dicetur ibi. Alio verò tempore nõ licet baptizare, niſi neceſſitatis cauſa:

Ioan. 3.

Luc. 12.

quæ

quæ est quadruplex. de cõsec.di.iiij.hi qui.& cap.seq. Prima est causa munitionis:vt si rex obsidet aliquã ciuitatẽ, vel oppidum: tunc enim pueri illius loci baptizari debent: ne imbaptizati decedant.Secunda est,gẽtilium persecutio.Tertia naufragiũ.Quarta ægritudo. Potest tamen ęgritudo hic largè accipi,pro infirmitate naturæ:quæ facilè dissolui potest,ita ꝙ nescimus diem, neque horam:& ob hanc causam singulis diebus,& horis fit baptismus non solennis.v.dist.baptizari. Solennitas tamen baptismi saltẽ in paucis,ad præmissos duos dies,propter similitudinẽ & memoriã reseruatur. Græci verò baptismum celebrare solent in Epiphania:pro eo,ꝙ tunc fuit Dominus baptizatus, prout sub ipso festo dictum est.Celebrari etiam debet baptismus solẽnis in hora nona: vt dicetur sub sabbato Penteco.† Sciendum autẽ est,ꝙ baptizãdus,cum primò ad Ecclesiã venit prius, quã immergatur: interrogatur vtrũ abrenuntiet diabolo,&c.quod potius per vsum, quã per aliquã scripturã introductum est,secundum Aug.& Ecclesia respondet,Abrenuntio.Et iterum,vtrum credat in patrẽ,& filium,& spiritum sanctũ?& ipsa respondet:Credo.In his autem duobus de vita & fide instruitur. De vita, cùm docetur abrenũtiare diabolo,& omnibus pompis siue operibus eius. De fide, cũ docetur credere in trinitatẽ: & propter hoc duæ fiunt ei consequẽter vnctiones: scilicet in scapulis & in pectore.Ideò autem fit huiusmodi interrogatio & respõsio:vt vacua domus à prisco habitatore deserta,fide ornetur: & Dei habitatio præparetur. Aug. dicit,ꝙ etiã hæc fiant iuxta Saluatoris imperium, qui ad patrẽ in cœlum ascensurus discipulis suis,id est, Apostolis,dicit: Euntes docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Interrogatur etiã, si credit in sanctam Ecclesiam remissionem † peccatorum, & carnis resurrectionẽ. Non tamen secundum ipsum Aug.eodem modo interrogamus: vt quomodo in Deum credimus,sic & in sanctam Ecclesiam catholicã credamus: sed propterea sancta & catholica est:quia rectè creditur in Deũ.Non ergo diximus: vt in Ecclesiã quasi in Deum credideritis:sed vt in Ecclesia sancta & catho.conuersantes, in Deum credentes,credatis etiam resurrectionem carnis, quæ futura est. Innuit ergo Aug.ex præmissis verbis, ꝙ præpositio in, repetitur, dum dicitur:in sanctam Ecclesiam: & sensus mutatur: de quo dictum est sub quarta parte, sub tit. de symbolo. Planior tamen intellectus est,vt præpositio ipsa prætermittatur,ne repetatur: vt sit sensus:Credo Ecclesiam sanctam catholicam,id est,fidem catholicam, tenentem esse sanctam, id est, iustam, & bonam. Vel Ecclesiam sanctam, id est, sanctificatam & firmatam, & semper

Mat.28.

perſeueraturã: ita q̃ nunquam deficiet. vel credo ſanctam, & catholicam Eccleſiam eſſe vnam & in vnitate conſiſtere. Patrinus autẽ pro baptizãdo interrogatur: vt iam dicetur. Poſt † interrogationem & reſponſionẽ ſacerdos ter in faciẽ baptizandi exſufflat: ad notãdum: q̃ ſæua poteſtas, id eſt, malignus ſpiritus ab eo exſufflatur, id eſt, exufflando expellitur, ſeu in proximo expellẽda ſignificatur: vt per pium ſacerdotis myſteriũ ſpiritui ſancto cedat fugiens ſpiritus malignus. Hinc autẽ ait Aug. Ergo paruuli exſufflantur & exorcizantur, id eſt, increpantur ſeu adiurantur: vt expellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decipit hominem, vt poſſideat homines. Hæc autem exſufflatio ſiue exorcizatio, & ſi non profit aliquid ad vitam, quia adhuc in eis mors manet prodeſt tamen, vt inimicus minus eis nocere poſſit. Adeſt enim ſpiritus ſanctus, non ſolum verbis, quæ dicũtur in nomine ſuo: verum etiã ſignificationibus, quæ fiunt in honore ſuo. Et eſt † notandũ, quod ἐξορκισμὸς Græcè, Latinè dicitur adiuratio, vt eſt illud. Exi ab eo immũde ſpiritus. Catechiſmus autẽ & exorciſmus neophytorũ ſunt: præcedant enim baptiſmũ: & magis debẽt dici ſacramẽtalia, quã ſacramẽta id eſt, ad ſacramentũ baptiſmi pertinentia, vel præludia noui baptiſmi: ſine eis tamen poteſt eſſe baptiſmus. κατηχισμὸς verò Græcè: Latinè dicitur inſtructio: inde catechizare, id eſt, inſtruere in ſymbolo & fidei rudimentis. Inde etiam dicitur Κατηχούμενος Græcè, quod eſt Latinè audiens, vel inſtructus, quia adhuc doctrinã fidei audit: nondum tamẽ baptizatus eſt, licet ſit in fide inſtructus. Qui & cõpetens vocatur. ea. di. ſymbolũ. xxxiiij. d. audite. palea eſt: quia poſt fidei inſtructionem: & poſt acceptã pœnitentiã cõpetit gratiæ Chriſti recipiendum Νεόφυτος verò Græcè, Latinè nouellus, & rudis, vel nuper renatus interpretatur. Hoc † quoq; ſciendũ eſt, q̃ ſicut ſunt ſeptẽ dona ſpiritus ſancti: ita etiã ſunt ſeptẽ dona baptiſmi. xxx. q. j. Primum eſt, ſalis collatio. Datur enim ſecundũ Rabanum & Bedã de conſec. d. iiij. ex hinc. & cap. ſe. ſal benedictũ: in os baptizandi: vt per ſal typicum, id eſt, figuratiuũ ſapientiæ ſale conditus iniquitatis fœtore careat, id eſt, carere ſignificetur: ne à vermibus peccatorum vltra putreſcat: ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorẽ gratiam percipiendam. Sal quoq; ſignificat prima fidei documẽta, ſine quorum condimento inſulſus eſt omnis homo. De quo & de ſale dictum eſt in j. parte. ſub tit. de conſecratione altaris & eccleſiæ. Secũdum † eſt aurium & narium, cum ſputo linitio: quod fit: Primò, exemplo Chriſti qui lotum cum ſputo faciens mutũ & ſurdum ſanauit: & oculos cæci nati liniuit: & expuens linguã eius tetigit: & digitos in eius auribus imponens dixit: Epheta: quod

7

8

9

10

Canti. 7.

quod est aperire. xxiiij, q. iij. §. is ita. Secundò, secundum Rabanū eadem dist. ante baptismum. & cap. posteà tangunt. & cap. primò, & cap. propter. hoc sacramentum ideò agitur: vt per saliuam typicam, id est, figuratiuum sapientiæ Domini: & per sacerdotis tactum, sapientia & virtus diuina salutem eiusdem catechumini operetur, vt aperiantur ei nares, ad capiendum odorē notitiæ Dei: vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei: vt aperiantur ei sensus in intimo corde, ad respondendum sacerdoti de articulis fidei interroganti. Digiti ergo, qui in aures mittuntur sunt verba siue dona spiritus sancti. Tertiò per hoc ꝙ aures saliua tanguntur, significatur & petitur, ꝙ doctrina quæ de ore altissimi fluxit, per aures eius intret: eiq; e suaue tedoleat: saliua nēpè Christi, id est, dulcedo verborum ex ore eius defluētium, & ipsa Christi diuinitas nos sanat. Quartò, etiam nares tangūtur: vt diuinam suscipiant virtutem per quam bonum à malo discernant odorem, & sanam doctrinam separare valeant à fœtore hæreticæ prauitatis. Vnde dicitur: Nasus tuus sicut turris Libani quæ respicit contra Damascum. Quintò, ad notandum, ꝙ quandiu sputum naribus trahet, in fidei præcepta manere debet, & vt aures verbis Euangelicis pareant, & varias & inutiles fabulas à se repellant. Sextò, secundum Amb. eadē dist. propter gloriam siue dignitatem muneris, & operis non tangitur os cū saliua: sed nares: vt bonum odorem accipiant pietates æternæ. † Tertium, & quartum est in pectore & inter scapulas cum oleo facta signatio, de quibus dictum est in j. parte sub tit. de consecrationibus. Quintū est baptismi ablutio. eadem dist. venit. Circa quod notādum, ꝙ trina immersio seu lotio in baptismo in nomine trinitatis: scilicet in nomine patris & filij & spiritus sancti. eadem dist. postquam. & ca. de trina. & cap. seq. quia in fide triniratis fit baptismus: in qua trina immersione triduana Domini sepultura significatur: fuit enim tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ. Trina † quoque fit immersio: quia in baptismo à triplici peccato, scilicet cogitationis, locutionis, & operationis mundamur: & à triplici transgressione legis, scilicet legis naturæ, legis Mosaicæ, & legis Euangelicæ. Non igitur debet quis tantum semel immergi, pro eo, ꝙ Christus semel mortuus est. eadem dist. Presbyter. debet tamen semel baptizari tantum: quia tantum semel Christus mortuus est, & sepultus, & resurrexit: quæ tria in baptismo significantur. Et licet trina fit immersio: tamen vnum est baptisma: eadem dist. eodem. Item, quia tantum vna est fides: idcirco vnum debet esse sacramentum eius: iuxta illud: Vna fides vnum baptisma. Immersio etiam fit in modum crucis: quia qui *Ephes. 4.*

11

12

baptizatur, mundo crucifigitur, & cruci Christi affigitur. Trina quoq; ab aqua eductio: triduani tẽporis exprimit resurrectionẽ. Si autem quis ita æger sit, vt non possit ter sine læsione immergi: sufficit illum aqua aspergi: vt probatur multipliciter in canone Cypriani ead. di. ne quicquam. licet quidam illud intelligant de aquæ benedictæ aspersione. Sed & si magna corporis pars præter caput infunditur, vel saltẽ caput, baptizatus quis reputatur, & non aliter: licet quidã etiam si super pedẽ aqua ceciderit, reputẽt baptizatum. Pueris † baptizatis nomen imponitur in baptismo, 13
quod inde est, quia baptismus est vicarius circuncisionis, in qua nomina pueris imponunt Hebræi, eò q; tempore circuncisionis Abrahæ nomen fuerit immutatum: cùm enim prius dicebatur Abram, postea vocatus fuit Abraham. Sed si baptizato obliuione nomen non imponitur: vel fortè errore masculi nomen fœminæ vel econuerso, imponitur: tenet quidẽ baptismus, nec iterabitur. xxix. q. j. §. j. ff. de contrahen. emptio in venditionibus. C. de testamen, si in nomine & nomen in confirmatione frontis denuò imponetur. extrà de sacramen. non itera. c. j. Sextum est † in vertice, 14
id est, in summitate capitis super cerebrum, cũ chrismate facta perunctio, de quo in prima parte sub tit. de confe. dictũ est. Septimum † est in fronte chrismatio, de qua infra dicetur. Datur autẽ 15
in quibusdam locis baptizatis candida vestis in signum sacerdotij, & quædam rotunda, mista, in signum coronæ regni vitæ: quia ipse est membrum Christi, qui est rex & sacerdos. Omnes enim veri Christiani Reges & Sacerdotes dicuntur: vnde Petrus Apo-
1. Pet. 2. stolus ait: Vos estis genus electũ, regale sacerdotium: Reges, quia seipsos & alios regunt: Sacerdotes, quia seipsos Domino offerunt
Rom. 1. iuxta illud Apostoli: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, &c. Secundò, chrismale seu † vestis can- 16
dida, quæ super caput baptizati ponitur: significat secundũ Rabanum eadem di. post baptismum. & ca. seq. interioris & exterioris hominis castitatem, & innocentiam & puritatem Christianã, quã post ablatas veteres maculas, studiosè seruare debet. Iuxta
Eccles. 9. illud: Omni tempore vestimenta tua sint candida. Tertiò, renati albis induuntur vestibus, ad designandum mysterium Ecclesiæ resurgentis: Designatur enim per hoc corporũ & animarũ futura resurrectio glorioſa & etiam resurrectio à peccatis arq; angelicus nitor. Rectè igitur baptizati albis vtũtur vestibus: vt quorũ primę natiuitatis faciem vetusti erroris pannus fuscauit: habitus secundæ regenerationis præferat gloriæ indumentũ. Vnde vestis ipsa duplex est, quasi in modum cappę manicatę, quia Sancti duplicia, scilicet beatitudinem & gloriam possidebunt. Ipsæ autem

vestes,

veſtes, ſunt ſtolæ albę: de quibus dicitur: Et datę ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ. Apoc. 6
Stolæ enim baptiſmum: palmæ verò triumphũ inſinuant. †Quarto, hæc alba veſtis corpus, ipſæ verò albatus animam ſignificat. In prouincia Narbonen. hæc alba veſtis linea, in ſummitate, cũ filo rubeo ſuperſuitur: aut alia varietate inſignitur: quodãmodo prætendens coronã. Nempè alba veſtis innocẽtiæ ſtolam, quę nobis in baptiſmo redditur ſignificat: rubea fimbria, quæ ſuperſuitur, Chriſti paſſionem, per quam baptiſmi ſacramentum impletur deſignat. Coronã prætendit, in ſignum co-
18 ronæ regni, vt præmiſſum eſt. †Rurſus ideò chriſmale candidum filo rubeo inſignitũ baptizatis datur, vt ſint ſoliciti ſeruare candorem virtutum, quem in baptiſmo per paſſionẽ Domini rubricatum receperunt: iuxta illud, Quare rubrum eſt veſtimentum tuum: vnde in Apoc. Beatus eſt, qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. Sanè albati ſeu neophyti huiuſmodi albam veſtem per ſeptẽ dies portãt, quia hoc tẽpore, quod ſeptem diebus agitur innocentiam per bona opera exercere oportet: iuxta illud, quod ait Salomon: Omni tempore veſtimenta tua candida ſint: & oleũ de capite tuo, nõ deficiat. In octaua verò die, illam deponunt: quia in octaua ætate, quam dies octaua ſignificat, ab omni opere vitæ præſentis ceſſabimus. Tunc enim aduenięte veritate, omnis figura ceſſabit, quæ per candidã veſtẽ innuitur: nam tunc erimus vtroq; homine, id eſt, anima & corpore glorioſi. Rurſus
19 †hæc veſtis cãdida corpus ſignificat, quod omni tẽpore vitę noſtræ, quod per ſeptenariũ agitur mundũ ſeruare cõuenit. In fine verò vitæ noſtræ, illud deponimus, aliud glorioſum reſumpturi: quod erit in octaua ętate. Meritò ergo illã ſeptem diebus ſeruamus, & in octaua deponimus: Vnde Salomon: Da partẽ ſeptenã & octauam. Seruatur quoq; hæc alba veſtis de ſabbato in ſabbatum, quãdo in ſancto ſabbato, vel Pentecoſtes baptizati ſunt: ad notandũ, ꝙ ſi munditiam corporis ſeruauerimus, de ſabbato tẽporis, tranſituri ſumus, depoſitis corporibus, ad ſabbatum æter-
20 nitatis. Et exuitur †in alio ſabbato, ad notandum, ꝙ anima illius de corpore exiens: ſabbatũ. id eſt requiem inueniet: ſi eius veſtis fuerit alba. Pari quoq; ratione confirmati ſiue in fronte chriſmati vſq; ad ſeptimã diem lauari non debent. Cùm enim eccleſia tãto tẽpore celebret aduentũ ſpiritus ſancti, ſuper Apoſtolos: meritò vnuſquiſq; ſpiritum ſanctũ accipiens tanto tẽpore celebrare debet illius aduentum, in ſe ſingulos dies pro ſingulis donis celebrando. Hæc autẽ veſtis vni impoſita, alteri poteſt imponi, ſi neceſſe fuerit: prout iam de panno, quo caput confirmati alligatur,
21 dicetur: quãuis melius ſit nouam habere. † In quibuſdam etiam Eſa. 66. Eccleſ. 11.

locis baptizatis dantur calciamenta, quæ ſunt dominicæ mortis inſignia, vt exẽplo eius, qui pro nobis paſſus & mortuus eſt, carnem ſuam vitiis & concupiſcentiis mortificet baptizatus. Datur †quoque candela illuminata in manu baptizati. vt cum dominus ad nuptias venerit, ſit ſemper paratus ei in aula cœleſti occurrere cum luminariis virtutum & bonorũ operum. De cereis etiam neophytorum ſupradictum eſt. † Sanè legitur in canone Grego. ead. diſt. neque. Abſit quòd Iudæis baptizandis quadraginta dierum abſtinentia indicenda eſt: & ſi poſtquã baptizati ſunt apoſtatauerint, cogendi ſunt fidẽ ſeruare. & filij quos circũdederunt, ab eorũ conſortio ſeparentur: ſerui eorũ circunciſi ab eis pro iniuria corporis ſui libertati tradantur. ead. di. pleriſque. & extra de bapt. maiores. Et in concilio Agathen. ead. diſt. Iudæi, ſtatutũ eſt, quòd Iudæi baptizãdi, qui de facili ad vomitum redeunt, nouem menſes, ſint prius inter catechuminos. Æger quoque ſicut ait Cyprianus ead. diſt. nec quicquam baptizari poteſt: mortuus verò non, nec euchariſtia ſibi dari, ſicut legitur in Bucardo lib. 4. cap. cauendum eſt. & in lib. 5. cap. idem placuit. ſed ſicut in cod. lib. 4. cap. ſubitò. legitur: Subitò obmuteſcens ſic: ſi tamen voluntatis præteritæ teſtimonium verbis habet aut præſentis annuit, in ſuo nutu. xxv. q. vij. is qui. †Prægnans verò mulier, ſi baptizetur, non intelligitur ſecundum Iſido. ead. diſt. qui in maternis. & ca. baptizata. partus baptizatus in vẽtre: quia qui adhuc natus ſecundum Adã non eſt: ſecundum Chriſtum regenerari non poteſt: nec dici regeneratio in eo poteſt, in quo generatio non præceſſit. baptizandus ergo eſt, qui ex baptizato naſcitur. Tenendum quoque eſt, quòd diſcipuli & Apoſtoli baptizati fuerint. ead diſt. quando. & c. ſeq. & not. in c. aliud, qui etiam alios baptizabant: prout dicitur ſub feſto Pentec. quod de Ioãne ſpecialiter Hiero. de pœ. di. ij. ſi enim in principio atteſtatur. & Aug. de Paulo. de cõſe. d. iiij. ſi eos. Item ſtatutũ eſt in concilio Carthagin. ead. diſt. mulier, ꝙ mulier quamuis docta baptizare non præſumat, niſi neceſſitate vrgente. Rurſus in cõcilio Lug. ead. diſt. ſi quis de alio. ſtatutum eſt vt qui præterquam in mortis neceſſitate cum veteri chriſmate baptizauerit, deponatur. In cõcilio Herdenen. de conſe. d. iiij. omnis preſbyter. ſtatutum eſt, vt omnis Preſbyter † qui fontem lapideum habere non poteſt, vas conueniens ad hoc ſolum officium habeat quod extra eccleſiam non deportetur. Debet ergo fons eſſe lapideus: nam & de ſilice aqua in baptiſmi præſagiũ emanauit. Sed & Chriſtus qui eſt fons viuus, eſt lapis angularis & petra. Hoc † quoq; notandũ eſt, ꝙ per circunciſionẽ delebatur olim peccatũ originale: & nunc per baptiſmũ. ead. di. ex quo. extra eo. maiores, prout

prout ſub ti. de circũciſione dictũ eſt. Ideo autem originale peccatum omnibus nocet, quia quãdo Adam peccauit, nõdum aliquis exeo fuerat materialiter proſeminatus: ead. di. quæris. & xxxiiij. q. iij. §. j. Ipſum autẽ originale peccatum in ipſa animæ infuſione contrahitur, quia tunc principales vires animæ debilitantur: hoc no. ea. diſt. nõ ex quo. in prin. Sed cùm originale peccatum cõtrahitur, ſolum ex carnis corruptione: quare imputatur animæ? Reſpõdeo quia anima cõdelectatur carni, vel melius vt ibidẽ quædam digna retributio notetur. Anima enim primi hominis priùs peccãdo carnẽ ipſam corrupit: vnde modo corruptio carnis ani-
27 mã corrumpit: hoc no. ea. diſt. ſi nõ ſanctificatus. † Circa baptiſmi formã notandũ eſt, q̃ ſicut ait Alex. Papa iij. extrà de baptiſmo c. j. ſi quis puerũ ter in aquam immerſerit in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti, amen: & non dixerit: Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: non eſt puer baptizatus. Sed & ſi immerſerit ter puerum, nihil dicens, baptizatus non eſt. Verùm
28 † tenpore Apoſtolorum baptizando nil aliud dicebatur, niſi baptizote in nomine trinitatis: de conſe. d. iij. in ſynodo: & ita explicitè dicebant, vel etiam implicitè: vtporè, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti: & baptizabant in ſtagnis & fluminibus. Sed B. Clemens ſecundus à B. Petro ex ipſius doctrina vnctionem olei chriſmalis addidit. Poſteà Leo Papa, Damaſus & Ambr. exorciſmos & benedictiones & cæteras ſolẽnitates adiecerunt. Baptiſmi
29 † autem forma non vitiatur, ſi quid in ea ſuperfluè ponitur: hoc no. ead. diſt. ſi nõ ſanctificatur, vt ſi dicatur: Baptizo te in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti, & diaboli, vel, Arma virumq; cano: vel ſi quid præmittitur formæ, vt ſi dicatur: Arma virumq; cano: & ego baptizo te, &c. Si verò aliquid interponatur, vt ſi dicatur: ego baptizo te: & Deus eſt: in nomine patris & filij, &c. Dicũt quidam nõ eſſe baptizatum: alij verò cõtradicunt. Si autem verborum ordo formæ mutetur, vt ſi dicit: Baptizo te in nomine filij & patris, & ſpiritus ſancti, dicũt nõ eſſe baptizatũ: quia ordo verborũ, de forma eſt. Si verò mora naturalis & cõpendioſa interponatur: puta reſpirãdo, tuſſiendo, vel ſcreando, non obeſt. Cæterũ,
30 forma † ipſa pronuntiari poteſt literaliter, vulgariter, Græcè, Latinè & Armenicè, hoc legitur & no. ead. di. mulieri. & ca. ſeq. Iidẽ enim ſunt effectus, licet voces non ſint eædem, ſecundum Ariſt. Vnde Græcus huc veniẽs baptizat in lingua Græca, & ecõuerſo: quia Apoſtoli loquebãtur variis linguis. Hinc eſt, q̃ ſi quis dicit, Baptizo te in nomine genitoris, & nati ſiue geniti, & ſancti flaminis: baptizatus eſt. Benè enim fit baptiſmus ſub nominibus ſynonimis. Sed ſi dicatur: Mergo te in nomine patris, &c. non eſt

baptiſmus: quia illud verbū mergo, non eſt ſynonimū, cum illo verbo baptizo. Non fit etiam baptiſmus, ſi dicatur: Baptizo te in nomine trium perſonarū, vel in nomine trinitatis, vel in nomine Chriſti: vel ſi baptizauerit in nomine tribus principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis: vel ſi omittatur aliqua de tribus perſonis puta ſpiritus ſancti, vel filij, vel patris, vel etiam ſi diceretur in nomine paternitatis, & filiationis, &c. non eſſet baptiſmus. Item † ſi omitteretur hoc pronomen ego, dicendo: baptizo, &c. tenet quidem, quia pronomen illud ſubintelligitur: vnde non deeſt. Sed etiā ſecundum Zachariā Papam. eadē diſt. retulerū. ſi ſacerdos ſimplicitate ductus, nō intēdens errorē introducere, dixerit: Baptizo te in nomine patria, & filia, & ſpiritus ſancta: baptiſmus non vitiatur. Si † verò dubitatur de aliquo, vtrum ſit baptizatus vel non: ſtatuit Alexan. Papa iij. extrà de baptiſmo. c. j ꝙ baptizetur ſub hac forma: Si es baptizatus, non te baptizo: ſed ſi nondum baptizatus es, ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, amen. Adhuc ſi † infans non poteſt naſci, ſed olū caput emittat, illud baptizetur prius quàm moriatur. ff. de rei. & ſump. fun. l. cùm in diuerſis. Sed ſi mater in partu moriatur, incidatur: & infans viuus de ventre extrahatur, & baptizetur. Circa † patrinos, qui in baptiſmo & confirmatione neceſſarij ſunt, dicendum eſt, ꝙ vbi infans fari vel credere neſcit, patrinus interrogatur, & reſpondet pro eo, & in eius fide & profeſſione, baptizandus ſaluatur. Quod etiam ſecundum Iſidor. eadē diſt. paruuli. & ca. ſeq. in ægroto, muto, ſurdo, baptizandis contingit. Nam etiam legimus Syropheniſſam mulierē veniſſe ad Ieſum, & rogaſſe pro ſua filia ſpiritū immundū habente: & illā ad preces matris ſaluatam fuiſſe. Aug. quoque eadē diſt. nihil. & c. ſeq. iuſſerit, ꝙ reſponſio ipſius patrini ad celebritatem, id eſt, ſolennitatē pertinet ſacramenti, quaſi dicat, nō ad neceſſitatem. Paruulum enim non fides illa, quæ in credentium voluntate cōſiſtit, ſed fidei ſacramentum fidelē facit: vnde fidelis vocatur, non rem ipſam annuendo, id eſt, profitendo: ſed ipſius rei ſacramentum, recipiēdo. Sicut ergo paruuli alieno errore dānari fuerant, ſic ex aliena profeſſione ſaluari poſſe neceſſe eſt. ea. di. illud. & c. ſeq. quare. & cùm illi ad intelligibilē ætatē peruenerint, debent patrini inſinuare illis profeſſionē, quā pro eis fecerunt. † Porrò ſacerdos baptizans & Epiſcopus confirmans ſibi illos obligant, ꝙ de eis curā ſpecialē gerant: quia enim ipſe non omnibus poteſt curā ſpecialē impendere: idcirco patrino cōmittit, qui ſe pro illo fideiuſſorē conſtituit, ꝙ renatum docebit orationē Dominicā, & ſymbolū fidei, quā quilibet Chriſtianus adultus ſcire tenetur, vel in lingua Latina, vel materna:

& ſi

& si patrinus filiorũ docere neglexerit, grauissimè peccat. Item
† iuxta authoritatẽ Leonis Pa.di.& plures. vnus tantũ debet esse
in baptismo,& vnus in confirmatione patrinus, siue vir,siue mu
lier,& hoc propter pericula, quæ consueuerunt contingere in cõ
iunctionibus matrimonialibus. In quibusdã tamen ecclesiis con-
traria consuetudine hoc derogatũ esse videtur: & hoc ideò quo-
niã si veniat in dubiũ de aliquo, vtrũ sit baptizatus vel non, quan
tò plures sunt patrini,& testes baptismi, tãtò fortius dubiũ exclu
detur,& tantò plures ad instruendũ filiorũ se constituunt debito
res. Itẽ secundũ canonẽ,ea.di.in catechismo & in baptismo & in
cõfirmatione vnius,& idẽ patrinus suffice: e potest, vbi necessitas
cogit:aliàs singulos singuli suscipiant. Verũ baptizatis seu confir
matis patrinorũ perfidia,qui non cõsentiunt non obest. Cùm igi-
37 tur patrinus† filiorũ instruere teneatur,& in fide ipsius baptizan-
dus saluetur,nullus debet patrinus effici, nisi sciat dominicã ora-
tionẽ,& symbolũ,eadẽ dist.non licet.& c.seq.in quibus ipse tene
tur filiolũ suũ instruere. cùm sit fideiussor fidei illius,& eum de-
bet custodire pro posse,ne à fide & iustitia deuiet: castitatẽ custo
diat:iustitiã diligat,& teneat charitatẽ: vtpotè responsurus in die
38 iudicij de omni excessu illius. Sunt autẽ †quatuor genera perso-
narũ,quas ecclesia non suscipit in patrinos. Primũ genus est Mo
nachus,Abbas, Abbatissa, Moniales, & huiusmodi. Secundum
genus,sunt infideles. Tertiũ,illi qui nondũ sunt confirmati,eadẽ
dist.in baptismo. qui alios non possunt tenere in baptismo, vel in
confirmatione,non enim veri debent vocari fideles:vnde nec ve-
ri testes esse possunt.ij.q.vij.non potest,& c.seq. Quartum genus
est vir & vxor simul.xxx.q.iiij.quod videtur: nisi prius ambo vo-
rum emiserint castitatis:si ambo eundem puerũ de fonte leuarẽt,
spirituales patres eiusdem fierent:vnde alterius carnalitẽ com-
misceri non debent,nec etiam (vt aiunt quidam) aliquis de sacro
fonte leuare debet aliquos de sua consanguinitate, præsertim fi-
lium propriũ,vel filiã,vel vxoris,vel ecõuerso.extrà de cogn.spi.
c.ij.& iiij.quia charitatis dilectio per baptismũ propagari debet.
39 Baptismi † solennitate completa,itur ad fontes,cum triplici lita-
nia & inde,quia ante baptismum & post,litaniæ circa baptisteriũ
peraguntur: pro eo q; in Apoc.legitur: Iris erat in circuitu sedis. *Apoc.4*
Iris,vt ait Beda, quæ fit Sole irradiante nubes, & quæ post dilu-
uium fuit propitiationis indiciũ,significat intercessiones sancto-
rum: sedes,ecclesiã significat: nubes,sunt viri sancti. Iuxta illud *Esa.60.*
Esa.Qui sunt hi,qui vt nubes volant?qui ante aduentum Christi
40 & post deuotissimè pro ecclesia orauerunt,& orant. Fit † autẽ hîc
litania circa fontes vsque ad Sancte Ioannes baptista, ora pro no

bis:eò quòd ipſe primus inuenit vel docuit baptiſma. Deinde ſi-
Luc.15. militer cum trina litania reditur vſque ad, Omnes ſancti orate pro nobis, ad oſtendendum, quòd ipſi orant pro filio baptizato, qui mortuus fuerat & reuixit:perierat & inuentus eſt: vt in vera fide trinitatis participet ſacramẽto baptiſmi: vel vt Deum quem confeſſus eſt diligat toto corde,tota mente,& totis viribus. Sanè aguntur in quibuſdam eccleſiis ſeptenæ litaniæ ante baptiſmũ: quia oramus ſanctos intercedere pro nobis vt ſpiritus ſanctus, cuius gratia ſeptiformis eſt,veniat ſuper aquam baptiſmi. In aliis aguntur,qui nedum catechumini baptizantur,vt Deus cuſtodire dignetur quinque ſenſus corporum eorum,ne per eos illecebris ſecularibus incitati purificationem in baptiſmo acceptam amittant. Trinæ etiam quandoque poſt baptiſmum aguntur: vt credulitatem trinitatis in qua baptizati ſunt, & quam profeſſi ſunt,toto corde,tota mente,totiſq; viribus diligant. Quidam etiã cantant litaniã in eundo ad fontes propter ſpem, & inde redeundo propter rem:ad notandum q̃ ſancti orant pro baptizandis, vt ſacramentum vera fide percipiant:& pro baptizatis, vt in ſacramento veræ fidei percepto confirmentur. In fine litaniæ fiunt iuxta Apoſtolum petitiones:vt,Propitius eſto,parce nobis Domine: & obſecrationes:vt,Per natiuitatem tuam,libera nos Domine: & poſtulationes,vt Peccatores te rogamus audi nos. Quid † ſignificet cantus poſt baptiſmum,dictum eſt ſuprà,vbi de canticis agitur. Cæterùm in quibuſdam eccleſiis in lectionibus & litaniis ſenes præcedunt, & iuuenes ſubſequuntur: vel quia ſenes ſeruus, ſcilicet Eleazar adduxit Rebeccam,vt Iſaac iuuenis apprehenderet eam: vel quia in baptiſmo iuueneſcit eccleſia,& renouatur, vt aquila iuuentus noſtra. Rurſus in quibuſdam eccleſiis dum duodecim lectiones legũtur litaniæ dicuntur,& earum duodenarius numerus per tres quaternarios clericorum impletur, quibus oratur, vt in baptizandis doctrina capiat Apoſtolorum fidem trinitatis,ex quatuor virtutibus prædicatorum. 41

S V M M A.

1 *Confirmatio non debet dari ante ſeptimum diem,poſt baptiſma.*
2 *Spiritus ſanctus in confirmatione,eſt tanquam tutor pupilli.*
3 *Baptizatus bis vngitur chriſmate. Et quare.*
4 *Vnctio facta ab Epiſcopo in fronte, quid differt ab ea quam facit ſacerdos in ceruice,cum chriſmate.*
5 *Confirmari aut baptizari bis non debet quis.*
6 *Confirmatum cur percutiat in faciem Epiſcopus.*
7 *In confirmatione quid agat Epiſcopus. & nu. 8.*
9 *Patrini qui non poſſint eſſe in confirmatione,vel baptiſmo.*

De

De confirmatione. CAP. LXXXIII.

SExto loco de confirmatione dicamus. Siquidem †post baptismum sequitur spirituale signaculũ, scilicet confirmatio, quòd profectò fit quãdo ad inuocationẽ Episcopi spiritus sanctus infunditur. ea. di. accepistis. Baptizatus autẽ confirmari non potest, nisi demũ post septem dies post baptismũ, propter septem dona spiritus sancti, quæ recipiunt in baptismo. Nam pro singulis donis decet dies singulos celebrare. Alij dicunt q̃ statim post baptismum, est cõfirmatio inchoãda propter rationẽ scriptã sub quinta feria cœnæ domini, vbi agitur de olei cõsecratione. Nã & Clemens Papa primò statuit, vt baptizatus, quã citius fieri possit, cõfirmetur, quia non est perfectus Christianus, qui hoc non necessitate, sed incuria aut voluntate omittit. Hæc frontis chrismatio, confirmatio dicitur, quia per eam spiritus sanctus datur ad augmentum & robur. extrà de sa. vnct. cap. j. Vnde, cùm cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere: hanc non nisi summus sacerdos, id est, Episcopus debet conferre: extrà de cõfir. quantò quia de solis Apostolis legitur, quorũ vicarij sunt Episcopi, q̃ per manus impositionẽ spiritũ sanctũ dabant, quemadmodũ Actuũ Apost. lectio manifestat. Cũ audissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbũ Dei, miserũt ad eos Petrum & Ioannẽ, qui cùm venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritũ sanctum, nõdum enim in quenquã illorũ venerat, sed baptizati tantũ erant in nomine domini Iesu: tũc imponebant manus super illos & accipiebant spiritũ sanctũ. Cuius aduentus per mysteriũ vnctionis designatur, quia columba in qua spiritus sanctus super Christũ in baptismũ descendit, ad vesperum in cataclysmo reuertẽs ramum retulit oliuæ virẽtis: extrà de sac. vnct. cap. vno cuius vtiq; sacramentũ Dauid Propheta prænoscẽs, exhilarandam faciẽ in oleo prædicauit. Arnoldistæ tamen, perfidi hæretici, dicentes manuum impositionẽ siue consolamẽtum fieri posse à quolibet homine bono, obiiciunt ad hoc quod prę missum est de eo, quod legitur in Act. Apost. quòd Ananias, Saulo, & Symeon, & Lucius Siren. & Manaen, Barnabæ & Saulo manus imposuerunt, qui tamen nec Apostoli, nec Episcopi fuisse leguntur, & ex eo, q̃ prædicitur: miserunt ad eos Petrum & Ioannẽ: apparet quod Episcopi debent illuc ire, vbi sunt, quibus sit necesse manus imponi: cúmq; illuc venerint orant pro eis, dicẽtes: Emitte in eos septiformem spiritum sanctũ, &c. Non enim discipuli dabãt spiritum sanctum, sed orabant, vt veniret in eos, quibus manus imponebant. Hoc ergo agit †episcopalis confirmatio baptizato: quod tutor pupillo. Quid enim prodest amplã hæreditatem filio relin-

Act. 8.

Psal. 103

relinquere, nisi ipse, vel lex, aut Præses illi prouideant de tutore? paracletus quidem est eius consolator in Christo custos & tutor baptizati, qui suadéte diabolo posset, sicut & pupillus suã perdere facultatẽ, id est, baptismi vtilitatẽ si hunc nõ haberet tutorem. In cõfirmatione ergo totius Christianæ religionis mysterij plenitudo cõpletur. In baptismo nanq; per spiritũ sanctũ datur remissio peccatorũ: hic autẽ ipse spiritus inuitatur vt veniat in domum ipsam, quã sanctificauit descendere, & habitare dignetur, & ad Episcopi inuocationem infunditur. ead. dist. accepistis. vnde Vrbanus Papa inquit: Per manus Episcopalis impositionẽ, spiritus sanctus datur, ex quo cor fidele ad prudentiã & constantiam dilatatur: vt quis plenus sit Christianus. Bis †ergo vngitur chrismate baptizatus, scilicet in vertice & in fronte: nã & ipsis Apostolis bis fuit datus spiritus sanctus. Primò in terra quãdo Christus exsufflauit in eos, dicẽs: Accipite spiritũ sanctũ. Secũdò, à cœlo in die Pentecostes, sed & ipsi Apostoli receperũt spiritũ sanctũ in baptismo. Nõ enim credẽdũ est ipsos nõ fuisse baptizatos, qui alios baptizabant: vt præmissum est. Hæc ergo duplex baptizatorum vnctio, significat q; spiritus sanctus datus est Apostolis semel in terra, ad dilectionẽ proximi: & semel de cœlo, ad dilectionẽ Dei. Vnde ad notandum pulchritudinẽ donorũ spiritus sancti, quæ in confirmatione cõferuntur dicitur: Emitte in eũ spiritũ sapientiæ & intellectus, &c. Hæ sunt vestes, quibus induũtur filij Regis: de quibus dictũ est: Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius: & de quib⁹ dicit Apost. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Non enim habet Christũ pro indumẽto, qui donis spiritus sancti, quibus Christus ab ipsa cõceptione ornatus fuit, nõ est ornatus. Differt autẽ hæc †vnctio quæ fit in frõte per Episcopum, ab illa quæ fit in cerebro siue in vertice, per sacerdotem. Primò, quia secundũ Rabanũ. de cõse di. v. nouissimè. in illa signatur supra baptizatũ spiritus sancti descẽsio ad habitationem Deo consecrandã: in hac verò signatur vt eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cũ plenitudine sanctitatis sciẽtiæ & virtutis venire in homine declaretur. Secundò differunt, quia per illã, quæ fit in vertice, anima Christo desponsatur: per istã verò, ditatur & dotatur. Item per illã ostenduntur vulnera esse sanata: per hanc plenitudo gratiarũ confertur: quod ex verbis vtriusq; vnctionis potest perpẽdi. In collatione enim illius vnctionis: dicit sacerdos: Deus omnipotens pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, quiq; tibi dedit remissionẽ omnium peccatorum: ipse te liniat chrismate salutis vnitã æternam. His verbis, quæ est salutatio in vitã æternã, per hanc vnctionem

Gal. 3.

obtineri

obtineri oſtẽditur:ſed hæc verba trãſcendit Epiſcopus in vnctione confirmationis, dicẽs:Emitte in eum ſeptiformẽ ſpiritum ſanctum,tuum paracletum,de cœlis:ſpiritũ ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij & fortitudinis, ſpiritũ ſcientiæ & pietatis:& imple eum ſpiritu timoris Domini:& conſigna eũ ſigno ſanctæ crucis:propitiatus in vitã æternã:conſigna, inquã vt ſpiritũ ſanctum
5 non amittat. In†concilio Thole. de cõſe.di.v.dictum,& cap.ſeq. dicitur, ꝙ nullus debet bis confirmari,ſicut nec rebaptizari. Poſt orationem, quam cõmuniter dicit Epiſcopus ſuper omnes confirmandos, ſi plures ſint ſingulariter cuilibet frontẽ linit in modum crucis,chriſmate,cum pollice,dicens cuilibet: In nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti:Pax tecũ. Quæ ſalutatio fit ad nouum hominem,qui dignus eſt ſalutari propter vitæ nouitatem:& qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate,& veritate:interim enim, cùm erat vetus,non erat ſalutandus,ſed tantùm erat pro eo orandũ. Ideò autẽ fit in modum crucis,& cum chriſmate, ſicut & omnia chriſmata cum crucis figura perficiuntur:de cõſe. diſt.v.nunquid. vt appareat, ꝙ eſt illius, per cuius crucẽ redemptus eſt, ſine quo ſignaculo non oportet nos ante Deũ repræſentari. Quod fit cũ pollice,quia ille in conſecratione Pontificis eſt ad hoc ſpecialiter conſecratus. Vel quia omne datum optimum, deſcendit à patre luminũ:ideò in fronte,quia ibi melius & citius videtur: vt ſic exterminator angelus videns eum hoc ſigno munitum,ad ſe non pertinere, pertranſeat: ſicut pertranſiuit domos Hebræorum in Ægypto, vbi vidit vtrunq; poſtem linitum ſanguine agni,& percuſſit primogenita Ægyptiorũ, in domibus vbi hoc ſignum non erat. Quid enim eſt ſanguis agni,niſi fides paſſionis Chriſti:vterq; poſtis hoc ſanguine linitur, cùm fidem paſſionis Chriſti in corpore & mente geſtamus:in corpore, per myſterium:in mẽte,per efficaciã. Ideoq; fit in fronte,quia perfectorum eſt, non in occulto, ſed in manifeſto Chriſti nomen ſemper habere. Hinc eſt quod Ioannes Apoſt. ait: Vidi ſupra montẽ Sion agnum ſtantẽ, & cum eo cẽtum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptũ in frõtibus ſuis. Stare enim & in monte,& cum agno,perfectorũ eſt:& perfectio in confirmatione datur,vt prẽmiſſum eſt. Melius quoq; in fronte infigitur:in quo ſummus Põtifex lamiẽ auream figebat, in qua ſcriptum erat ineffabile nomen Domini: & vt baptizatus liberè confiteatur,quod credit:extrà de ſac.vnct.quia corde creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſſio fit ad ſalutem:memor eius, quod Dominus ait: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c.

Exod.12.

Apo.14.

Rom.10.

6 Subſequenter †Epiſcopus confirmatũ percutit in faciem Primò,

vt

vt tenacius memoriæ teneat, se hoc sacramentũ recepisse. Secundò, quia hoc sacramentũ datur baptizato ad robur fidei: vt præmissum est: vt, videlicet sit ita fortis in fide in baptismo suscepta, quòd vlterius corã quocunq; confiteri nomen Christi non erubescat. Tertiò, hæc percussio repræsentat manuũ impositionem, quoniã Apostoli per manus impositionẽ confirmabant. Quartò, ad terrendũ malignũ spiritum, vt fugiat: & ne redire audeat, sicut fecit B. Benedictus, liberãs per alapã monachũ, qui à maligno spiritu vexabatur: vt legitur in dialog. Greg. lib. 2. ca. 32. † Duo ergo 7
facit Episcopus: primum, quia eum vngit in fronte: secundũ, quia ipsum percutit in facie: Vnctio significat vnguentũ gratiæ quantum ad actus audaces aggrediendi ea, quæ pertinent ad fidẽ: percussio verò fit, ne vlterius confundatur, aut timeat cõfiteri nomẽ Christi, quasi dicat Episcopus cõfirmato: Ita sis fortis, vt quicunque sicte percusserit, vel quocunq; alio modo tibi confusionem fecerit: pro eo, quia Christi fidẽ cõfiteris: tu in his omnibus non erubescas: percussi enim in facie erubescere solent. Similiter etiã fit alicubi, propter eandẽ causam militibus nouis. Fieri potest cõfirmatio in cãpo, melius tamen fit in ecclesia, aut in atrio ecclesię. In Bucardo lib. iiij. cap Episcopus. In concilio Aurelianen. de cõse. dist. v. vt ieiunij. statutũ est, vt sacramentũ confirmationis à ieiunis & iuuenibus perfectæ ætatis puta duodecim vel quindecim annorum seu adultis monitis prius peccata confiteri conferatur: hodie tamen, quã citius potest, hoc fiat, vt præmissum est. Chrismato autẽ †aliquo panno albo frõs sua circuncingitur, ne recens 8
vnctio defluat aut deleatur, & septima die deponitur, sicut suprà, vbi agitur de baptismo, dictũ est. Et in cõcilio Beluacen. de conse. di. iiij. si quis noluerit dicitur: quòd pãnus chrismalis, quo caput pueri in fronte per Episcopũ, vel in vertice per Presbyterũ chrismati circuncingitur: potest iterũ super alium baptizatũ imponi. Item non †confirmatus, non potest alium tenere in baptismo, vel 9
in confirmatione, nec vir & vxor, vel consanguineus, vel etiam plures teneant confirmandum, prout in baptismo dictum est.

SVMMA.

1 *Altaria cur cooperiantur sabbato sancto.*

2 *Sabbato sancto Missa aliter & præter morẽ celebratur. Et quorsum.*

3 *Campanæ cur pulsentur, dum cantatur Gloria in excelsis, sabbato sancto.*

4 *Sabbato sancto cur non dicatur graduale, sed allelu-ia, & tractus. Et cur eodemmet die lumen non portetur ad Euangelium, sed incensum. num. 5.*

6 *Sabbato Paschatis cur omittatur offertoriũ. Itẽ post cõmunio. nu. 7.*

8 *Sab*

8 *Sabbato Paschatis, cur breues vesperæ: & vnà cũ Missa terminẽtur.*
9 *Sabbati Paschatis principium.*

De Missa. CAP. LXXXV.

1 SEptimo loco de Missa huius diei dicendũ est. In qua quidem plura sunt notabilia. † Primò quòd ante Missam altaria cooperiuntur: quod fit, quia iam ecclesia incipit resurrectionis præludia celebrare. Magna enim pars huius officij ad illam pertinet, & in resurrectione Christus, qui per altare significatur, stola corporis indutus est. Itẽ ministri altaris, prætiosis & splendidis sunt vestibus decorati ad significandum, quòd neophyti sunt indu-
2 mentis virtutum ornati. † Item Missa ideò non cantatur solito more, quia in ea non dicitur introitus, qui est caput Missæ, eò quòd ille, qui est caput & principium nostrum, subtractus est, & in sepulchro silet: & nocte resurrectionis licet resurrexisset, tamen à suis nesciebatur: vnde cùm Maria Magdalenæ inuenit monumentum vacuum, credidit eum esse sublatum. Hac enim die, & in vigilia Pentecostes, seruamus antiquũ ecclesiæ morem, qui fuit ante Papam Cœlestinum: secundũ quem introitus in Missa non dicebatur, sed à Κύριε ἐλέησον incipiebatur. Incipit ergo à Κύριε ἐλέησον officium, quòd est quædam vox lætitiæ: de hoc quòd neophyti sunt renati, rogat ecclesia, vt Dominus eos in nouitate conseruare dignetur. Omnia enim quæ dicuntur vsq; ad Euangeliũ, ad eos referuntur. Sequitur Gloria in excelsis, quòd ideò cãtatur. Primò, quia pax data est renatis, quæ ab Angelis nuntiata est in nocte natiuitatis: cùm ergo ipsi sint renouati gratia Dei, possunt cantare cum Angelis. Secundò ideò, quoniam Angeli, qui primò illud nato Domino cantauerunt: pro renatis in baptismo gloriantur. Tertiò, quia resurrectio Christi proxima est: ideò dicitur iste angelicus cantus: & cum ipsis Angelis chorus exultat perso-
3 nanti melodia, & campanæ siue † signa etiam concrepant, quæ hactenus fuêre muta. Collecta etiã de renatis manifesta est, quæ est: Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicæ resurrectionis illustras: conserua in noua familiæ tuæ progenie spiritũ adoptionis, quẽ dedisti, &c. Cui præmittitur dominus vobiscum, & non Pax. vt iam dicetur. Similiter epistola refertur ad eos, videlicet: Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextra Dei sedens: ad Colos. 3. cap. quasi dicat, resurrexistis in baptismo à peccatis, sicut Christus resurrexit ab omnibus infirmitatibus suis. Sed ad quid debent laborare resurgentes, nisi quæ sursum sunt obtineant? Ideò dicitur: Quæ sursum sunt, sapite: non quæ super terram, id est, cœlestia non terrena, vobis sapiant: & additur, mortui enim estis, & vita vestra abscondita

ſcondita eſt,cum Chriſto in gloria. Mortui enim eſtis peccato,& mortui eſtis vobis: vt iam non vobis,ſed Domino viuatis: ſicut
Col. 3. dicit Apoſt. Viuo ego,iam non ego,ſed viuit in me Chriſtus. Vita autem veſtra abſcondita eſt in Deo: ideò quia nondum apparet, quid futuri eſtis: ſed cùm apparuerit Chriſtus vita veſtra, apparebitis cum ipſo in gloria, Ecce ad quid debeant tendere neophyti,ſcilicet vt ſint & appareant cum Chriſto in gloria:ad quam repræſentandam miniſtri altaris ſolēnes veſtes induunt,vt renatorum ſtolam innocentiæ demonſtrent:in epiſtola verò baptizati inſtruuntur,poſt epiſtolam verò ſequitur allelu-ia,quod eſt vox
Apo.19. angelica,ſiue canticum Angelorum:ſicut oſtendit Ioan.in Apoc. dicens: Audiui quaſi vocem tubarum multarum in cœlo dicentium allelu-ia:quia Angeli gloriātur propter baptizatos à diaboli ſeruitute ereptos & ad fidem conuerſos. Et† dicitur allelu-ia ſine graduali,ad ſignificandū,quòd caput noſtrum quieſcit:vbi enim eſt quies,ibi non eſt motus: vbi autem non eſt motus, ibi non eſt aſcenſus de gradu in gradū:quod ſignificat graduale:ideò autem graduale non dicitur quia baptizati nondū per opera in virtutibus gradum fecerunt. Dicitur autē tractus,qui ſignificat patientiam, per quam expectare debent gloriā ſempiternam:quam ſequens ſabbatum in albis repræſentat: in quo ſabbato non cantatur graduale,quia ibi non eſt neceſſarium bonū opus,vel tractus: quia nec patiētia: ſed duplex allelu-ia,pro duplici gloria,ſcilicet animæ & corporis:de hoc ſubtit.de ſeptem diebus poſt Paſcha dicetur:& præter morem ante tractum ponitur allelu-ia, quod eſt quædam vox lætitiæ,ad notandū lætitiam neophytorum, quam habent de ſpirituali nouitate. Sed quia graues ſunt labores viæ, ſequitur tractus,qui dicitur à trahendo. Ad idē tamen inuitantur neophyti in verſu allelu-ia: & in tractu videlicet ad Dei laudem. Nam allelu-ia, ſonat: Laudate dominum:& in verſu allelu-ia dicitur. Cōfitemini do.id eſt,laudate do.& additur cauſa:quoniam bonus eſt in ſe, & nobis: cum quibus miſericorditer & benignè egit dimittendo peccata in baptiſmo:& cantatur in tono reſurrectionis, ſcilicet octauo. Sed quia effectus benignitatis poſſet eſſe ad tempus:ideò ſubditur: quoniā in ſeculum miſericordia eius. Ad idē etiam inuitātur in tractu,ſcilicet, Laudate dominū omnes gentes, &c.quoniā confirmata eſt,&c.re vera firmatur miſericordia,quæ in æternum durat,ſicut in verſu allelu-ia dictū eſt. Hæc autem duo, ſcilicet miſericordia & veritas in pſalmis iunguntur: vt nec miſericordia iniuſta,nec veritas nimis auſtera credatur.xl. di.diſciplina.xxiiij.q.iiij.nō eſt iniuſta. Quare duplices laudes dicūtur,& quare tractus,& quare ſub humiliori lingua,dicitur,ſub

titu.

tit.de vij.diebus poſt Paſcha dicetur. Secundò, & allelu-Ia, ideò prius, quàm tractus dicitur: quia hebræa lingua, mater eſt nobiliſſima omniũ linguarum propter authoritatẽ diuinæ ſcripturæ: latina verò inferior, quaſi filia: præterea allelu-Ia ſignificat Iudæos prius conuerſos: tractus, gentiles poſteà credentes. Tertiò dicitur primò allelu-Ia, in memoriã prioris ſtatus Adæ. Sequitur tractus in memoriã ſequẽtis. Præcedit etiã allelu-Ia propter gaudiũ reuertentiũ de captiuitate Babylonica. In aliis verò diebus graduale præcedit allelu-Ia, propter profectũ proficiẽtium. Deinde ſequitur Euangeliũ: Veſpere autẽ ſabbati, quę luceſcit in prima ſabbati: Mat. 28. c. in quo de ſolicitudine mulierum, circa Domini ſepulchrũ: & de myſterio Angelorũ, & de reſurrectione Saluatoris agitur: vſq; nunc enim fuit ſacrificiũ neophytorũ, ſed dehinc reſurrectio ad memoriam reuocatur. Et nota, ℣ veſpere ſabbati hîc accipitur pro nocte: & eſt ſenſus: veſpere ſabbati, id eſt, in nocte ſabbati. Sed quia credi poſſet, ℣ veniſſent mulieres, in principio noctis, vel in medio, idcirco additum eſt, quæ luceſſit in prima ſabbati. i. quę pertinet ad lucem primi ſabbati. Luceſcerat enim iam, quando venerat Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrum, &c. Ante † Euangeliũ autem non portatur lumen, nec etiam in quibuſdam eccleſiis candelabra cũ luminariis ſtant, ad Miſſam ſuper altare. Primò, quia ille qui eſt lumen nondum nobis redditus eſt: quoniã eius reſurrectio nondũ erat manifeſta: imò credebatur adhuc in ſepulchro latere. Secũdò, quia mulieres Chriſtum non Deum, ſed ſolũmodo eſſe mortalem credentes: occultè ſine lumine ibant ad ſepulchrum, vt vngerent corpus Ieſu. Tertiò, ad notandum cæcitatem cordis ignorantium ipſum reſurgere poſſe. Incenſum tamen fertur, in ſignũ, ℣ mulieres tulerunt aromata, vt vngerent Ieſum. Rurſus accenſa luminaria non feruntur, ſed incenſum ſic. Ad notãdum, quòd tunc orationis affectio, quæ per incenſum exprimitur, animis infirmorum non deerat, ſed veritatis lux, quæ per accenſa luminaria deſignatur, eis certitudinaliter non clarebat propter Domini ſepulturam. Poſt Euangelium, non dicitur: Credo: vt per hoc infirmorum animorum dubitatio denotetur. Quædam tamen Eccleſiæ dicunt hac die: Credo: & per totam ſequentem hebdomadam: quo renati aſſeuerant ſe in Deum tendere, & ea quæ de
6 Chriſto dicta ſunt in Euangelio firmiſſimè credere. † Offertorium quoque non dicitur, in quo ſignificatur. Primò, ſilentium mulierum. quæ territæ quaſi cum ſilentio receſſerunt à monumento, ad quod iuerant, vt Chriſto vnguentum offerrent. Secundò, ℣ ipſæ venientes iuxta legis mandatum vngere corpus

Iesu latenter venerunt ad sepulchrum, & contra illud in silentio steterunt, timẽtes respondere Angelo, vel custodibus sepulchri: ergo earum more cantores silent. Tertiò, quia nõdum surrexit, qui det nobis quod offerre possumus. Cantatur autem Sanctus, sanctus, sanctus, quod est Angelorum cãticum, quia Angeli tanquam nihil timentes in sepultura Domini, & eius resurrectione: quã non tacuerunt, suũ habuerunt mysteriũ. In canone etiã, scilicet infra actionẽ, fit mentio de renatis. Agnus Dei non cantatur, tum quia nondum surrexit, q̃ ipsi sciunt, qui in die resurrectionis dixit discipulis: Pax vobis. Tum quia discipuli tunc desperauerant: neq; credebant eum esse Deũ, qui redimeret Israël: Vnde Luc. 24. Cleophas dixit: Nos sperabamus, q̃ ipse esset redẽpturus Israël. q.d. iam non speramus: imò desperamus. Sed & mulieres, quæ venerunt ad monumentum, credentes corpus sublatum esse, non credebant, q̃ ipse peccata mundi tollere posset. Vnde & Maria Magdalena, quæ fuit magis solicita, audiuit à Domino: Noli me Ioan. 20. tangere: nondum enim ascendi ad patrẽ meum: subaudi in corde tuo, id est, nondum credis me esse æqualẽ patri: ergo non credis me tollere posse peccata mundi. In quibusdam tamẽ ecclesiis dicitur ter: Agnus Dei sine, Dona nobis pac. non datur etiã pax, in detestationẽ oscŭli proditoris: & quia Christus qui est vera pax nostra, nondũ pacẽ nuntiauit, quia nondũ surrexit qui in die resurrectionis Apóstolis ait: Pax vobis. Vnde fortè hic modus salutationis: scilicet, Pax vobis ab Episcopo in principio huius Missæ non dicitur, licet differtur: vt nouã salutationẽ in die resurrectionis suæ populus affectuosius amplectatur. In aliquibus tamẽ ecclesiis pax datur, eò q̃ gloria in excelsis cantatur. Post cõmunio etiã non cantatur. Primò ad notandũ, q̃ non erat tunc qui in fide 7
Christi cõmunicarent. Secundò quia baptizati nondum cõmunicauerunt: sed in die Paschæ cõmunicare debent. Tertiò, quia nondum surrexit qui nobis dat, q̃ communicemus. Quartò, quia vesperæ quæ sequuntur, vicem obtinent post cõmunionis. Quintò, quia omnes tacuerunt in Christi comprehensione, & crucifixione, ideò cantores tacent. Cantoribus igitur tacentibus sacerdos suum implet officiũ, quia Apostolis de resurrectione dubitantibus, & mulieribus timẽtibus, & nil dicentibus Christus ipse per suã glorioſam apparitionẽ, quibus voluit fecit se manifestũ, † Consequenter inter cœnandũ, id est, dum sacerdos cõmunicat, 8
adiiciuntur breuissimæ vesperę, scilicet: Laudate Dominũ omnes gentes: quæ quasi nõ sunt vesperæ, quia sabbatũ æternæ quietis: quod per hoc sabbatũ figuratur, nullã habet vesperã: fit etiã officium breue propter ipsos neophytos quibus omnia debent breuiter

uiter cãtari: maximè primò die, ne eis generetur faſtidiũ ex prolixitate: vnde ſub vna collecta Miſſa, & veſperæ clauduntur, ne fortè ſi finita Miſſa dicerẽtur veſperæ, neophyti nõ auditis veſperis recederent credẽtes habere licentiã abeundi. Vnde ideò totũ officiũ ſub vna oratione cõpletur, quoniã ſacramentũ baptiſmi in Chriſti paſſione cõſummatur. Vel ideò dies hæc in Miſſa, non in veſpera terminatur, vt Chriſtus qui nos morte redemit, ſine fine laudetur, qui eſt in ſecula benedictus. In quibuſdã autẽ eccleſiis cãtatur Pſal. Laudate Dominũ, ſine gloria: quia filius, qui eſt tertia perſona in trinitate, nondũ ſcitur eſſe nobis redditus. Ruſus inuitantur neophyti, ad laudẽ Domini per Pſalmũ illũ: Laudate, & ipſi ſe laudare reſpondẽt, dicentes: quaſi vnus homo, per
9 ſe vel per alios: Magnificat anima mea Dominũ. Hoc eſt †ſabbatum priuilegiatũ eſt. quia in eo fiunt ordines: catechumini poſt baptizantur: cereus benedicitur & plures lectiones leguntur.

S V M M A.

1 *Paſchale tempus, quid ſignificet.* 2 *Paſcha, quid, & vnde dictũ.*
3 *Paſcha, cur potius Græca, quàm Hebraica lingua nomen ſortitum Aut potius Latina. nu. 4.* 5 *Paſchatis tempus, vnde incipit, & quò terminetur.*
6 *Paſcatis ſolennitas celeberrima omnium, & variè pro varietate regio num. 9.*
7 *Paſchatis die nihil comedendũ, quod non ſit benedictũ à ſacerdote, ac ſigno crucis ſignatũ. nu. 8.* 10 *Paſchales feriæ quot celebrandæ.*
11 *Paſcha ſemper celebrandum die Dominico. Et quorſum. ibid. & nu. 12. 13. 14. & infrà.*
15 *Paſcha triplex fecerunt Iudæi, quod erat figura noſtri Paſchatis.*
16 *Paſchatis ſeptẽ ſeptimana.* 17 *Paſchale tẽpus dicitur, quinquageſima.*
18 *Paſchate nos debemus adinuicem ſalutare, & oſculum præbere: idque Romani Pontificis exemplo.*

De ſancto die Paſchæ. CAP. LXXXVI.

SEquitur videre de feſto Paſchali, de quo primò aliqua generalia præmittemus: cõſequenter verò de nocturno huius diei
1 officio: poſtmodũ de diurno aliqua ſupponemus. Siquidẽ †tempus Paſchale, ſignificat tempus illud, quod erit poſt diem iudicij, quando videlicet ad patriã vitæ quam per Adam amiſimus, Deo propitiãte regrediemur: qua cõſideratione poteſt dici hoc tẽpus regreſſionis, quod tamen incipit in octaua. In hac autẽ die reſurrexit Dominus, quæ eſt mũdi prima: & rediẽs ad caput, eſt octaua: vt dicetur in proœ. ſeptimæ partis, de qua dicitur in Paralipomenon, in tit. pſalmorũ: quam octauã, ſicut ſeptẽ mundi ætates præcedunt, quarum ſex ſunt viuentium, & ſeptima dormientiũ.

sic & septem dies nostræ reconciliationis hanc diem præcedunt: sic quoq; septẽ dominicæ à Circundederũt, vsq; ad Lætare Hierusalem, præcesserũt, quas interposita dominicę passionis memoria hæc dominica octauæ ætatis repręsentatiua sequitur: in qua etiã repręsentatur, quod sicut octaua est eadẽ cũ prima, sic restituetur homo in idipsum: & ad id quod fuerat conditus: imò supra primę originis reparabitur dignitatẽ, & cõsequetur corporis & animæ felicissimam immortalitatẽ. Qualiter dominus tribus diebus, & tribus noctibus fuit in sepulchro, & qua hora resurrexit: & qua hora hoc tẽpore, debet dici officiũ matutinũ: & quare hac die Pascha celebratur, dictũ est sub iiij. feria cœnæ Domini, & sub sabbato. Sanè † πάσχα Græcũ nomen est quod Hebraicè 2
dicitur Phase: quod Latinè transitus interpretatur, secundũ Bedam. Non ergo dicitur Pascha, à passione ex eo, quia πάσχειν Græcè dicitur, pati Latinè: sed dicitur à transitu: & hoc primò secundum historiã ex eo, quod exterminator Angelus videns sanguinem in foribus Israëlitarũ pertransiit, nec eos percussit: tunc etiam populus ex Ægypto transiuit, id est, exiuit: tertiaq; die mare rubrũ pertrãsiuit. Secundò, secundũ allegoriã, quia ecclesia in hoc tempore transiuit per baptismũ ab infidelitate ad fidẽ. *Tertiò, secundũ tropologiã, quoniã hoc tẽpore trãsimus per contritionẽ, & confessionẽ de vitiis ad virtutes, vt infrà dicetur. Quartò, secundũ anagogẽ, quia tunc Christus trãsiit à mortalitate ad
Ioan. 13. immortalitatem, & faciet nos etiã trãsire: vnde in Euãgelio: Cùm vidisset Iesus, inquit, quia venit hora, vt transiret de hoc mundo ad patrẽ, &c. Nominamus † autẽ hanc diem Græco & non He- 3
braico vocabulo: licet lingua Hebraica dignior sit tanquã mater. Primò, ne in hoc videamur Iudaizare. Secundò, ne in hoc imitemur quosdã hæreticos: dicẽtes Euangeliũ sine cæremonialibus nõ sufficere ad salutẽ. Itẽ vtimur Græco & nõ Latino † vocabu- 4
lo, propter authoritatẽ: quoniã Græca lingua antiquitus Romę & Italia tantæ fuit authoritatis: vt non solũ dies solẽnes Græcis nominibus nuncuparentur, vt Pascha: Pentecostè, & Epiphania: verũ etiã dignitates: vt Apostolicus, Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, & huiusmodi. Isiodorus tamen dicit, ꝙ Paschæ vocabulum, non Græcũ, sed Hebraicũ est: & Innocen. tertius dicit in quodam sermone, ꝙ Pascha Hebraicè dicitur à Phase, quod est transitus: Græcè verò à *πάσχειν, quod est pati. Aug. dicit ꝙ hoc nomen, Pascha, per diuinã dispositionẽ compactũ est, ex hoc nomine Græco πάσχειν, quod pati interpretatur: & ex hoc nomine Hebræo Phase, quod trãsitus interpretatur: nam hæc duo cõueniunt in hoc nomine Pascha: tam secundũ significationẽ, quàm

secundum



ſecundum vocē:ſecundū ſignificationē,quoniā in paſſione Chriſti fuit eius tranſitus : vnde meritò hoc nomē habet intellectum vtriuſq; nominis:& eſt Latinū:vt ſic ex duabus linguis fiat tertia, ſcilicet Latina:& eſt hoc nomen Paſcha primæ declinationis, & neut.ge.ꝙ ſolum in tribus Græcis nominibus inuenitur, ſcilicet paſcha, mãna,& mãmona.Vel eſt tertiæ declinationis, vt dicatur
5 paſcha paſchatis: ſicut dicitur phãtaſma,tis. Vocatur †autē paſcha ipſa dies reſurrectionis & etiã tempus à dominica in ramis palmarum,vſq; ad octa. Paſchæ:& in dominica ipſa inducebatur agnus:qui in v. feria immolari debebat. Verũtamen ſecundū vulgi conſuetudinē,dominica in ramis pal.dicitur paſcha floridū feria vj.paſchæ,hodierna verò dies Paſcha:olim tamen propriè dicebatur,Paſcha,dies illa in qua agnus immolabatur. Solennitas Paſchæ autē antonomaticè dicitur ſolẽnitas ſolẽnitatū eò ꝙ cæ-
6 teras ſolẽnitates huius ſolẽnitatis nobilitas † antecedit,& omnes dies dominici ſunt octauę huius feſti,vt dicetur in proœ.vij.partis:& in ea omnia lætitię inſignia proponũtur,templū quoq; mũdatur,& ornatur in parietibus,quia in eis cortinę & pallia extenduntur:& in choro dorſalia,& tapeta extenduntur, & banchalia diſponuntur.Velamẽ etiã quod erat ante crucẽ vel in altũ dirigitur,vel remouetur,vel retro altare ponitur, ad notandū, ꝙ prius occulta modò ſunt manifeſta:altare quoq; ſuis ornamẽtis decoratur:vt in quibuſdam eccleſiis vexillis,quę ſignificãt victoriam Ieſu Chriſti,crucibus,& aliis.De quo & de velaminibus triũ colorũ quę hac die in tribus lectionibus de altari remouẽtur. & de triplici ornatu materialis templi,dictũ eſt in j.parte ſub tit.de picturis. Miniſtri quoq; ad decorẽ huius ſolẽnitatis,ſe balneis prę-lauant:barbas & coronas tondent, capillos deponunt, veſtes ſiue cappas nigras deponũt,& albas induũt,quæ licet ad decorẽ fiãt: ad ſpirituale quoq; hominẽ referũtur. Nõ enim lauamur ad voluptatẽ,ſed ad ſignificationẽ,vt ſcilicet per exteriorẽ lotionẽ corporis,interiorẽ animę deberẽ fieri oſtẽdamus, barbas & coronas tondere eſt ſuperfluitates,& vitia deponere: capillos ſuper aures rõdere, eſt quinq; ſenſus corporis,ad ſeruiendum Deo expeditos habere: nigras veſtes ſiue cappas exuere,eſt aſperitatẽ pœnitẽtię deponere:albas ſiue ſuperpellicia induere, eſt ſtolã immortalitatis firmiter expectare, vel per veſtẽ albã ſignificamus innocentię ſtolã renatorũ : vel per hoc repreſentamus hodiernã apparitionẽ
7 Angelorũ, qui in veſtibus albis apparuerunt. In hac †ſancta die nihil, quod à ſacerdote non ſit benedictum comedere debemus: quia inimicus noſter nunc nos magis ſatagit ſupplãtare. Vnde in quibuſdã locis quęcunq; comedi debent ad Eccleſiã portãtur, &

in atrio vel veſtibulo Eccleſię cum cruce, & aqua benedicta: & in veſtibus ſacris à ſacerdote benedicũtur. Hinc eſt, ꝙ hodie agnus à ſacerdote benedicitur, ad repreſentandũ, ꝙ Deus per Moſen & populũ agnũ comedi iuſſit in figurã Ieſu Chriſti, cuius ſanguine omnia primogenita ſibi de mũdo redemit, & angelo in nocte illa omnia primogenita in Ægypto percutiẽte populũ ſuũ ſeruauit agni ſanguine prænotatũ. Agnus autẽ ſecundũ Rom. ordinẽ non ad altare, ſed ad menſam benedicitur. In quibuſdã etiã locis benedicitur lac & mel in memoriã eius, ꝙ Dominus inquit patribus noſtris Abrahã, Iſaac, & Iacob: Introducã vos in terrã fluentem lac & mel. Nullus † debet etiã vnquã aliquid comedere, niſi 8
prius ſaltẽ ſigno crucis facto. Vnde legitur in dialogo Greg. Papæ, lib. 1. cap. 4. ꝙ cùm quædã monialis iret per hortũ lactucã, ſine benedictione comedit: & ſimul dæmonẽ, qui ſuper eam erat, ſuſcepit, qui eam multũ vexauit. Nos quoq; vidimus in ciuitate Bonon. puellã à duobus ſpiritibus immundis, & malignis triẽnio vexatam. Cumq; à quodã perito volente illos cum exorciſmis & adiurationibus ab humano corpore pellere interrogarẽtur, qualiter corpus mulieris intraſſent reſponderunt, ꝙ ſedebãt in quodam malogranato, quod ipſa puella comederat: qui tandem virtute adiurationũ nobis præſentibus ab humano corpore receſſerunt. † In quibuſdã quoq; locis hac die in aleis: in natali Prælati, 9
cum ſuis clericis ludũt: vel in claustris, vel in domibus epiſcopalibus: ita vt etiã deſcendant ad ludũ pilæ, vel etiã ad choreas, & cantus quod vocatur libertas decembrica: quia antiquitus conſuetudo fuit apud gentiles, quòd hoc mẽſe ſerui paſtores, & ancillæ quadam libertate fruerentur: & cum dominis ſuis dominarentur, & cum eis facerent feſta, & cõuiuia, poſt collectas meſſes laudabilius tamen eſt à talibus abſtinere. In pleriſq; etiam regionibus mulieres ſecunda die poſt Paſcha verberant maritos ſuos, die verò tertia mariti vxores ſuas. Sicut & antiquitus licebat ſeruis dominos ſaltem in crimine adulterij accuſare impunè. xij. q. ij. quæſtionem. Hoc autem fit, ad notãdum, quod debẽt ſe inuicem corrigere, ne alter ab altero hoc tempore exigat debitum tori. Statutum eſt enim de conſec. diſt. ij. omnis homo xxiiij. ca. j. ꝙ cùm hac die cõmunicare debeãt, tribus præcedentibus & tribus vel quinq;, vel ſeptẽ ſequentibus diebus, ab amplexibus vacent: quod ſumptum eſt à Dauid, qui cum pueris ſuis accepturus panes propoſitionis, ait ad Abimelech ſacerdotem: Continuimus ab heri, & nudiuſtertius. de conſec. diſt. ij. tribus. x. q. j. hanc conſuetudinem. His † tribus diebus primis ſolẽniter eſt feriandum: 1 0
in ſequẽtibus verò, licet viris ruralia opera, quæ magis neceſſa-

3. Reg. 12

ria

ria ſunt exercere: ſed fœminis nõ licet nere: nunquã autem choreas ducere: quia ſecundũ Greg. melius eſt fodere, & arare, quã choreas ducere. Inde eſt, ꝙ hi ſinguli dies propria habent reſponſoria: cæteris verò in quibuſdã eccleſiis mutuata. in aliis tamẽ habẽt etiã vſque in quintã feriã propria. Fiunt quoque apud quoſdã hoc tempore aquarũ dimerſiones, ne quia homines vigilauerũt in quadrageſima, in his ſanctis diebus dormire velint. † Hoc quoq; norandũ eſt, quod Paſcha noſtrũ ſemper debet fieri in die dominico, ſicut ſtatuit Pius Papa, de conſe. d. iij. noſce. & c. ſeq. & etiã Victor Papa, qui propter hoc cõcilium Paleſtinũ cõuocauit: licet enim prius eodẽ die celebraretur: quia tamen quidam inde dubitabant, angelus domini ad corroborandos eorũ animos apparuit in habitu paſtorali, Hermæ doctori percipiẽs, vt Paſcha ſemper die dominico ab omnibus celebraretur: Dominus tamẽ verè ſurrexit in die vj. cal. April. nam paſſus eſt viij. cal. April. videlicet in die tali, in quali conceptus eſt, ſiue in quali annuntiatio virgini facta eſt: prout dictum eſt ſubtit. de paraſceue. Celebrari etiam debet Paſcha in lunatione Aprilis: quoniam in Exo. præcepit dominus, ꝙ mẽſis ille primus haberetur, & agnus die xiiij. immolaretur. vnde Victor Papa de conſe. d. iij. celebritatẽ. dicit, ꝙ Paſcha debet celebrari poſt xiiij. diem lunationis Aprilis, qui eſt primus menſis ſecundũ Hebræos vſque in xxj. diẽ eiuſdem mẽſis, id eſt, lunationis. Loquitur enim ibi de mẽſe lunari, non de ſolari, quoniam in illa lunatione eſt ſemper Paſcha vſque in xxj. diẽ: & vſq; ponitur ibi inclusiuè: quoniã includitur ipſa xxj. dies, vult ergo dicere Victor Papa, ꝙ Paſcha nõ debet eſſe intra xiiij. diẽ lunationis Aprilis, nec poſt xxj. diẽ illius. Si enim xiiij. dies lunationis eſt in die dominica, vbi eſt Paſcha Iudæorũ: & dominica ſequẽti eſt Paſcha noſtrum: ſcilicet in xxj. die. & hæc lunatio quandoque incipit à Martio: de quo plenè in fine vij. partis dicetur. Eccleſia tam antiquitus celebrabat Paſcha cum Iudæis xiiij. luna primi mẽſis quocunque die occurreret, quem ritum ſancti patres in Nicæna ſynodo prohibuerũt, cõſtituẽtes nõ ſolum lunã paſchalẽ & menſem inquirere: ſed etiã diem dominicæ reſurrectionis obſeruare: & ideò extenderunt Paſcha à xiiij. luna vſque ad xxj. vt dictũ eſt: vt ſic & dies dominicus non omitteretur, & in die reſurrectionis
¶ 2 Domini Paſcha celebraretur: & hoc pluribus de cauſis. † Primò, ne eccleſia videatur Iudaizare, & figuris Iudaicis adhærere, & in temporibus & annis cõfidere. Secũdò, quia die dominica datum fuit manna à domino, per quod ſignificatur euchariſtia, id eſt, panis angelorũ habens in ſe omne delectamentũ & ſuauitatem omnis ſaporis: vnde Exod. 17. die ſexta. Patent, quod inferant, vt ſit

duplũ quam inferre ſolebãt per ſingulos dies:& hæc eſt dies Veneris:& ita die Dominica datũ eſt mãna. † Tertiò,quia præceptũ 13
eſt comedere agnũ cũ lactucis agreſtibus: & in azymis ſynceritatis &veritatis.i.cum puro affectu,& pro intellectu:hoc eſt in veritate.Chriſtus verò mortẽ deſtruxit,moriẽdo,& vitam noſtram reſurgẽdo reparauit:& ita patet,ꝙ in die reſurrectionis debemus comedere agnũ,quia tunc incipit veritas vitæ noſtræ. † Quartò 14
nõ celebramus Paſcha noſtrũ cũ Iudæis, qui illud celebrãt.xiiij. luna:quia quãuis tunc immolatus fuerit agnus:tamẽ incipit eius immolatio in ſequẽti die quia tunc eſt tẽpus luctus:nec eſt tẽpus ſolẽnizandi:& ideò eccleſia dimittit hoc,vſque ad tẽpus ſolennitatis:quia debet fieri cum ſolẽnitate:ſicut dictũ eſt.Quintò,quia cũ Chriſto vult eccleſia celebrare Paſcha ſuũ.Triplex † enim Pa- 15
ſcha fecerũt Iudæi. Primũ in Ramatha,quod interpretatur commotio tineæ.Per hoc ſignificatur primũ Paſcha.i.ſpiritualis trãſitus,de vitiis ad virtutes. Per tineam enim peccatum intelligitur, quia ſicut tinea cõſumit pannum imperceptibiliter,ſic peccatum animã:quando autẽ peccatũ cõmouetur in nobis,ſiue amouetur per pœnitentiã fit iſte tranſitus.Secundũ Paſcha factũ fuit in Syna,quod interpretatur menſa:per quod ſignificatur ſecundũ Paſcha ſpirituale,id eſt,trãſitus de virtute ad virtutẽ:per ꝙ reſtituitur homini ſua mẽſura attingendi cœleſtia. Iſte trãſitus fit,quando trãſimus de virtute ad virtutẽ. Tunc enim accedit ad mẽſurã ſuã homo:quoniam factus eſt:vt ſit ſocius angelorum. Primum
1.Pet.2. Paſcha Chriſtus non potuit celebrare:quia peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius,neq; ſecũdũ quia datus fuit ei ſpiritus ſanctus:nõ ad mẽſurã à tẽpore ſuæ natiuitatis.Tertiũ paſcha fuit in Galgale: quod interpretatur reuelatio. Iſtud paſcha fit à nobis, quãdo tranſiuimus de mundo ad patrẽ,ſiue de mundo ad cœlũ:& reuelabuntur nobis omnia,quæ modo credimus.Hoc paſcha celebrauit Chriſtus per reſurrectionẽ ſuã:quod nos celebramus,ſemper poſt xiiij.lunã primi mẽſis:poſt æquinoctiũ vernale quãdo dies incipiũt maiores eſſe noctib⁹, prout dictũ eſt ſub ſabbato ſancto.Sexta cauſa eſt,quia de primo paſcha, vel ſecũdo nõ
2.Reg.17 eſt gaudiũ multum,ſed de tertio.vnde: Non glorietur accinctus æquè, ſicut diſcinctus. Septima, quia ex iuſſione angeli monemur paſcha in domin.celebrare: vt præmiſſum eſt, Quare hæc & cætera feſta ſaluatoris præter naturale mutabilia ſunt:dictum eſt ſub natali quãdo debeat paſcha annuntiari: dictũ eſt ſub epiphania:Porrò cõſiderandæ ſunt quædã huius paſchalis † tẽporis 16
varietates.Sunt enim in eo tres ſeptimanæ quaſi propriis vocabulis nuncupatæ.Prima eſt paſchalis. Secunda,in albis. Tertia,ex-

pecta

pectationis. Prima, dicitur ſanctificata, propter iuſtificationē aninæ: inde eſt, q; homines per baptiſmū ſanctificati per totam ſeptimanā illam veſtē, quā in baptiſmo ſuſceperūt deportāt, quæ ſignificat primā innocētiæ ſtolā: Secunda dicitur, in albis. Primò, quia baptizati, in ſabbato ſancto, deponūt in ſabbato in albis albas ſtolas, ſeu veſtes, quas in baptiſmo ſuſceperunt. Per albas quidē innuitur quales in præſenti vita eſſe debeant, ſcilicet mundi, & qualia denique ſint corpora recepturi: quia ſancti beatitudinē & gloriam poſſidebunt: prout dictum eſt ſub ſabbato ſancto. Secundò, quia hoc tempore illi qui baptizati ſunt in ſabbato ſancto: ab epiſcopis cōfirmati alias albas ſtolas portare, vſque ad aliū ſabbatū ſolent. cōmuniter tamē prior ſeptimana vocatur in albis: propter angelos, qui in reſurrectione Domini in albis apparuerūt: vt præmiſſum eſt: & quia olim baptizati, illis diebus candidis veſtibus vtebantur, vſque ad ſabbatū in albis. Et propter præmiſſas etiam cauſas dicitur ſabbatū in albis: vel quia mos fuit antiquitus, vt in ipſo ſabbato veſtes ex toto deponerent: & albas induerent, quod non fit in ſabbato ſancto. Tertia ſeptimana. ſ. quæ eſt poſt Aſcenſionē, dicitur expectationis: quoniā repræſentat illud tēpus quo Apoſtoli expectauerunt aduentū Spiritus ſancti, quibus Dominus dixit: Manete in hac ciuitate, & expectate vſque dum induamini virtute ex alto. Prima autem ſeptimana nō protenditur, niſi vſque ad ſabbatū in albis, excluſiuè: & ſic paſcha ſex dies ſolū habet pro octauis: ſeptimana verò in albis incipit ſabbato in albis, & terminatur in alio ſabba. & ſic durat per octo dies. Octaua verò Aſcenſionis, cùm deberet terminari in v. feria ante Pente. protēditur vſq; ad Pente. quia licet duo dies, qui ſuperſunt octauæ Aſcēſionis poſſint officiari ad miſſam à dominica antecedenti: tamē ad nocturnos nō haberēt inuitatoriū vel lectiones vel reſpōſoria: niſi ab aſcēſione domini acciperēt. Vnde illi decē dies pro vno reputantur: nec mirū cùm & totum tēpus paſchale pro vna reputetur octaua: & ſimiliter à natiuitate vſq; ad octauā Epiphaniæ de hoc
17 dicetur ſub dominica poſt aſcenſionē. Tempus † autem paſchale vſq; ad Pente. vocatur quinquageſima: quia cōtinet quinquaginta dies: per quod tēpus iubilei ſignificatur, vt dicetur ſub Pentec. Duas enim quadrageſimas celebramus, cui numero additur decimus numerus: & fit quinquagenarius: primā ante paſcha: in qua labores & miſeriæ huius tēporis ſignificātur: vnde tūc ieiunamus & cātica lætitię ſubticemus. ſecūdā poſt paſcha, quę ſignificat ſtatum æternæ fœlicitatis: & in ea tēpus gloriæ noſtræ poſt hāc vitā repræſentamus: tunc enim ab omni labore quieſcemus: & in Dei laude erimus, quare tunc cātica lætitiæ multiplicamus: & ianua,

Luc. 24.

pœnitentibus aperitur: quia nullius peccati improperium erit, tum enim erit absorptũ à gloria: prout in collecta huius diei habetur, vt dictũ est in proœ. huius partis. Nec ieiunamus, nec genua flectimus: imò stãtes oramus: tum quia nõ erit pro quo flectãtur: sed domus Dei gloria replebitur: tum etiã vt libertatẽ quã nobis dominus resurgendo acquisiuit, profiteamur: tum quia mulieres ad monumẽtum venientes non flexerunt genua, sed erectæ inspexerunt in sepulchro: sicut dicit Amb. in fine Lucæ: tum quia secundum eum in his quinquaginta diebus, quibus dominus tobiscũ fuit, gaudẽdum est, & iugis festiuitas est in eis, tãquam sit dies dominica. lxv. d. scire tum etiã quia in hoc tempus paschale significat octauã resurrectionis, in qua nec ieiunabitur, nec genua flectentur: sed perfectum gaudium omnibus erit. In festiuitatibus etiã B. Mariæ: & diebus dominicis & festiuis, & in diebus Penteco. nisi in præsentia corporis & sanguinis Christi genua flectenda non sunt: de hoc in v. parte sub tit. de prima dictum est: & sub sabbato Pentecostes dicetur. Genua enim in ecclesia flectere cordis contritionem significat. Et est notandum, quod in genuflectionibus, vtendum est oratione dominica vel oratione, quã scripsit Aug. seu approbauit, scilicet Deus propitius esto mihi peccatori, vel peccatrici: vel illa quam quidam sanctus Eremita composuit, & docuit Thaidem meretricem, docens illam quotidie genu flectere, & in terram discumbere: oculos sursum nõ attollere, & dicere: Qui me Psalmisti, miserere mei Deus. Cæterum, festiuitas Paschalis hebomadaria est, prout in tit. seq. dicetur. In Paschali † septimana salutare nos adinuicem hoc modo debemus, 18
scilicet, resurrexit dominus. & salutatus debet respondere: Deo gratias: vel, & apparuit Simeoni: & posteà debemus dare osculũ adinuicem, in signum pacis & charitatis: vsus tamen hoc non habet. Romanus tamen Pontifex hac die missam celebraturus Cardinales, Prælatos: notarios & familiares suos hoc modo salutat, & osculatur: & etiam omnes præmissi se inuicem hoc modo salutant & osculantur. Salutans enim dicit: Surrexit Dominus verè. Saluratus & osculatus respondet: Et apparuit Simoni.

ADNOTATIO.

* *πάσχειν* etiã, vt refert Budæus, est quid facere, quid admittere, quid accidere. Cuius vsus in cõpositione varius: *ἀγαθὸν πάσχειν*, beneficium accipere. *ἀντιπάσχειν*, beneficium reponere.

SVMMA.

1 *Paschatis diuinum officium vnde ordiatur.*
2 *Paschæ cur non admittat hymnos.*
3 *Paschatis septimana tres tantum psalmos & tres antiphonas habeat & amplius. nu. 4. Limita tamen nu. 5.*

De

De die ſancto Paſchæ. CAP. LXXXVII.

SEquitur videre de † diurno officio huius diei, incipit autẽ Eccleſia inuitatoriũ allelu-ia: Surrexit dominus verè. & eſt quinti toni propter quinque apparitiones Domini in illa die, quæ dictæ ſunt in quarta parte ſub tit. de ſalutatione ad populum: vel propter quinque ſenſuũ reparationẽ, quę fit per reſurrectionem. in quibuſdã tamen eccleſiis dicitur inuitatoriũ, cum triplici allelu-ia, & ſeptimi toni: propter quietẽ quæ datur in reſurrectione. *Apo. 14*
Amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: & indi
2 gemus inuitatorio: quia viæ Syon lugent: eò q; † non ſunt qui veniant ad ſolennitatẽ. Hymnus autẽ non dicitur in quibuſdã eccleſiis, quia in reſurrectione non cantabimus hymnos huiuſmodi, ſed in plateis Hieruſalẽ cantabimus allelu-ia, vt habetur cap. pe. Thobiæ, ſed loco hymni cãtatur allelu-ia, propter ſpẽ quam habemus de glorioſa reſurrectione. Aliæ verò Eccleſiæ cantãt hymnum: quia ſemper laudandus eſt Deus. & cãtant illum ad tertiã ſub duplici cantu, videlicet vnum verſum ſub vno cãtu, & alium verſum eiuſdẽ hymni ſub alio, & vnũ altiori voce, quam aliũ ad ſignificandũ duplicẽ ſtolã glorię quã Chriſtus aſſumpſit, ſcilicet corporis & animæ. Quia verò virtute trinitatis in qua eſt perfectio, facta eſt reſurrectio, ideò dicuntur tres lectiones, tum quia ſoror noſtra paruula eſt, & vbera non habet, tum quia baptizati non indigẽt labore, quaſi modo geniti infantes, de quo in ſeq. tra *Can. 8.*
3 ctatu dicetur. † Hac etiã die & hoc tẽpore cantãtur tres pſal. cum tribus antipho. Obſeruatur autẽ ideò iſte ternarius numerus. Primò, quia parcitur hominibus propter præcedẽs ieiuniũ attritis. Secũdò, ne neophyti multitudine cruciẽtur, vt præmiſsũ eſt. Tertiò, propter triduanã Domini ſepulturã, quæ præceſſit dominicã reſurrectionẽ. Quartò ad notandũ q; tria quæ Dominus ſecundũ Lucã promiſit in hoc ſeculo perficere, ſcilicet dæmones eiicere, ſanitatẽ perficere, & tertia die cõſummari in reſurrectione conſummata ſunt. Primũ operatus eſt Dominus, cũ fecit, vt relicta creatura rediremus ad creatorẽ. Secundũ, cùm fidẽ nos ſibi tanquã mẽbra capiti vniuit, vt de eius ſpiritu viueremus. Tertium cùm in hoc cõfirmauit nos ne laberemur, vel cõſummatio eſt noſtra reſurrectio. Hæc etiã in noſtra cõuerſione apparẽt. Eiiciũtur enim à nobis dęmones per exorciſmos: ſanamur, per catechiſmũ, & conſummamur per baptiſmũ & confirmationẽ. Primum notatur in primo pſalmo & in ſua antiphona, vbi dicitur, & cõſilium meũ non eſt cũ impiis, in quo pſal. oſtenditur quid vitare debeat quis ad hoc vt ſit beatus, ſcilicet nõ ire in cõſilio impiorũ: & quid facere debeat, ſcilicet habere voluntatem Domini in corde, & in

ea die

Ioan. 10. ea die & nocte meditari. Primus ergo Psalmus cũ antiphona sua monstrat impios, id est, dæmones eiici à consilio filij Dei, in hac dæmonum eiectione fit, quod Dominus in euangelio Ioan. dicit. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi, eiicitur foras: hoc iudicium est discretio, qua fideles per fidem separãtur ab impiis dæmonibus, quod iudiciũ factũ est in multis millibus credẽtium. Sed hoc iudicio impij, id est, in impietate perseuerantes, non resurgunt: sed hi, qui per fidem Christi vniuntur: & hoc est secundũ quod notatur in ij. Psal. & sua antiphona, vbi dicitur: Postula ui patrem meum, allelu-ia. Dedit mihi gentes, allelu-ia. in hæreditatem sibi, allelu-ia. Hoc factũ est, cũ fideles per fidem ei tanquam capiti vniti sunt: vt per ipsum ad modũ hęreditatis fructificent. vnde in Psalmo irridẽdo dicit: Quare fremuerunt gentes, &c. Dicẽtes, disrumpamus vincula eorũ, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum stultè dicunt: Qui habitat in cœlis, irridebit eos, &c. Et Christus dicit. Ego autẽ cõstitutus sum rex ab eo, qui dicit: Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatẽ tuã, &c. Et aduerte, quia in antiphona dicitur dedi. in Psal. dabo: & in antiphona ostenditur impletũ esse, quod in Psal. est promissum. Tertium, notatur in tertio psal. & in sua antiphona, quo tangitur consummatio, quã Dominus promisit se perfecturũ in tertia die: vbi dicitur: Ego dormiui, & somnum cœpi, &c. Hoc enim licet de passione & morte & resurrectione Saluatoris intelligatur: moraliter tamen conuenienter intelligitur de eo, qui diu in peccato dormiuit: & tandem per Dei adiutorium surrexit. Quintò, etiam potest dici, quòd quia per opera istorum trium dierum fiunt cathechumini membra Christi, scilicet per exorcisationẽ, per abrenuntiationem diaboli, per fidẽ qua vnitas in eis perficitur: & per impositionem manus episcoporũ: siue resurrectionẽ domini, quę est iustificatio nostra: ideò propter hanc iustificationẽ canimus tres antiphonas in nocte resurrectionis. Prima, disiungit nos ab impiis. Secunda, cõiungit nos capiti Christo. Tertia, facit nos resurgere, propter iustificationẽ. Sextò etiã potest† dici q̃ per tres psalmos: 4
tria tẽpora significantur, tres antiphonæ cantantur in quibus Patriarchæ, Prophetæ & Apostoli significãtur: tres lectiones leguntur, quia lex Psalmi & prophetiæ resurrectionem Domini profitentur. Tria responsoria subsequuntur, quia tres ordines, scilicet Noë, Iob & Daniel, Christi resurrectione saluantur. Singulis responsoriis, Gloria patri subiũgitur in quibusdam Ecclesiis, quia triuitas ab omnibus ordinibus collaudatur. In quibusdam verò non, nisi vnũ Gloria, tribus responsoriis, secundũ generalem consuetudinem continuatur, ad notandum, q̃ in trinitate vnũ Deum

glori

glorificamus. Septimò, ternariũ in omnibus frequentamus, propter ſacramentũ baptiſmi in trium perſonarũ nomine celebrati. Octauò, paucitate vtimur lectionum propter paucitatẽ, quę tunc aderat prædicatorũ. Nam Apoſtoli erant in numero pauci: metu Iudæorum muti: de morte domini mœſti: de audita reſurrectione quaſi deliri, qua paucitate volũt quidã vti, vſq; ad Pente. quando facti ſunt prædicatores numero plures, & ſpiritu ſancto feruentiores: vt iam dicetur. Alij† verò ſolennitatẽ potius attendentes, in eg: ũ & ſolennẽ ſeruant nume. ũ: quia & ſi Apoſtoli muti fuerunt: tamen alloquium Angelorum & frequens viſitatio Domini non defuerunt, quare in ſequenti hebdomada cantatur tantum vna antiphona, cũ tribus Pſal. vt in ſeq. tit. dicetur. Sanè tertio reſpõſorio, cũ gloria patri, decantato, cũ cereis, & ſolẽni proceſſione de choro ad aliquem locum tendimus, vbi ſepulchrum imaginarium coaptatur: & vbi introducũtur perſonæ ſub formis & habitu mulie: ũ, & duorum diſcipulorũ, ſcilicet Ioannis & Petri, qui ad ſepulchrũ Chriſtũ quærentes venerunt, & quædã aliæ perſonæ in perſonis, & forma Angelorum, qui Chriſtum à mortuis reſurrexiſſe dixerunt, in perſonis quorum rectè cantari poteſt illa ſecunda reſponſorij primi particula, Nolite timere, &c. vſque ad finem reſponſorij: tunc redeunt ad chorũ, quaſi fratribus referentes, quæ viderũt & audierũt: & vnus redit citius alio: ſicut Ioannes cucurrit citius Petro, in perſonis quorũ conuenienter cantatur illud reſponſoriũ Congratulamini: ſine verſu. Si qui autem habẽt verſus de hac repręſentatione compoſitos, licet non authenticos nõ improbamus. Tunc chorus audita reſurrectione prorumpit in vocẽ, altiſſimè cantans: Te Deũ laudamus, quidam verò hãc præſentationem faciũt antè, quàm matutinũ inchoẽnt: ſed hic eſt proprior locus, eòφ, Te Deũ laudamus, exprimit horã qua reſurrexit. Quidã etiã ea faciũt ad miſſam, cũ dicitur ſequentia illa: Victimæ paſchali, cũ dicitur verſus: Dic nobis: & ſequentes. Adhuc in die reſurrectionẽ noſtrã repræſentamus, qua Chriſto conſurreximus, & ideò de die dicimus. Hęc dies, &c. Et in nocte. ſepulturam ei conſepulti ſumus: & ideò illud non dicimus de nocte, vnde dicit Apoſtolus. Conſepulti ſumus, cum illo per baptiſmum in morte. Trina enim immerſio in aqua baptiſmi, triduanam domini ſepulturam repræſentat. Ille quidẽ conſepultus eſt Chriſto, qui peccare quieſcit: ille cõſurrexit cum Chriſto, qui cœleſtibus intendit. Et aduerte, quia in duabus præcedẽtibus noctibus triduanam domini ſepulturam repręſentamus, ſecundum quòd Dominus latuit in ſepulchro: vnde tunc Allelu-ia non dicimus: in hac verò nocte ſepulturam Domini repræſentamus,

in eo

in eo quòd Christo cõsepulti sumus: sed propterea Allelu-ia cantamus, quod Christo cõsepeliri gaudiũ est nobis. Ad primã verò nõ dicitur hymnus propter rationẽ in vj. parte, sub tit. de nocturnis assignatã. nec Quicunq; vult: quidã tamen dicunt Psalmum, Confitemini. sicut in seq. tit. dicetur. Non fiunt etiam petitiones, obsecrationes, & postulationes, quia dicit dominus, in die illa non rogabitis me quicquã: & quia cũ glorificati resurrexerimus, non indigebimus istis Non ergo dicuntur preces, quia vbi erit miseria, non erit petenda misericordia: vbi non erit tentatio, non erit dicendum: Libera nos à malo. Non dicitur etiã capitulum, quod est refectio, ne post longam psalmodiam homo tædio afficiatur: confortat enim fessos, sicut electuarium membra. tum quia ibi nullum erit tædium: tum quia in hoc officio breuis est psalmodia & quoniam capitulũ in horis non dicitur: ideò nec responsorium debet dici, quando respondet capitulo siue lectioni. in missa tamen dicitur, quia respondet epistolæ, & in laudibus quia respondet lectionibus: & dicitur tunc capitulum: Christus resurgens: ad Roman. 5. cap. De vesperis in sequen. tit. dicetur.

S V M M A.

1 *Angelus respondit beato Gregorio celebranti. Et cum spiritu tuo.*
2 *Paschatis diurnum officium. Et processionis forma. nu. 3.*
4 *Missa sequitur processionem die Paschatis. & introitus expositio. num. 5. 6. 10.*
7 *Paschatis Epistola, eiúsque interpretatio. Et variè nu. 8. 9.*
11 *Paschatis Euangelium. Item postcommunio. num. 12.*

De diurno officio Paschæ. CAP. LXXXVIII.

NVnc de diurno officio videamus. †Et quidẽ hac die fit statio apud sanctã Mariam maiorẽ, quia cũ beatus Greg. hac die ibi celebraret: & pax domini pronũtiaret: angelus domini, alta voce respõdit: & cũ spiritu tuo: & propter hoc cũ Papa ibi hac die celebrãs dicit, Pax domini. in testimoniũ huius miraculi, nil sibi respondetur. Cæterũ, antè †missam fit processio quod ex euãgelij authoritate extrahitur: eò q; angeli dicunt mulieribus: Ite, dicite discipulis, quia præcedet vos in Galilæã. Et dominus ad eas. Nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæã, ibi me videbitis. Hæc ergo significat, processionẽ Apostolorũ, vt viderãt dominũ in Galilæã euntem. Rursus Galilæa, trãsmigratio interpretatur. In Galileam ire, fuit de Iudæis ad Gẽtes trãsire, de qua trãsmigratione postea dixit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. In significationẽ ergo huius transmigrationis hodie solennem agimus processionem, siue in signũ, quòd nos oportet de vitiis transmigrare ad virtutes, siue proficisci de

1

2

Matt. 1.

virtute

virtute ad virtutem: ad hoc vt videre dominũ mereamur: quod fit ſpecialiter in baptiſmo, & ideò in ſignificationẽ baptiſmi, nos, & loca noſtra aqua benedicta aſpergimus cantantes. Vidi aquã. aliis verò temporibus cantatur: Aſperges: Veruntamen nec hodie nec in pentec. aqua benedicitur, quæ latius proſecuti ſumus in quarta parte. ſub tit. de aquæ benedictę aſpetſione. Ab hac proceſſione omnes proceſſiones dominicales per annũ originem traxerunt: vt videamus dominũ in Galilæa, id eſt, tranſmigratione de vitiis ad virtutes. Dies enim dominica eſt dies reſurrectionis, natiuitatis, & ſpiritus ſancti miſſionis, & in omnibus de nouo duntaxat ex teſtamento cantandũ. De proceſſione dictum eſt in quarta parte, ſub tit. de acceſſione pontificis ad altare. Sed ad quid fuit dictũ Apoſtolis, vt irent in Galilæam ad videndum dominum: prout legitur. 3. Matt. cùm eadẽ die eum viderint in Hieruſalem? Reſpondeo, hoc dicitur maximè, propter allegoricam, licet ad literam factũ ſit: allegoricè enim tranſmigratio illa ſignificat tranſmigrationẽ de Iudæis ad Gentes, in qua maximè videtur Chriſtus, quia in hoc maximè appa: et Chriſti deitas, quòd totus mundus ad prædicationem famulorũ Chriſti credidit. Dixerũt enim Act. 13.
Apoſtoli Iudæis, quia verbum Dei repuliſtis, & vos indignos fe-
3 ciſtis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. In hac proceſ- Luca 12.
ſione procedunt luminaria: vt illud euangelicũ impleatur in nobis, Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Crux enim præcedit, vt carnem noſtram crucifigamus, cum vitiis, & concupiſcentiis: & poſt cruces & vexilla quæ ſunt victoriæ Ieſu Chriſti inſignia ſequuntur ſacerdotes dealbati exultantes in laudes reſurrectionis, quæ pręcedunt cum tacita populi ſequentes expectatione per diſtinctas & moroſas expectationes: vt corporaliter illud prophetícum quod tũc cantatur impleri videatur. Cum iucunditate exibitis, & cum gaudio deducemini. Nam & montes & colles expectãtes vos cum gaudio. Item, in ea maior ſacerdos præcedit: quia dixit Dominus: Præcedam vos in Galilæam. Item in ea nihil reſonat quod ſit veteris hiſtoriæ: ſed ea ſolum cantantur, quæ gloriam perſonent euangelij, inter quæ illud præſertim in quibuſdã Eccleſiis admittitur. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu, quia ſicut diximus in Galilæam tranſmigratio, eſt Apoſtolorũ prædicatio: cùm autẽ ventum eſt ad mediũ templi vtriuſq; ſexus populo circunſtante totis viribus chorus in vocẽ exultationis erumpit, dicens antipho. Sedit angelus, quæ exprimit quid Apoſtoli docuerunt: aut docere debuerunt, ſcilicet Chriſtum viuere, & eſt totis viribus concinendũ: & in auditum circunſtantiũ efferendũ, quia

quem

quem quæritis, viuit: & vita hominũ cum eo ſurrexit. Vel hodie-
na proceſſio illud nobis recolit, ꝙ rex gloriæ cũ exercitu redem-
ptorũ de infernalibus clauſtris ad cœleſtia regna migrauit. Poſt
† proceſſionem ſequitur miſſa: & incipit præcentor loco magni 4
præcentoris, id eſt, Chriſti. Reſurrexi & adhuc tecum ſum. Poſt
quem cantat chorus ad ſignificandũ ꝙ ad Chriſti ſimilitudinem
alij ſancti qui erant in patria Deũ laudabunt. Quod verò ſequi-
tur & adhuc tecũ ſum. in hoc notatur æternitas in qua ſemper eſt
cum patre. Cantamus ergo hac die in perſona: Reſurrexi, &c. Sed
tunc illud in perſona noſtra, quando reſurgentes tranſibimus de
hac mortalitate ad immortalitatẽ: quod ſignificatur in hoc, quod
Luc 17. dicetur in euãgelio: & tranſiens miniſtrabat eis. Miniſtrauit enim
nobis cibum ſpiritualem ſeipſum, ſicut Iudæis dedit mãna in de-
ſerto. Poteſt etiam dici, ꝙ dominus per ora Prophetarum dirigẽs
ſermonem ad patrem, ait. † Reſurrexi & adhuc tecum ſum, &c. In 5
quo tria notat, ſcilicet ſuã glorioſam reſurrectionem: & patris in
paſſione protectionẽ: & cognitionẽ eius, per ſcientiæ ſuæ dilata-
tionem per orbem. Reſurrectionẽ eius notat. cũ dicit. Reſurrexi,
& adhuc ſum tecum, &c. q.d. non eſt ita ſicut Iudæus cogitauit,
quòd à te omnino ſim derelictus, & abiectus, tanquã immundus:
Vnde deridẽdo dicebat Iudæus: Si filius Dei eſt, liberet eũ. q.d.
non liberabit eũ, quia de eo nõ curat. Protectionem patris in paſ-
ſione notat cùm dicit: Poſuiſti ſuper me manum tuã. q.d. prote-
Ioan. 11. xiſti me: non à paſſione, ſed ab eo, quod Iudæi intendebant: vide-
licet ab extinctione nominis mei, ad quã intendebant: vnde dice-
Ioan. 12. bant: Si dimittimus eũ ſic, omnes credent in eum. ſed in hoc quòd
me occiderunt: hoc quod ipſi timebãt, conſecutum eſt. Nam ego
qui ſum granum frumenti cadens in terram multũ fructum at-
tuli: & tam de iſta, quàm de illo primo laudandus eſt pater. Vnde
poſt vtrunq; cantatur allelu-ia: Scientiæ patris dilatationem no-
tat, cùm dicit: Mirabilis facta eſt, &c. q.d. ex hoc cognitio tua pa-
ter non tantum ad Iudæos: ſed etiam ad gentes dilatata eſt: nam
Pſal 75. prius tantum in gente Iudæorum cognoſcebaris: iuxta illud. No-
tus in Iudæa Deus: & quia ab vtroque populo cognoſceris, ab
vtroque tibi laus offeretur: & idcirco duplex allelu-ia ſequitur:
& ad id pertinet verſus: Domine probaſti me, &c. Seſſionem
meam, id eſt, humilitatem in paſſione: & reſurrectionem meam,
id eſt, gloriam meam in reſurrectione. In † quibuſdam tamen 6
eccleſiis tacetur verbum illud ſeſſionem: & ſolum dicitur re-
ſurrectionem meam. poteſt tamen vtrunque dici, per quod du-
plex Chriſti natiuitas deſignatur. Sequitur hymnus trinitatis,
ſcilicet Gloria patri: qui in præcedentibus diebus intermiſſus

fuit

fuit propter ignominiam illatã trinitati, in tertia persona, scilicet in filio. Nunc autẽ sublata ignominia illa hymnus ille cantatur. Hęc etiã in quibusdã Ecclesiis per cereos repręsentatur, vbi tres cerei ante altare ardere consueuerunt: sed in tribus diebus ante Pascha non ardent nisi duo, in signum, ꝙ tertia persona sublata est. Hac verò die tertius cereus reaccenditur in signum, ꝙ ipsa Christi persona glorioſe redditur nobis. Post hoc dicitur collecta, in qua ostenditur, quis sit resurrectionis & mortis effectus, quoniam apertio ianuę regni cœlestis est effectus. Qualiter autẽ illã ianuã intrare debeamus, dicitur in epistola, quæ est. 1. ad Co-
7 rinth. 5. ca. scilicet, Expurgate †vetus fermentũ, id est, abiicite vetustatẽ à vobis: & hoc est ire in Galilæã, id est, de vitiis ad virtutem: & de virtute in virtutem: sicut estis azymi. i. esse debetis: vel estis per baptismũ. Quare: Etenim Pascha nostrũ immolatus est Christus: quasi diceret: Coctus est agnus, & paratus itaque epulemur: & determinat quis sit agnus, cùm dicit Christus. Christus autẽ, Pascha nostrũ, id est, agnus Paschalis, & festum Paschale. Alia etiã ratione ipse est Pascha quia per ipsum, & ab ipso, & ad ipsum est nobis transitus prædictus. Non in fermẽto veteri, neq; in fermẽto malitiæ, id est, malæ volũtatis, & nequitiæ, id est, prauæ intelligẽtiæ. Nequã enim est, qui de Deo malè intelligit: sed in azymis synceritatis & veritatis, id est, in accẽsso affectu, & purificato intellectu: vel in synceritate charitatis, & puritate fidei. Sed etiam plus dicit veritas, quàm fides: comprehẽdit enim sa-
8 pientiam & intelligentiã. †Sed videtur litera epistolæ in contrarium. Si enim sumus azymi, id est, sine fermẽto, quomodo expurgabimus vetus fermentum, quomodo etiam dicitur, vt sitis noua consperſio. videtur enim dicere vt sitis azymi, sicut estis azymi: nam noua consperſio nihil aliud est, quã farina aqua cõsperſa, id est, pasta nondum fermentata. Sed est notandum, ꝙ duobus modis dicitur quis peccare, scilicet peccato proprio vel peccato alieno cui consentit. Erant enim illi quibus loquebatur Apostolus azymi, id est, sine proprij peccati fermento: sed erant alieno peccato infecti dum non reprehendebant illum cum possent, qui patri suo propriam nouercam abstulerant qui inter eos erat. Vn-
9 de dicitur eis. †Expurgate vetus fermentum, id est, abiicite illum à vobis per excommunicationem, vt sitis noua consperſio, id est, sine fermento alieni peccati. Sequitur graduale quo vtitur Ecclesia sancta propter nos, qui non habemus adhuc nisi resurrectionem animæ & expectamus resurrectionem corporis, scilicet
10 †hæc dies, quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea: quia exultando, & lætando itur in paradisum: sed cum labore &

angustia & cum maxima afflictione itur ad infernũ: quia non est
Esa.58. pax impiis dicit Dominus: sed bonis est iucunditas, pax & quies, maximè propter spẽ glorioſæ resurrectionis. Cantatur autẽ graduale, licet sit luctus laborantiũ, propter baptizatos, qui arripuerunt laborẽ militiæ. vt perueniãt ad allelu-Ia æternæ lętitiæ: grãdis enim labor eis supereſt, vt partẽ habeant in ſecunda reſurrectione. Et eſt ſciendum, ꝙ eſt dies temporis, vnde hodie ſi vocem eius audieritis, id eſt: ſi in tempore quo viuitis: & eſt dies æternitatis, vnde: Melior eſt dies vna in atriis ſuis ſuper millia. Hanc diem hodierna feſtiuitas inchoat, & ideò rectè demõſtratiuè dicitur hæc eſt dies, &c. & hodie ſurrexit Dominus, ſed hæc dies, dum eſt in aurora vel in aſcenſu vocatur dies ſalutis & gratię. cũ fuerit in meridie: vocabitur dies æternitatis & gloriæ. Hæc decliuium non ſentit, & ideò ſolennitas iſta veſperũ nõ habet, vt dicetur in tit. ſeq. Poſtmodũ ſequitur allelu-Ia cantus quidã angelicus, ſcilicet Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. 1. ad Cor. 5. ca. quia ipſe eſt panis angelorum, in quem deſiderant angeli proſpicere: etiam inquantum eſt homo. q.d. Laudate Dominũ Deũ: quia Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Deinde ſequitur
† Euangelium Marci 16. ca. qui habet figuram Leonis: quia & 11
Chriſtus fuit Leo in reſurgendo: & quia ſecundum ordinem leguntur Euangelia, prout in ſequenti tit. dicetur. Eſt autẽ Euangelium: Maria Magdalenæ, Maria Iacobi & Salomæ emerunt aromata, &c. Similiter oportet nos emere aromata bonæ voluntatis.
Eſa. 60. Eſaias: Venite & abſq; argento, & abſq; vlla cõmutatione,
Prou. 8. emite vinũ, & lac, id eſt, aromata virtutũ, quibus vngitur Deus, quia delitiæ ſunt ei, eſſe cum filiis hominum: & ſequitur ibi, ꝙ Angelus apparuerit mulieribus in veſtibus albis: ſed in Euangelio Matthęi, quod legitur in vigilia dicitur: ꝙ aſpectus eius erat ſicut fulgur, & veſtimenta eius ſicut nix. & per hoc notatur ſicut dicit Greg. ꝙ Dominus in iudicio terribilis apparebit reprobis: & blandus iuſtis, vna facie, hoc enim erit ex diuerſitate conſcientiarum. Quia ergo blandus apparebit iuſtis ideò ne nimis de reſurrectione exultemus, ſequitur in offertorio, Terra † tremuit & 12
quieuit. In poſtcõmunionem quæ ſicut & allelu-Ia ſumitur de epiſtola, hortatur Eccleſia filios ſuos: vt cũ fide veniant ad communionẽ, dicens: Paſcha noſtrum, &c. Aiunt quidam quod illud quod dicitur in introitu: Reſurrexi, vox eſt ſponſi ad ſponſam, eam de morte ſua in pręſenti tempore conſolantis, cui ſponſa reſpondet: Poſuiſti, &c. vel eſt vox generis humani, quod in Adam cecidit & per Chriſtum reſurrexit. Cætera ſunt concentus Angelorum & hominum de Chriſti reſurrectione gaudentium.

SVM

SVMMA.

1 *Officiũ ſeptem dierũ à Paſchate. & nu. 4. 5. Vbi & n. 2. Συνοχωγίαι.*
3 *Lucas Mariæ expreſſit ſimulachrum.*
6 *Officij ratio circa lectiones à Paſchate vſq; ad Trinitatẽ. & nu. 8.*
7 *Neophytorũ duæ hebdomadæ.* 9 *Paſchatis veſperæ, vnde incipiãt.*
10 *Ad fontes fit proceſſio ſeptem diebus à Paſchate.*
11 *Pſalmi duo circa fontes cantantur.*
12 *Serpens cum candela, qui defertur ad fontiũ proceſſionem, quid notet.*
13 *Reſponſorium, & allelu Ia, dicuntur diebus ſeptem poſt Paſcha.*
14 *Officiũ qualiter fiat ſeptẽ diebus poſt Paſcha, latè ibidem. & per diſcurſum. nu. 15. 16. 19. 20.* 17 *Chriſti reſurrectio, ter nũtiata eſt.*
18 *Tempus Paſcha præcedens, quid notet. Item quid ſequens.*
21 *Allelu Ia duplex, cur in octaua Paſchæ, & deinceps cantatur.*
22 *Eccleſiæ quatuor ſunt ſtatus. Et vnde illi producantur.*
23 *Miſſa cur aliquando admittat vnum ſolum reſponſorium, aliquando ſolum allelu Ia: aliquando etiam duplex.*
24 *Paſchale tempus habet tantum vnum allelu Ia, in diebus profeſtis.*
25 *Allelu Ia, duplex in dominicis diebus poſt octauas Paſchatis.*
26 *Euangeliorum: quæ dicuntur hebdomada reſurrectionis, ordinatio myſtica.*
27 *Petrus quid ſignet myſticè. Item quid rete.*
28 *Euangeliſtæ quòd ſibi non conuenire videantur ſuper narratione reſurrectionis dominicæ, tum de Angelis, tum de teſtium numero. Et qualiter concordentur. Et nu. 29. 30.*

De ſeptem diebus poſt Paſcha. CAP. LXXXIX.

1 HÆc prima ſeptimana Paſchalis tẽporis licet cõmuniter † vocetur ſeptimana in albis: tamẽ ſequens magis propriè vocatur in albis propter cauſas in præcedenti tit. poſitas. & eſt cõmunis huic tempori & præcedenti. Eſt autem tota de ſeptuageſima, quæ terminatur in ſabbato in albis. Inde eſt quod tractus in ſabbato Paſchali & graduale per totam ipſam hebdomadã dicitur, quod laborẽ ſignificat allelu-Ia verò, &c. cantica lætitiæ cantantur: vt dictũ eſt ſub dominica ſeptuageſimæ: & hoc propter tempus regreſſionis quod incipit ſecundũ quoſdam in Paſcha, prout ibi dictum eſt. Iſti ergo ſeptẽ dies cõputantur cũ ſeptuageſima; quia hæc ſeptimana eſt ſeptima à quadrageſima. per quam idem ſignificatur, quod per ſeptuageſimã, in cuius ſeptima decade filij Iſraël acceperunt licentiã redeũdi. & iam quaſi liberi erãt. ideoq;
2 diebus iſtis cantica lætitiæ inclamantur. Porrò † omnes iſti dies ſeptẽ ſunt quaſi vna dies dominica vnde ſemper cantatur in eis: Hæc dies, &c. & in præfatione dicitur: Te quidẽ Domine omni tẽpore: ſed in hoc ſo. die glo. prædi. &c. & in eis ſemper agitur de

resurrectione: ad ostendendum, ꝙ per septem dona spiritus sancti venitur ad veram resurrectionem: vel potius quia in tota vita ista, quæ per septem dies currit, debemus anhelare ad gloriã resurrectionis, quantum possumus: sic & Pascha in veteri test. per septem dies celebratur: & Σκηνοπηγία, id est, festã tabernaculorũ. Quęcunq; enim hac die facimus, ideò facere debemus, vt in cœlo tabernacula nostra figamus: quod erit per gloriam immortalitatis: vt ille qui crucifixus est ostendat nobis suã Deitatem, cũ dicit in officio nocturno: Ego sum, qui sum: & cũ dicit se esse illum, qui dixit Mosi: Qui est, misit me ad vos. Exod. 3. siquidem Pascha est hebdomadaria festiuitas: quia qualibet die hebdomadæ mutantur officia. In vet. enim test. tres habuerunt hebdomadarias festiuitates, scilicet Pascha, & Pentecostes, quas etiam nos habemus: licet ad aliud, quã illi habuerunt: & Σκηνοπηγίαν, quã nõ habemus: nisi quodammodo vt dicetur in procœ. septimæ partis. Quidam verò scripserunt, quod festum Pentecostes non fuit in veteri test. festum hebdomadale: & ꝙ in nouo test. habet septem officia propter septem spiritus sancti dona: non quia sit festum hebdomadæ: quia tres vltimi dies non habent omnino propria officia. Ad hoc notandũ † est, quod cum in vrbe Roma esset magna aëris pestilentia, Beatus Grego. in tempore Paschali ordinauit, vt imago B. Virginis, quæ in ecclesia sanctæ Mariæ in ara cœli seruatur, quam B. Lucas pinxisse dicitur: & eidem virgini similis perhibetur processionaliter portaretur & dum ante processionem reuerẽter portaretur: ecce tota aëris infectio & turbulentia cedebat imagini fugiens, ac si eam ferre non posset: sic ꝙ post imaginem mira serenitas remanebat. tũc autem iuxta imaginem auditæ dicuntur tres voces Angelorum canẽtium: Regina cœli lætare, allelu-Ia: quia quem meruisti portare, allelu-Ia: resurrexit sicut dixit allelu-Ia: statimq; beatus Grego. adiunxit: Ora pro nobis Deum allelu-Ia: quæ antiphona ideo hoc tempore frequentatur: & tunc Greg. vidit supra castrũ Crescentij Angelum Domini qui gladium cruentatum tergens in vaginã reponebat. Intellexit ergo Grego. ꝙ pestis illa cessasset: quod & factum est, vnde castrũ illud exinde castrum sancti Angeli vocatũ est: præmissa imago in ecclesia B. Mariæ in ara cœli in vrbe super limẽ baptisterij seruatur, quam Romani Reginã vocãt. Per hoc autè septem dies tres tantum dicuntur psalmi, sicut in dominica resurrectionis in hoc tamen interest secundum aliquas ecclesias: quia tunc dicuntur cũ tribus antiphonis. in his verò diebus cum vna sola. † Si quidem tamen ideò tres psalmi per hos septem dies baptismales dicuntur: quia qui purè baptizantur, septem spiritus

sancti

ſancti dona ſuſcipiunt: quæ per hos ſeptẽ dies ſignificãtur. Suſcipiunt etiam tres virtutes, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatẽ: quæ per tres pſalmos intelliguntur: quæ nobiſcũ vſq; in finem manere debent. Canimus ergo tres pſalmos, vt recolamus nos hęc tria habere, antiphona verò vna eſt: quia vnus eſt à quo hæc omnia
5 ſunt. †Rurſus verò, quia vt præmiſſum eſt, hæc tota hebdomada eſt, quaſi vna dies dominica: inde eſt q̃ per omnes hos ſeptem dies canimus pſal. de nocturno dominici diei: vel eis adiacentes. Quædam tamen Eccleſiæ prætermittunt pſalmos maiores & laborioſos, ſcilicet: Confitebor, & Diligam te. quia neophytis omnia breuia debent proponi: & ſoror noſtra paruula eſt, & vbera *Canti. 8.* non habet. & Apoſt. Lac dedi vobis potum, non eſcam. xxxv. q. v. *1. Cor. 3.* quod ſcripſi extra de pœ. & remiſ. his qui. ſed numerum ſupplemus per illos duos: Cùm inuocarem. Verba mea: & ita. 18. Pſal. perfecimus vſque in vj. feriam. In ſabbato autem ſumimus tres de adiacentibus, quos in die dominica ad primam cantare ſolemus, ſcilicet: Dominus regit me, Domini eſt terra. & Iudica me: ſed & illos duos, Deus, Deus meus re. & Ad te domine leua. propter cauſam prædictam prætermittimus. In ſequenti verò tempore multiplicandi ſunt pſalmi: ſicut & boni mores qui per pſal. intelligũtur: per quos ad gloriam peruenitur: quã per totũ tẽpus
6 iſtud figuramus. In †quibuſdã tamen eccleſiis non dicũt niſi tres pſalmos vſq; ad Pentẽ. & hoc ex inſtitutione Alcuini, prout dicetur ſub dominica de Trinitate. Sed hoc non benè fit hodie. Primum quia cauſa quare illud inſtitutum fuit hodie ceſſat. Secundò, quia cõtra canonẽ Greg. faciunt prout dictum eſt in v. parte, ſub tit. de nocturnis. Tertiò, quia inter canonicos regulares, & alios clericos, qui vſurpato nomine ſeculares dicuntur: nulla debet eſſe quod ad hoc differentia, nam & ipſi magna ex parte antiquitus regulares fuerunt. xxj. q. j. quia. & ca. ſcimus, & c. ſeq. & c certè. extra de vi. & ho. quoniã. & certum eſt, q̃ canonici regulares in octaua reſurrectionis dicũt in nocturnis nouẽ lectiones cum nouem reſponſoriis. & etiã Eccleſia Rom. Qui enim dicũt, quod omnia facilia debent eſſe eo tẽpore: propter neophytos, illã
7 facilitatẽ nimis extendunt. Nam †duæ tantum ſunt hebdomadæ neophytorũ, ſcilicet in Paſcha. & Pentẽ. & propterea concluditur eis in aſcenſione vbi ſunt nouẽ reſpõſoria & nouẽ pſalmi cũ ſuis antiphonis. Nulla enim eſt ſufficiens ratio, quare in ſequenti die poſt aſcẽſionem dicamus tãtum tres pſalmos cum vna antipho-
8 na. de hoc dictum eſt in tit. præcedenti. Nempè †ſecundum Romanum ordinem in omnibus dominicis nouem lectiones dicuntur. de conſec. d. j. in die. licet Magunt. in. concilium, à Paſcha vſq;

ad Pente. tres tantum instituerit esse legendas: vt seruitiũ matutinum in die cantetur: quia in futuro trinitas cõprehendetur, & à sanctis in luce Domino seruietur. Ad primã autẽ dicunt quidam per totã hebdomadã totũ psal. Confitemini, &c. in quo præcipuè de Christi resurrectione agitur. Alij verò solũ versum, Hæc dies, &c. quem in prima & in aliis horis pro ca. dicunt: quia vitã illam figuramus: in qua doctrina nulli necessaria erit: sed omnes docti gratulabimur & exultabimus, psal. verò. Quicunque vult saluus esse, &c. toto isto tempore nõ dicitur: quoniã ad fidẽ pertinet. hoc enim tempus significat octauã ætatẽ, vbi non erit fides, quæ euacuabitur: sed res quæ cõprehendetur: non erit figura, sed veritas. In quibusdã tamen Ecclesiis aliter obseruatur, quia vbi fides non est, superædificari non potest, xxiij. q. j. vbi sana. j. q. j. cũ Paulus. Minus tamen symbolũ, scilicet Credo in Deũ: ob eandẽ causam subticetur ad primã. Nam cũ venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. vnde in condensi. cõdensitatibus populi, vsq; ad cornu altaris. i. ad cõmunionem non dicitur c. nec preces: vt dictũ est in tit. præcedenti. Vespertinũ † officiũ est huius festiuitatis claritate illustratũ: non enim per Deus in adiu. quoniã in illa vita non sicut hîc adiutorio indigemus: sed per Κύριε ἐλέησον inchoatur: quia vespertina hora sabbati Paschalis baptisma fuit per Κύριε ἐλέησον inchoatũ: & in trinitatis nomine celebratũ: & propterea eadem hora, & in eisdẽ verbis per totã hebdomadã hanc in festiuę regenerationis iucunditatẽ sancta trinitas adoratur: vel per Κύριε ἐλέησον incipitur: vt quasi nõ existens per se officiũ missæ officio cõtinuetur. Nam vt in ti. præce. diximus: dies hæc vesperam non habet: quia decliuiũ æternitatis nõ agnouit tres psal. sub vno allelu-ia, id est, gaudio cantatur in quibusdã ecclesiis, quia per fidem trinitatis ad vnũ æternitatis gaudiũ peruenitur: vel hi tres psalmi resurrectioni, quæ tertia die facta est cõueniũt Iesu Christo. Pro ca. sequitur: Hæ dies, sicut in aliis horis: quia ibi non erit necessaria doctrina, sed exultatio. Vel vt notetur solicitudo baptizatorũ adhuc peregrinantiũ, & laborantiũ quia nondum habent gaudium, nisi spei quo peruenitur ad allelu-ia rei. Pro hymno sequitur allelu-ia, quod est proprius illorũ ciuiũ hymnus. † Sanè descendimus processionaliter ad fontes cum cereo per totã hebdomadã cantantes canticũ exultationis: & populus sequitur, scilicet viri per se, & mulieres per se. quod fit in memoria eius quod Hebræi, Pharaone & suis in mari rubro submersis fecerunt, qui in gratiarũ actiones de submersione hostiũ per totã hebdomadã redibant ad mare, viri per se, & mulieres per se, cãtantes illud canticum Mosi: Cantemus Domino. Si quidẽ hostes nostri sunt dæ-

Exo. 14.

mones

mones: mare rubrũ, est baptismus: in quo submerguntur omnes hostes, id est, vitia & peccata & dæmones: & inde etia est ꝙ neophyti baptizati in sabbato sancto præcedente suo lumine, scilicet Christo: redeunte ad fontẽ baptismi his septẽ diebus gratias agentes, quia inimici eorum submersi sunt, scilicet vitia & peccata: & tunc circa fontes cantãtur psalmi: Laudate pueri, scilicet nouiter baptizati: & In exitu Israël de Ægypto: quia per baptismũ de tenebris peccati eximus. Duo ergo psalmi circa fontes cantantur,
11 †qua per geminã dilectionẽ ad fontem vitæ pertingitur: qui baptizatis & baptismo conueniunt. baptizatis: vt Laudate pueri Dominũ, &c. Est admonitio laudis ad neophytos, qui facti sunt pueri, id est, à vitiis puri, pro quibus mater ecclesia iubilat ad fontes, in laudẽ eius gratiæ, per quã meruit esse ꝙ in cantico amoris audiunt. Fons hortorũ: puteus aquarũ viuentiũ. Posteà transitur ad aliquod oratoriũ cum Psal. In exitu Israël: qui cõuenit baptismo cùm dicitur: Quid est tibi mare quod fugisti: & fit statio ad crucifixũ, & reddũtur ei grates, quia ipse est qui baptizat: vnde in Euãgelio: Super quẽ videritis spiritũ descendentẽ, &. Hic est qui baptizat, & salutatur: quia per crucem, & in cruce nati sumus animarũ nostrarũ redemptionẽ. Rursus: per hos dies septem baptismales, neophyti quotidie ad ecclesiam ducuntur: sicut enim filij Israël licet transissent mare rubrũ, in quo baptizati sunt, nõ tamẽ peruenerunt ad terrã promissionis, nisi sub ducibus: Domino illos pascente ex manna, & columna ignis eos præcedẽte. sic & ipsi his septem diebus sub ducibus, id est, presbyteris, patrinis & matrinis ducuntur ad ecclesiã, & pascuntur corpore Domini: & cerei præcedunt eos: & sic tandem in sabbato quasi peruenerũt ad terram promissionis. Cereos autem quos in sabbato sancto dum baptizarentur habuerunt, per hanc hebdomadã in quibusdam locis ad missas & vesperas ascendunt: & in sabbato in albis & in sequenti dominica illos accensos offerunt sacerdoti. Si quidem luminaria accensa bona opera sunt, quibus toto tempore præsentis vitæ quæ per septenarium ducitur lucere debent. Offeruntur sacerdoti, quia post hanc vitã ad summũ sacerdotẽ, id est, ad Christum cum luminaribus bonorũ operum veniunt. Iuxta illud: Venientes autẽ veniunt cum exultatione portantes manipulos suos. Potest etiam dici, quod processiones vespertinales huius hebdomadæ reuersionem significant de captiuitate Babyloniæ. Hæc est enim hebdomada reuertentiũ, qui in fine suæ captiuitatis reuertuntur ad Deum: & vesperæ trina statione cõplentur: sicut & baptismus in trinitatis nomine celebratur. Qui verò fontes nõ habẽt, non exeãt: sed quinq; psalmos quotidie dicant: & post colle-

Cant. 4.

Ioan. 1.

Psal. 125.

ctã diei de cruce collectã adiungãr. Eædẽ veſperæ quotidie repe
tuntur, quia pro vna & eadẽ die, tota hæc hebdomada reputatur.
† In quibuſdã etiã eccleſiis in his ſeptẽ diebus, quãdo deſcẽditur 12
ad fontes antefertur quidã ſerpẽs imaginarius, ſuper virgam: &
candela nouo lumine accenſa, ſuper caput ſerpẽtis retorta affigi-
tur, ex qua cereus paſchalis, & omnes aliæ eccleſiæ candelæ accẽ-
Num. 21. duntur. Circa quod ſciendum eſt, ſicut legitur, Moſes in deſerto
erexit ſuper palũ ſe pentẽ æneũ, vt qui percuſſi erãt à ſerpẽtibus,
per illius ſanarentur aſpectum, in quo Chriſti paſſio præfigurata
Ioan. 3. fuit. Vnde & Dominus ait in Euang. Ioan. Sicut Moſes exaltauit
ſerpentẽ in deſerto, ita & exaltari oportet filiũ hominis. Ideò ergo
ſerpens imaginarius fertur & aſpicitur, vt Chriſti paſſio memo-
retur: & per hoc à vulneribus peccatorũ ſanemur. Nã ſerpens in
palo, eſt Chriſtus in patibulo. Itẽ, ideò in benedictione baptiſmi,
& cùm ad fontes deſcenditur, quia baptiſmus à Chriſti paſſione
virtutẽ accepit, in quo etiã à peccatis ſanamur, & mundamur. Fit
hoc in veſperis, quoniã ipſe Chriſtus fuit ſacrificiũ veſpertinum:
Pſal. 140 vnde Pſal. Eleuatio manuũ mearũ, ſacrificiũ veſpertinũ, ignis no
Ioan. 1. uus ex ſilice excuſſus. Chriſtus paſſus eſt, qui eſt lumen de lumi-
ne: ex quo cæteræ cãdelæ in eccleſia illuminãtur, quia ipſe illumi-
nat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Cãdela in capite ſer
pentis retorta, eſt ſpinea corona in capite Chriſti poſita. In cõple-
torio verò in quibuſdã locis prætermittitur pſal. Qui habitat: ſi-
cut in prima, pſal. Quicunque. In † his autẽ ſex diebus, dicitur ad 13
Miſſam reſpõſoriũ & allelu-ia: vt infrà dicetur. Et dicitur primò
reſponſoriũ, & poſt ſequitur allelu-ia, & hoc triplici de cauſa. Pri
mò, quia enim in laboribus vitæ præſentis exultãdum eſt: iuxta
illud: Hilarem datorem diligit Deus xxiij. q. vj. § ex his: ideò tunc
poſt graduale, & verſum cõuenienter ſequitur allelu-ia: quod eſt
vox lætitiæ. Secundò, reſpõſoriũ actiuã: Allelu-ia verò contẽpla-
tiuam vitã ſignificat. Reſponſoriũ enim ſignificat actionẽ quam
ſancti exercebunt in reſurrectione corporũ, quæ erit in omni læti
tia prout verba reſponſoriorũ huius tẽporis declarãt, quæ omnia
ſiue verſus eorũ, excepto eo qui cantatur in tertia feria, prout ibi
dicetur, ſunt de pſal. 117. Cõfitemini Domino: qui pſalmus ſonat
confeſſionem laudis: & eſt de terna lætitia, quia igitur omnis illa
laus cõfeſſionis ſiue actionis ad gaudiũ & Dei glorificationẽ ten
dit, meritò ab allelu-ia concludendũ eſt, & quoniã eadem actio
nihil aliud eſt, quàm laus Dei: ideò ad hoc oſtendendũ poſt hos
ſex dies cõtinuè canitur ſine reſpõſoriis allelu-ia. Tertiò, ideò in
his ſex diebus hoc fit, quia ſenarius numerus ad opera, ſicut ſepte
narius ad requiẽ refertur. Qui enim vult peruenire ad requiem,

opor

oportet eum primò toto tempore præsentis vitæ benè operari. Circa hoc sciendum est, ꝙ ecclesia his diebus sanctorũ actus in corpore cum fine lætitiæ recolit: sic incipiens actũ, vt pertingat ad quietem: primus dies mandat, septimus requiem gestat, octauus glorificat. Nempè responsoriũ, illam actionem significat, quã sancti in resurrectione corporũ exercebunt: animæ quippè sanctorũ ante resurrectionem corporũ in quiete sunt, sed dum illam recipient, in actione erunt, & tunc sic erit actio, vt non desinat quies: in quiete quidem erunt, quia nõ laborabunt, nec cogitationibus fluctuabunt, nec erit etiã in quiete illa segnities desidiosa: sed sic ab huius virę operibus in fine quiescẽt, vt in alterius vitæ actione gaudeant. Hæc autem actio ideò nobis per numerũ senarium in memoriã reducitur, quia sicut septenarius numerus requiẽ, ita senarius opera respõsoriorũ significat. Per responsoria enim intelligimus sanctorum actiones quæ erunt cum omni lætitia: vt iam
14 dictũ est. † Et nota, ꝙ prædicti versus, qui canuntur his septẽ diebus, cum respõsoriis dicuntur, ex ordine quo positi sunt in Psal. Confitemini. Vnde sumpti sunt, exceptis duobus, in quibusdam ecclesiis præposterè ponuntur: nam in v. feria dicunt versum: Benedictus qui venit in nomine, &c. Qui ibi ponitur vlt. & in feria vj. ver. Lapidem quem reprobauerunt ædifican. &c. Et hoc ideò, quia in illo plenius agitur de passione Saluatoris, quàm in aliis versibus ibi positis: & ideò meritò illa die cantatur, in qua passus
15 fuit. Nec est † omittendum, ꝙ in quibusdam ecclesiis in his septem diebus duo in albis superpelliciis incipiunt responsoriũ: Hæc dies: & in aliis quosdam tropos retro altare, quod repræsentat sepulchrum pro eo quòd corpus Iesu in eo sacramentaliter collocatur, & consecratur: gerentes typum duorum Angelorum, qui stantes in sepulchro Christũ resurrexisse retulerunt. Verba enim illa: Hæc dies, &c. Ad resurrectionis diem pertinere noscuntur.
16 Rursus † cantando post altare repræsentat Apostolos & mulieres timentes, & Christum resurrexisse dicere publicè formidantes. Fit autem hoc ad laudes, & ad tertiam, & vesperas. Primò, eò quòd in his tribus specialiter horis Christi passio est expleta; nam manè, captus & illusus, in tertia flagellatus, & linguis crucifixus: in vesperis, de cruce depositus, & sepultus est. Secundò, in
17 signum † quòd resurrectio tribus vicibus nuntiata est. Primò, secundum Marc. & Mat. per vnum Angelum, qui secundum Aug. stabat in monumento non directè, sed quasi ad ostium. Secundò, per duos Angelos, qui secundum Ioan. stabant intus. Tertiò, per ipsum Christũ, iuxta monumentum. Fit etiam hoc in quibusdã ecclesiis ad Missam, eò quòd illa in altari celebratur, super quod

Christi corpus cõsecratur. Ideò autẽ à Pascha vsque ad octauam Pente. canitur allelu-ia ferè in omnibus antiphonis & respõsoriis nocturnalibus, & in offerẽdis, & postcõmunionibus: vt celebratio temporis post resurrectionẽ reducat nobis ad memoriam vitam contemplatiuam, sicut tempus quod est ante Pascha, reducit ad actiuam. Tempus † enim ante Pascha, quod in ieiuniis & orationibus agimus significat ærumnas huius vitę & tribulationem captiuitatis: in qua dum sumus, cantica lætitiæ subticemus. Tempus verò post pascha significat beatitudinẽ & perpetuam exultationem: in qua post resurrectionem erimus: & ideò relaxatis ieiuniis canendo allelu-ia, quod interpretatur, Laudate Dominum: frequentamus. de quo dictũ est in proœ. huius partis. Illud † tamen notandum est, q; in quibusdam ecclesiis in hac hebdomada allelu-ia cãtatur in Missa sine finali melodia: & versus & antiphonæ sine neuma, sed in sequentibus cantatur cum illa, & hoc ideò, quia in hac cãtamus pro domino nostro, qui in anima & corpore per resurrectionẽ iam factus est glorioſus: ac illa finalis melodia expectationẽ nostrã significat, vel etiam sanctorũ stolę expectationẽ. Taceamus ergo, quia habemus q; optamus. Paruuli nanq; plorant, cùm panẽ non habent: sed cùm habent, quod desiderant, tacẽt: ita & nos quasi ploramus alio tempore, quia non habemus quod desideramus, & sancti quasi in desiderio sunt expectationis. In † quibusdã ecclesiis in magnis solẽnitatibus tacetur illa melodia in signum, quod sancti pro quibus celebramus, certi sunt, quod secundã stolam, quã expectãt, amittere non possunt. Iubilus quidem diuersa notat, vt dictum est sub natali. Porrò in istis † octo diebus cantatur pro memoria neophytorum: & singulis diebus singula denotata sunt officia, quod non fit in toto tẽpore, vsque ad Penteco. & in primo die, scilicet in sabbato sancto, & in octaua duplices laudes ponũtur. In primo enim dicitur allelu-ia. Confitemini & tractus: Laudate Dominum omnes gentes. In octaua verò, dicitur duplex allelu-ia, quod ideò fit: quia prima vita nostra, quæ fuit ante peccatũ, beata fuit, sed nõ sempiterna: sed vita quæ erit in septima quietis, erit beata & sempiterna, quia ergo prima vita fuit beata, id circò cãtatur primò allelu-ia quod est vox angelica in lingua Hebraica, quia dignior est: sed quia nõ fuit sempiterna, ideò humiliori lingua Latina cantatur tractus. Laudate. Quia verò vita, quæ erit in septima ætate, erit beata & sempiterna: ideò in sabbato in albis, qui est dies septimus, duplex allelu-ia cantatur, propter duplicem stolam, vt ibi dicetur. Nam vita illa, quæ in septima quietis dabitur, non tolletur in octaua ætate, quæ per octauum officium intelligitur: licet potius consu-

mabitur

22 mabitur. Circa cantica lætitiæ notãdum † est, ꝙ quatuor sunt sta
tus ecclesiæ. Primus, est culpæ. Secũdus, culpæ & pœnæ. Tertius,
pœnæ & gratiæ. Quartus, gratiæ & gloriæ. Primum repræsentat
ecclesia in septuagesima: ideò subticet Te Deum laudamus, &
allelu-ia, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Et gloria in
excelsis Deo: quia positus est inter Deum & homines paries ini-
micitiarum. Secundũ repræsentat in aduentu: ideoque & supradi
cta cantica subticentur, præter allelu-ia: quia lex data Deum in-
telligere docuit, & laudare. Tertiũ, repræsentat in æstiuo tempo-
re, ideoque propter gratiã acceptam in festiuis ista cantãtur, sed
propter pœnã ista in ferialibus subticẽtur, præter allelu-ia: quod
etiam quotidie frequẽtatur, quia spes de resurrectione futura nõ
infirmatur. Quartũ, repræsentat inter octauas paschæ & pentec.
ideoque supradicta cantica lætitiæ frequentantur, & multiplicã-
tur, quia tamen nondum habemus gloriam quam expectamus,
ideò Te Deum laudamus, & Gloria in excelsis, in ferialibus subti
cemus: & in dominicis, in quibus quasi duplicem resurrectionem
repræsentamus: & etiam in festis sanctorũ, in Missa duo allelu-ia
cantamus: sed in ferialibus vnũ, vt iam dicetur. Nec te moueat,
ꝙ nõ rectũ, sed præposterũ ordinẽ ecclesia repræsentat, eò ꝙ erũt
nouissimi primi, & primi nouissimi: sic ergo varietas dierum & sta
23 tuum humanorum, varietatem inducit officiorũ. Quærendũ † ta
men est, quare diuina officia ita distinguuntur: vt alia celebrẽtur
cum solo respõsorio: alia cum solo allelu-ia: & hæc quandoque
cum simplici allelu-ia: quãdoq; cũ duplici, alia simul cum respõ-
sorio, & allelu ia: alia cũ respõsorio & tractu: & alia cũ allelu-ia
& tractu. Dici potest, ꝙ dies ieiuniorum, quibus responsorium
sine allelu-ia canitur: recolunt actus eorũ, qui presbyteris grauia
cõfitentur, vt ab illis consilium accipiãt pœnitendi. Ipsi ergo dies
aguntur cum solo responsorio, per quod vita actiua intelligitur,
quæ in labore ducitur, sine allelu-ia, quod est canticum lætitiæ:
quia ecclesia dolet, pro talibus tanquã pro membris vulneratis,
& nondũ sanatis: ex eo enim, ꝙ allelu-ia dimittitur, robur eccle-
siæ monstratur, quod habet de suis vulneribus nondum sanatis.
Prætereà, ideò tunc nõ dicitur allelu-ia: quia nõ est pulchra laus
in ore peccatoris. In diebus verò profestis, quæ sunt ab octaua
paschæ, vsque ad octauã pentec. simplex allelu-ia sine respõsorio
24 canitur. † Primò, quia dies illi vitam cõtemplatiuam significant,
quæ erit post resurrectionẽ, in qua responsoriũ nõ erit, quia pœ-
nitentiæ actus ibi superfluus erit: sed tantũ allelu-ia canetur de
percepta immortalitate. Secũdò, quia tunc pro illis canimus, qui
iam sunt in patria, ad quos iam nõ pertinet actio laboriosa, quam

respon

reſponſorium notat,ſed ſunt in Dei contemplatione, & exultatione,quæ intelligitur per allelu-ia. Tertiò,quia ante reſurrectionẽ corporum noſtrorũ anima ſine corpore Deum laudabit. Quartò, quia ſancti ante diem generalis reſurrectionis ſimplicem tantum recipiunt ſtolã,ſcilicet animæ. Rurſum in priuatis feriis, Gloria in excelſis,& duplex, allelu-ia,non dicitur,quia nondũ habemus perfectam iuſtitiam,nec gloriã,quam expectamus. Sed quia eccleſia iam primã habet reſurrectionem, ideò alio tẽpore ſemper allelu-ia canitur,præter quàm in ſeptuageſima, vt dictum eſt in proœ.huius partis,& ſub tit.de tẽpore aduentus. In octauis verò paſchæ &ſabbato in albis,duplex allelu-ia dicitur,quia tũc tẽpus reſurrectionis repreſentamus &in requie,quę erit in reſurrectione,duplicẽ ſtolã,ſcilicet animæ & corporis percipiemus,quia erimus in vtroq; homine,id eſt,in anima & corpore glorioſi: erimus enim incorruptionis gloria veſtiti. In dominicis † quoque quæ 25
ſunt ab octaua paſchæ vſq; ad octauã Penteco. duplex allelu-ia, dicitur,tum quia in reſurrectione,quã ipſi dies ſignificabãt,corpus ſimul cũ anima laudabit Deum:tum quia duo ſunt, vnde lætari debet anima in die ſempiterna:vnũ de percepta lætitia, aliud de percipienda in reſurrectione,tũ quia reſurrectio domini,quæ facta eſt in die dominica,eſt cauſa noſtræ reſurrectionis futuræ, & ideò in omnibus dominicis, quaſi octauã dominicæ reſurrectionis repræſentamus:in ferialibus, vnum:quoniã ante reſurrectionẽ anima vna duntaxat fruitur beatitudine. Rurſus ideò vſq; adoctauã Pentec.quia in octaua ætate in qua erit corporũ reſurrectio, erimus vtroq; homine glorioſi. In omnibus quoq; feſtiuitatibus illo tẽpore occurrẽtibus duplex allelu ia dicitur:& hoc primò propter requiẽ & fruitionẽ:ſecundò,quia illi iam de duobus gaudent, ſcilicet de æterna quiete, & diuina viſione: tertiò, quia cum iam habeant gloriã animæ,ſecuræ ſunt de gloria corporis:quartò,quia tũc vnũ allelu-ia canitur,quia quieſcunt,aliud quia Deum vident. Sex verò dies paſchales, videlicet inter ſabbatum ſanctũ,& ſabbatũ in albis,& dominici dies atq; feſtiui quos celebramus ab octauis Pente.vſq; ad ſeptuageſimã in quibus reſponſorium, & allelu-ia canitur, recolũt actus eorũ,qui eleemoſynas largiendo,infirmos viſitãdo,& ſolũ, quæ bona ſunt,operando,perſeuerantiã habendo in ſanctitate,quã in baptiſmo receperunt,ſine dubio ad contẽplationem Dei peruenĩũt. Inde eſt,quòd reſpõſorium, quod vitã actiuã ſignificat:ſequitur allelu-ia,quod ſignificat contemplatiuã:ſed tũc vnũ tantũ, ſiue ſimplex allelu-ia dicitur,propter cauſas ſuprà dictas:prius autẽ dicitur, reſponſorium & poſteà ſequitur allelu-ia,prout ſuprà dictũ eſt. Dominici

autem

autem dies & æstiui,à septuagesima vsq; ad Pascha,quorum responsoriis non allelu ia,sed tractus subditur,recolũt eos,qui sunt in bonis operibus:sed videtes laborẽ viæ,timent ca sum:nã tentationibus tunduntur, sine quibus hæc vita non ducitur. Inter responsorium enim & allelu-ia,tractus est medius:qui neq; in tãta lætitia est,sicut allelu-ia:neq; in tanto opere,vt respõsorium. In sabbato verò sancto gaudentes pro neophytis nostris, quia ab omni peccato liberati sunt, canimus allelu-ia: sed quia eos trahendos variis videmus laboribus,tractũ adiicimus,per quem labores intelliguntur:de quo dictum est subtit. de septuagesima,& in proœ. huius partis. Quomodo officia istorum septem dierum, & officia dominicarũ,quæ sunt inter Pascha & Pente. adaptentur septem donis spiritus sancti,sub vigilia ascẽsionis, & sub sabbato in albis dicetur. Circa Euãgelia,quæ hoc tẽpore leguntur,sciendum est,q; omnia pertinent ad resurrectionẽ,iuxta ordinem scriptorum ponuntur. Matth. enim primò scripsit.ij. Mar.iij. Luc. vlt. Ioan. Vnde primò ponitur Euangeliũ Matt. in vigilia Paschæ. In ipso verò die Paschæ Euangeliũ Marci:in secunda & tertia feria Euangelium Lucæ:in quarta & quinta feria,& in sabbato Euangelium Ioan. in sexta feria interponitur Euangeliũ Mat. † Sanè in
26 Euangeliis vigiliæ,& diei tantũ agitur de annuntiatione resurrectionis, facta per Angelum:in aliis de visione. Conueniebat enim vt prius annũtiaretur Domini resurrectio,vt postea ad maiorem fidem faciendam corporaliter ipse ab hominibus videretur. Tria verò à Ioanne Euãgelista,omnino prępostere posita sunt. Primũ nanq; fuit quod legitur in sabbato:postea quod legitur in quinta feria:& aliquanto tẽpore,post quod in quarta feria legitur. Nam Maria Magdal. cùm veniſſet ad monumentum, & non inueniſſet corpus Domini,sublatum credidit,& cucurrit,& nuntiauit Petro & Ioãni,qui cucurrerunt ad monumẽtum,& Ioan. præcurrit,sed non statim introiuit:sed Petr. tandem veniens intrauit, & postea Ioan. intrauit:& cùm non inueniſſent, redierunt ad propria: hoc legitur in sabbato. Illis redeuntibus Maria remansit ad monumentum,& inclinãs se in monumento,vidit vnũ Angelum sedentem ad caput, alium ad pedes, qui dixerunt:Maria, quid ploras? quæ dixit:Quia tulerũt dominũ meũ,& nescio vbi posuerunt eũ: & tunc cõuersa retrorsum vidit Iesum, qui dixit ei: Mulier,quid ploras?quẽ quæris?&illa respiciẽs & hortulanũ eũ credens,dixit: Domine,si sustulisti eũ,dicito mihi,& ego eũ tollam:hoc legitur in v. feria. Aliquanto tẽpore pòst Petrus iuit piscatũ cum sex aliis ad mare Tyberiadis: vbi Dominus apparuit eis in littore:& hoc legitur in iiij. feria. Sed quare hæc omnia? Solutio: In quarta feria

cant? i

cantatur hoc, quod cantabitur Sanctis in die iudicij: Venite benedicti patris mei,&c. & in illo Euangelio, quod eadē die legitur dicitur,quòd dominus apparuit discipulis in littore maris. Et hoc benè conuenit. Nam per littus maris,vt dicit B.Gregorius super illum locum, finis intelligitur mundi,in quo dominus apparebit suis glorioſus:& tunc Petrus † trahet ad littus rete plenū magnis 27
piſcibus,centū quadraginta tribus,nec tamen ſcindetur rete. Per Petrum intelligitur ordo ſanctorū Prelatorū qui de fluctu huius ſeculi,ad littus ſtabilitatis æternæ ducent eos, qui per ipſos conuerſi fuerint: ſed hoc attribuitur ſoli Petro, propter eccleſiæ vnitatem. Sed quare legitur in ſabbato in albis Euangeliū,quod tūc legitur? Reſpondeo,ꝙ officiū illius ſabbati cū officio præcedentis ſabbati ſancti in multis conuenit. Nam in præcedenti ſabbato duplex laus cantatur:ſicut & in hoc lectioni cōuenit:quia in lectione præcedentis ſabbati dicitur: Quę ſurſum ſunt,ſapite:non quæ ſuper terram:& in lectione ſequēti dicitur: Deponentes omnem dolum,&c.& itaq; tanquam lapides viui ædificamini,quod nihil aliud eſt,quàm quæ ſurſum ſunt ſapere. Conueniebat igitur,vt Euangelium correſponderet Euāgelio,quod fit in eorum principiis. Nam in Euangelio præcedentis ſabbati dicitur. Veſpere autem ſabbati, quæ lucеſcit in prima ſabbati, id eſt, diluculo, venit Maria Magd.& in Euāgelio ſeq.dicitur: Vna ſabbat. Maria Magdal.venit ad monumentū,cùm adhuc tenebræ eſſent:ꝙ idem eſt: In hoc tamen videtur differentia, quia dicitur ibi, ꝙ venit Maria Magd. & altera Maria: hîc non fit mentio, niſi de Maria Magd. Sed vt ait Auguſt.in lib.de concordan.Euangeliſtarū:ideò Ioannes ſolam Mariam Magda.nominat,quia fuit cæteris feruentior: nec tamen ideò cæteras excludit:Euangeliū verò Matth. legitur in ſexta feria, quia dominus per paſſionem meruit ſibi dari poteſtatem in cœlo & in terra,vel potius datam notificari:& quia dominus in ſexta feria paſſus eſt:idcircò legitur in Euangelio Matt. in ſexta feria, in qua dominus ait diſcipulis: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo,& in terra. Vnde Apoſt.Chriſtus factus eſt pro nobis obediens patri, vſque ad mortem: mortem autem crucis, propter quod & Deus, &c. Vbi ergo poneretur Euangelium: in quo agitur à Ioan.de prima viſione Domini, quæ facta fuit Mariæ Magd.niſi in quinta feria. In prima enim die non poterat poni prædictis de cauſis:nec in ſecunda,nec in tertia, nec in quarta, nec in ſexta,nec in ſabbato. Vnde reſtat,quòd in quinta feria neceſſariò poni debuerit. Aiunt quidam,quòd licet in ſecunda feria legatur Euangelium de apparitione Domini facta diſcipulis euntibus in Emaus: non tamen illa facta fuit in ea die,ſed in præce-

denti.

denti. Decem etenim apparitiones post Christi resurrectionem in Euangeliis inueniuntur, ad fidem nostrã confirmandam, quinque in prima die, & quinq; posteà: sed in Apostolo dicitur, q̃ in die resurrectionis apparuit Iac. & quingentis fratribus simul. Et sicut quidam dicũt in ipsa etiam die primo apparuit matri, vt dictum est in iij. parte, sub tit. de accessu Pontificis ad altare: & etiã Iac. qui votum vouerat non comedere: sed & Ioseph, qui pro eo
28 tenebatur in carcere. Verum † quia de visione Angelorum, & de Ma. Mag. Euangelistæ discordare videtur: ideò aliqua super hoc præter propositũ dicamus. Nam Matt. dicit, q̃ mulieres viderunt Angelum sedentem super lapidẽ, qui tamen erat extra monum. Marcus dicit, quod introeuntes ipsæ in monumentum, viderunt eum sedentẽ à dextris. Ioan. dicit q̃ Mar. Magd. vidit duos Angelos, vnum ad caput, & alium ad pedes sedentes. Luc. dicit, q̃ duo Angeli stantes dixerunt Marię Mag. & aliis: Cur quæritis viuentem, &c. Ioan. dicit solam vnã venisse, scilicet Mariã Mag. Matt. duas, scilicet eam & aliã. Mar. tres, scilicet eã, & Mariam matrem Iac. minoris: & Mariã filiã Salomæ, quæ fuit mater filiorum Zebedæi, scilicet Iacobi minoris, & Ioã. Euãgelistæ, secundum Christ. tantùm Salomæ filia fuit. Lucas plures dicit: dicit enim: Erat autem Maria Mag. & Ioãna, & Maria Iaco. minoris, subaudi mater, & cæteræ quæ cum ipsis erant, & aliæ quas non numerant Euangelistæ. Ecclesia autẽ tres Marias repræsentat. Rursus Mat. dicit, quòd mulieres certificatæ per Angelũ, inter quas erat præcipuè Maria Mag. denuntiauerunt Apostolis dominum resurrexisse, & Ioan dicit quòd Mar. Magd. nuntiauit Petro & Ioan. eum sublatum fuisse: Vera quidẽ sunt omnia, quæ dicunt Euangelistę in his, & non sunt aduersa: sed quod vnus minus dicit, alius supplet. † Verum enim est sicut narrat Matth. quòd primò viderunt
29 Angelum sedentem super lapidẽ, quem reuoluerat ab ostio monumenti, qui & dixit eis eum resurrexisse, & adiecit: Venite, & videte locum vbi posuerunt eũ, & tunc ipse surgens præcessit eas in monumentũ, & sedit in dextris: sicut narrat Mar. post Mariam Magdalenam, vidit vnũ ad caput, & alium ad pedes sedẽtes, sicut dicit Ioan. Qui dixerunt ei: Mulier, quid ploras? & nuntianerunt eum resurrexisse, & tunc surrexerunt ipsi. vt apparerent ei stãtes, sicut dicit Luc. vt in hoc, q̃ surrexerunt, dominũ surrexisse ostenderent: & cũ starent, dixerunt ei & aliis: Cur quæritis viuentem cum mortuis, id est, eũ qui resurrexit. Cur quæritis in sepulchro, quod est locus mortuorũ. Ambr. dicit duas fuisse Marias Magdalenas, vnam quæ secundũ Matthæũ scivit dominum resurrexisse: aliam, quæ secundũ Ioannem nescivit: sed corpus sublatum

credi

credidit. Auguſt. verò de †concordan. Euangeliſtarum ſic ſoluit: dicit enim, quòd cùm Maria Mag. cũ aliis veniret dicendo: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumẽti: cum adhuc aliquantulum longè eſſet, vidit lapidẽ reuolutũ: & ſtatim cucurrit ad Petrum & Ioan. & ſignificauit eis corpus domini fuiſſe ſublatũ, qui venientes inuenerunt monumẽtum vacuum, & credentes quòd fuiſſet ſublatũ, redierunt. Maria autem iterum adiunxit ſe aliis & propius accedens cum eis, vidit Angelũ ſedentẽ ſuper lapidem, & dixit eis: Cur quæritis in ſepulchro quod eſt locus mortuorum. Matt. &c. ſicut ſuperius dicta ſunt Zacha. qui cõpoſuit vnũ Euangelium, ex quatuor aliter ſoluit. Dicit enim, q; Mar. Magd. & aliæ venerunt ad monum. & viderunt Angelũ ſedentẽ ſuper lapidem, ſicut dicit Mat. & poſt in monumẽto ſicut dicit Mar. & inde duos ſtantes: vnũ ad caput, aliũ ad pedes. ſicut Luc. dicit, ſcilicet illum priorem cum alio, vel eo diſparente, alios duos, qui dixerũt: Cur quæritis viuentẽ cum mortuis? & ſignificauerunt eũ reſurrexiſſe. Alij crediderunt verbis eorum: Maria remanſit incredula. Vnde aliæ nuntiauerunt diſcipulis dominum reſurrexiſſe: illa nuntiauit Pet. & Ioan. eum ſublatũ fuiſſe: quæ poſt aduentum & receſſum eorum ſola remanſit ad monumentũ, & inclinãs ſe in monumento vidit duos Angelos ſedentes, vnum ad caput: alium ad pedes: ſicut dicit Ioan. qui dixerunt ei: Mulier, quid ploras? & illa reſpondit: quia tulerunt dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum: & conuerſa vidit dominũ qui dixit ei: Mulier, quid ploras? quem quæris? & illa putans eum hortulanum eſſe dixit: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi, & ego eum tollam. Et tunc dominus eam ex nomine nominauit: & ipſa tunc eum cognouit: & poſt plures locutiones Angelorum, tunc primò credidit, & voluit procidere ad pedes domini: & Dominus dixit ei: Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meum: ſubintelligitur in corde tuo: quaſi dicat: Quem quæris, tanquam mortuum: non credis patri eſſe æqualẽ: & adiecit dominus: Vade, & dic fratribus meis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, &c. id eſt, in proximo eſt vt aſcendam. Et ipſa cœpit ire iam certificata: & inuentis aliis mulieribus iuit pariter cum eis, hoc nuntiare Apoſtolis: & in illa via apparuit eis dominus, dicens: Auete quæ acceſſerunt & tenuerunt pedes eius: Prædictũ autem modum loquendi, in quo generaliter dictũ eſt, quòd mulieres iuerant nuntiare Dominum reſurrexiſſe: cùm tamen Maria, quæ erat vna de illis tunc incredula fuit, ſæpè in ſcripturis inuenimus: ſicut & dominus diſcipulis: & me ſcitis, & viam meam ſcitis: cùm tamen quidam eſſet
Ioan. 13. inter eos, qui hæc neſciret: vnde dominus: Tanto tempore
vobiſ

vobiscum sum:& non cognouistis me, &c.sed illud primò dictũ est scientibus,istud ignorantibus. Ita etiã dicitur, q̃ Dominus in ascensione apparuit discipulis & exprobrauit incredulitatem, & duritiam cordis eorũ:quia his,qui viderant eum surrexisse, non crediderant: cùm tamen aliqui inter eos fuerint qui iam crediderant sicut Petrus,& alij plures:sed illud primò dictũ est de incredulis:hæc opinio videtur probabilior,quàm secũda. Et q̃ dixit Ambr.non est credendum, q̃ dixerit asserendo, sed aliorum opi. referendo: licet eam argumentis probare videatur quibus iuxta prædictã opin.leuiter respondetur: & ferè totum quod ipse inducit per interpretationem soluitur.v.g.quod ipse dicit,q̃ vna Maria fuit secundum Mat.quæ sciuit eum surrexisse,hoc est falsum: quia aliis credentibus verbis Angeli ipsa remansit incredula. Aug.verò non sic fuisse dicit,vt narrat, sed narrat ita potuisse fuisse: vnde probabiliori sententiæ non præiudicat. *Mar. vl.*

6

S V M M A.

1 *Feriæ secundæ post Paschæ officium. Et nu.2.3.*

De secunda feria post Pascha. CAP. XC.

1 QVia † per gloriam resurrectionis impleuit Dominus, quæ promisit in veteri test. vt videlicet introduceret nos in terram fluentẽ lac & mel:ideò dicit ecclesia in introitu huius secundæ feriæ: Introduxit Dominus in terram fluentem lac & mel. Exo.13.quia Christus iam introductus est: & ecclesia triumphãs in re: Ecclesia verò militans in spe. Epistola sumitur de Actibus Apost.10.ca.Stans Petrus in medio, &c.& intendit probare passionem Christi & resurrectionem: vnde dicit: Huic omnes pro-
2 phetæ testimonium perhibent. †Euangelium: Duo ex discipulis. Luc.24.c.concor. epistolæ de apparitione Domini discipulis euntibus in Emaus: ibi enim habetur, q̃ cognouerunt eum in fractione panis. Quid est fractio panis, nisi expositio scripturæ, ibi enim cognoscitur Dominus. Responsorium verò concord. cum in introitu:Dicat nunc Israël.Allelu-ia, nónne cor nostrum erat ardens,&c.Est de scripturarum expositione. In aliis ecclesiis dicitur Allelu-ia,Angelus Domini Matth.vlt.cap.Offertorium: Angelus Domini,&c.est de testimonio Apostolorum:Postcommunio: Surrexit Dominus, &c.Luc.vlt.cap. est de apparitione quæ facta est Petro. Multiplicat igitur apparitiones, vt dictum
3 est ad confirmandum fidem. Sanè ex † hodierno Euangelio sumitur alleluIa. Nónne, & offerenda. Angelus Domini: ex eo quòd ibi dicitur mulieres visiones Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.Similiter & communio: Surrexit Dominus ex eo quòd ibi dicitur; surrexit Dominus verè,& apparuit Simoni:

Ad pietatem ergo pertinet hoc officium, in quo cõtinetur rememoratio scripturarum, & per pietaté accedit ad mansuetudinẽ: mansuetis autem terra promittitur illa, de qua dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebũt terrã fluentẽ lac & mel. vnde in introitu dicitur, Introduxit nos Dominus in terrã fluentem lac & mel. Et sunt hæc verba Mosi populum post esum agni de Ægypto ducentis. Introduxit inquam spe: sed in illa posteà introducet re, quã Caleph dedit Axæ filiæ suæ irrigatã: irriguo superiori & inferiori. Irriguum inferius, timor est: superius, amor. Caleph etenim qui quasi cor interpretatur, dat animę deuotionẽ, cum timore pariter & amore. In hac ij. feria fit in vrbe statio, apud S. Petrum, propter hoc, quod in Euangelio habetur, & apparuit Simoni, & quia ibidé dicitur, nónne cor nostrũ ardẽs erat in nobis? quia ipse præ cæteris magis arsit Dominum diligendo. Hac die pisces viuos inspicimus, recolentes cum gaudio, ꝙ Dominus ad probationẽ resurrectionis partẽ piscis assi comedit, & in tertia feria ad fontes imus, vt ibi dicetur: & mulieres verberabãt viros: & iam in his tribus diebus est feriandũ: prout sub Pascha dictũ est.

S V M M A.

1 *Feriæ tertiæ post Pascha, officium. Et num. 2. 3. 4.*

De tertia feria post Pascha. CAP. XCI.

IN tertia feria †ostenditur, per quod habeatur hæreditas cœ- 1
lestis patriæ. Ostenso verò in secunda feria, ꝙ in terrã fluentẽ lac & mel iam introduxit nos Deus in spe: & posteà introducet in re: modò ostendit per quod habeatur, quia per diuinã scientiã siue cognitionẽ domini nostri: vnde hæc tota feria est de cognitione siue sapientia Dei, & inde introitus est: Aqua sapientiæ, &c. Eccles. 15. c. & est septimi toni, quia in septẽ donis spiritus sancti, est ista sapientia. In epistola: Surgens Paulus. Act. 13. cap. ostenditur passio Christi & resurrectio, per quam hîc sapientia habetur. Qui enim verã fidem habet de his, habet saporem Dei: hæc autem cognitio, est dies, quàm fecit Dominus: de graduali ergo patet. Et † nota ꝙ cùm omnes graduales versus huius heb- 2
domadæ sumantur de psalmo. 107. scilicet, Confitemini, qui est nonus post, Dixit Dominus: hodiernus sumitur de Psal. 106. scilicet, Confitemini: qui est decimus in matutinali. Cantate. eò ꝙ iste Psalmus exhortatur fideles ad lau. Dei, qui per sapientiam suam redemit & liberauit eos de quadruplici tentatione, quia liberauit eos de necessitatibus eorum, id est, ab infidelitate: & quia liberauit eos de necessitatibus eorũ, id est, à praua consuetudine, & liberauit eos à tædio bonæ actionis: & eduxit eos à versutiis hæreticæ impugnationis. Allelu-Ia est: Surrexit Dominus & apparuit

apparuit mulieribus. Vel secũdũ alias ecclesias. Oportuit. quod sumitur de Euangelio: in aliis etiam dicitur: Surrexit Dominus verè. Luc. vlt. c. In Euangelio verò: Stetit Ies. &c. Luc. 24. c. ostẽdit Dominus & probat resurrectionem suã discipulis suis per quatuor. Primò per consuetũ modũ loquendi: cùm dixit: Pax vobis: loquebatur enim eis sæpè de pace, & amator pacis erat, vnde ipse Dominus inquit: In me pacẽ habebitis, in mũdo autẽ pressuram. Pacẽ relinquo vobis, Pacẽ meã do vobis. Secũdò per hoc, q̃ ostẽdit se palpabilẽ. Tertiò, quia cum eis comedit. Quartò, quia eis sensum aperuit scripturarũ: & quia hanc sapientiã Dominus dedit per se, & per Apostolos, ideò dicitur in offertorio: Intonuit de cœlo dominus, id est, de Apostolis, vt omnes crederent in illum. Hæc enim, inquit Ioan. scripta sunt, vt credatis, & credẽtes vitam
3 æternã habeatis. † In postcõmunione, quę est ad Col. 3. c. inuitamur ad hanc sapientiã. Si consurrexistis cũ Christo quæ sursum sunt sapite, ecce de sapientia. Et quia de sapientia habetur in hac ij. feria, ideò fit statio ad S. Paulum, qui fuit sapientior omnibus Apostolis, seu cui dominus singulariter aperuit intelligentiã scripturarũ, de quibus legitur in Euang. & introitu. Vnde ipse dicit: Non à me, nec ab homine accepi Euang. meũ, sed per reuelationem Domini mei Iesu Christi: vel, quia per eum maximè adimpletum est, quod in Euang. legitur, scilicet, Oportuit prædicare pœnitentiã in omnes gentes, ideò, q̃ & eius prædicatio legitur in
4 hodierna lectione Act. Apost. Hac die † viri verberant mulieres: prout sub Pascha dictum est: hac etiam die ad fontes imus: pro eo q̃ hodie in introitu viri beati aqua sapientiæ potati referuntur: & in offertorio fontes aquarum apparuisse memorantur.

S V M M A.

1 *Feriæ quartæ officium à Paschate. Et num. 2. 3.*

De quarta feria post Pascha. CAP. XCII.

1 OStenso † in iij. feria de cœlesti patria, & per quod habeatur, ostenso etiam in secũda feria, quod in terrã fluentem lac & mel introducimur, ideò nunc in hac quarta feria inuitamur ad illam. Vnde introitus est: Venite benedicti patris mei, &c. Mat. 25. quia verò dicit Dominus, pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorũ: & quia ibi non intrãt, nisi purificati per pœnitentiam, ideò B. Petrus in epistola: Aperiens. Act. 3. inuitat Iudæos ad pœnitentiam: ideò autem ad pœnitentiam inuitatur homo: vt de filio diaboli, fiat filius Dei: & hæc mutatio dextræ ex-
2 celsi, propter quod in rẽsponsorio habetur: Dextera † domini fecit virtutem. Sequitur allelu-Ia de resurrectione. Surrexit dominus, &c. & in aliis ecclesiis est Christus resurgens, &c. Semper

enim in his diebus aliqua de resurrectione dicũtur. In aliis enim dicitur: Cùm sederit Mat. 21. c. Quia verò hæc mutatio fit etiam, quando † homines sunt filij Dei propter prædicationem, ideò in 3
Euangelio: Manifestauit se Iesus. Ioan. 21. c. dicit Dominus: Mittite in dexteram nauigij rete: hoc facit, qui tantum prædicat propter Deum: & tunc trahuntur magni pisces, postea dedit eis piscem assum. Piscis assus, est Christus passus: hæc erit refectio in patria: cùm comedemus panem Angelorum, de quo in offertorio: Portas cœli, &c. Postcõmunio est: Christus resurgens. Rom. 6. Et quia beatus Laurentius fuit vnus de magnis piscibus, & fuit assatus pro Christo, ideò fit statio ad B. Laurentium.

S V M M A.

1 *Feriæ quintæ à Paschate, officium. & num. 2. 3.*

De quinta feria post Pascha. CAP. XCIII.

QVinta † feria est de cõuersione gentium propter passionem 1
& resurrectionem, vnde introitus est: Victricẽ manum tuã laudauerunt pariter Christiani, quia sapientia aperuit os mutorum: vnde Esa. 25. Tunc claudus saliet, sicut ceruus, & aperientur linguę mutorum, quod factum est, quando Christus dæmones eiiciebat & faciebat homines mutos loqui: vnde in Euangelio: Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutũ. In epistola verò Angelus Domini. Act. 8. significatur conuersio ista gentiũ: vnde dicitur ibi de Eunucho, qui conuersus est à Philippo, qui interpretatur os lampadis, siue os illuminans: quia quandoq; per scripturarũ inspectionem, vel prædicationẽ, cõuertitur homo: vt gentiles, qui significantur per Eunuchũ: quãdoq; verò per inspirationem conuertitur ad Dominum: vt habetur in Euangelio, ꝙ apparuit Mar. Magd. Quia verò per conuersionẽ gentiũ factus est Christus lapis angularis: ideò in versu responsorij habetur. Lapidem quem reprob. edific. &c. Et quia vera † conuersio fit per 2
pœnitentiam, ideò sequitur allelu. Ia. Mat. 26. In die resurrectionis meę, dicit Dominus, præcedã vos in Galilęam, id est, in trãsmigratione de vitiis ad virtutes. Euangelium, Maria † stabat. Io. 20. 3
est de apparitione domini. Maria Magdalena in specie hortulani siue peregrini, quia peregrinus est Deus homini, quandiu est in peccato. In offertorio: In die solennitatis. Exod. 4. & 13. cap similiter promittitur conuertentibus vera beatitudo. In postcommunione, verò: Populus, &c. 1. Reg. 2. ad laudandum inuitamur: & fit statio ad sanctos Apostolos, quia in Philippo, qui interpretatur os lampadis, intelliguntur omnes Apostoli, per quorum prędicationem conuersio gentium facta est. Item, quia fratres Domini, de quibus in Euangelio legitur, sunt Apostoli, per quos os

muti

muti apertũ eſt,eſt diſertæ linguæ infantium, ideo ſtatio fit ibi.

SVMMA.

1 *Feria ſexta à Paſchate, quod & quale habeat officium. ibid. & num.2.3 4.5.*

De ſexta feria poſt Paſcha. CAP. XCIIII.

1 SExta feria † eſt de inſtitutione baptiſmi: vnde introitus eſt: Introduxit eos Dominus, ſcilicet de Ægypto, id eſt, de tenebris peccati,& inimicos eorum operuit mare,id eſt,baptiſmus:& ſubiicitur ibi ter allelu-Ia, propter liberationẽ ab hoſtibus & do-
2 num gratiæ.Poſtmodũ ſequitur † epiſtola : Chriſtus ſemel.1.Pet. 3.c.in qua B.Pet. agit de baptiſmo,& de arca Noë, ſicut in diluuio per arcam ſaluæ factæ ſunt animæ,licet paucę,ſcilicet.viij.ſimiliter & in baptiſmo,quia ſicut in aquis diluuij quæ inundauerunt totũ mundũ,& mundus à peccatis purgatus eſt, & per arcã, animæ ſaluæ factæ ſunt:ita in aquis baptiſmi in quo omnia peccata mũdata ſunt per eccleſiã ſaluati ſumus. Sequitur graduale:
3 Hæc dies quam † fecit Dominus: verſus. Benedictus qui venit in nomine domini.Eſt enim homo qui cõſecrat baptiſma,ſed Deus eſt qui inuiſibiliter baptizat. Vnde ſequitur : Deus,Deminus & illuxit nobis,ſcilicet per illuminationẽ baptiſmi, & illuminationem legis Domini. Allelu-Ia, eſt Angelus Domini cum duplici verſu,ſicut in die Paſchæ,in quibuſdam eccleſiis, quia in hac die agitur de inſtitutione baptiſmi : vnus verſus eſt propter Chriſti reſurrectionẽ,in corpore,alius propter ſtolam animæ,quã in ba-
4 ptiſmo ſuſcipiũt baptizati. † Euangeliũ verò, eſt de inſtitutione baptiſmi,ſecũdũ Mat.vlt.c. Vndecim diſcipuli abierũt in montẽ, quẽ cõſtituit illi Ieſus:& ſequitur ibi:Eũtes,docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris, &c.Et quia in memoria debemus habere iſtũ diẽ,propter inſtitutionẽ baptiſmi : ideò ſequitur
5 in offertorio : Erit nobis † memorialis dies iſta, &c.Exo.12.& 13. c.memorialis quidẽ eſt dies,in qua de vitiis ad virtutes trãſimus: hęc enim dicit Moſes de die Paſchę. Poſtcõmunio:Data eſt mihi omnis poteſtas.Mat.vlt Quia verò B.Virgo creditur interfuiſſe in inſtitutione baptiſmi:quia vt Hieronymus ait,hoc apud Nazareth in domo eius actũ eſt,ideò hac die fit ſtatio in Eccleſia eius.

SVMMA.

1 *Sabbatum in albis,quod habet officium. Et nu.2.4.5.6.*

3 *Iudicij dies plenum erit gaudio propter dominicam & noſtram reſurrectionem.*

De Sabbato in albis. CAP. XCV.

SEquitur † de ſabbato in albis in quo eſt introitus:Eduxit Dominus populũ ſuum in exultatione: hoc maximè in extremo

ſabbato fieri intelligimus, quando erit verum ſabbatum: ſed ne Iudæi credant hoc dictum eſſe de ſeq. ſequitur in epiſt.1.Pet.2.c. Fratres, deponentes omnem malitiã & dolum, &c. Sequitur duplex †allelu-ia ſine graduali. Primò, quia nunc terminatur ſeptua- 2
geſima poſtquã ſequitur octaua reſurrectionis: quando habebitur duplex ſtola, animæ ſcilicet & corporis: & ceſſabit labor operis, de quo dictũ eſt in procem. huius partis, & ſub tit. de vij. diebus poſt Paſcha, & in iiij. parte ſub tit. de allelu-ia. Secundò quia in
die iudicij † plenũ erit gaudium pro dominica & noſtra reſurre- 3
ctione. Tertiò, geminatur allelu-ia: quia tunc erit lætitia ſempiterna, quia enim erit lætitia vnum allelu-ia canitur: quia ſempiterna ſecundum concinitur allelu-ia. Quartò, quia in octaua reſurrectionis omnis ſolicitudo deponetur, q̃ ſignificatur in hac viij. die, in qua veſtis cãdida ſiue chriſmale deponitur: ideò in albis non cãtatur graduale, ſed duplex allelu-ia: quia tunc erimus in albis. Itẽ quantũ ad reſurrectionẽ Domini, non debet graduale cãtari, neque quantũ ad baptizatos: & ideò cãtatur vnũ allelu-ia, pro baptizatis, ſcilicet, Laudate pueri dominũ: & aliud de reſurrectione Domini, ſcilicet, Hæc dies. Prætereà, ideò poſt allelu-ia. Hæc dies ſequitur allelu-ia. Laudate pueri: quia de lætitia animarum tranſient ad gloriã incorruptibilẽ corporũ. † Euangeliũ ve- 4
rò, Vna ſabbati. Ioan.20.c. eſt de duobus diſcipulis, qui currebãt ad monumentum. Pet. ſcilicet & Ioan. qui ſignificant duos populos, cucurrit tamẽ citius Ioan. id eſt, Iudaicus populus, quia habebat Prophetas, ſcilicet Hieremiã, Eſaiam, & alios, qui de paſſione Domini loquuntur, ſed Petrus citius intrauit, id eſt, gentilis populus: non tamen intrauerũt Iudæi in multitudine: qui enim credit, intrat, ſicut dicit Aug. Et attende, quia epiſtola & Euãgelium huius ſabbati concordant cum epiſtola & Euangelio ſabbati ſancti: prout dictum eſt ſub tit. de vij diebus poſt Paſcha, in offertorio verò de illuminatione poſt baptiſmum aguntur grates. Bene dictus qui venit, &c. † Poſtcommunio eſt: Omnes qui in Chriſto 5
baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Gal.3. Die iſta fit ſtatio ad eccleſiam B. Ioanni in Laterano: quia enim ibi in præcedenti ſabbato baptizati ſunt pueri, & in viij. die in lege circuncidebãtur: ideò rectè hac die ibi conueniunt, vt hoc ſpiritualiter agatur in baptizatis: & hoc eſt quod dicitur in Epiſtola: Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, &c. quaſi modò geniti infantes: ne per feneſtras quinque ſenſuum intret mors. † Dicitur autem ad ho- 6
ras capitulum: Chriſtus reſurgens. Rom.6.ca. & illud, Expurgate vetus, &c. ad Cor.5.ca. & illud: Chriſtus paſſus eſt. 1.Pet.2. Quia verò in tota ſeptuageſima, quæ vſque ad diem protenditur, pœ-

niten

nitentiam egimus: ideò ecclesia hodie celebrat in albis, vt magis ac magis albi simus: sicut dominus ait in Euangelio Mat. 3. Agite pœnitentiam: appropinquabit enim regnum cœlorum: Quare hoc Sabbatum dicitur in albis dictum est sub Pascha. Hac die dominus Papa distribuit, agnus Dei. Alicubi etiam distribuitur cereus paschalis, de quo dictum est sub sabbato sancto.

SVMMA.

1 *Dicti septẽ à paschate, secũda expositio. Et intellectus. nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
2 *Resurrectionis dominicæ officium, pertinet ad timorem.* (9. 10.

Alia expositio dictorum septem dierum.

CAPVT XCVI.

1 POtest etiam aliter dici, quòd † ideò in præmissis septẽ diebus baptismalia celebrantur officia: vel quia baptizati sapientia septiformi docentur: vel quia ipsorũ temporis vniuersitas dierũ septenario voluitur: quia quibus fides, spes & charitas præcipuè sunt necessaria: ideò tribus psalmis vtimur in nocturnis. Singulorum autem dierum officia sic possumus septem spiritibus & beatitudinibus coaptare. Officium † quidem dominicæ resurrectio-
2 nis, pertinet ad timorem: quo timemus terribilem sententiam iudicis. Cùm enim dicet pater, Rex, & iudex omnium resurrexit, & adhuc in suggillatione inimicorũ dicentium: quãdo morietur & peribit nomen eius, tunc magnus erit timor & tremor: vnde & in offertorio. Terra tremuit, &c. spiritus timoris, vt fundamẽtum ponitur: sed quare à timore incipientes in sapientia terminamus, cùm Esa. cœperit à sapientia, & descenderit ad timorem? respondeo, Esa. saluatorẽ descripsit, qui carnẽ assumendo descendit. nos verò de terrenis ad cœlectia tendere conamur: & ideò gradus ascẽdendo conumerare debemus, vt à timore ad sapientiam peruenire possimus. In ij. feria legitur euangelium de duobus discipulis euntibus in Emaüs, quibus dominus apparuit & scripturas
3 Mosi, & omnium Prophetarum aperuit. Et attende ℣ licet † hodie legatur euãgelium de apparitione domini: non tamen hodie sed heri apparitio fuit. Ad pietatẽ ergo pertinet hoc officium, in quo cõtinetur rememoratio scripturarũ: & accedit ad mansuetudinem: prout ibi dictũ est. In tertia feria legitur euangelium: Stetit Iesus. vbi multifariè suam resurrectionem probat, scilicet per visum & tactũ: per gustum etiam, & per auditũ, cùm scripturas etiã exponit: ℣ pertinet ad scientiam, vnde in introitu: Aqua sapientiæ, &c. beati viri potati referũtur, in offertorio. Intonuit fontes aquarum aperuisse memorãtur, in postcommunione: Si con-
4 surrexistis: † quæ sursum sunt, quærere & sapere iubentur, & in euangelio sensus ad intelligẽdum scripturas discipulis aperitur.

Scripturarũ quippè intelligentia & scientia lamenti, & luctus est causa effectiua. Qui enim legit in scripturis Prophetas, & eorum dominũ occisos, quoquo magno dolore mordetur, & quãtò magis quis peccata sua intelligit, tantò citius in luctũ & pœnitẽtiæ lamẽtũ prorũpit. Licet igitur his diebus sit gaudiis vacãdũ: tamen ineptã lætitiã remoueamus: ne carnes agni sine lactucis agrestibus comedamus: quia beati qui lugẽt. In iiij. feria legitur euãgeliũ de discipulis piscãtibus, quos inuitauit ad prandiũ, & dedit eis panẽ, & piscẽ assum, id est, Christũ cognoscere Deũ & hominem passum. quæ est illa quidẽ saturitas de qua dicitur: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiã: quoniã ipsi saturabuntur, quorgo dicitur ibi. Venite prãdere, hoc est quod cantatur in introitu: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. hoc enim regnũ est prandium æternũ, vbi erunt pisces magni: sed vnus super omnes nõ passionis, sed amoris. rationabiliter autẽ feria iiij. nobis à Christo regnũ promittitur: quia in quarta ætate regnauerũt Dauid & Salomõ, in quorũ manibus Christi regnũ specialius & plenius significatur, & quia Petrus supradictũ rete traxit in terrã, ipsi enim commissa est ecclesia ipsi specialiter dictũ est: Pasce oues meas: ideò pro epistola sumitur eius prædicatio de act. Apost. Ad † saturitatẽ 5
enim quoq; pertinet offerẽda. Portas cæli aperuit, Prophetas qui prædixerũt, angelos qui annũtiauerũt, Mariã quę genuit, Apostolos qui prædicauerũt, doctores qui exposuerunt. per hos omnes pluit dominus mãna in ore egẽtiũ animarũ. i. verbũ, vel corporis sacramentũ: vt non deficerẽt in via tẽdentes ad patriã, vbi comedent panẽ angelorũ, versus gradualis, dextera domini fecit virtutem cõgruit illi verbo euãgelij: Mittite in dexterã nauigij rete, & est sensus: dextera domini fecit virtutẽ: quia potẽtia verbi, mihi vniti fecit me vincere mortẽ: ideoque dextera domini exaltauit me. i. laudabilẽ me fecit. Et repetit. Dextera domini fecit virtutẽ: vt ostẽdat resurrectionis qualitatẽ. ſæternã vnde sequitur: Non moriar sed viuã, iuxta quẽ sensum canimus cũ Apostolo in alleluia & cõmunione: Christus resurgẽs: & pertinet hoc ad fortitudinẽ. & quia B. Laur. fuit piscis assus, fortis in esurie & esuriẽs in fortitudine, ideò fit ibi statio. Officiũ † v. feriæ pertinet ad cõsiliũ 6
& misericordiã. magnũ enim fuit consilium peccatricis pedes lauantis cum lachrymis, vt misericordiam consequeretur: prout in euãgelio dicitur. Officiũ † vj. feriæ pertinet ad mundiriã cordis & 7
corporis. In baptizato nãq; de quo ibi agitur, lauantur corpus & anima. Et quia mũdis cordibus visio Dei promittitur: vt ibi dictũ est, Beati mundo corde: quoniã ipsi Deũ videbũt, & per munditiã ad intellectũ peruenit: ideò rectè in euangelio dicitur q; trãſmigrantes

8 grãtes Deũ videbũt. In ſabbato †legitur euãgeliũ in quo dicitur, q̃ licet Ioã. præcurrerit: tamen Pet. ſequẽs citius in monumentũ intrauit: & poſteà Io. Hi, prout dictũ eſt ibi, ſunt duo populi. Petrus ſignificat gẽtes, q̃ poſterius venerũt ad notitiã poſſionis: ſed tamẽ primitus crediderũt. Ioãnes ſynagogã, q̃ in lege & prophetis prius audiuit Domini paſſionẽ: ſed nõdũ credere in mortuum
9 voluit: credet autẽ cũ Iſrael ſaluus fiet. De †his duobus populis. ſ. credẽtibus & non credentibus loquitur Petrus in epiſtola. Deponẽtes, &c. De credẽtibus dicitur in introitu. Eduxit Dominus populũ. ſ. in exi. Eduxit enim Dominus Iſraël de Ægypto, cum auro & argento: ſed in illis in deſerto murmurãtibus & ideò pereuntibus: eduxit eos qui non murmurauerunt in deſerto in terrã promiſſionis, & propter eoſdem dimittimus graduale: & duplicatur allelu-ia: quia tunc neophyti laborãt: nunc Deũ voce, & opere laudant: Ad eoſdẽ pertinet Pſal. Laudate pueri domi. totus enim ille pſal. ad electionẽ dirigitur gentiũ: quod ex illo fine probatur. Qui habitare facit ſterilẽ in domo. Eiſdẽ pueris cõuenit, quod canitur in offertorio: Benedictus qui venit in nomine do. Hunc enim verſiculũ cantauerunt pueri occurrentes domino ad paſſionẽ venienti. Quòd ſequitur: Benedximus vobis de Domino. di. adiecit mater eccleſia, dicens pueris ſuis: Benedximus vobis i. ſignauimus vos baptiſmo, nos q̃ ſumus familia domini: quia dominus Deus
10 illuxit nobis. ſequens verſus: Hæc †dies ad gaudiũ ſpectat credentium ille alius: Lapidẽ, quẽ reprobauerunt ad ſuggillationẽ pertinet Iudæorũ, ad eoſdẽ credentes pertinet poſtcõmunio. Omnes qui in Chriſto, &c. pertinet igitur officiũ iſtud ad pacificos, qui filij Dei vocabuntur. Dedit enim dominus his, qui credunt in nomine eius filios Dei fieri, quibus datur ſapientia perfrui.

SVMMA.

1 *Dominicæ primæ à Paſchate, officium, & nu. 1. 4. & 6.*
3 *Apocalypſis, & Epiſtolæ canonicæ, legũtur à reſurrectione, idq; iure.*
5 *Miſſæ dominicæ ſecundæ à Paſchate, expoſitio.*

De prima dominica poſt Paſcha. CAP. XCVII.

1 IN octaua Paſchæ † incipit tempus regreſſionis ſeu reconciliationis: prout dictũ eſt in proœ huius partis. Sanè in hac die dominica, in quibuſdam eccleſiis fiunt octauæ Paſchæ: & dicuntur reſpõſoria de die dominica, & introitus: Reſurrexit: & graduale quod derelictũ erat, reſumunt, habentes reſpectũ ad generalem reſurrectionem: ad cuius gloriam per gradus aſcenditur: Chriſti enim reſurrectio in octaua ætate facta eſt. Sed cùm Paſchalis ſo-
2 lennitas ſignificet illam octauã, quæ ſequitur † ſeptenarium huius vitæ: quæritur quare habet octauas, cùm etiam eius ſolenni-

tas protendatur: nõ tantum per octo dies, sed etiã vsque ad diem Pentec. Respondeo: quia resurrectio futura significata est per circunciſionẽ, quæ octaua die mãdata est, cuius verè circunciſionis octo sunt beatitudines: quarũ octaua redit ad primam, & ideò ad repræsentandũ has beatitudines solennibus octo dierum officiis celebramus octauas dominicæ resurrectionis, quæ est causa & signum nostræ futuræ resurrectionis. Has beatitudines coaptat Aug. in lib de doctrina Christiana, septẽ spiritibus omittens vltimã, quia redit ad primã, gradatim enim à timore peruenitur ad sapientiã. vnde initiũ sapientiæ timor Domini. de hoc dicetur in proœ. vij. partis. Quia ergo nouiter baptizati sunt pueri, & quia multos nouellos in quadrageſima genuit eccleſia: & quia in illo tempore fuerũt Apoſtoli pueri, propter quod Dominus fuit cum eis quadraginta diebus poſt Paſcha inſtruens eos in fide: vt poſſent omnino fieri ſpirituales, & vt vrerentur igne ſpiritus ſancti, propter iſtas tres cauſas ſiue nouitates inſtruit nos Eccleſia in fide in hoc tempore. Et ideò in prima quindena leguntur Apoc. & Acta Apoſt. in quibus libris habetur de ſeptem ſignaculis: videlicet de incarnatione, natiuitate, &c. quæ Chriſtus ſolus aperuit, quæ ſunt maxima principia fidei noſtræ. poſtmodũ in alia quindena cãtatur in reſpõſoriis de pſalmis, & in lectionibus leguntur Epiſtolæ canonicæ vſq; ad aſcenſionẽ domini, vt ſupra fidem ædificẽtur bona opera: Pſalmi enim & epiſtolæ bona opera deſignãt. Et attende, quòd ante †reſurrectionem lex & Prophetæ legebantur, poſt reſurrectionem verò Apocal. & epiſtolæ canonicæ quæ ſunt Apoſtolorum ſcripta, leguntur, & cantibus iubilantur. Lex enim & Prophetæ Chriſti paſſionẽ & reſurrectionẽ prædixerũt: ſed Apoſtoli ia facta anuntiauerũt, & reſtificati ſunt, ideoque reſponſoriũ illud cãtatur. Virtute magna reddebãt Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis. Rationabiliter quoque legitur Apoc. & cantatur eò quòd in ea viſio Chriſti, & angelorũ collocutio memoratur. In illa enim vita, quã paſchale ſignificat tempus, animæ viſione trinitatis, & angelorũ cõſortio cõgratulabuntur. Legitur autem Apoc. cum hiſtoria. Dignus es domine. aliàs incipit, Ego ſum vitis vera. Quod autẽ in quodam reſponſorio dicitur, decantabat populus Iſraël allelu-ia, & vniuerſa multitudo Iacob canebat legitimè, & Dauid cũ cantoribus cytharã percutiebat in domo domini: illud reſpicit, q̃ regno Saul deſtructo, id eſt, mortis imperio, arca, id eſt, humanitas ſaluatoris, in qua ſunt manna, id eſt, verbũ: & tabulæ teſtamenti, id eſt, theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſcõditi in Hieruſalem ducitur: & in tabernaculo collocatur, vt æterna pacis viſione fruatur: & ad patris æqualitatem glo

rioſus exhibeatur. Cùm autem ſuperius de temporibus infantiæ Saluatoris paululũ dixerimus eſſe legendũ, nunc verò ſcripta cæterorum Apoſtolorũ, patet quod toto tẽpore ſiue ante paſſionẽ, ſiue poſteà, quo domini præſentia memoratur, cõgruè præcones noui teſt. loquuntur, videtur quaſi ab vberibus ſponſi filij conſolationis lacte potẽtur Hæ nanq; ſcripturæ ſunt vbera, de quibus dicitur: Meliora ſunt vbera tua vino: de quibus nos ſic reficiat Deus, cuius miſericordia plena eſt terra, vt omnes de ipſius ple-
4 nitudine accipiamus. Et† no. q secundùm Rom. ordinẽ legũntur nouem lectiones in dominicis à Paſcha, vſq; ad Pentec. prout dictum eſt ſub tit. de ſeptẽ diebus poſt paſcha. propter nouitatem
5 autem triplicem, quæ dicta eſt incipit introitus: Quaſi† modo geniti, &c. 1. Pet. 2. ca. In epiſtola verò in fide inſtruimur, quæ incipit: Omne quod natũ eſt, ex Deo, vincit mundũ, &c. 1. Ioan. 5. ca. Oſtendit fidẽ per teſtimoniũ in cœlo & in terra, & in conſcientia. In terra, cũ dicit: tres ſunt qui teſtimoniũ perhibent in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis: quia enim clamore magno dominus emiſit ſpiritum: & q ex eo iam mortuo exiuit ſanguis & aqua indicium fuit humanitatis: & hi tres, vnũ ſunt, id eſt, vnũ ſignificant. Tres perhibent teſtimoniũ in cœlo pater in voce: verbũ in carne: ſpiritus in columba: & hi tres vnũ ſunt de teſtimonio conſciẽtiæ ſequitur in epiſtola: Qui credit in filiũ Dei, iam in ſe teſtimoniũ Dei habet, id eſt, hoc dictat ei cõſciẽtia, ſequitur duplex allelu-ia.
6 In dominicis enim & feſtiuis diebus ab hac die vſq; † ad Pentec. canitur duplex allelu-ia, de quo dictũ eſt ſub tit. de ſeptẽ diebus poſt Paſcha & ſub ſabbato in albis, & ſub ſeptuageſima primum allelu-ia eſt: Poſt dies octo. Io. 20. ca. Euangeliũ. Cum eſſet ſero Io. 20. cap. eſt de duabus apparitionibus. Prima omnibus Apoſtolis, in ipſa die Paſchæ, excepto Thoma: alia, octa. die præſente Thoma, qui vidit & credidit, & tetigit, & dixit: Dominus meus, & Deus meus: aliud vidit: aliud credidit: vidit humanitatẽ, & credidit, deitatẽ & cõgruit factũ interpretatiõi nominis. Thomas enim interpretatur abyſſus: nã profundè intellexit: qui ex eis quæ exterius vidit, deitatis intima penetrauit. poſtmodũ inuitauit nos in euãgelio beatus Ioã. ad credẽdũ ab vtili & honeſto: vtile eſt enim nobis credere: vnde dicitur: Multa ſigna fecit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Poſt cõmunio eſt: Mitte manũ, &c. Ioã. 20. ca.

SVMMA.

1 *Dominica ſecunda à Paſchate quid moneat. Et eius officium.*

De ſecunda dominica poſt Paſcha. CAP. XCVIII.

1 SEquitur† de ſecunda Dominica poſt Paſcha: quia enim per Chriſti reſurrectionem illuxit Deus nobis, nõ tantũ paruulis,

ſed

ſed etiam perfectis: ideò hæc dominica de paſtoribus eſt, qui debent plenè imitari Chriſtum: vnde introitus eſt: Miſericordia domini plena eſt terra. ea enim non tãtum paruuli, ſed & magni repleti ſunt: & ideò ſicut antecedens dominica fuit de paruulis, ſic iſta de perfectis. vnde ſequitur: Verbo domini cœli, id eſt, Apoſtoli firmati ſunt: & quia Petrus loquitur ad paſtores in epiſtola: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, &c. 1. Petr. 2. cap. ideò nunc fiunt ſynodi, & fit ſtatio apud ſanctum Petrum. In fine enim dicitur. Conuerſi enim eſtis ad paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum. Duo allelu-ia dicuntur: primum, ſcilicet: Cognouerunt diſcipuli, &c. eſt de reſurrectione: in aliis tamen eccleſiis dicitur. Surrexit dominus Matt. vlt. cap. aliud, ſcilicet: Ego ſum paſtor bonus. Ioan. 10. cap. eſt dé prælatis. Euangelium verò, Ego ſum paſtor bonus Ioan. 10. cap. eſt de bonis prælatis & mercenariis. Offertorium eſt: Deus, Deus meus ad te de luce vigilo: quia prælati debent ſemper vigilare: vnde in canticis canticorum dicitur: Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: poſt communio ſimiliter eſt de prælatis. Ego ſum paſtor bonus.

SVMMA.

1 *Dominica tertia à Paſchate, quid hortetur. aut quo vocet. Et nu. 2. 3.*

De dominica tertia poſt Paſcha. CAP. XCIX.

IN precedentibus duabus† dominicis oſtenſum eſt, quod parui vel magni, per Chriſti reſurrectionem pleni ſunt miſericordia domini. parui, cum dicitur in introitu præcedẽtis dominicæ: Miſericordia domini plena eſt terra. magni, cum dicitur ibidem: Verbo domini cœli firmati ſunt. In hac verò tertia & in ſequentibus duabus dominicis ante aſcenſionem, hortatur nos eccleſia ad iubilum & exultationem propter Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem, vnde introitus huius dominicæ incipit: Iubilate domino omnis terra, &c. & ibi ſequitur allelu-ia: quia iubilus eſt exultatio mentis, habita de æternis. ſoli autem deo iubilandum eſt, ſequitur Pſalm. Dicite nomini eius, id eſt, hilari operatione ipſum laudate, & ſequitur ſimiliter ibi vnũ allelu-ia: quia ab vna radice ortum habẽt alia omnia, id eſt, à charitate ſequitur: Date gloriam laudi eius. & ibidẽ in fine ſequitur triplex allelu-ia: quia à potentia patris, & ſapientia filij: & à benignitate ſpiritus ſancti proceſſit, quòd nos liberauit per paſſionẽ, & reſurrectionẽ ſuam: & ideò laudandus eſt Deus: licet autem ſit exultatio: tamen incutitur timor, ne ſpes ſine timore luxuriet in præſumptionem. Indè ſequitur verſus: Dicite Deo, quàm terribilia† ſunt opera tua domine: debet enim timere nouus populus: quia Iudæi excæcati ſunt, qui erant populus peculiaris domini: quilicet appoſuiſſent

cuſto

custodes: tamen dixerunt: venerunt discipuli eius,& furati sunt eum,&hoc est,quod dicit Psal.Mentietur tibi,id est,ad honorem tuum:quia ex hac magis confusi sunt inimici tui, id est,Iudæi,& sequitur ibi:In multitudine virtutis tuæ.q d.licet vidissent multa miracula,videlicet Solem obscuratum,& petras scissas,in hoc est etiam multitudo virtutis Dei, quod mẽdacia inimicorum vertit
3 in suum honorem.In epistola verò monet Petrus † baptizatos,vt ambulent in nouitate vitæ, abstinentes à carnalibus desideriis, dicens:Obsecro vos fratres,tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis.1.Pet.2.ca.& cõcordat cum introitu quia gustato spiritu desipit omnis caro: quædam ecclesiæ dicunt allelu.ia.Christus resurgens.Rom.6.ca.Euangeliũ est de resurrectione:Modicũ & iam non videbitis me,modicum id est, à morte vsq; ad resurrectionẽ:& iterũ modicum,& videbitis me post resurrectionem:& modicum:quia vado ad patrem.Ioan.16.

SVMMA.

1 *Dominica quarta à Paschate,inuitat ad iubileum. Et eius officium. num.2. 3.4.*

De dominica quarta post Pascha. CAP. C.

1 IN quarta etiã†dominica inuitamur ad iubileum & specialiter inuitantur ad hoc gẽtes:vnde introitus sumptus est de psalmo inuitante ad canticũ,qui incipit:Cãtate domino canticũ nouum,
2 quia mirabilia fecit:Bernardus inquit:Tria fecit†Dominus mirabilia in incarnatione sua.Primũ,ꝙ mater esset virgo. Secundum, quòd Deus fieret homo. Tertiũ, ꝙ prædicta potest credere carnalis homo.sequitur ibi ante conspectũ gẽtium reuelauit iustitiã suam id est,filiũ suũ.Sequitur versus. Saluauit sibi dexterã eius, &c.Et quia per fidẽ vniti sunt duo populi,scilicet gẽtilis & Iudaicus:ideò in oratione habetur:Deus,qui fideliũ mentes vnius officis voluntatis,&c. Rursus,quia ista dominica quarta appropin-
3 quat ascensioni:ideò dicitur euangelium : Vado†ad eum qui me misit,& nemo ex vobis,&c.Ioan.16. & post,expedit vobis vt ego vadam,&c.Ostẽditur enim causa iubili,scilicet:ascensio huic consonat principium epistolæ beati Iaco.1.ca.Omne datũ optimum: & omne donũ perfectũ, desursum est,descendẽs à patre luminũ.
4 Sequitur in euangelio: Cùm†venerit paracletus arguet mũdum de peccato, id est,de infidelitate, fides enim peccatũ excludit:vnde arguere de hoc peccato,est arguere de omni peccato:& de iudicio,& de iustitia:dicit ergo de peccato:scilicet quod habent,De iustitia quam non habent scilicet sanctorum, quia vado ad patrem,id est,in cordibus sanctorum hominum:perducendo eos ad patrem,per cognitionem Dei bonam:& extollendo eos ad patris

confor

conformitatem: & tamen volunt homines ſanctis aſſimilari. de iudicio, quod non timent: quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt: & adhuc ſequuntur damnatũ: & ſufficeret de duobus arguere, ſcilicet de fide, quã non habent: & habere poſſent, ſi vellent: & de iuſtitia, ſiue de bona vita, in qua non imitãtur ſanctos: & ideò adiecit verbum timoris, ſcilicet de iudicio, quod debent tales ſubire. Sequitur ibi. Et quæcunque audiet, loquetur: & huic concordat finis epiſtolæ: Suſcipite cũ manſuetudine inſitum verbum, &c. Si enim ſpiritus ſanctus audit, quæ loquitur, multo fortius debet homo audire, & expectare, donec Deus ipſe loquatur: quia qui de ipſo loquitur, mendacium loquitur.

S V M M A.

1 *Rogationum dominica, quid moneat. & num. 2. 3.*

De dominica rogationum. CAP. CI.

QVinto † loco ſequitur, de dominica rogationum, in qua inſtructos per quatuor dominicas, quaſi ornatos quatuor cardinalibus virtutibus, monet annũtiare aliis: vt qui audit dicat veni: & cortina cortinã trahat extra de ſac. vnct. cap. vnico. dicens in introitu qui eſt Eſa. 64. ca. ſecundum aliã tranſlationem: vocem iucunditatis, id eſt noui teſt. in quo promiſſa redduntur nõ terroris: ſicut vetus lex fuit, annũtiate, &c. Hæc autẽ Dominica dicitur † rogationũ propter propinquã aſcenſionẽ domini: quã quia nos ſequi non poſſumus: ideò in oratione docemur petere duo: quæ petenda ſunt, ſcilicet vt cognoſcamus & faciamus, Dicite enim oratio: Largire quæſumus domine ſupplicibus tuis ſemper ſpiritum cogitandi, quæ recta ſunt, propitius & agendi, &c. Vnde in epiſtola redarguit beatus Iac. eos, qui volunt cognoſcere, & non facere, dicẽs: Eſtote, factores verbi & non auditores tantum, &c. Iac. 1. ca. quædam eccleſiæ dicunt allelu-ia. Nónne cor noſtrum ardens, &c. Luc. vlt. cap. & vſq; modo, &c. Ioan. 16. cap. In † euangelio verò: Amen amen dico vobis, &c. Ioan. 16. cap. oſtẽdit quid debeamus petere, ſcilicet æterna dicens: vſq; modo non petiſtis, quicquam. qui enim petit temporalia, nil petit, quoniam in eis, quæ non quieſcunt, quies eſſe non poteſt, vnde ſequitur: Petite, & accipietis: quia dextera Domini ſemper aperta eſt.

1

2

3

S V M M A.

1 *Rogationes quo tempore fiant. & cur cantentur litaniæ.*

2 *Litania maior, à quo, & quorſum inſtituta. Et à quo minor. nu. 4.*

3 *Litaniæ ſiue rogationes, habent proceſſionem ſeptiformem. Et qua id ſignificatione. Et vnde dicta minor litania. num. 4.*

5 *Sanctos cur rogemus.*

6 *Litaniæ qualiter fiant: quídque habeant. & nu. 7. 9. 10. 11.*

8 *Vexilla cur ferantur in processione.*

12 *Litaniarum Missa, & eius expositio. Et num.* 13. 14. 15.

De Rogationibus. CAP. CII.

1 IN tribus diebus † ante festum ascensionis Domini fiunt rogationes, quæ dicuntur litaniæ: λιτανεία autem græcè, apud nos supplicatio seu rogatio est. In qua Ecclesia sancta Deum rogat, vt qui destruxit cõsilium Achitofel, destruat consilium eorum, qui volunt viuere super pacem eius: tũc etiam supplicamus Deo, vt nos à morte subitanea & ab omni infirmitate defendat: rogamus verò sanctos, vt pro nobis apud Deum intercedant. Et denominatur græco vocabulo λιτανεία propter authoritatem linguę
2 græcæ: prout dictum est sub Pascha. Est †autem duplex litania, scilicet maior & minor. Maior est in festo B. Marci, quæ inuenta fuit à beato Greg. propter pestem inguinariam, siue inflaturam inguinum: cuius institutionis causas Paul. Montiscassini monachus longobardorum historiographus ita describit, dicens: quod tempore Pelagij Papæ tanta fuit inundatio aquarũ, per Italiam quòd aquæ ascenderunt vsq; ad superiores fenestras templi Neronis, quòd erat Romę: nec aquæ intrabant templũ: tunc per Tyberim effluxit multitudo serpentum, inter quos fuit maximus draco ex quorũ flatibus aër est corruptus & inde emersit pestis inguinaria: qua homines passim & subitò moriebantur: & cùm penè totus Roman. populus deleretur, Pelagius Papa omnibus ieiunium & processionẽ indixit. Sed in ipsa processione ipse cum septuaginta aliis expirauit, cui substitutus est Greg. primus, qui & magnus dictus est: & hanc litaniã vbiq; terrarum seruari præcepit. Litania ideoque hæc dicitur Gregoriana vel Romana. Vocatur etiam cruces nigræ, quoniam in signum mœroris ex tanta hominum strage, & in signum pœnitentiæ homines nigris vestibus induebantur: & cruces & altaria nigris valebantur. Tertiò,
3 etiam modo † dicitur processio septiformis, eò quòd beatus Gregor. septeno ordine iri in ea in maioribus ecclesiis ordinauit. In primo ordine sunt clerici. In secundo, religiosi. In tertio, sanctæ moniales. In quarto, pueri. In quinto, laici perfectæ ætatis. In sexto, viduæ & continentes. In septimo coniugati. In aliis verò Ecclesiis, quod non possumus in numero personarum, supplemus in numero litaniarum. Nam septies litaniã dicere debemus priùs quàm insignia deponamus. Contigisse autem dicitur Romanis præmissa inguinaria pestis, pro eo quòd cùm in quadragesima continenter vixissent: & in Pascha corpus Domini recepissent, postmodum ludis, comessationibus, & luxuriæ fræna laxabant. Fuit quidem tam sæua hæc pestis: vt vbiq; homines subitò perimerent:

meretrita quòd ſicut dicitur: cum aliquis ſternutabat, ſæpè ſpiritum emittebat: vnde cùm aliquis ſternutabat, audiens, ſtatim ac currens, dicebat: Deus te adiuuet. Et abinde, vt dicunt: hęc adhuc conſuetudo ſeruatur, vt audiens aliquẽ ſternutantem, ſtatim dicat: Deus te adiuuet. Rurſus, vt fertur, cùm tunc aliquis oſcitabat: frequenter ſubitò ſpiritum emittebat: vnde cum aliquis ſe velle oſcitare ſentiebat, cõtinuo ſignum crucis ſibi imprimere feſtinabat: quæ cõſuetudo ſimiliter vſq; hodie obſeruatur. Minor† verò 4
litania, quæ etiam rogationes & proceſſiones vocãtur, fiunt tribus diebus ante aſcenſionẽ: quæ ſicut legitur in Bucardo lib. 13. cap. Exigentibus. inuenta eſt apud Viennam à B. Mamerto Epiſcopo Vien. qui propter peſtem luporum, & aliarum ferarum in Galliis acriter homines perimẽtium: & propter periculoſos terræmotus, illic crebrò contingentes indixit populis ieiunium triduanum, & litanias inſtituit. Ceſſante verò illa perſecutione, ieiuniũ illud in conſuetudinem annuæ obſeruationis deuenit: & ſicut quidam referunt, fuit per eccleſiam confirmatum, vt vniuerſaliter obſeruetur. dicitur autem hæc litania minor: quia à minori, ſcilicet à ſimplici Epiſcopo & in minori loco, ſcilicet in Vienna inuẽta eſt. Illa verò dicitur maior, quia in maiori loco, ſcilicet Romæ: & à maiori, ſcilicet à magno Greg. & pro magno, & grauiſſimo morbo inuenta eſt: minor tamen antiquior eſt tẽpore: nam inſtituta fuit tempore Zenonis Imperatoris. Maior verò tempore Mauritij Imperatoris. Fiunt etiã litaniæ propter plures alias cauſas, vnde liberius Papa ſtatuit, vt pro bello, pro fame, pro peſtilentia & huiuſmodi aduerſitatibus imminentibus ſemper litania fiat: vt ſic iſta per ſupplicationes, orationes, & ieiunia effugiamus. Quia ergo hoc tempore maximè bella emergere ſolent & fructus terræ: qui adhuc in teneritate vel flore ſunt pluribus modis facilè corrumpi ſolent: ideò hoc tempore fiunt litaniæ vt rogemus Deum, quòd talia à nobis auertat: & ab aëris intemperie. & à bellis, & ab hoſtibus Chriſtianæ religionis nos eripiat & defendat: ſuper hoc patrocinia ſanctorum ſpecialiter & generaliter implorantes: & ideò rogationes vocantur dicuntur etiam proceſſiones: quia tunc Eccleſia proceſſionem facit generalem. Et eſt† notandum, quòd 5
rogamus ſanctos propter noſtram inopiam: propter eorum gloriam, & propter Dei reuerentiam: quando autẽ litaniam pro imminentibus periculis in pœnitentiali & flebili habitu facimus, illã vltimam proceſſionẽ mulierum plangentiũ poſt dominũ, quãdo ducebatur ad crucẽ repræſentamus, plangentes iuxta mãdatum domini ſuper nos, & ſuper filios noſtros: fiunt etiã hoc tempore litaniæ: quia Chriſto aſcendente, qui dixit: Petite, & accipietis:

confi

confidentius ecclesia petit. Ieiunat enim tunc, & orat, vt parum habeat de carne, probter carnis macerationem, & acquirat sibi alas per orationem: quæ est ala, qua anima volat in cœlũ, vt sic Christum ascendentẽ liberè sequi valeat: qui ascendit pandens iter antè nos, & volauit super pennas ventorum: & hæc est causa, quare vltimã litaniã siue vltimũ ieiunium ascensioni continuamus, vt videlicet propter orationes, & ieiunia deposita mole carnis Christũ ascendentẽ sequi possimus. In litaniis† ergo fit pro-
6 cessio, & cantatur in quibusdã ecclesiis in principio processionis. Exurge Domine &c. Frequentandum etiã esse, & à pueris dicendum illud canticũ euãgelicũ: Sancte Deus, sancte fortis, sancte & immortalis miserere nobis. Nam Io. Damascenus refert in libro tertio cùm apud Constantinopolim propter quandã tribulationẽ fierent litaniæ: quidam puer è medio populi raptus est in cœlum: & hoc canticũ ibidẽ edoctus: demum ad populũ rediẽs, illud in conspectu omnis populi decãtauit: & mox omnis tribulatio cessauit. quod cãticum Calcedon. synodus approbauit. Huius ergo cantici laus & authoritas colligitur. Primò, ex eo, ꝙ angelus illud docuit. Secundò, ex eo, ꝙ ex eius prolatione illa tribulatio cessauit. Tertiò, ex eo, quòd tantum concilĩ approbauit. Quartò ex eo quòd dæmones illud valdè timent.† Cæterum in
7 processione ipsa præcedunt crux & capsa reliquiarũ sanctorũ: vt vexillo crucis & orationibus sanctorũ dęmones repellantur: vt dictũ est in quarta parte, sub tit. de accessione Põtificis ad altare. Portantur etiã† vexilla, ad repræsentandũ victoriã resurrectionis
8 & ascẽsionis Christi qui cũ magna præda cælos ascendit. Vnde vexillũ per aëra incedens, est Christus in cælũ ascẽdẽs. Et sicut vexillũ in processione ipsa multitudo fideliũ sequitur: sic & Christũ ascendentẽ magna sanctorũ collectio comitatur. Portantur etiã vexilla ad imitationem eius, quod dicitur in Esa. 2. capit. Et leuabit Dominus signum in nationes: & congregabit profugos Israel & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Quòd verò cruces & vexilla portantur, à Constantino sumpsit ecclesia: qui cũ in somnis crucis signũ vidisset, eiq; dictum fuisset: Vinces in hoc signo: iussit crucẽ in vexillis bellicis insigniri. Quod in lita-
9 niis crux maior à crucis baiulo de altari sumitur recolit, quòd de Christi humeris tulit eam Simon Cyreneus. In quibusdã† locis fit litania per cãpos vt etiam à segetibus dæmones expellantur, vel potius vt à Domino conseruentur. Cantus autẽ in processione, quid significet dictũ est in præcedenti tit. de accessione põtificis ad altare: Consueuerit quoque quidã draco cum cauda longa erecta, & inflata duobus primis diebus ante crucẽ, & vexilla

præcedere. Vltima verò die, quasi retrò aspiciens cauda vacua, atque depressa retrò sequitur. Nempè draco iste, significat diabolũ, qui per tria tẽpora, scilicet ante legẽ, & sub lege, & tempore gratiæ, quæ per hos tres dies significantur, homines fefellit: & nunc fallere cupit: in duobus primis tẽporibus regnauit: & quasi Dominus orbis fuit cauda longa, id est, potenter: & inflata, id est, superbè incedẽs: vnde Christus illũ mundi principẽ vocat. & Io. ait in Apo draco de cœlo cadens, traxit secũ tertiã partẽ stellarũ, id est, hominũ. & Dominus in euangelio: Videbam Satanam tanquã fulgur cadentem de cœlo: in cuius rei figurã, duobus diebus modo prædicto præcedit. In tempore verò gratiæ per Christũ victus est: & data est Apostolis eiiciendi spiritus immundos potestas propter quod tertia die draco quasi potestate propter fidei dilationẽ amissa, post crucẽ sequitur, cauda vacua & demissa, & non lõga: quia nõ audet ita potenter regnare, vt prius sed per suggestiones: & latẽter homines seducit. quos videt pigros in bonis operibus, & remissos, nec viã vitæ sectantes, quasi fur retrò aspiciẽs, si quis oberret, & à rectitudine fidei cadat, quem ad se quasi caudã trahat, & sibi incorporet: sicut & in deserto filios Israël infirmos & debiles, & qui aberrãtes remanebãt vltimi hostes post tergum venientes necabant. In litaniis† debemus secundum Aurelian. conciliũ ieiunare, vel saltem cibis quadragesimalibus, & cappis nigris, in signũ pœnitentiæ vti: nec debet quis vti veste solenni, propter quod vocantur processiones nigræ: nõ tamẽ debent cruces nigræ vocari. de consec. d. iij. rogationes. In litaniis quoque debẽt omnes à seruilibus† operibus vacare. s. viri & mulieres: serui & ancillæ. de cõsec. d. iij. rogationes, & donec terminẽtur, processioni adesse vt sicut omnes peccauerunt, sic & omnes pro venia supplicẽt: omnes ad Deũ corda cũ manibus eleuent, id est studiũ orationis erigant. Post processionẽ cãtatur missa† in aliqua ecclesia, & est introitus: Exaudiuit, &c. Rememorat enim ecclesia præterita Dei beneficia ad maiorẽ spẽ. & Dei largitas inuocatur, vt per hoc cõiiciat futura. Ex eo enim q̃ multoties exaudiuit, perpenditur q̃ adhuc exaudiet. exaudiuit inquã de templo sancto suo, scilicet per gratiam: & quia nõ potest huiusmodi esse exauditio sine dilectione: sequitur versus Diligãt te. &c. Iterum, quia non exaudiuntur, nisi per confessionẽ, ideò dicit Iac. in epistola. Cõfitemini alterutrũ peccata vestra. quæ est Iaco. vlt. c. Et vt maior spes habeatur adhibet exẽplũ de Helia, qui petiit, vt nõ plueret, & non pluit annis tribus, & mensibus sex: etiã posteà petiit quòd plueret, & pluit. Si enim Helias solus exauditus est: multò fortius tota ecclesia exaudietur. Manus enim domini non

est

est abbreuiata. Sequitur vnũ Allelu-Ia. Cõfitemini. Sed † cum in
13 diebus antecedẽtibus, duplex Allelu-Ia cãtetur, quare in his diebus vnicũ tantũ dicitur? Item cum aliis ieiuniis, non dicatur Allelu-Ia, quare in hoc dicitur? Ad primum dicimus, q̃ sicut sæpè dictum est duplex Allelu-Ia, cantatur in antecedentibus diebus, propter duplicẽ stolã, quæ habebitur in resurrectione cõmuni, animæ videlicet & corporis. Officium autẽ paschale, quod hoc significat finitũ est, & ideò remota causa, remouetur & effectus. j. q. vij. quod pro medio. extra de app. cũ cessante. & de iureiur: & si Christus ad secundũ dicimus, quòd ideò in aliis ieiuniis nõ cantatur allelu-Ia: quod est canticũ lętitiæ: quia fiunt pro peccatis: propter quod dicũtur ieiunia mœroris: hoc autẽ ieiuniũ, & ieiuniũ Pentẽ. sunt exultationis, quia nõ fiũt pro peccatis: sed vt potestas diaboli remoueatur & pestis: & ideò in eis allelu-Ia cantatur prætereà in hoc ieiunio dicit allelu Ia, propter, gaudiũ Ascẽsionis, quod imminet. In euangelio verò: Si quis vestrũ, &c. Luc.
14 21. c. ostenditur, q̃ debemus † petere perseuerãter per amicũ, qui dicit amico Amice, cõmoda mihi tres panes, &c. si perseuerauit pulsans propter improbitatem eius surget & dabit ei. per hoc habetur, q̃ etiã existens in peccato mortali, si perseueranter petierit, exaudietur propter improbitatẽ. Allegoricè amicus noster, est Christus à quo intellectus theoricus petit tres panes: scilicet fidẽ, spem, & charitatem: quia amicus, id est intellectus practicus scilicet ratio inferior, venit de via, id est, de consideratione tẽporaliũ. Sequitur. Et nõ habeo, quid ponã ante illũ quia nõ inuenit in talibus spirituale refectionẽ: & sic petit superior intellectus p̃ inferiori: vel pro tota anima. nõ enim potest habere anima, vel ratio inferior aliquã refectionẽ spiritualẽ nisi ab intellectu superiori: cuius est cõsolari cælestia. Sequitur postea ibidem: Nunquid si petierit panẽ, id est, charitatẽ, lapidẽ dabit ei. i. indurationem, quod est contrariũ charitati, id est nunquid dabit cõtrariũ. d. q. non. Similiter, si petierit piscẽ, id est fidem, quæ nutritur in aquis baptismi, nũquid pro pisce dabit ei serpentẽ, id est infidelitatẽ: à qua est omnis vis peccandi. q. d. non. Aut si petierit ouum, id est spẽ: quia in ouo est spes pulli: nunquid porriget ei scorpionẽ, id est desperationẽ, quæ retrò & occultè pungit, sicut scorpio Desperantiũ enim est retrò abire q. d. non vel per panem intelliguntur omnia, quæ hominis victui sunt necessaria: vt cibus & potus, per ouũ, omnia gene. fœtuũ animaliũ, & fructuũ per piscẽ,
15 omnia gene. natantiũ. † Postcõmunio. Petite & accip. sumpta est de euangelio. ad horas dicitur capitulũ, Cõfitemini & illud, Helias homo erat, & illud. Si quis errauerit qui sunt Iaco. 5. cap.

In festo autem beati Marci dicunt quidam epistolam : Qui timet Deum. quæ est Eccle. 15. c. alij dicunt. Similitudo vultus: quę est Ezech. c. Euangelium, Ego sum vitis : quod est Ioan. 15. c. alij verò dicunt: Designauit. Secunda quoq; die rogationum, est idē officium, quod in prima : nisi quia in quibusdam ecclesiis Euangelium de Mat. legitur, in quo est eadem sententia, &c.

S V M M A.

1 *Ascensionis vigilia, quod habeat officium. Et num. 2. 3. 4.*

De vigilia Ascensionis. CAP. CIII.

QVia verò ieiuniū, de quo † præmissum est non sufficit si ne operibus misericordiæ, ideò in vigilia Ascensionis, quę est tertia dies rogationum, ecclesia monet ad opera misericordię: dicens in introitu, qui est in quibusdam ecclesiis : Misericordia Domini, &c. Dicit enim Greg. Si vis orationem tuam ad cælum volare, fac ei duas alas, scilicet ieiunium & elemosynā. Cū bonis enim desideriis volamus ad cœlum. Vnde de Domino dicitur, eleuatis manibus ferebatur in cœlū. In aliis tamē ecclesiis dicitur Omnes gētes. Epistola verò, quæ est in quibusdā ecclesiis : Multitudinis. nō videtur cōcordare: imò videtur præposterario: quia post ascensionē Domini factum est, vt multitudinis credentium esset cor vnū & vna anima. Sed hoc fit duabus de causis. Prima, vt epistola consonet euangelio. Subleuatis oculis, &c. Ioā. 17. c. In quo dicit dominus: Pater, clarifica, id est, manifesta filiū tuū. Et postea rogat, dicens: Rogo, vt vnū sint, sicut ego & tu vnū sumus. extra de sum. tri. c. ij. Hæc autē vnita ostenditur in epistola. Alia causa est: quia quādo ex vero corde dātur eleemosynæ, omnia reputātur communia, sicut dicit Apostolus de mānā, quod qui plus collegit, nō plus abundauit: & qui minus, nō habuit minus qui enim diues est, propter hoc nō debet amplius comedere: sed aliis distribuere: & hoc dicitur in epistola. Et erāt illis omnia communia. Ideò † autē prædictū euangelium dicitur hodie: quia qui 2
passurus orauit, hominibus innotuit, cū ascendit: vel quia in fine concluditur: Ego ad te venio. in quo rogat pro his, quos dedit ei pater, vt sint in patre vnū : cū omnia sint in fide, & charitate vnū, id est, concordia vniti vicissim: vnde procedit epistola: Multitudinis credentium: Hilarius verò sic exponit prædicta verba: Rogo, vt sicut ego & tu, vnū sumus, scilicet nō tantū volūtate sed etiā natura: sic & ipsi vnū sint. s. vnitate spiritus, & gratia spiritus sancti, in aliis tamē ecclesiis dicitur epistola: Vnicuique vestrum. ad Ephe. 4. c. Offertorium est: viri Galilæi. Act. 1. ca. Postcōmunio est: Non vos, Io. 14. c. In aliis verò ecclesiis dicitur : Petite. Mat. 7. 3
c. Quia ergo in hoc officio de elemosyna & operibus misericordię

diæ agitur,ideò in quibuſdam locis,vt præmiſſas ſibi alas acquirant,elemoſynarum largitioni intendunt, quã tamẽ vſque in feſtũ Aſcenſionis differũt.quaſi tunc poſt Chriſtũ in cœlũ aduolent:& vt tunc liberius vacare poſſint. Quidã tamẽ non incõgruè ſupradicta officia paſchalis hebdomadæ per vij. dona ſpiritus ſancti ad eos referunt qui ſunt in baptiſmo renati, vt renatus afflatus ſpiritu ſapientiæ dicat:Reſurrexit. Per quod reſurrexit, euãgeliũ declarat,ſcilicet per reſurrectionẽ Domini: quid inde acquiſierit,ſpiritus inſtruit intellectus, dicens: Introduxit nos in terrã,ſcilicet Eccleſiã,& adhuc addit ſpiritus conſilij aqua ſapientiæ potauit eos. Quid inde quoque acquirere debeat ſpiritus indicat fortitudinis, dicẽs:Venite benedicti patris mei: quòd ex his collatis beneficiis Deũ laudare debeat ſpiritus ſcientiæ,docet dicens:Victricẽ,&c. Quid reſurrectio renatis attulerit: indicat ſpiritus pietatis,dicẽs:Eduxit eos Dominus in ſpe, & adhuc ſpiritus timoris adiungit,dicens,Eduxit Dominus populũ ſuũ. Pro his omnibus beneficiis in baptiſmo collatis hominbus angeli gratulãtur:homines Deo confitentur, & ad Chriſti præconia ſe inuicem exhortantur,gratias agunt, iubilant beneficia, & beneficiorum cauſas rememorant, & ad maiora confidenter aſpirant:& circahoc cæteræ partes officiorũ ſcripturæ hebdomæ verſantur: &
4 inde eſt,quòd hic mutatur ordo bonorũ. † Et attẽde, ℣ per officia huius hebdomadæ ad quatuor introitus quater:& ad tres, ter ponitur allelu-Ia:quia ſancta trinitas, à quatuor mundi partibus collaudatur de Chriſti reſurrectione:&de hominũ redẽptione. In prima Dominica,id eſt,quaſi modo geniti baptizati monentur à matre,tanquã infantes innocentes viuere,& lac ſanctæ ſcripturæ cõcupiſcere:vt paſchale ſacramentum, per Chriſti reſurrectionẽ acquiſitũ moribus,& vita teneãt,mundũ vincãt:vt cũ Chriſto triumphent & lætitiam in corpore, & in anima ſimul obtineant propter quã lætitiã allelu-Ia duplicatur:quia mortem euaſerunt: & ſpem vitæ habere meruerunt:vel propter actionem & cõtemplationem: vel propter gaudiũ prædicatorum & conuerſorum.

In ſecunda verò Dominica.ſcilicet miſericordiam Domini baptizati iã inſtructi Chriſti miſericordiam intonãt, & trinitatem prædicãt:nam in miſericordia ſpiritum,in verbo filiũ:in Deo patrẽ annuntiant:præponunt verò ſpiritũ,per quẽ ſunt ſanctificati. Deinde filium per quem redempti:deinde patrem, cui reconciliantur, & quia trinitatem concinunt, ideò ter iubilat allelu-Ia. In tertia Dominica,ſcilicet Iubilate.baptizati ad laudem Dei totum mundum inuitant,& trinitatem perſonam: cum ibi in Deo patrẽ,in filium,laudem:ſpiritum ſanctum accipiunt. Et quia per

duo præcepta charitatis firmãtur in fide trinitatis, ideò prius bis, deinde ter cõcinunt allelu-Ia. In quarta Dominica. ſcilicet Cantate: rurſus baptizati ad dei leudẽ gẽtes conuerſas inuitãt, & trinitatem cõmemorant dum ibi in Domino patrẽ per mirabilia filium, per iuſtitiã intelligunt. ſ. & quia fidem trinitatis gentes à quatuor mundi partibus acceperunt: ideò trinitatem ſub quarto allelu-Ia cõcinunt. In. v. dominica, ſcilicet Vocẽ iucũditatis rurſus baptizati liberatorem ſuũ gentibus ſuis annuntiauerunt qui trinitatẽ pẽr ter poſitũ cõcinunt allelu-Ia. Et ſicut ibi cõtinetur, inſtantia prædicantiũ ſic in officio. Exaudiuit de templo ſancto ſuo ſolicitudo ſe ab errore conuertentium. & ideò in officio vigiliæ, omnes gentes, applauſus in cœlo intelliguntur aſcenſurum.

SVMMA.

1 *Aſcenſio Dominica habet proceſſionem. Et cur idipſum.*
2 *Aſcenſionis Dominicæ Miſſa: eiúſque expoſitio. & num* 3. 4. 5.

De feſto aſcenſionis domini. CAP. CIIII.

IN feſto † aſcenſionis Domini, quod celebratur die quadrageſima poſt Paſcha: quia Chriſtus die quadrageſima poſt reſurrectionem cœlos aſcendit, fit proceſſio ſolennis: præcepit enim Dominus diſcipulis ſuis, vt præcederent in montem Oliueti, vt viderent ipſum aſcẽdere: & fecerunt ei proceſſionẽ. & ipſe eleuatis manibus ferebatur in cœlũ. De hoc dictum eſt in quarta parte ſub tit. de acceſ. pon. ad altare. Hæc proceſſio, ſignificat acceſſum de virtute in virtutẽ, & cantatur reſponſorium de aſcẽſione, vt inuitemur ad aſcendendum poſt Dominum. De Bethania autẽ, quæ interpretatur obediẽda. de qua eduxit apoſtolos aſcendit Dominus per quod ſignificatur quod ſine obedientia nullus poteſt aſcendere in cœlũ. Vnde quidã cantant in proceſſione reſponſoria pertinentia ad ipſam eductionẽ: vt Eduxit Dominus, Quòd verò aſcendit de mõte Oliueti, ſignificat quòd per opera miſericordiæ oportet nos aſcendere: Cùm igitur hac die proceſſionem rationabiliter agamus nihilominus, & hoc rationabilius eſt, quòd non celebretur antequã tertia dicatur: ſed ea cantata licet in die Paſchæ & cęteris dominicis aliter fiat: & in paſchali proceſſione & in dominicalibus aqua benedicitur in memoriã & veneratiõnẽ baptiſmatis: ideò quæ præcedunt tertiam: in qua ſpiritus ſanctus ſuper diſcipulos adſcendit, vt ſicut prius baptizamur & poſteà ſpiritũ ſanctũ accipimus, ſic aqua benedicta prius nos, & loca noſtra aſpergimus, & poſtmodum aduentus ſpiritus ſancti memoriale, id eſt, tertiam decantamus. Cur autem in dominicis diebus baptiſmatis memoria renouetur: ſuperius enodatur, in hac verò die tertia cantata proceſſio celebratur: ſimiliter

ſimiliter & omnes aliæ quæ ſine aquæ benedictione celebrantur: tum vt Miſſæ coniungantur officia: tum quia nullus eam ſequitur, niſi ſanctificatus ſpiritu ſancto. De hoc etiam ſub dominica in ramis palmarũ dictum eſt. Facta proceſſione cantatur antipho na: O Rex gloriæ: propter illud, non vos relinquam orphanos. Se
2 quitur † introitus. Viri Galilæi quid admiramini aſpiciẽtes in cœ lum. Immotis enim oculis aſpiciebant & diutius aſpexiſſent, niſi Angeli eis intimaſſent, quod recederent, dicentes: Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum: ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum, id eſt, ſic veniet ad iudicium in nube. Nubes ſignificat gratiam: quia ſine nube & ſine gratia nullus poteſt aſcendere, etiã Chriſtus ſecundum quod homo: & hoc ſignificat nubes in qua aſcendit: quia verò de aſcenſione domini eſt ineffabile gaudiũ, ideò ſequitur verſus: Omnes gentes plaudi
3 te manibus. Sequitur epiſtola: Primũ † quidem ſermonem, &c. Act. 1. c. in qua habetur de aſcenſione, poſteà ſequitur duplex alle lu-ia, quia dominus aſcẽdit in duplici ſtola: & ita eadem ratione cantantur duo allelu-ia in aſcenſione, quæ durãt vſque ad Pente. quia & in tempore Paſchali primũ allelu-ia eſt: Aſcẽdit Deus in iubilatione, id eſt, in gaudio ineffabili antiquorũ patrũ, qui cum eo aſcẽdebant: & Apoſtolorũ & Angelorũ dicentiũ: Quis eſt iſte Rex gloriæ? Eſa. Quis eſt iſte qui venit de Edom? Sequitur: Et Dominus in voce tubę, id eſt, in voce horribili: quia de voce loquitur Angelorum: vel Dominus per Angelos, cùm dicebat Apoſtolis: Sic veniet, &c. Vel quia inuitabat ad nuptias æternas, ſicut & tuba ſolebat antiquitus inuitare ad nuptias temporales. Secundum allelu-ia eſt: Aſcendens Chriſtus in altum: aliqui tamen dicunt: Non vos. Ioan. 14. c. Sequitur Euangelium Marci rugientis vlt. c. Recumbentibus vndecim diſcipulis, &c. Vbi ſequitur. Et exprobrauit: ecce rugitus: in fine habetur de aſcẽſione. Dominus quidẽ Ieſus, poſtquã locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlũ. Poteſt etiã dici, ꝙ eorũ quę hac die cantãtur, quædã ſunt aſcenſionis peracta narratio. vt illud quod narrat Ioã. poſt paſſionẽ, &c. & illud, Aſcẽdit Deus, &c. Quędam ſunt cõſolatio ſponſi ad ſponſam: vt illud: Non turbetur cor veſtrũ, neque formidet: & illud: Tempus eſt vt reuertar: & illud: Si non abiero, Paracletus non veniet: quædam ſunt cõgratulatio ſponſæ ad ſponſum: vt illud reſponſoriũ: Exaltate domino: & illud: Ponis nubẽ. In narratione ſpes concipitur: in conſolatione erigitur: in gratificatione certificatur, vel declaratur: ſimiliter in diurno officio narratur: aſcenſio in epiſtola, & in
4 Euãgelio, ibi dicitur, ꝙ Dominus † aſſumptus eſt in cœlũ, & ſedet ad dextram Dei, in æqualitate patris: & in allelu-ia. Dominus

in Syna.cõsolatur sponsus.In alio allelu-ia: Non vos relinquam: congratulatur spõsa.In offerẽda, narratur perfecta esse ascensio: & in cõmunione dicens, Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli ad orientẽ, hoc est, vsq; ad verbũ sibi personaliter vnitum: quod nõ dicitur ortũ vel oriturũ,sed oriens, quia semper filius à patre procedit,vel super cœlũ cœli ad oriẽtẽ. Hoc est super firmamentũ cœli ad orientalẽ plagã. Quod autẽ † cantatur in introitu 5
& offertorio: Viri Galilæi: sumitur de epistola, in qua clausa percutitur eorũ superbia,qui terras fixerũt,& eorũ mũdana sapientia,qui non cognouerunt,& eorũ pigritia qui talenta sibi cõmissa cum lucro debito non reportauerunt: & solicitatur eorum desiderium,qui aduentũ domini diutius expectauerunt.Hoc enim totum officiũ consistit in solicitudine & gaudio. Hoc enim festum habet decem dies pro octauis, vt dictũ est sub tit.de sancto Pascha. Hac die fiunt in quibusdã partibus eleemosynæ generales,vt dictum est in præcedenti tit.& in tit. de rogationibus. Dicitur autem in hac die ad horas can. Primùm quidem:& illud: Cúmque intuerentur.& illud:Viri Galilæi:quæ sunt Act.1.cap.

S V M M A.

1 *Dominica post Ascensionem,eiusq; dici officium,& nu.2.3.4.6.*
5 *Dauid triplex vnctio.* 7 *Iciunandum an sit à tempore Paschali.*
8 *Ascensionis octaua,quando terminetur.*

De Dominica post Ascensionem. CAP. CV.

NVnc consequenter † dicendũ est de dominica post ascensionem. Siquidem ablato à se spõso,magis deuota est ecclesia: vnde orat in hac dominica in introitu: Exaudi Domine vocem meam,qua clamaui ad te.Et sequitur ibi:Vultũ tuũ Domine requirã.q.d.desiderio & cogitatione sequar te,quia sum filia aquilæ. † Sequitur epistola: Estote,&c.1.Pet.4.in qua habetur vnusquisq; sicut accepit gratiã illam in alterutrũ administret:de commissione talẽti,& ꝙ mutua charitate sectemur nos, & simus hospitales inuicem sine murmuratione,&c. Sic enim adaptat nobis pennas virtutũ, quibus volare possumus ad cœlũ post Christũ, quia bonis operibus.s. charitate & misericordia, quasi de monte Oliueti ascẽdimus.Sequitur duplex † allelu-ia:vnũ est in quibusdam ecclesiis dominus in Syna in sancto.Sed quid est, ꝙ dicit dominus in Syna,cùm nõ ascẽdit de mõte Syna sed de mõte Oliueti de Bethania, sicut habetur Luc.vlt.Ad quod dicendũ est, ꝙ de Syna in sancto ascẽdit,quantũ ad interpretationẽ. Syna enim interpretatur mandatũ: ascendit enim de sancto mãdato,quod est: Ite,& prædicate Euangeliũ omni creaturæ.Vel mandatũ factum est.Negotiamini,dum venio: ipse est enim homo peregrè proficiscens

1
2
3

ciſcens, qui vocauit ſeruos ſuos, &c. Vel de ſancto mãdato aſcendit, quia per impletionẽ mandatorũ Dei aſcẽdit Chriſtus, in quan
4 tum homo, & alij poſt ipſum. † Euãgeliũ verò eſt de promiſſione ſpiritus ſancti. Cùm venerit paraclerus, qui à patre procedit, ſpiritus veritatis, &c. Io. 10. c. alia patent. Richardus Epiſcopus Cremon. dixit in mitrali, q̃ Apoſtoli poſt primã vnctionem, quam in Chriſti morte ſuſceperãt, inſufflante illo dicente: Accipite ſpiritũ ſanctũ: ſecundã expectabãt, quam promiſerat dominus, dicẽs: Si abiero, mittã paracletũ ad vos. Expectantes ergo decantant in introitu: Exaudi. qui verſus de pſal. 17. ſ. dominus illuminatio: aſſumitur, cuius titulus eſt in fine pſal. Dauid prius quàm liniretur:
5 agitur enim ibi de † vnctione Dauid, quę fuit triplex. Primò enim vnctus eſt in ſignũ Regis futuri. Secundò, in Regẽ ſuper tribũ Iuda. Tertiò, ſuper totũ Iſraël. Nos quoq; idẽ cãtamus, q̃ a vnctionẽ tertiã expectamus. Prima enim vnctio eſt in baptiſmo. Secunda, in cõfirmatione, aut in pœnitẽtiæ cõfeſſione. Tertia erit in reſurrectione. Vel prima, erit in Apoſtolis: ſecũda, in Iudæis: tertia in gẽtibus. Et quoniã Apoſtoli, vt diximus, erãt expectãtes in templo, & orãtes, laudãtes, & benedicẽtes Deũ, idcircò in noſtra expectatione in epiſtola: Eſtote prudentes: inuitamur ad orationes: & in offerẽda, Lauda anima mea dominum: prouocamur ad lau
6 des. † Quis autẽ fuerit affectus illius Apoſtolicæ vnctionis: Euangeliũ declarat: Cũ venerit vbi dicitur: Vos teſtimoniũ perhibetis quia ab initio mecũ eſtis In quibuſdam tamẽ eccleſiis eſt offert. Aſcẽdit Deus. Et poſtcõmunio, Pater cùm eſſem. Et attẽde, q̃ ob præmiſſam cauſam, ſ. quoniã Apoſtoli expectabãt indui virtute ex alto: hæc hebdomada dicitur expectationis, in qua ſolẽt quidã ieiunare & orationi vacare, vſque ad Pentec. eò q̃ Apoſtoli ieiu-
7 naſſe leguntur per hoc tempus. Sed † magiſter Guibertus probat ieiunandũ nõ eſſe, quia eſt de Paſchali tẽpore, & de quadrageſima Pente. Hier. Ambr. Aug. lxxvj. d. ſcire. & c. oportet. aiunt inter Paſcha & Pent. nõ eſſe neceſſe ieiunia indicenda. Voluntate enim omni tẽpore à cibis percipiẽdis poſſumus abſtinere, ſed ex neceſſitate non oportet: vnde Amb. per hos quinquaginta dies ieiunium neſcit eccleſia, ſicut ipſa dominica, qua dominus reſurri exit. Sunt enim omnes hi dies velut Paſcha & dominica celebrandi: in quibus ſicut ait Beda maioribus epulis, & hymnis cœleſtibus eſt vacandũ ob reuerẽtiã dominicæ reſurrect. & ob memoriã dominici cõuictus cum diſcipulis ob ſpẽ glorię immortalitatis, veruntamẽ ab hac authoritate pœnitentes excluduntur. Sed & Greg. litanias excipit: & etiã concil. Aure de conſe. d. iij. rogationes. illud tamẽ
8 voluntariũ eſt. Illud † etiam notabile eſt, q̃ octauam aſcenſ. quæ

deberet in v. feria terminari, vlterius oportet prorogari. Licet enim officium dominicæ in v. feria repetatur, tamen in nocturnis officiis vj. feriæ & sabbati inuitatoriũ & responsoria de ascensione cantantur: veruntamen nocturnales psalmos dicimus, cùm tribus lectionibus, & Te Deum lau. omittimus. Prorogatur ergo octaua, cùm Apostoli essent laudantes Deum: & de hoc dictum est sub Pascha: nec vacat à mysterio, quoniam Apostoli expectantes per obseruationem decem præceptorum, paracletum mysterium denarij accipere meruerunt: & nos etiã expectantes ob eandem obseruationem denarium vitæ percipiemus æternæ. In his decem diebus legendi sunt Actus Apost. quos qui sequitur, spiritum sanctum accipiet, & denarium promerebitur.

S V M M A.

1 *Pentecostes vigilia, cur celebretur baptismus, sicut in sabbato sancto.*
2 *Baptismus qua hora celebrandus.*
3 *Pentecostes Missa & eius expositio. Et nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

De vigilia Pentecostes. CAPVT CVI.

SEquitur† de vigilia Pentec. in qua sicut in vigilia Paschæ cele- 1
bratur baptisma: quia istę duę festiuitates sunt maiores, & magis necessariæ inter omnes. In vigilia enim Paschæ celebratur baptismus, quia in passione Christi omnes baptizamur, quia redimimur & iustificamur: nihil enim nasci nobis profuit, nisi redimi profuisset. Item redimi nihil profuisset, nisi paracletus mitteretur: & ideò in vigilia Pent. celebratur baptismus, quia tunc per spiritũ sanctum mundamur, & sanctificamur, quoniã Dominus in cœlum ascendens discipulis promisit, dicens, Ioan. quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos dies, id est, post hos x. dies, quod & factũ est: propter hoc ergo ecclesia in decima die post ascensionem celebrat baptismũ, ad notandum, ꝙ nostri neophyti baptizantur in spiritu sancto, quemadmodum & illic baptizantur etiam hodie solenniter: tum ad hoc, vt post Pascha nati, vel vt necessitatibus impediti, baptizentur: tum quia Petrus hodie tria milia hominum baptizauit: tum quia Dei filius in Dei digito fortem deuicit: ideoque idem opus per fidei mysteriũ repræsentatur digito venienti & filio resurgẽti: tum quia baptismi regeneratio propria est spiritus sancti operatio: tum quia sicut hodie descendit in Apostolos, quem descensum Dominus baptismum appellauerat, dicens: Vos autem baptizabimini spiritu sancto, sic in baptismate descẽdit licet inuisibiliter in baptizatos. Sed† cùm spiritus sanctus die dominica & 2
hora tertia missus fuerit in discipulos, quare baptismus fit in sabbato & hora nona? videtur enim ꝙ deberet potius hora tertia celebrari

lebrari. Reſpondeo, quãuis baptiſma fiat in ſabbato, tamen ad illud baptiſma pertinet, quod Apoſtoli acceperunt in die Pentec. & quanuis illud eadẽ die vel hora non celebretur, propter aliquas fluctuantes mundi occaſiones: tum propter ſacramentum, quod in ſe continet, imitando Chriſti mortem, & eius reſurrectionem, ne membra caput præcedãt: debemus illud baptiſma eidem diei, & dationẽ ſpiritus ſancti eidem horæ deputare. In baptiſmo enim nõ tantũ repræſentatur ſepultura Saluatoris: ſed etiã mors Chriſti per quam baptiſmus plenã recipit efficaciã: & ipſe hora nona emiſit ſpiritũ. Centurio quoque, ſicut ex Act. Apoſt. habetur, eadem hora audiuit ab Angelo: Auditæ ſunt orationes tuæ: & eadẽ hora à B. Petro baptizatus eſt & hora nona Angelus Domini venit ad eum, nuntians ei, vt mitteret ad Petrũ, qui eum baptizaret. xvj. di. deinde. ij. q. vij. non omnis. Inde ergo mos inoleuit, vt hora nona fiat baptiſmus ſolennis. Aliæ enim ſunt huius horæ prærogatiuæ. prout dictũ eſt in v. parte, ſub tit. de nona. Ideò autem ſpiritus ſanctus datus eſt diſcipulis hora tertia, quia fidem S. Trinitatis prædicaturi erant: hoc ſabbatum intitulatur ſabbatum xij. lectionũ, quia in primitiua eccleſia xij. lectiones legebantur, vt dictum eſt ſub iiij. feria dominicę aduentus. † Officiũ autem huius diei, ferè idẽ eſt in plurib⁹ eccleſiis, cum officio ſabbati paſchalis, & lectiones leguntur ante baptiſmũ, ad inſtructionẽ baptizandorum, & leguntur ſine tit. prout ibi dictũ eſt. Veruntamen quædã lectiones ibi leguntur, quæ non hîc: & quædã ibi quæ hîc præpoſterè tamen. Ibi eſt enim prima lectio: In principio: hîc verò eſt prima: Tentauit: item ibi prius legitur: Apprehendent ſeptẽ mulieres, &c. & poſtea ſcripſit Moſes, &c. hîc verò e conuerſo. Circa quod notandũ eſt, q⁹ duo fuerunt patres: vnus ſecũdum carnem, ſcilicet Adam, qui propter inobedientiã Deo diſplicuit, & in quo omnes peccauerũt, & mortui ſunt. Alter ſecundum ſpiritum, ſcilicet Abrahã, propter obedictiam placuit Deo, & eius imitatores liberati ſunt, & viuunt. De primo agitur in vigilia Paſchæ, vnde tunc in primo legitur: In principio, &c. vbi deſcribitur dignitas hominis pro quo omnia facta ſunt: vt cauſa eius miſerabilior appareat: & inde eſt quòd nõ ſequitur ibi canticum, quia non benè nobis cantauit: imò per eum naſcimur ad lucem. adiicitur tamẽ lectio: Factum eſt in vigilia, &c. in qua per figuram maris rubri agitur de baptiſmo in quo Ægyptiis ſpiritualibus ſubmerſis, veri filij Iſraël liberati ſunt: vnde ſequitur ibi canticũ victoriæ ſeu lætitiæ, ſcilicet, Cantemus Domino. Sed quia imitatores Adæ ad hoc, vt liberẽtur, primũ inſtruendi ſunt in fide: & poſteà in moribus: id circò primò legitur ibi lectio illa: Apprehendent. in qua de

Act. 10.

fide

fide agitur, & in qua Christus à septiformi gratia spiritus sancti apprehensus ostenditur: & posteà illa scripsit Moses, in qua agitur de moribus: in hac autem vigilia agitur de patre spirituali, scilicet Abraham. Vnde legitur tũc prima lectio, scilicet, Tentauit Deus Abraham: & post eã dicitur canticũ lætitiæ, quia nobis benè cantauit, & per eius fidẽ ad gaudiũ properamus: vnde dictũ est ei: In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Aiunt †tamen quidã nullum tractũ sequi debere, quia post, promissionẽ sibi factã nullum cecinit canticũ Abrahã, quia nullũ sociũ cũ quo cãtaret, habebat: solus Dei cultor, & peregrinus in terra aliena. Hæc autem lectio benè congruit huic diei, quia in effusione spiritus sancti data est gentibus benedictio, de qua dixit dominus ad Abrahã: In semine tuo benedicentur, &c. huic etiam rectè congruit oratio. Deus, qui Abrahæ, &c. Secunda lectio est: Scripsit Moses, quæ datur legem declarat quæ hodie data est, & nouã significat, quæ in cordibus fidelium diffusa est, vnde canticũ sequitur, in quo æterna lætitia repromittitur. Sed quia veri Abrahæ filij bonos habuerũt mores antè, quàm septẽ mulieres apprehenderẽt virũ vnum, id est, antè quàm Christus septiformis gratia spiritus sancti repletus, nascereretur: & posteà in nouo test. per baptismũ Christo cõiuncti sunt, ideò posteà legitur lectio: Apprehendent septẽ mulieres virum vnum: qui septẽ dona spiritus sancti pronuntiant, quæ bonis moribus quemlibet eorũ informãt: vnde sequitur canticũ, quia bonos mores gaudiũ comitatur. Quarta lectio, scilicet, Audi Israël virtutes quæ dona comitãtur, insinuat, vt sapientiã, prudentiam, lumen & pacẽ: vnde canticũ sequitur, quia pro his, & in his æternaliter gratulabimur: Prima quidẽ, resonat historiã: secunda, allegoriam: tertia, tropologiã: quarta verò anagogen. Prima †ergo 5
lectio est: Tentauit dominus Abraham. Sed quid pertinet modò dicere de immolatione Isaac? Magis enim pertineret ad vigiliam Paschæ? Respondeo, dicitur propter promissiones, quæ sunt ibi, videlicet: Multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cœli: baptizati enim sunt stellæ. Et iterũ: In semine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. Hoc enim conuenit baptizatis, qui sunt verum semen, id est, veri filij Abrahæ. In lectione verò: Apprehendent septẽ mulieres, &c. Per septẽ mulieres significãtur septẽ dona spiritus sancti, quæ dãtur in baptismo: alia patent. Posteà fit †processio ad fontes: sicut & in 6
vigilia Paschæ: & cantatur Missa sine introitu, quia ecclesia non habet adhuc spiritũ sanctũ, saltem in tanta plenitudine, in quanta expectat eum in crastino, qui est principium & finis omnis boni. In † vigiliis ergo Paschæ & Pent. incipit Missa à Κύριε ἐλέησον, sine 7
introitu, vt dictum est ibi: & dicitur Gloria in excel. Deo: & hoc

more

more Apostolorũ,qui etiã prius,quàm spiritũ sanctũ acciperent, erãt iugiter in templo laudãtes & benedicẽtes dominum.Rursus, quia Angeli gaudẽt de renatis,ideò subiicitur,Gloria in excelsis.
8 Posteà sequitur epistola de Act.Apost.†Cùm Apollo,&c.In quo habetur,q; Paulus baptizabat baptizatos à Io.j.q.j. dedit.quoniã in spiritũ sanctũ non credebant, dixerũt enim, Sed neq; si spiritus sanctus est,audiuimus.Postmodũ sequitur vnũ allelu-ia,scilicet, Confitemini:in gratiarũ actione pro baptizatis.quia ab omni pec cato liberati sunt.Dicitur ergo hodie allelu-ia,nec dicit flectamus genua, quia hoc est ieiuniũ exultationis & lætitiæ propter resur-
9 rectionem & ascensionem.Sequitur tractus.Sed†quare hoc cùm spiritus sanctus omnia faciat leuia? Ad hoc dicendũ est,q; hoc fit propter baptizatos, qui multos tractus miseriarũ passuri sunt, si vixerint, Postmodũ sequitur Euange.Ioan.13.ca. de promissione spiritus sancti.Si diligitis me,mandata mea seruate &c.Credo in vnũ Deũ.Non est etiã omittendũ,quia cùm symbolũ hoc deriuatum sit à symbolo Apostolorũ: fidẽ quã habebant,insinuat offerenda.Emitte manifestè ad operationem spiritus sancti pertinet: quia per eũ renouatur facies terræ ex delicto. Ad maledicta per eũ,dominus benedicitur.Per eũ cœlũ sicut pellis extẽditur,id est, scriptura, vt quasi nihil lateat explanetur : similiter & cõmunio. Vltimo,&c.Ioan.7.ca. ad eandẽ pertinet spiritus sancti operationem,qui facit flumina velut aquæ viuæ de ventre credẽtis exire, id est,affluentiã salutaris doctrinæ:& est,vt quibusdã placet hæc
10 Missa per benedicamus domino cõcludenda.In†vesperis hi psal. secundũ quarundã ecclesiarũ consuetudinẽ concinuntur,scilicet, Laudate pueri.Laudate dominũ omnes gẽtes.Lauda anima mea dominum. Laudate dominũ,quoniã bonus est psal.Lauda Hierusalem dominũ:eò,quòd in his psal.laudes Dei magis resonare videntur. Vbi enim spiritus spirat,organum ad laudes inuitat.

S V M M A.

1 *Pentecoste quid, & vnde dicatur.*
2 *Pentecostes festum an habeat octauas.*
3 *Pentecostes nocturnũ quod debeat lectiones,quót; psalmos. & nu.4.*
5 *Vita actiua & contemplatiua est in Ecclesia.*
6 *Pentecostes lectiones tres, quid significent.*
7 *Pentecostes Missa, & eius expositio. & nu.11.*
8 *Spiritus sanctus,cur dicatur paracletus.*
9 *Pẽtecostes festũ cur quinquaginta diebꝰ à Paschate,celebret. & n.10.*

De die sancto Pentec. CAP. CVII.

1 PEntecostes † sicut & Pascha apud Hebr.celebre festum erat, quod post quinq; decades Paschæ celebratur : vnde & vocabulum

bulum ſumpſit. Nam πεντηκοστὴ, dicitur à πέντε quòd eſt quinq;, & κοῦτος quod eſt decem. Vocatur enim Pente. quinquageſimus dies à Paſcha, prout iam dicetur. Inter hoc feſtum & aduentũ domini, cantatur allelu-ia & Gloria in excel. Deo: prout dictum eſt in præc. huius partis, & ſub tit. de vij. diebus poſt Paſcha. Idcircò autem allelu-ia frequenter cantatur per totã hebdomadã Pent. quia per dies Pentec. ecclesia per baptiſmũ Deo populos congregat: & ideò ſaluti eorũ congaudẽs quouſq; albis vtuntur veſtibus hymnum laudis decantant. Tunc enim ſtantes oramus in ſignũ liberationis eorundẽ, qui per dona ſpiritus ſancti de morte ad vitam reſuſcitari meruerunt. Hac enim die miſſus eſt in Apoſtolos in linguis igneis. Sanè octaua † Pentec. à quibuſdã celebratur, quia 2
ſicut in ſeptenario hebdomadarũ qui præcedit, intelligitur perfectio bonorũ operũ ſeptiformis ſpiritus: ita in octaua intelligatur conſummatio præmiorum, quorũ vtrunq; appropriatur ſpiritui ſancto, licet tota trinitas vtrunq; operetur, quoniã indiuiſibilia ſunt opera trinitatis: de cõſe. di. iiij. cap fi. Sed quia ſpiritus ſanctus eſt amor patris & filij: & ex ſolo amore, hoc dat & dabit nobis dominus: idcircò ſpiritui ſancto aſcribitur. Alij verò non celebrant octauam Pentec. Nam cum ſolũm ſeptem ſint ſpiritus ſancti dona, ſolum ſeptẽ diebus fieri debet feſtum Pentec. Et ideò Clemens Papa dicit in ſua epiſtola decre. extrà de fer. capellanis. quòd hoc feſtũ caret octauis. Sed pari ratione nec Paſcha deberet octauam habere, niſi ſolum vnũ diem propter vnitatem. Rurſus hoc feſtum. vij. diebus agitur propter præſentis vitæ ſeptenariũ: vel propter animarũ ſabbatiſmũ: vel quia per ſeptẽ ſpiritus ſancti dona corporibus & animabus plena gaudia cõferuntur. Vnde ſeptem vltimi pſalmi à laudibus intitulãtur, quia per ſeptiformis gratiæ operationem gaudia conferuntur æterna. De hoc dicetur ſub dominica prima poſt Pentec. Vtrũ Pentec. ſit hebdomadaria feſtiuitas dictũ eſt ſub tit. de vj diebus poſt Paſcha. In nocte † pen 3
teco. leguntur tres lectiones, & dicuntur tres pſalmi cum tribus antiphonis, ſicut fit in nocte Paſchæ ad notandũ vnum eſſe opus totius S. Trinitatis in potentia miraculorum. Quidam tamen legunt nouẽ lectiones, ſicut fit in aliis dominicis, ſed tamen canonicum eſt tres duntaxat legere propter ſacramẽtum baptiſmi in trium perſonarũ nomine celebrati: vel ob triduanam domini ſepulturam, cui ſumus in baptiſmo conſepulti. Rurſus † ideò tres 4
pſalmi cum tribus antiphonis dicuntur, quia ſpiritus ſanctus tria circa Apoſtolos operatus eſt. Nã veteres inouauit: inouatos confirmauit: & confirmatos ad alios conuertendos miſit: ad primum pertinet, quod dicitur in prima antiphona: Factus eſt repentè de

cœlo

cœlo ſonus. Ad ſecundũ, q̃ dicitur in ſecũda: Confirma hoc Deus. Ad tertiũ, quod dicitur in tertia: Emitte ſpiritũ tuũ. Eorum enim myſterio docti ſunt alij, & ſpiritu ſancto interius renati, & quia in ipſis Apoſtolis duo operatur ſpiritus ſanctus, id eſt remiſſionem peccatorum, & operationem miraculorũ, &c. idcircò illæ antiphonæ terminãtur per duplex allelu-ia. Verum ſi diligẽter attendere volumus & conferre pſalmos & antiphonas, quæ dicũtur in Paſcha: cum his, quæ dicuntur in Pentec. alia ratio inuenitur. Nam ibi intra hebdomadam fit variatio pſalmorũ, antiphonarũ & tonorum. Hic autẽ nec in ipſa die, nec in aliis fit variatio: & omnes illæ antiphonæ ſunt vnius toni, ſcilicet octaui. & eiuſdẽ differentiæ. Ratio autem eſt, quia quaſi duplex baptiſma legimus Apoſtolorum: primum quo perceperunt remiſſionẽ peccatorũ: nam eos baptizatos eſſe Chriſti baptiſmo: ambigendũ nõ eſt, vt dictũ eſt ſub tit. de vigilia Paſchæ. Secundũ receperunt ad robur virtutum, & ad operationẽ miraculorũ, & ad repulſionẽ illecebrarum omnium ſeculariũ. Primò baptizatus fuerat Petr. cùm ad vocem ancillæ Chriſtum negauit. Secundò, baptizatus fuit in die Penteco. cùm coram Regibus & Principibus non timuit prædicare verbum Dei. In primò ergo multa inſtabilitas & varietas fuit circa diſcipulos. In ſecundo vniformitas & ſtabilitas. In hunc etiam modum in eccleſia Dei duo ſunt genera bonorũ, ſcilicet actiuorum & contemplatiuorũ. Actiua vita conſiſtit in bonis operibus, id eſt, in adminiſtratione exteriorum, in qua conſtituti ab amore temporalium non omnino ſeparantur: licet amorem Dei amori temporalium præferant. Contemplatiua conſiſtit in dilectione & contemplatione. Hæ duæ vitę per Mariam & Marthã ſignificatæ ſunt: extrà de renu. niſi. Mariæ pars dicta eſt optima: iuxta illud: Maria optimam partem elegit, &c. nõ tamen reprehenditur pars Marthæ: quia & ipſa actiua vita bona eſt, quæ hic inchoatur & terminatur. Contemplatiua verò optima eſt, quæ inchoatur hic, & in futuro conſummatur: in illa tamen eſt multa varietas, & in iſta vniformitas, prout in hac vita eſſe poteſt. Antiphonæ ergo cũ pſal. qui cantãtur in Pãſcha, pertinent ad vitã actiuam: & idcircò in eis eſt varietas: antiphonæ verò, & pſalmi qui cantãtur in Pentecoſt. pertinent ad contemplatiuam vitam: & ideò in eis eſt vniformitas: in prima enim antiphona quæ eſt in Paſcha, cantatur & dicitur: Conſilium meum non eſt cum impiis. Hic dicitur: Factus eſt repẽtè de cœlo ſonus, &c. Spiritus ſeu ventus veniens, ſolet puluerem à facie terræ deiicere. Magna enim eſt differentia inter dona ſpiritus ſancti, quo ſeparantur fideles ab impiis, & donum, quo omnis puluis terrenarum cogitationum à pectore huma

Luc. 10.

humano tollitur, illud ad actiuã vitam pertinet: hoc ad contemplatiuam. In ſecunda ibi dicitur: Poſtulaui patrem meũ, &c. Hic verò dicitur: Confirma hoc Deus, &c. Ad omnes quidem fideles pertinet eſſe de hæreditate domini: ſed ad paucos pertinet eſſe à terrenis cogitationibus ſeparatos, & in hoc confirmatos, ne ad terrena redeant, ſed per conuerſationẽ eſſe in Hieruſalẽ cœleſti, & ibi allelu-ia cantare non ceſſent, quod hic petitur. In tertia ibi dicitur: Ego dormiui & ſomnũ cepi, &c. Hic dicitur: Emitte ſpiritum tuũ, & creabuntur, &c. Omnes fideles & boni à vitiis reſurgunt, vel reſurrexerũt, ſicut Chriſtus à mortuis reſurrexit, quod ibi dicitur: hic verò in paucis renouatur facies terræ, id eſt, ratio animę, quod ſit ab omni puluere terrenorũ deſideriorũ immunis: ibi ergo, hoc eſt in vita actiua, quæ ibi oſtenditur, eſt inchoatio: hic autẽ, hoc eſt in contemplatiua, quæ hic oſtenditur, eſt perfectio & conſummatio: ibi varietas, hic vniformitas: & propterea ibi variantur antiphonæ & pſalm. hic non propter hanc conſummationem & vniformitatem notandam. Antiphonæ ſunt octaui toni, & eiuſdem differentiæ: quia octo ſunt beatitudines, quarum octaua redit ad caput: nã in prima dicitur. Beati pauperes ſpiritu, &c. Et in octaua: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniã ipſorũ eſt regnum cœlorũ. Propter† hãc eandem 6
conſummationẽ notandũ eſt, ꝙ in quibuſdã eccleſiis celebratur octaua Pentęc. per hos quoq; ſeptem dies tres quotidie leguntur lectiones: vt vij. fratres tres procurent ſorores, id eſt, ſeptem dona ſpiritus ſancti, per illos ſignificata tres virtutes, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatẽ: prout Greg. proſequitur in moralibus. Horum enim dierum officia ſeptem donis ſpiritus ſancti adaptantur: heſternum igitur & hodiernũ pertinet ad ſapiẽtiam, & intellectũ, vt ex operibus patet. Per totã etiã ſeptimanam ſunt ſolennitates ſeruẽdæ Dicitur enim Gloria in excel. Allelu-ia. Credo. Ite miſſa eſt: & Te Deum lau. prout in ſeq tit. dicetur. Dicitur etiam ad horas capitulum, Dum complerentur. Act. 2. & illud. Spiritus domini. Sap. 1. ca. & illud Charitas Dei. Rom. 5 ca. Sequitur videre de officio Miſſæ: & quidem in† die Pentec. celebratur feſtũ de aduentu 7
ſpiritus ſancti. Viſibiliter enim deſcẽdit tunc in diſcipulos: & fuit hoc miraculum & augmentum, quod non potuerũt calumniari Iudæi. Reſurrectionem enim & aſcenſionẽ calumniabantur, ſed hoc non potuerunt facere de aduẽtu ſpiritus ſancti, quia ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, conuenerant ad diem feſtum: & tunc deſcendit ſpiritus ſanctus viſibiliter in diſcipulos, ſicut Chriſtus promiſerat, & loquebantur omnibus linguis coram omnibus: & ideò incipit introitus Sapientiæ. 1. cap. Spiritus domini repleuit

orbem

orbem terrarũ,id est,ecclesiam, quæ dicitur orbis terrarũ : sicut enim extra orbem terrarũ nihil viuit ad literam : sic extra ecclesiam nihil viuit spiritualiter:sequitur : Et hoc quod cõtinet omnia,id est,spiritus sanctus , cuius bonitati omnia subsistunt : habet scientiam vocis,id est, linguarum:& ita potuit dare & dedit Apostolis. Vnde cõfusi sunt inimici Christi:& ideò sequitur versus:Exurgat Deus,& dissipẽtur inimici eius per spiritũ enim sanctum omnes dæmones cõpellũtur & eiiciuntur. Rursus impleuit orbẽ terrarũ,dũ Apostolos inebriauit, quorum sonus in omnem terrã exiuit:de quo sono dicitur in epistola : Factus est repentè de cœlo sonus : & quoniã orbis terræ per quatuor climata separatur , ideò quater in introitu allelu-Ia concinitur. Duplex verò allelu-Ia,quod post epistolã canitur,significat duplicandam lætitiã:vel sanctũ spiritũ bis Apostolis fuisse datũ,scilicet de terra & de cœlo,vel eos spiritu & mente psallentes vel duorũ populorum conuersionẽ. Et hoc quod continet omnia , scientiã habet vocis,id est,noui qua mente quisque loquebatur:vel habet scientiam hominũ,per quæ,& de quibus potest vox humana variari: vel scientiã vocis,id est,vocẽ scientiæ:habet,id est, facit nos habere,vt quæ ipso inspirante Apostoli proferrent cum intelligentia pronunciarent. Et nota,q; sanctus spiritus,† παράκλητος dicitur, quod verbum Græcè,Latinè sonat aduocatus, q; nomen & filio & spiritui sancto ascribitur:Vnde Dominus in Euangel. Rogabo patrem meum,& aliũ paracletũ dabit vobis. & Ioannes in Euangelio:Aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustũ. Dicitur etiã paracletus cõsolator : nam παράκλησις dicitur Latinè cõsolatio. Postmodũ sequitur epistola de Act. Apost. 2.c. 9 Dum† cõplerentur dies Pentec.dies , scilicet quinquagesima à resurrectione:sicut enim quinquagesima die à Pascha fiebat Pentec. Iudæorum:ita & nostrũ fit:& sicut populus Israël quinquagesima die ab immolatione agni paschalis siue à Pascha,quod celebrauerunt in Ramatha , venerunt ad montem Dei Oreb , vel Choreb,vel Synai,quod idem est tunc legem acceperunt,ita& die quinquagesima à resurrectione domini , datus est spiritus sanctus discipulis in superiori cœnaculo , illius aduentũ expectantibus:præcipitur enim Leuit. 23. vt in die Pentecostes offerantur noui panes scilicet propositionis de nouis frugibus, per quod significatur,q; debemus Deo gratias agere ex eò, quod eadem die dedit nouam legem,per spiritum sanctum in qua die data est lex vetus,scilicet quinquagesima diei à Pascha , de quo dicetur in proœ.septimæ partis de dono,cuius debemus laudare Deum: quod est offerre panem nouum : quia etiã lex vetus spiritualiter

Psal. 67.

intellecta, noua est. Et attende, quoniã agnus immolatus est. xiiij. die Aprilis: lex verò data est. xiiij. die mensis tertij. dicitur tamen esse data tertia d.e. Iam enim, vt inquit scriptura, aduenerat tertia dies: & manè inclaruerat, & cœperunt audiri tonitrua, die nanquetertia descendit Dominus super montem ad dandã legem: & Moses ascendit ad Deũ, & descendens narrauit omnia plebi: ma neq; rursus ascẽdens duas tabulas scriptas accepit. & caue, vt in secundo mense. xxx. dumtaxat cõputes dies secundũ lunam: ergo xvj. in mense primo. xxx. in secundo. & quatuor in tertio, faciunt quinquaginta. Rursus in quinquagesimo anno erat iubileus annus, qui interpretatur remissionis annus, quia septenis annorum hebdomadibus, id est, quadraginta nouẽ annis texitur: in quo clangebãt tubę, omnia debita remittebãtur: serui manumittebãtur: & libertas cõcessa cõfirmabãt, atq; possessiones alienatę omnibus restituebãtur: vt dictũ est sub dominica quinquagesimę. Similiter in diebus Pentec. hunc numerũ post Domini resurrectionem obseruamus suscipientes aduenientem in nos spiritus sancti gratiã, per quẽ efficimur filij Dei, & virtutum possessio nobis restituitur, & remissa culpa, & totius debiti chirographo euacuato ab omni seruitutis nexu liberi efficimur. lxxxv. dist. hũc numerũ. Preterea iste numerus quinquagesimus resultat ex septenario numero, ducto in seipso superaddita vnitate. Septẽ † enim sunt hebdomadæ à Pascha vsq; ad Pentec. & ita cõpetenter quinquagesima die à Pascha est Pẽtec. in quo datur spiritus sanct⁹, cuius dona sunt septẽ, quæ dantur ab vno. Iudæi enim septenariũ numerũ non sine figura in omnibus obseruant: prout dictũ est sub quinquagesima. Ascensio autẽ facta fuit quadragesima die, qui est numerus pœnitentiæ: & hoc cõpetens fuit: quia per pœnitentiã homo fit similis Deo: & hoc est ascendere. Sed videtur, q; sicut Iudæi ab immolatione agni typici quinquaginta dies computan do tibi faciebant suum Pentecosten, ita & nos quinquaginta dies ab immolatione agni deberemus computare: & sic debemus nostrũ Pentecosten facere in die veneris antè, quã modò facimus quod docet cõputatio. Ad hoc dicimus, q; non faciebant cõputationẽ ab immolatione agni, sed à sequẽti dominica. Vnde legitur Leuit. 22. Numerabitis ab vltima die sabbati, id est, à dominica, quę est altera dies post sabbatum Numerabitis dico septem hebdomadas, vsq; ad alterã diẽ cõpletionis septimæ hebdomadæ: hoc dicit spiritus sanctus per Mosen. innuẽs per hoc Pẽtecosten Christianorũ, quod semper est in die dominica. Dixit ergo Lucas de hac die: Dum cõplerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodẽ loco, id est, in consona, & concordi-

vnita

vnitate,& factus est repentè de cœlo sonus:quia existentibus in pœnitentia,qui est annus iubileus,& cõpleto pentecoste,existentibus in vnitate datur spiritus sanctus, sed repentè : quia nescit tarda habere rerũ molimina spiritus sancti gratia. In igne autẽ descendit,quia sicut ignis illuminat & inflammat ,ita spiritus sanctus illuminat ad cognitionem Dei , & inflammat ad amorem Dei. Apparuit ergo in linguis igneis ; vt facundi essent in omni genere linguarũ. Et quia ipse est lingua,quæ de occulto suæ bonitatis verbũ protulit,in vterũ Virginis , & profert verbũ in corde hominis,Mat.10. Vos nõ estis qui loquimini , sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis:ipse enim quos replet, eloquentes facit. Sequitur : Quasi aduenientis spiritus vehementis:hoc autẽ dicit quia nullus potuit resistere spiritui sancto , nec Apostolis. Vnde Dominus in Euangelio Mat. Ego dabo vobis os , & sapiẽtiã,cui non poterũt resistere , & contradicere omnes aduersarij vestri. Et de B. Stephano scriptũ est in Act. q̃ no poterãt resistere sapiẽtiæ & spiritui,qui loquebatur. Quia verò in epistola dicitur:Et factus est repẽtè de cœlo sonus,tanquã aduenientis spiritus vehemẽtis , &c. ideò ad hoc repræsentandũ in nonullis ecclesiis clãgũtur tubæ dum sequentia dicitur:venit enim spiritus sanctus in spititu vehementi,quia sicut ventus vehemens proiicit puluerẽ à facie terræ:sic spiritus sanctus eiicit à corde hominis omnẽ terrenitatẽ. Tubis quidẽ vtebãtur antiqui, vt legitur in numeris ad multitudinẽ congregandã ad dimicandũ, & ad congratulãdum in diebus festiuis,cum diuersitate tamen sonorum: quarũ vsus fuit tantæ virtutis in iubilo,vt ad crepitũ siue sonum, earũ corruerẽt muri Hierico:hæc siquidem sunt duo testamẽta, vel prædicatores , quibus ad procinctũ fidei populus euocatur ad pœnitẽtiam & lachrymabilẽ cõpunctionem excitatur,ad laudes Domino exhibẽdas inuitatur. & ad montẽ Sion,& ad ciuitatem sanctam Hierusalẽ:& multorũ milliũ Angelorũ frequẽtiam, & ad futurum Dei iudiciũ prouocatur. Et vide , quia in aduersis & prosperis tubis clangitur , quia omne tempus conuenit verbo. Vnde benedicã Domino in omni tempore , semper laus eius in ore meo. De organis dictum est in.iiij. parte , subtit. de sanctis. Tunc etiã ex alto ignis proiicitur , quia spiritus sanctus descendit in discipulos in igneis linguis,& etiã flores varij,ad denotandum gaudium & diuersitatem linguarum & virtutũ. Colũbæ etiam per ecclesiam dimittuntur,in quo ipsa spiritus sancti missio designatur. Post epistolam dicitur graduale in quibusdam ecclesiis, quia festum Paschale terminatum est. Tamen in quibusdã aliis,dicitur duplex alleluia , quia spiritus sanctus datus

eſt geminæ ſtolæ. Euangelium; Si quis diligit me Ioan. 14. cap. manifeſtè eſt de ſpiritu ſancto. Poſtcõmunio eſt: Factus eſt. Act. 2. c. Quare hoc feſtum celebratur à Iudæis: quare à Chriſtianis, dicetur in procœmio ſeptimæ partis.

S V M M A.

1 *Miſſa feriæ ſecundæ poſt Pentecoſten, & eius expoſitio. & num.* 2.

De ſecunda feria. CAP. CVIII.

SEquitur ſecunda feria, in qua oſtenditur, quod non tantum modo eſt data lex iudæis, ſed etiam Gentibus: vnde introitus eſt: Cibauit eos † ex adipe frumenti, id eſt, de intelligentia ſpiri- 1
tuali: & petra melle, id eſt, melliflua doctrina Chriſti, ſatu: auit eos: & hoc habetur in epiſtola: Aperiens Petrus: quæ eſt Act. 10. cap. in qua habetur quod adhuc loquente Petro deſcendit ſpiritus ſanctus. Vel frumentum Chriſtus eſt, cuius adeps eſt ſpiritus ſanctus, quo fideles ſatiantur, cum ſpiritu ſancto replentur: quia etiam ſatiantur melle: & de petra, id eſt, doctrina de Chriſto procedente, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Hic autem propter promiſſiones, quæ ibi cõtinentur, cõcinitur quater allelu-Ia: ſicut in feria tertia & ſabbato exponetur: de hoc dictum eſt in tertia Dominica poſt Paſcha. Allelu-ia eſt, Spiritus Domini. Sap. 1. cap. Aliud. Allelu-Ia. Loquebantur. Act. 2. ca. Euangelium verò Ioan. 3. ca. non videtur conuenire ſpiritui ſancto: ſed concordat epiſtolæ: ibi enim oſtenditur, quod non tantùm Iudæis, ſed etiam Gentibus data eſt lex, dicens: Sic Deus dilexit mundũ, ſupple non tantũ Iudæos, vt filiũ ſuũ vnigenitum daret: & poſteà ſequitur: Vt omnis qui credit in illum, non pereat. Et nota terribile verbũ, q; qui non credit in eum, iam iudicatus eſt. Præterea per hoc quod de dilectione mentio fit, ſpiritus ſanctus, qui amor eſt, ſatis exprimitur. Poſtcommunio eſt: Spiritus † ſanctus. Ioa. 14. c. Et eſt ſciendũ, q; per totam hanc ſeptima- 2
nam in Miſſa ſunt ſolennitates ſeruandæ, vt Gloria in excelſis. Credo. Ite miſſa eſt. Te Deum: & allelu-Ia, vt baptizatorũ ſaluti congaudeamus, & vt futuræ lætitiæ plenitudinem figuremus. Poſtremò, notandum eſt, q; Dominus non prædicauit Gentibus per ſe, ſed per Apoſtolos: vnde: Ite, baptizare omnes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: ſicut Iſaac iunior filio ſuo nihil præcepit de offerendo ſibi cibũ, vt benedictionem acciperet: ſed per operationẽ Rebeccæ primatũ benedictionis accepit: & quia hæc facta ſunt Dei occulto iudicio: ideò officium huius feriæ ſecundæ pertinet ad conſilium, quod eſt donum ſpiritus ſancti.

S V M M A.

1 *Miſſa feriæ tertiæ poſt Pentecoſten, & eius expoſitio. & nu.* 2. 3.

De

De tertia feria. CAP. CIX.

SEquitur tertia feria: & quia ſpiritus ſanctus † non datur, niſi
1 per miniſtros, ideò in tertia feria dicitur introitus in perſona Prælatorum: Accipite iucunditatem gloriæ veſtræ: in quo quia per geminam dilectionem ad fidē pertingimus Trinitatis, ideò quin quies cōcinimus allelu-Ia: & eſt ſenſus: Accipite iucunditatem gloriæ id eſt, ſpiritū ſanctū: quia vos glorificabit & clarificabit, vt quiſque de ſe dicere poſſit quod dicitur in cōmunione: Spi-
2 ritus qui à patre procedit, ille clarificabit. Sequitur † epiſtola: Cùm audiſſent Apoſtoli. Act. 8. c. vbi ſequitur: Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctū: quia in impoſitione manus accipiebāt ſpiritū ſanctū. Euangelium Io. 10. cōcordat epiſtolæ, vbi dicitur: Qui non intrat per oſtiū, &c. nō enim intrat in eccleſiā, qui nō intrat per eos, qui ſunt oſtiū, ſcilicet per Chriſtū & Apoſtolos: nam hæretici nō dāt ſpiritū ſanctū, niſi inquantū conueniunt cum eccleſia: & quoniā Apoſtoli & eorū ſucceſſo-
3 res hæreſiarchas in ſpiritu fortitudinis ſunt aggreſſi, & aggrediuntur: ideò officium † hodiernū pertinet ad fortitudinē, quæ eſt ſpiritus ſanctus, ſcilicet donum. Rurſus ſpiritus ſanctus oſtiarius eſt, qui per oſtiū introducit ad patrem: quod etiam in offertorio canitur, portas cœli, id eſt, Apoſtolorum ſcripturas aperiet. Poſt communio eſt: Spiritus qui à patre. Ioan. 9.

S V M M A.

1 *Ieiunij formam Apoſtoli nobis tradiderunt.*
2 *Feria quarta poſt Pentecoſten habet quatuor tempora. & num. 3.*
3 *Miſſæ feriæ quartæ poſt pentecoſten, & eius expoſitio. & num. 5.*

De quarta feria. CAP. CX.

SEquitur quarta feria, in qua fiunt ieiunia quatuor temporū.
1 Apoſtoli nāque † nobis exemplum ieiunādi hoc tempore reliquerunt: qui poſt ſuſceptū ſpiritū ſanctum, ſicut mentes auerterant à cæteris mūdi illecebris: ſic & ab epularum appetitu: licet enim quandiu cū illis fuit Chriſtus nō ieiunarent, poſt ablationem tamen eius ſpōtaneis ſe ſubdidere ieiuniis. Sponſo enim ablato, eis ieiunandum erat, ſicut Dominus prædixerat. Quando ſponſus auferetur ab eis, tunc ieiunabunt: Vnde repleti ſpiritu ſancto, ſponte ieiunare cœperunt: quocirca in præcedenti ſecunda feria quidam æſtiualem inchoant quadrageſimam. Alij
2 † verò ſanius hodiernum ieiunium autumant eſſe huius temporis quadrageſimæ initiū, cui quidā terminū ſtatuunt in feſtiuitate ſancti Ioānis Baptiſtę, ſiue ſex habeat hebdomadas, ſiue non. Tertij feſtiuitatem ſancti Ioannis includunt: & eò vſq; ieiunantes ſine termino præfixo procedunt, donec ſenarium compleant

numerũ. Hanc quadrageſimã probat Hier. non eſſe neceſſitatis, ſed voluntatis, dicens: Nos vnã facimus quadrageſimã, illi tres, quaſi tres paſſi fuerint Saluatores: non q̃ per totũ annum ieiunare non liceat excepto Pentec. ſed quia aliud eſt neceſſitate, aliud voluntate munus offerre. Sed hoc dicit Hieron. contra Montanũ hæreticum, qui apud ſuos tribus quadrageſimis ſtatuit ieiunandum: & dicitur hoc †ieiunium æſtatis quod eſt ieiunium exultationis, in quo genua non flectimus: imò cantica lætitiæ dicimus, vt dictũ eſt ſub iiij. feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Hoc antè ieiuniũ ſtatutum eſt ab eccleſia in tali tempore, quia qui in ſe ſentit gratiã S. Spiritus, leuiter & cum gaudio ieiunat: & etiam quia ſuper ieiunantes deſcendit ſpiritus ſanctus viſibiliter, & ideò incipit introitus: Deus cum egrederis in cõſpectu populi tui, &c. Egreditur autem Dominus quando aliquo ſigno viſibili, venit ad auxiliũ hominũ. Egreſſus verò eſt, cùm dedit nobis filiũ ſuum, qui venit pandens iter ante nos: vt dicitur Micheę 2. Tunc egreſſus eſt etiã per ſpiritus ſancti miſſionẽ, quãdo viſibiliter deſcẽdit ſuper Apoſtolos: & quia per hoc diſſipati ſunt inimici, ideò ſequitur verſiculus: Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, &c. Sequitur in quibuſdã eccleſiis lectio de principio ſapientiæ, ſcilicet: Diligite iuſtitiã, qui iudicatis terram: vbi oſtenditur qualiter poterit haberi ſpiritus ſanctus: ibi ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ. j. qu. j. ſaluator. & in fine dicitur: Spiritus Domini replevit † orbem terrarum, &c. Poſtmodum ſequitur epiſtola: Stans 4
Petrus, &c. Act. 2. in qua oſtenditur, quod ſuper ieiunãtes deſcendit ſpiritus ſanctus: & ibi ſequitur: Non enim iſti ſunt ebrij, ſicut vos dicitis, cùm ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt quod dixit Dominus per Prophetam Ioël: Effundam de ſpiritu meo, ſuper omnẽ carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, &c. In aliis verò eccleſiis dicitur prima lectio: Stans Petrus. & poſtmodũ epiſtola: Per manus autẽ. Act. 5. ca. Duæ itaque lectiones leguntur, quia duo populi ad fidem conuertuntur: vel quia ordinandi in vtriuſq; teſtamenti pagina imbuuntur. Sequitur alleluia, quia eſt ieiunium exultationis, vt dictum eſt: & dicunt quidam: Pater, cùm eſſem. Ioan. 18. Sequitur Euangelium Ioan. 6. ca. Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me traxerit eum, ſcilicet per ſpiritum ſanctum. & pòſt ſequitur: Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt: qui manducat ex hoc pane viuet in æternum: quia egreſſum eſt coram Chriſtianis manna ſpirituale ſicut antè corã Iudæis, ſed temporale manducantes & corporale, mortui ſunt. Qui verò manducauerit ſpirituale, non morietur morte, ſcilicet incredulitatis ſiue gehennali: vnde patet q̃ elegantius egreſſus

eſt

est Dominus coram nouo populo, quam coram veteri. Commu-
5 nio est: †Pacem, &c. Et est Ioan. 14. ca. Et attende, quòd officium huius quartæ feriæ prædicat scientiam, quæ est donum spiritus sancti, qui vsqueadeò sanctos illuminat, quòd de quinque libris Mosi pauciſq; Prophetarum scripturis librorum, copia creuit: quod mysticè innuit nobis euangelium, de quinque panibus & duobus piscibus, quod hodie in quibusdam Ecclesiis legitur.

S V M M A.

1 *Feria v. post Pentecosten nõ habet officiũ propriũ. Et vnde mutuetur.*

De quinta feria. CAP. CXI.

1 Sequitur v. feria, quæ secundum aliquas Ecclesias † non habet introitum proprium: sed quia dominus descendit in die dominica p̃ missionem spiritus sancti. & v. feria ascendit in cœlum: ideò die dominicæ & v. feriæ communis est introitus. A dominica ergo mutuatur, nec habet proprium, vt à sabbato in sabbatum septem sunt duntaxat officia, septẽ donis spiritus sancti deputata. quidam tamen, & huic officio mutuato non incongruè donũ adscribunt: huiusmodi adscriptiones non à sabbato, sed à dominica facere incipientes. In dominica etenim ponunt spiritum sapientiæ: in ij. feria intellectus: in tertia consilij, in quarta fortitudinis, & in hac quinta spiritum scientiæ qui dat scrutari profunda:
2 sicut cantatur in allelu-ia: Spiritus omnia, &c. In †quibusdam verò Ecclesiis cantatur introitus, qui in seq. dicitur feria, scilicet: Repleatur os meum laude tua. Aliquæ verò ecclesiæ habent proprium officium, scilicet Deus patrum nostrorum, da nobis spiritum gratiæ, &c. In quo Ecclesia orat filiis suis dari spiritum sanctum ad remissionem peccatorũ: & ad facienda miracula: & quia per spiritũ sanctum fiunt miracula, ideò habetur in epistola: Philippus, &c. Quę est Act. 8. c. q̃ Philippus multos claudos sanauit & spiritus immundos eiecit: & factum est gaudium magnum in illa ciuitate, scilicet Samariæ. Et quia per spiritũ sanctum omnia ista fiunt, ideò sequitur Euangelium Luc. 9. c. Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem super omnia dæmonia. & post: Non feretis virgam neque peram, &c. Quæ fieri non possunt, nisi spiritus sancti abundantia habeatur.

S V M M A.

1 *Feriæ sextæ post Pentecosten, Missa: eiusq; expositio. & nu. 2.*

De sexta feria. CAPVT CXII.

1 Sexta † feria est introitus: Repleatur os meũ laude, vt possim cantare allelu-ia: quia qui gaudet ore & corde, potest iciunare iciunio exultationis. Et quia est dies veneris in qua passus est dominus, & spiritus sancti: ideò dicit Pet. in episto. Aperiens, Act.

2. Quæ in quibusdam ecclesiis legitur: ꝙ Christus suscitatus est à spiritu sancto. Vnde ibi habetur: Suscitauit Iesum solutis doloribus inferni: sicut scriptum est. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, in quo significata est illa spiritus sancti operatio: quia synagoga nunc mortua pietate resurget: postquam plenitudo gentiũ eadem introierit pietate. Prædicatio ergo hoc officium pietatem. Posset etiam pertinere ad spiritũ timoris, pro eo ꝙ dicitur in Euangelio Et repleti sunt timore, & extasi, &c. † In quibusdam ecclesiis legitur lectio: Exultate filiæ Syõ: quæ est Ioël 2. c. Et quia per spiritum sanctum fiunt miracula, sequitur euangelium. Factum est. Luc. 5. c. de paralitico sanato. Et quia propter hoc debet laudari Dominus. Sequitur offertorium: Lauda anima mea Dominum. Communio: Spiritus vbi vult spirat. 2

SVMMA.

1 *Sabbatum post Pentecostẽ, vnde missam auspicetur, & eius expositio. nu. 2. 4. etiam mystice nu. 5. 6. 7.*

3 *Ordines celebrantur & conferuntur sabbato post Pentecosten.*

8 *Quadragesima terminatur sabbato post Pentecosten.*

De Sabbato. CAPVT CXIII.

IN † sabbato est introitus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, ad Rom. 5. c. Et competit spiritui sancto, qui est charitas: & etiam dei sabbati: quia in sabbato futuræ quietis maximè diffundetur, vt qui igniculus est in Syon, caminus sit in Hierusalem. Et sequitur versus. Domine Deus salutis mæ in die clamabo, & nocte coram te. Ille enim in quo diffusa est spiritus sancti gratia, laudat Deum in prosperis, & in aduersis. Sequitur epistola: Iustificati, &c. ad Rom. 5. c. in qua habetur de huiusmodi diffusione. Quia enim Charitas Dei diffusa est, nõ permittit eam Paulus intra fines terræ promissionis tantum coarctari: imò ostendit quod non tantum Iudæis: verùm etiam Gentibus datus est spiritus sanctus, dicens ipsis Iudæis. Vobis oportebat primùm prædicari: sed quia repulistis verbum Dei: & vos indignos fecistis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes. extra de renun. nisi. §. propter. in aliis verò ecclesiis dicitur epistola: Conuenit † vniuersa ciuitas, &c. Act. 13. Quia ergo in gentibus datus est spiritus sanctus, ideò sequitur alleluia. Laudate dominum omnes gentes. in hoc enim ieiunio non tacentur cantica lætitiæ propter reuerentiam festi. Nec secundum Nicen. concilium. lxxvj. di. de ieiunio de consec. dist. iij. quoniam genua flectimus, sed stantes oramus propter neophytos gaudentes, quòd à peccatis surrexerunt. in aliis ecclesiis dicitur: Repleti sunt omnes. Act. 2. c. Et spiritus domini ornauit cœlos. Iob. 27. c. Posteà sequitur euangelium: Surgens 1 2

gens Iesus. Luc. 4. c. De socru Petri sanata: quæ significat synagogã, quæ sanata est à Petro ab infidelitate: & perfectius per fidem ipsius sanabitur in futuro: & sic conuenit cum epistola. Fiunt autem † hac die ordines: quia super ordinandos descendit spiritus sanctus: & etiã super ieiunantes: & ideò dicuntur quatuor lectiones ante lectionem Danielis: prout dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Prima est, de principio libri sapientiæ: in qua ostenditur quibus datur spiritus sanctus, & quibus nõ, scilicet illis, qui sentiunt de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærunt illum. † In aliis verò ecclesiis prima est de Ioële 3. c. Effundã de spiritu meo super omnẽ carnem quia sicut spiritus sanctus super Apostolos descendit visibiliter: ita super ordinandos descendit inuisibiliter. secunda est: Locutus est: quæ est Leuit. 23. c. tertia est: Dixit Moses: quæ est in Deut. 26. c. quarta est: Dixit Dominus ad Mosen: quæ est Leuit. 26. cap. Offertorium est, Intonuit dominus. Postcommunio verò: Non vos relinquam, &c. de effusione spiritus sancti loquitur. Potest etiam dici ꝙ hoc † officium figurat duorũ concordiam populorũ: Iudæi videlicet & Gentilis, Hi sunt duo cæci, de quibus dicitur in euangelio, quòd sunt illuminati à Christo, de qua cõcordia loquitur Paulus in epistola ad Iudæos & Gentiles, dicens iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Sed quia pax & concordia vera non fit nisi per charitatem ideò præcinitur in introitu: Charitas Dei diffusa est, in qua ter ponitur allelu-ia: quoniam ad fidem Trinitatis peruenitur per obsequia charitatis. Lectiones etiã ad ieiunium pertinentes, attestantur operationem & gratiam spiritus sancti, vt prima: Effundam de spiritu meo. & secunda: Locutus est. vbi dicitur: Numerabitis septem hebdomadas vsque ad alteram diem expletionis. Hebdomadæ septem præsentem innuunt festiuitatem, quæ olim dicebatur festiuitas hebdomadarum: & quia postquam gentes intrauerint reliquiæ saluabuntur: ideò nunc flentibus & sponsum expectantibus dicit Dominus † in postcõmunione: Non vos relinquã orphanos: quia igitur hæc concordia fiet imminente die iudicij, qui etiam electis erit causa timoris: ideò hoc officium pertinet: ad timorem: vel quia timor introducit charitatem: licet charitas foras mittat timorem. de pœn. d. ij. sicut cæca. Et attende, quia secundum Augustin. in ordine officium istorum descendendo computamus: in ordine verò paschalium ascendendo: quia per hæc descensus spiritus sancti ad nos, per illa nostrer ad ipsum significatur ascensus. Et † caue, quia præter præmissa officia ad ieiunium pertinentia, quæ in quarta, & in sexta feria, & in hoc sabbato ex-

poſuimus, aliæ quidem lectiones & Euangelia in eiſdem diebus inueniuntur, quæ fortè ſolennitati magis appropinquare videntur, ſed tamen hæc & illa gratiam ſpiritus ſancti perſonant & operationem. vnde quidam hodie non incongruè duas miſſas celebrant: vnam in tertia, de feſto, cum Gloria in excelſis, & Credo. aliam in nona de ieunio ſine Gloria in excelſis: in qua ſunt clerici ordinãdi, qui meritò in hac hebdomada ordinantur, vt Sancti ſpiritus dona percipere mereantur. † Et memento, quod hac die 8
terminatur quadrageſima: & ideò hodie frequẽtatur & cantatur pro graduali alleluia: nec flectuntur genua: pertinet enim ad octauã. Generale quidẽ eſt, quod quoties de tempore in die gratiæ materia laudis aſſumitur, aut dies ad octauã refertur, genua non flectimus: ſed in orationibus ſtantes collatã nobis gratiam & conferendã gloriã profitemur, vt cum olim eſſemus ſerui curui, nũc fracto iugo incedamus erecti, vt in dominicis diebus, & ſanctorũ natalitiis & paſchalibus inclinare tamen capita poſſimus, & mulieres deuotas ad monumentum venientes imitemur.

SVMMA.

1 *Trinitatis feſtiuitas, cui ſequatur Paſchatis & Pentecoſtes feriæ.*
2 *Antiphonis, cur addantur verſus quarundam feſtiuitatum.*
3 *Tropus, quid.*
4 *Trinitatis miſſa, eiuſq; officium, & illius expoſitio. Et nu. 5.*
6 *Alchuinus, Caroli præceptor officiũ Eccleſiaſticũ ab Attila rege cõpoſ-*
7 *Trinitatis feſtiuitas, variè & diuerſimodè celebratur (ſum reſtituit.*

De die dominica ſanctæ Trinitatis. CAP. CXIIII.

IN †pleriſque locis, in octaua Pente. fit feſtũ S. Trinitatis. Poſt 1
quam enim celebrata eſt feſtiuitas patris, in natiuitate: quia natiuitas dicitur feſtiuitas patris, & poſtquã celebratum eſt feſtũ filij in Paſcha, & feſtũ ſpiritus ſancti in miſſione ipſius, meritò in octaua Pente. fit feſtum eorum, ſcilicet Trinitatis, vt oſtendatur, q; tres perſonæ ſunt vnus Deus, & hæc eſt prima cauſa, quare celebratur feſtũ trium perſonarũ diuinarum ſimul. Secunda cauſa eſt, quia ad inuocationẽ S. Trinitatis datur in baptiſmo ſpiritus ſanctus, vt præmiſſum eſt. Tertia cauſa eſt, vt oſtendat Eccleſia filiis ſuis illum, à quo ſunt omnia bona, cuius habet imaginem, & cuius debet habere ſimilitudinem: videlicet Dei & S. Trinitatis, quam ſemper laudare debemus, & quia tota intentio eſt laudare ipſum: ideò in quibuſdã eccleſiis in ſingulis antiphonis laudum præponitur verſiculus, qui laborẽ ſignificat ad oſtendendũ, q; toto labore totoq; nixu debemus nos vertere ad laudandũ Deum & ſanctã Trinitatẽ, & eodẽ modo fit in quibuſdã eccleſiis in feſto B. Mariæ in antiphonis laudũ, pro eo, quia ipſa ſe totam vertit in laudem

laudem Dei. Vnde tunc in euãgelio dicitur: Maria autẽ cõseruabat omnia verba hæc cõferens in corde suo: & quia ipsa priuilegiata fuit in virginitate: ipsa enim est virgo virginũ, in antiphonis quoq; de B. Laurẽtio & de B. Paulo, & de B. Stephano præponuntur quidam versus antiphonis, ad maiorẽ laborẽ notandum, quẽ in suis martyriis sustinuerunt. Beatus enim Laurentius grauius cæteris passus est. Vnde B. Sixtus dixit ei: Maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. Beatus verò Paulus plus cæteris laborauit prædicando, & B. Stephanus pro Christi fide primus martyr extitit. sed in hoc est differẽtia, quia in nocturnalibus antiphonis tantum de B. Laurẽtio præmittuntur: quia passio sua de nocte cõsumata est: vnde dixit: Mea nox obscurum non habet, & iterũ: Non est inuenta in me iniquitas: & ita apparet q̃ totus fuit sacrificium laudis. Vnde semper dicebat. Gratias tibi ago Domine. Manè verò corpus eius conditũ fuit: & ideò tantum nocturnalibus & nõ laudũ antiphonis versiculi præponuntur. † Rursus, quia versus laborẽ & boni operis fructũ significãt, prout tactum est in proœ. v. partis, meritò in dictorũ sanctorũ natalitiis specialiter præmittuntur antiphonis: ad notandum q̃ ipsi excellentius labores & bonorum operum fructus suis natalitiis & martyriis præmiserunt. Item in quibusdam ecclesiis antipho. de martyrio B. Petri præposterè præponuntur ver. ideò, quia ipse petiit, vt in cruce caput suum ad terrã verteretur. Hi autem versus tropi vocantur quasi laudes ad antiphonas cõuertibiles. τρόπος enim † Græcè, cõuersio dicitur Latinè: quia ergo semper sanctã Trinitatem laudare debemus, ideò ad missam dicitur introitus: Benedicta † sit S. Trinitas, quem Alchuinus sumpsit de Thob. 12. Postmodum sequitur epistola de Apoc. Vidi ostium apertũ in cœlo, & in circuitu sedis, id est, Ecclesiæ, quæ est sedes Domini, mare vitreum, id est baptismũ, in quo submergũtur omnes Ægyptij, id est, omnia peccata. Et no. quia dicit mare vitreũ, propter corporis fragilitatem, & perspicuitatem, quam recipit in baptismo: & est in circuitu: quia ad Ecclesiã venire non possumus: nisi per baptismum sequitur: Simile crystallo: quia qui prius erant aquæ fluxibiles, sunt per gratiã in baptismo accepram firmi, sicut cryst allus, quæ fit ex aqua congelata, & diuturno gelu in naturã lapidis consolidata. Et hæc est vna causa, quare in hac die legitur hæc epistola, † quia in eo dicitur de baptismo, in quo per inuocationem Trinitatis dantur septem dona spiritus sancti. Secunda ratio est, quia in ea inuitamur ad laudes Trinitatis, cum ibi sequatur, quòd animalia plena oculis antè & retrò, id est, prælati dabant gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in

ſecula ſeculorum. Sedens autem ſuper thronum eſt Deus trinitatis. Vnde ſequitur. Et procidebant viginti quatuor ſeniores in facies ſuas mittentes coronas ante eũ: hoc ſignificat quod omnia bona noſtra debemus attribuere ei, itaq; omne illud ex quo meremur coronam ſequitur & non habebant requiem dicentia: Sanctus ſanctus ſanctus: & ideò in introitu, & in aliis officiis toties repetitur. Benedicta ſit S. Trinitas, & propter hoc reſponſorium ſiue etiam graduale, quod reſpondet epiſtolæ eſt: Benedictus es Domine, qui intueris abyſſos. Dan. 3. cap. Verſus eſt: Benedicite Deum cœli. Thob. 12. ca. & allelu-ia. Benedictus es Domine, &c. offer. Benedictus es Domine. Et poſtcommunio: Benedicimus Deum cœli &c. Thob. 12. ca. Euange. eſt. Erat homo ex Phariſæis Nicodemus, in quo habetur de baptiſmo, qui in inuocatione S. Trinitatis ſanctificat baptizatos. In aliis verò eccleſiis dicitur epiſtola: Gaudete perfecti: quæ eſt ad Corin. vlt. cap. Et in aliis dicitur. Vidi oſtium, quæ eſt Apoc. 4. Et euangeliũ: Cum venerit paracletus. Ioã. 14. ca. Sciendũ † eſt quòd hiſtorias de ſancta Trinitate: & de inuentione S. Stephani compoſuit ſanctus Stephanus Laudicen. Rurſum cũ Attila rex, qui Chriſtianos perſecutus eſt: verè omnia volumina Chriſtianæ religionis deſtruxiſſet, Alchuinus magiſter Caroli & Ludouici filij eius, rogatu Bonifacij archiepiſcopi Maguntini, multa de eccleſiaſticis officiis conſcripſit. Vnde & Magunt. concilio approbãte: vt habetur de conſecr. di. v. inſtituit, quòd à feſto Paſchæ vſq; ad dominicã iſtam, tres tantum dicerentur lectiones: & hac die de Trinitate cantari vſq; ad dominicam ſequentem, & tunc incipere: Domine in tua miſericordia, &c. Et compoſuit officium de Trinitate, videlicet reſponſorium, antiphonas, miſſam & ſequentiam, quæ omnia obtulit Alexand. Papæ. Ille verò reſpondit, non eſſe celebrandum feſtum, de Trinitate, ſicut nec de vnitate. Nam ſingulis diebus fit feſtum Trinitatis, & vnitatis: quia ſemper dicitur: Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto, & præmiſſas hiſtorias, & officium non admiſit. extrà de fer. cap. ij. Verùm ſuperueniente hæreſi Arriana ferè fuit fides Trinitatis extincta: ſed Hilarius, Euſebius, & Ambroſius reſtituerunt. Conſenſit igitur eadem de cauſa Greg. magnus, vt de trinitate ſpecialia cãtaremus, & Eccleſias in ipſius honorem ædificaremus. † Exinde ergo eſt, quòd de hiſtoria trinitatis inuenitur varia conſuetudo. Alij nanque non vtuntur ea, ſequentes reprobationem Alexan. Papæ. Sed in qualibet dominica ab octaua Pentec. vſq; ad aduentũ cantãt in nocturnis nouum reſponſorium de trinitate: niſi feſtũ aliquod impediat, vt eam confitcantur, per quã ſaluantur: & in miſſa allelu-ia eã hilariter profitentes:

Eſa. 6.

6

7

fitentes: vt dictum est sub quarta parte, sub tit. de allelu-ia. Alij verò vtuntur ea, cantantes eã in hac prima dominica, sequentes primam institutionẽ Alchuini. Alij ponunt eam in fine temporis declinationis, scilicet in vltima dominica: videlicet ante dominicam de aduentu, sequẽtes vltimam probationẽ Greg. Romani: ergo nunquam de trinitate celebrãt festum: nec etiã has octauas faciunt, sed in prima dominica post Pentec. incipiunt historiam: Præparate, seu Deus omniũ. Alij verò celebrãt hodie de octaua, scilicet de spiritu sancto, & ponunt candẽ epistolam, & idẽ quod prædiximus euangeliũ, propter baptismatis sacramẽtum, cæteris obseruatis, sicut in die Pentec. Celebrant autẽ octauã ad innuendum perfectionem, vel consummationẽ operum sancti spiritus. Per septem enim dies operatio gratiæ septiformis: in octauo verò consummatio declaratur. Et quoniã in octaua redit ad caput, ideò omnia sicut in die festo à vespera in vesperam: in ipsis vesperis & tribus nocturnalibus psalmis obseruãt. De his octauis Aug. dicit: Celebrationẽ octauarũ feriarũ noui hominis celebramus. Baptismus neophytorũ licet in sabbato peragatur: ad illũ tamen baptismum pertinet, quẽ Apostoli susceperũt in die Pẽtec. cuius octaua dies dominica sequens. Qui verò ponũt historiã: Præparate, seu Deus omniũ: melius faciunt, quia Romanã sequuntur Ecclesiam nostræ peregrinationis recolẽtes, & percurrẽtes historiã. Nã per septuagesimã significamus, expulsionẽ generis humani de patria paradisi: per quadragesimam seruitutẽ populi sub Pharaone: per Pascha immolationẽ agni: per quadraginta dies Paschales, quadraginta annos in deserto: per Rogationes, terræ promissionis ingressionem: per septẽ dies Pentec. in quibus septẽ dona diuidũtur terræ datæ diuisionẽ, per tẽpus, quod ab hodie sequitur, significamus populi afflictionẽ, & gubernationẽ factã per iudices & reges ideoq; sequũtur quatuor libri Regũ, prout in sequẽti tit. dicetur.

S V M M A.

1 *Libri Regũ legũtur post Pẽtecostes octauas. Et cur ita. ibid. & nu. 2.*
3 *Dauid nobis in hac militia proponitur in exẽplum & typũ virtutis.*
4 *Saul nobis est exemplo.*
5 *Dauid funda, quid significet.*
6 *Euãgelium dominicæ primæ, post Pentecosten. Et eius interpretatio.*

De prima dominica post Pentecost. CAP. CXV.

1 HIc † dicẽdum restat de prima dominica post Pentec. quæ est vna de principalibus dominicis: & incipit hîc quartum tempus peregrinationis, quia sumus in via veniendi ad patriam. Sed quia hostes habemus prius, quàm illuc perueniamus, scilicet carnem, mundũ, & diabolũ: ideò legitur de libris Regum, in quibus

agitur

agitur de bellis & de victoriis: vt inuitemur ad pugnandũ fortiter
Ephe.6. contra hostes, vt victoriam habeamus: sicut Iudæi de Philistæis: & tandem glorientur in cœlis, quia non est nobis tantũ lucta aduersus carnem, sed etiã aduersus aëreas potestates. vnde primò dicimus in vespertis. Benedictus dominus Deus meus, &c. Historia est: Deus omniũ. Seu secundũ Rom. præparate. Sed quia bellum sine discretione nõ benè geritur, ideò sequenti tẽpore subiũguntur libri Salomonis. Item, quia insurgunt, vitia, contra quæ necessaria est patientia, ideò subsequenter subiungitur historia de Iob, rectâ ergo inuitamur ad pugnã quia postquam digni sumus in numero iustorum haberi, per librũ numeri iam perfectũ, & in statu perfectionis per nouã legẽ, scilicet Deuter. in quo habetur: Diliges dominum Deum tuũ, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. & sumus sub Iesu per librum Iosue: & sub Iudicibus, id est, prælatis per librum Iudicũ, & sumus sine acceptatione personarum, per librum Ruth: quæ fuit Moabitis: & est tamen pugnare: quia tunc magis tẽtat diabolus: & sic ordinãtur † libri Regum, in 2
quibus tractatur de bellis ipsorũ ad alios libros. Adaptãtur etiam & aliter primæ quatuor dominicæ quatuor libris Regũ, prout dicetur sub iiij. & sub vij. & sub xv. dominicis. Leguntur autem in tali tempore & post missionẽ spiritus sancti, & post festũ trinitatis: quia quando accipimus gratiam spiritus sancti, ex tũc sumus similes Deo: & filij sumus summi Regis, & per consequẽs sumus Reges. Vnde in Apoc. Fecit nos Reges & Sacerdotes Deo, & patri suo, &c. Pe. in canonica. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Extrà de sac. vnct. ergo cùm simus reges, & habeamus aduersarios, non restat nisi vt regnum nostrũ defendamus: quia ex hoc nobis inuidet diabolus, quia ad illud regnum sumus assumpti, vnde fuit delectus: & ideò nobis grauis imminet pugna. Nempè ostẽditur nobis † Dauid in exemplum, qui vicit per 3
humilitatem, & per iucunditatẽ mentis, & vnctus fuit ter. Primò à Samuel, in Bethleem in signum regni. Secundò, super domum Iuda, in regem super tribu Iuda, à viris Iuda, in Ebron. Tertiò, iterum in Ebron, & in cõfirmatione regni super totũ Israël. Similiter nos si benè pugnabimus ter inungemur Primò, in baptismo in signum regni. Secundo, in confirmatione. Tertiò in paradiso,
1. Reg. 6. quando regnum nostrum confirmabitur. Saul † nobis proponi- 4
tur in exemplum, qui per inobedientiam amisit regnũ. vnde non simus inobedientes sicut ipse fuit: ne perdamus regnũ æternum. Dauid autem fuit humilis in omnibus operibus suis, quòd patet: quia cum luderet coram arca Domini indutus Ephod lineo: depositis regalibus vestibus despexit eum Michol filia Saul, dicens ei,

quod

quòd nudatus fuerat ſicut vnus de ſcurris: & ille reſpõdit: ludam & vilior fiam ante dominum, qui elegit me, &c. Itẽ quando venit ad eũ Natham prophęta & redarguit eũ de peccato ſuo, publicè pœnituit. Item iucunditatem mentis habuit: & omnia bona à ſe facta ad Deũ retulit, vnde de eo cantat eccleſia: prævaluit Dauid in Philiſtæum in funda & lapide in nomine domini. Ecce exultatio in Deo. Non enim in ſe confidebat. Funda† Dauid, eſt prædicatio, per quã fundam prædicationis eiicitur diabolus de cordibus hominum, cum per durã reprehenſionem incutitur timor, & concipitur pœnitentia: lapis verò dura reprehenſio eſt, quia ergo huiuſmodi victoria habetur per humiliratem, ideò ad miſſam incipit introitus. Domine in tua miſericordia ſperaui. Ecce humilitas Dauid, exultauit cor meũ, ecce mẽtis iucunditas: per hęc duo vincitur pugna: & quia ille ſolus vincit, qui nihil ſibi, ſed omnia bona ſua Deo attribuit, & ſperat in eo: ideò benè ſequitur oratio: Deus in te ſperantium, &c. poſteà ſequitur epiſtola de charitate. Deus charitas eſt, &c. 1. Ioan. 4. cap. quia per charitatem reges ſumus & per eam facimus bona opera meritoria regni, per quæ regnum noſtrum defendimus, & conſeruamus: vnde ſequitur. In hoc apparuit charitas Dei, &c. poſt Deus, charitas eſt, &c. ibi etiã oſtenditur, quòd diligere debemus Deũ & proximũ. in euãgelio autem: Homo quidã erat dives. Luc. 16. ca. oſtenditur, quod non
6 debemus diligere† diuitias per diuitẽ, qui induebatur purpura & byſſo: & per pœnã eius: vt enim dicitur: Eccle. 5. ca. qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. qui amat. ſ. amore libidinoſo, naturali verò vel charitatiuo poteſt, quia diuites cũ iuſtitia & bonis operibus non abiicimus. xxx. di. hoc ſcripſimus. habetur enim in euangelio de mẽdico Lazaro in cuius perſona incipit graduale. Ego dixi domine, miſerere mei & ſequitur verſus de operibus miſericordiæ. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ, id eſt, intelligit & præcogitat illud, quod eſt in egeno ex paupere, ſcilicet egeſtas & paupertas, vt ei ſubueniat. dicit enim Grego. quòd debemus eos vocare patronos & amicos noſtros, q etiam fratres noſtri ſunt: & ſic facere nobis amicos de mammona iniquitatis & de malè acquiſitis: vt cũ defecerimus per mortem, recipiant nos in æterna tabernacula. hoc nõ fecit dives ille epulo, & quia in aliquo noluit pauperi ſubuenire: ideò cum eo diſtinctiſſimè fecit dominus vt non poſſet habere gutã aquæ ad refrigerium linguæ: & ideò ſequitur allelu-ia. Deus in. ſor. &c. poſteà ſequitur offert. in perſona mendici, ſcilicet, Intende voci orationis meæ: & quia non obliuiſcitur deus orationes pauperũ, ſequitur poſtcõmunio. Narrabo omnia mirabilia tua Pſal. di. &c. in quibuſdã tamen Eccleſiis

cleſiis legitur hodie euange. Eſtote miſericordes. quod eſt Luc. 6. cap. & eſt ſciendũ quòd Vrbanus Papa, quartus, ſtatuit fieri feſtũ de corpore Chriſti. v. feria poſt hanc dominicã, cõcedens magnã indulgentiam tam clericis officiantibus quã populis conuenientibus ad diuina: prout in officio ſuper hoc ordinato habetur.

SVMMA.

1 *Dominicæ ſecundæ poſt Pentec. Miſſa, officiúmque, & eius expoſitio. & num. 1. 4.*

3 *Lingua doloſa palliatorum amicorum.*

De ſecunda dominica poſt Pentec. CAP. CXVI.

DIctum eſt, † quòd prima cauſa qua defendimus regnũ noſtrum eſt charitas, quæ dilatatur per conſiderationẽ æternarũ nuptiarũ, de quibus in Apoc. Beatus, qui vocatus eſt ad cœnam nuptiarũ agni: vnde in hac ſecũda dominica habetur de huiuſmodi cœna in euãgelio Luc. 19. c. Homo quidã fecit cœnã magnam, & vocauit multos: & miſit ſeruos ſuos hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirẽt, &c. hora cœnę eſt ex quo porta paradiſi aperta eſt per Chriſtũ, ſequitur, & cœperũt ſe omnes ſimul excuſare. Nam primus dixit: Villã emi, & neceſſe habeo videre illã. Secundus dixit: iuga boum emi quinq; & eo probare illa. Tertius verò dixit: vxorẽ duxi: & ideò non poſſum venire. Dominus verò dixit ad ſeruũ: Vade, & cõpelle intrare, vt domus mea impleatur. Multos enim compellit intrare per tribulationes: illi verò, qui vocati fuerant nõ venerũt: quia auari, qui primũ ſe excuſant, ſupple, vel guloſi, qui per ſecundũ: & luxurioſi, qui per tertiũ intelliguntur: hac cœna ſe reddũt indignos: vnde verſus: Villa, boues, vxor, cœnam clauſere vocatis. Mũdus, cura, caro, cœlũ, clauſere renatis. Et quia in hoc iſti ſe reddũt indignos: ideò dominus alios vocat. Quia verò per cõſiderationem huius cœnæ dilatatur charitas: & quia dñs protegit habẽtes charitatẽ: ideò incipit introitus Factus eſt † dominus protector meus: & eduxit me in latitudinẽ charitatis. Sequitur verſus de charitate: Diligã te domine fortitudo mea, &c. In oratione verò petit charitatẽ ſancti nominis tui, &c. in epiſtola: Nolite mirari. 1. Ioan. 3. ca. habetur de vita æterna, per cuius intuitũ amor cõcipitur: & ſequitur in fine de charitate: Filioli, nõ diligamus verbo, neq; lingua: ſed opere & veritate. Hæc eſt lingua doloſa: quã † dicunt amatores mũdi: Rogo te, habe me excuſatum. Dicũt etiã bonis & ſanctis viris: Rogate pro nobis, & tamẽ venire nõ curãt. Et attẽde, quod duo primi excuſãt ſe, Per primũ enim, ſuperbi intelliguntur. Per ſecundũ, omnes, qui delectantur in quinq; ſenſibus corporis. Per tertiũ verò, luxurioſi, qui ſe non excuſant: quia non habẽt cor: ſicut habetur in Oſeæ 4. cap. Fornicatio,

1

2

3

catio,vinum,& ebrietas,auferũt cor. Magis enim absorbet hominẽ fornicatio,quã superbia,vel auaritia. Quia ergo vt dictum est,lingua talium exultantium se dicitur lingua dolosa : ideò ecclesia à lingua dolosa petit se liberari in responsorio. Ad Dominũ cùm tribularer clamaui:& exaudiuit me. In ver. Domine libera me &c. Et quia perfectus est, qui non peccat in lingua ideò
4 in secundo tono cantatur: Postmodũ sequitur †allelu-Ia similiter de charitate. Diligam te Domine fortitudo mea,&c. Quia verò consideratione vitæ æternæ concipitur charitas , visa cœna petit conuerti in offertorio: Conuertere domine, & eripe. Et quia ibi cantabimus vocaliter, vt ait Cassiodorus super psalmistam: Omnis spiritus laudet Dominum: non erit ibi tantum cœna sed maxima solennitas. vnde in Threnis. 1. c. Viæ Syon lugent: eò quòd non sint , qui veniant ad solennitatem. Ideò in postcommunione promittit se cantaturum ibi Domino, dicens: Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi,& psallam,&c.

S V M M A.

1 *Euangelium Dominicæ tertiæ post pentecost. & expositio, etiam mystica. Tum Missa. num. 2. 3. 4.*

De dominica tertia post Pentecost. CAP. CXVII.

1 Tertia causa , quare inflãmamur ad defendẽdum regnum †nostrum: est consideratio beneuolentiæ Dei: qua nos custodit & diligenter quęrit: ideò in euãgelio huius dominicę: Erãt appropinquantes. Luc. 15. cap. habetur. Quis ex vobis homo habens centum oues, id est angelos & homines: & si perdiderit vnam, scilicet hominem : nónne relinquit nonaginta nouẽ in deserto, id est in cœlo,& vadit quærere perditã, &c. aut quæ mulier habẽs drachmas. x. scilicet angelos & homines, & perdit vnã, scilicet hominem, in quo imaginem suã depinxerat, nónne accẽdit lucernã, id est, naturam humanam, in qua lumen deitatis posuit vniendo se ei,& quærit diligẽter donec inueniat : & cum inuenerit conuocat amicas & vicinas, dicens eis: Congratulamini mihi: quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis gaudiũ erit corã angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam
2 agente. Ecce quanta est beneuolẽtia Dei erga nos. Ista enim beneuolentia accendit in nobis charitatem. Quæ verò ad nuptias æternas non intrant superbi, neque luxuriosi, neque auari: vt præmissum est, ideò introitus huius dominicæ : Respice in me , &c. & dicit vide humilitatem meam , contra superbiam & laborem meum contra luxuriam: quia inops & pauper sum ego , contra auaritiam : & propter prædicta monet nos Pet. ad humilitatem dicens in epist. 1. Pet. vlt. cap. Humiliamini sub potenti manu

Dei,vt vos exaltet.& c.Et post sequitur ibi:Sobrij estote, & vigilate in orationibus,quoniam ad.ve.di.tan.le. tu.cir. q.quem de. †Et quia tantã curã habet Dominus de nobis : ideò in graduali 3
inuitat nos ecclesia dicens:Iacta cogitatum tuũ in domino,& ipse te enutriet.versus : Dum clamarẽ ad Dominũ,ex.vocem meam, &c.Allelu-Ia est Domine refugium.Offert.est:Sperãt in te omnes,qui te nouerũt,&c.quia de sperãtibus in se habet curã.Quia verò Dominus nõ inuenitur, nisi quis pœniteat: cùm verò quis pœnitet, ad Dominũ clamat:ideò sequitur postcõmunio : Clamabo.†Rursus hoc officiũ est de pœnitẽte:sicut apparet ex ipsa 4
cõmunione.& ex euãg. vbi per Dauid intelligitur quilibet pœnitẽs:vbi dicitur:Gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agẽte,&c.& ex introitu : & aliis,& ideò cãtatur circa festũ beati Ioan. bap. qui legitur populũ ad pœnitentiam prouocasse.

S V M M A.

1 *Dominica quarta post pen. quid moneat: & quod habeat officiũ. nu. 1.*
3 *Dominicæ quatuor sequẽtes Pentec. quatuor libris Regũ adaptantur.*

De dominica quarta post Pentec. CAP. CXVIII.

QVarta†causa qua defendimus regnum nostrũ, sunt opera misericordiæ. Vnde in euãg. Luc.6.cap. quod legitur in hac quarta dominica in quibusdam ecclesiis dicitur: Estote misericordes,sicut & pater vester misericors est.Et post sequitur:Mẽsurã bonam & confertã, & cogitatã & supereffluentẽ dabunt in sinum vestrum.Quia verò non potest homo opera misericordię *Cãtic. 6.* facere,nisi prius illuminetur à Deo,ideò incipit introitus : Dominus illuminatio mea.Et quia opera misericordiæ,est Ecclesia *Psal. 26.* terribilis,vt castrorum acies ordinata:sicut dicitur in canticis cãticorum,sequitur versus.Si exurgant aduersum me castra, non timebit cor meũ.& si exurgat ad me prælium,&c.Postea petit in collecta misericordiam & gratiã dandi eleemosynas:cùm dicit Protector in te sperantium deus,&c.In†epistola verò : Existimo 2
quæ ad Rom.8.c.ostenditur præmiũ, vbi dicit Apost. Non sunt condignæ passiones huius temporis,ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis.Et post sequitur : Et omnis creatura ingemiscit,expectans reuelationem filiorum Dei. Et vt hanc gloriam Ecclesia possit adipisci, petit in respõsorio veniam de peccatis: Propitius esto peccatis nostris Domine,&c. Sequitur allelu-Ia, *Psal. 90.* Inte Domine speraui:quia in te sperantibus propitius es. Vnde psal. quoniam in te sperauit liberabo eum. Adaptantur etiam 3
†istæ quatuor præcedentes : dominicæ quatuor libris regum sic.In primo enim libro habetur quomodo Dauid inũctus fuit. Vnde in prima dominica incipit introitus , Domine in misericordia

cordia tua speraui. Et in responsorio habetur. Et vnxit me vnctione misericordiæ suæ,& oleo exultationis. Vnde sequitur in introitu: Exultauit cor meum in salutari tuo.& ita ostendit se vnctũ oleo lætitiæ per misericordiam Dei. In secundo libro habetur quomodo liberatus fuit ab inimicis,& vnctus bis, vt haberet latitudinem regni. Vnde in secunda dominica incipit introitus Factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem, vt latè regnaret. In tertio habetur quomodo mortuus fuit. Vnde in tertia dominica vtitur ecclesia voce decedentium, dicens. Respice in me,& miserere mei.& in versu. In te Domine speraui. In quarto libro habetur de Prophetis, qui illuminati sunt à Deo, vt viderent ventura:& ideò in quarta dominica dicitur in introitu: Dominus illuminatio mea,&c.

SVMMA.

1 *Dominica quinta post Pẽt adfert rete Petri Et quid illud significet.*
2 *Prædicatores pro terrenis prædicantes, nihil capiunt.*

De quinta dominica post Pentec. CAP. CXIX.

QVinta causa, qua defendimus & obtinemus regnũ nostrũ est pax cum inimicis ecclesiæ: & patientia in aduersis, ad quam inuitat nos beatus Petrus in epistola huius quintæ dominicæ: Omnes vnanimes. 1. Pet. 3. cap. dicens, & non reddentes malũ pro malo,&c. Vnde in euangelio habetur de rete beati
1 Petri. Sed † multi sunt, qui rumpunt rete beati Petri, id est, concordiã & vnitatem fraternam:& ideò in persona tolerantium incipit introitus: Exaudi Domine vocem meã qua clamaui ad te, &c. versus est: Dominus illuminatio mea, &c. Illuminatus enim à Deo, saluatur ab hostibus, quia sperat in eo. Pro prædicta autem pace cũ inimicis ecclesiæ impetranda, orat ecclesia, in collecta, dicens: Da nobis quęsumus Domine, vt & mundi cursus,&c. In aliquibus tamẽ ecclesiis dicitur: Deus, qui diligẽtibus te, &c.

Sequitur euangeliũ. Luc. 5. cap. Dum plurimę turbę irruerent in
2 Iesum,&c. vbi sequitur. † Præceptor, per totã noctem laborantes nihil cœpimus: Tales qui laborant in nocte,& nihil capiunt, sunt qui pro terrenis prædicant. sequitur, In verbo tuo autem laxabo rete. hoc facit, qui habet scientiam & vitam: talis enim concludit multitudinem piscium copiosam. vnde in principio tot capti sunt boni & mali, ꝙ rete rũpitur: per quod significatur, quòd ecclesiæ vnitas in hac vita rumpitur à quibusdam: sed post resurrectionem capti sunt multi: & tamẽ non est scissum rete, per quod significantur boni, qui nõ scindunt vnitatẽ ecclesię. Et ideò in offertorio dicit ecclesia, se laudare Deum, qui quantum ad bonos filios, dedit eis intellectum, vt non rumpant rete, id est,

vnitatem ecclesiæ. Benedicam Dominum, qui mihi tribuit intellectum. in postcõmunione verò dicit ecclesia se operari vnitatẽ, & hanc petere à Domino. inquit: Vnam petij à Domino: licet enim plura petat quotidie: tamẽ dicitur vnum petere: quia ad vnũ finem, id est, ad habendum à Deo omnia petenda petit, & hoc est quod ibi sequitur: Hanc requirã, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. hoc ideò dicit, quia tunc legitur Paralipomenon, id est, verba dierum, qui habet eandem materiam cũ libro Regum, & significat, quòd qui in diebus suis benè rexerit se, habebit dies æternitatis. Et attende, quòd hoc officium cantatur circa festum beati Iacobi, sicut dicitur in euangelio: relictis retibus secutus est Dominum: & factus est piscator hominum: id est, supplantator re & nomine vitiorum.

S V M M A.

1 *Dominicæ sextæ post Pentecosten Missa, & eius expositio. & nu.* 2

De sexta dominica post Pentec. CAP. CXX.

QVia verò non † valent omnia prædicta, nisi etiam plena iustitia fidei, & in nouitate vitæ: ideò in hac sexta dominica legitur secundus liber Paralipomenon, vbi habetur, q̃ confortauit Dominus Salamonem: per quod significatur, quòd Dominus spiritualiter suos confortat, dando eis fortitudinem, ideò dicitur in officio huius dominicæ: Dominus fortitudo plebis suæ protector, &c. versus est: Ad te Domine leuaui animam meam: quia ab ipso est omnis fortitudo: & tunc benè regimus regnum nostrũ, quod maximè fit, si tendat homo ad promissiones Dei: vnde dicitur in oratione: Deus, qui diligẽtibus te, bona inuisibilia præparasti, &c. in epistola autem, † quicunque baptizati sumus, 2 &c. ad Rom. 6. cap. hortatur nos Paulus, vt in nouitate vitæ ambulemus. aliter enim nihil valent alia: & vt hoc possimus, orat ecclesia in responsorio: Conuerte nos Domine aliquantulum, &c. ille verò, qui ambulat in nouitate vitæ, præparat se ad laudandum Deum in præsenti: & in futuro. vnde sequitur alleluia: Te decet hymnus Deus in Syon. Ad hanc orationẽ vel perfectionem hortamur in euãgelio Mat. 5. c. Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Et sequitur ibi: Si offers munus tuũ ante altare. Et quia non potest homo hoc facere sine auxilio Dei, ideò orat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis, &c. Et quia talis potest offerre: ideò sequitur in postcommunione: Tollite hostias, &c.

S V M M A.

1 *Libri sapientiæ, cur potissimum in Augusto legantur. Et quid septima Dominica præterea adhibeat nu.* 3. 2 *Sextilis antè iam Aug.*

4 *Missa Dominicæ septimæ post pentec. expositio.*

De

De septima dominica post Pentec. CAP. CXXI.

1 SEquitur † septima dominica in qua leguntur libri Salomonis: vt Parabolæ,&c. Cantica,libri Sapientiæ, quē Philo composuit: & Ecclesiasticus,quem Iesus filius Sirach edidit:& tamē Salomoni attribuitur. Hi libri qui sunt de operibus sapientiæ Salomonis,leguntur à Calendis Aug. vsque ad Calendas Septembris,quia mensis iste calidus est,& æstum significat vitiorum,in quo nos oportet sapienter regere:sicut in medio nationis prauæ
2 & peruersæ:vel quia mensis iste scilicet Augustus sextus est † vn de Sextilis ante Augustum Cæsarem vocabatur,& verus noster Salomon in sexta ætate venit qui fecit vtraque vnū, qui fuit Dei virtus & Dei sapientia : qui docuit nos sapienter viuere & docere. Hic est Christus rex regum,qui septem panibus , & paucis piscibus,vt legitur in euangelio hodierno,satiauit eos, qui de lon
3 gè venerant:& eum triduo sustinuerant. Rursus † in hac dominica incipit Ecclesia Parabolas Salo.post festum enim trinitatis legitur liber Regum quoniam homo quādo trinitatis similitudinem habet,fit rex & sacerdos.vnde præponuntur ei exēpla de regibus & sacerdotibus:sicut sub prima dominica dictum est. Postea verò sequuntur libri doctrinales:præponuntur enim exempla doctrinis,quia plus mouent facta,quā dicta. Act. 1. Cœpit Iesus facere & docere:& sic ordinātur libri ad se inuicem,vt præcedant libri exēplares Regum & Paralipomenon : & sequantur libri doctrinales Salomonis,quæ doctina,est refectio spiritualis, de quo habetur in euangelio huius. vij. dominicæ. de hoc dicetur sub dominica xj.& xij. Et quia huic doctrinæ bonis operibus
4 respondere debemus,incipit introitus:Omnes † gentes plaudite manibus:Et B.Paulus inuitat nos in epistola ad Rom. 6. cap.vt respondeamus illi doctrinæ seruiendo Deo, dicens : Humanum dico,propter infirmitatem carnis vestræ.vnde in quibusdā Ecclesiis sequitur respōsoriū:Beata gens,cuius Dominus Deus eorū, id est,quæ Deū habet pro Domino,ei soli seruiendo. & sequitur versus:Verbo Domini,id est, doctrina domini cæli firmati sunt, id est,maiores sicut Apostoli,& alij sancti. Sequitur in quibusdā Ecclesiis alleluia.Attēdite populе meus,legē meā.lex est illa refectio. Illa autem refectio ostenditur in euangelio Mar. 8. Cùm turba plurima,&c. Et est notandum,quòd ibi dicitur, quòd quidam de longè venerunt,scilicet illi,qui de peccatis enormibus redierunt , & pœnituerunt. qui enim in peccato mortali est, non habet quod manducet. Erant autem quatuor milia , scilicet habentes quatuor cardinales virtutes , & comederunt , & saturati sunt , quia lex Domini satiat, & remanserunt septem sportæ,

ſcilicet prædicatores habentes ſeptē dona ſpiritus ſancti, & reficientes alios in aliis verò eccleſiis legitur euangeliū. Attendite à falſis Prophetis: quia verò habens doctrinā videt, in quāto periculo ſit cōſtitutus. Videt enim ſe eſſe in fornace Babylonis. In offertorio, Sicut holocauſtū, &c. Dan. 3. c. petit ſe liberari: & vritur voce trium puerorum. In poſtcommunione verò: Inclina aurem tuam, &c. petit liberationem accelerari.

S V M M A.

1 *Dominica octaua, poſt Pentecoſten quid moueat. & num. 2. 3.*

De octaua dominica poſt Pentec. CAPVT CXXII.

SEquitur octaua dominica, in qua docet nos Eccleſia vitare † omnē vanitatem. Hic enim debet eſſe effectus doctrinæ, in nobis: quia in doctrina docet nos fieri ſpirituales: & remoueri à corporalibus deſideriis ad ſimilitudinem beatæ virginis, cuius feſtum inſtat. Vnde introitus incipit: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, id eſt, filium tuum Ieſum Chriſtum nobis ex miſericordia datum in medio templi tui, id eſt, in cōmuni eccleſia tua: ſecundum nomen tuum Deus. Deus enim vbique nominatur. ſic & laus tua in fines terræ, id eſt, vbique. Templum etiam eſt beata virgo: in qua verè ſuſcepimus Dei miſericordiā. Vnde circa eius † feſtum rationabiliter præſens cantamus officium, cùm ſit templum Domini, & ſacrarium ſpiritus ſancti. Sequitur epiſtola ad Rom. 8. debitores carni non ſimus: vt ſecundum carnē viuamus, &c. in qua docemur cōculcare omnem carnalitatem: & ad oſtendendum, ꝙ hoc poſſumus: ſequitur: Non enim accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum: quo guſtato decipit omnis caro. Sed quia nō poſſunt hæc fieri, niſi dominus protegat, ideò orat in graduali: Eſto mihi in Deum protectorem. Rurſus, quia non poteſt habere hæc omnia: niſi qui gaudet in Domino, ideò ſequitur alleluia. Exultate adiutori noſtro, gaudiū enim ſpirituale, excludit omnem carnalitatē. Quia † verò quidam ſunt vita caſti & humiles, ſed fictè, ab his docet caueri in Euangelio Matt. 7. c. Attendite à falſis Prophetis, qui prætendunt caſtitatem, & ſunt luxurioſi. Vel propter humanam laudem ſunt caſti, ſicut fatuæ virgines: quibus dicitur: Amē dico vobis, neſcio vos. Sed Dominus verè humiles ſaluat. Vnde ſequitur offer. Populum humilem ſaluum facies domine, & oculos ſuperborum humiliabis. Quia verò per delitias ſpirituales omnia conculcamus: ideò dicitur in poſtcommunione. Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt dominus.

1 2 3

S V M M A.

1 *Dominica nona poſt Pentec. Miſſa eiuſq; expoſitio. & nu. 2. 3.*

De

De dominica nona post Pentecost. CAP. CXXIII.

1 POstmodũ † sequitur nona dominica, in qua legitur liber Sapien. Sapientia autẽ est cogitare de cœlestibus, & leuare cor ad illa. Vnde monet nos ad hoc maximè propter festum assumptionis B. Virginis, ꝙ instat: quando, scilicet assumpta est in cœlum: & quia homo se super se leuare non potest, nisi Dominus eum trahat: ideò dicitur in introitu: Ecce Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ, id est, sursum captor. Sicut enim itur ad cœlestia non passibus corporis, sed assimulatione mentis ad Deũ, in quo vitantur omnia mala: & sequitur in epistola 1. Cor. 10. c. Non simus concupiscentes malorum, &c. Posteà sequitur ibi: Fidelis Deus, qui nõ patietur vos tentari super id quod potestis, sed faciet cũ tentatione prouentũ: vt possitis sustinere: prius tamen timorẽ incutit dicendo: Stare qui se putat, videat ne cadat. In graduali verò quæ sursum rapitur, reddat gratias Deo, dicens: Domine Dominus noster, quã adm. est no. tu. in vniuersa terra. Quoniã eleuata est magnificẽtia tua super cœlos, non tantum in Christo & B. Virgine, id est, super cœlos materiales & spirituales, verum etiã in sanctis super cœlos materiales. In
2 † Euang. Luc. 16. monet, vt si non possumus per nos volare ad cœlum, faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, id est, de diuitiis inæqualiter possessis, dicens: Homo quidam habebat villicum, &c. Homo iste, sciuit sic per prudentiam carnis disponere, ꝙ amotus à villicatione fuit receptus in domibus domini, & hoc per iniquitatem fraudis. Si ergo ille laudatur, qui per iniquitatem fraudis sciuit sibi in futurũ prouidere, multò magis laudabit dominus eos qui dant eleemosynas, ꝙ est prudentia spiritus de quo dicit Apost. Est vita & pax, qua homo sibi prouidet in futuro. Po-
3 stea sequitur: quia filij † huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua, id est, in his quæ pertinent ad generationẽ suã id est, circa temporalia. Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cùm defeceritis, scilicet moriendo, recipiãt vos in æterna tabernacula, quæ sunt sua. Vnde beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cœlorum: & quia non tantũ per eleemosynas, sed etiã per orationes volamus ad cœlestia, ideò est allelu-ia. Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Quia verò hæc tabernacula per opera iustitiæ habentur, sequitur offertorium: Iustitiæ Domini rectè lætificantes corda, &c. Quo autem ordine hæc fiant, ostenditur in postcommunionem. Primùm quærite regnum Dei. Matt. 6. cap.

S V M M A.

Dominica decima post Pentecosten, quid moneat. & nu. 2.

De decima Dominica post Pentec. CAP. CXXIIII.

IN dominica † decima legitur Ecclesiasticus qui incipit: Omnis sapientia à Domino Deo est: vbi ostenditur, quia non solum sapientia, sed etiam omnia bona sunt à Deo: & ideò ab eo solum modo sunt petenda: & ad eum debemus clamare: & ideò incipit introitus: Dum clamarem ad Dominum exaudiuit vocem meã. Et quia debemus ipsum solum orare, sequitur versus: Exaudi Deus orationẽ meã. Et oratio in quibusdã ecclesiis. Pateant aures misericordiæ tuæ Domine, precibus supplicantium. In qua collecta patet quis rogans dignus sit exaudiri. Vnde sequitur: Et vt petentibus desiderata concedas: fac eos, quæ tibi sunt grata & placita postulare: & ostenditur in epistola, Scitis quoniã, &c. 1. ad Cor. 12. c. ꝙ omnia bona sunt à Deo: & ideò ei sunt exhibendæ gratiarum actiones. Vnde † enumeratis omnibus donis, dicit: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis, prout vult. Sed quia bonum citò amittitur, quod non à largiente custoditur, sicut dicit Greg. ideò sequitur responsorium: Custodi me Domine, vt pupillã oculi. Item quia ad illum confugere debemus, à quo omnia bona habemus: sequitur alleluia. Domine, refugium factus es nobis. In aliis ecclesiis dicitur alleluia. Te decet. Euangeliũ verò, quod est in quibusdam ecclesiis: Cùm † appropinquaret Dominus Hierosolymã. Luc. 19. c. est de simoniacis, qui iniuriantur spiritui sancto, scilicet in hoc ꝙ vendunt ea, quæ ipse dat gratis: vel ad voluntatẽ suam tribuunt: ac si ab illis essent illa bona, & non à spiritu sancto. Et nota, ꝙ hoc Euangeliũ in quo Hierusalẽ destructio prædicatur, in Augusto legitur, quia prius à Nabuchodonosor: postmodum à Romanis, in quo mense destructa fuisse inuenitur. In aliis ecclesiis legitur: Dixit Iesus ad quosdam: sequitur & offertorium. Ad te Domine leuaui animã meam: quasi diceret: non ad simoniacos, non ad prælatos prauos, vel ad quosdam fatuos, & simulatos religiosos, qui faciunt se à simplicibus adorari, sed à te, à quo omnia bona sunt. Et quia tunc acceptat Deus omnia opera nostra, quãdo speramus in ipso Deo: ideò sequitur postcommunio: Acceptabit, &c.

SVMMA.

1 *Iob legitur Dominica vndecima post Pentec. & quid moneat Et eius diei officium. num. 2. 3.*

De vndecima dominica post Pentec. CAP. CXXV.

VNdecima dominica, in qua incipit ecclesia legere † Iob, qui similiter est liber exemplaris, sed est exemplũ perfectionis, id est, perfectæ sapientiæ quæ non habetur nisi per prædictã refectionẽ doctrinæ spiritualis. Nam refectio facit spiritualiter fortes: &

tes:& ideò post libros Salomonis legitur liber Iob: In ordine autem Bibliæ,omnes exemplares, scilicet Ruth,Iob,Thobias, Iudith,& Hester,præcedunt libros doctrinales Salomonis, propter prædictam rationem: de quo etiam dicetur sub dominica decimaquinta. Et quia vnanimitas facit fortes & sapientes, sicut fuit Iob, & concordes, sicut fuerunt filij Iob, qui faciebant conuiuia
2 per domos,vnusquisque in die suo.ideò incipit † introitus:Deus in loco sancto suo,id est,in humilibus. Esaias,super quẽ requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? & si Deus est cum eis,nullus potest eis prævalere.Deus enim habitare facit vnius moris in domo,id est,concordes & vnanimes,quales fuerunt filij Iob,qui dabant sibi inuicem comedere:vnde versus est:Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, quia fortitudo nostra nihil valet, nisi Dominus nobiscum cooperetur:imò principaliter operetur.In epistola:Notum vobis facio euangelium, quæ est 1.Cor.15.ostendit B.Paulus humilitatem:vnde sequitur ibi.Qui non sum dignus vocari Apostolus: & propter hanc humilitatem raptus fuit vsque ad tertiũ cœlum. In responsorio quoque sequitur vox humilium: In Deo sperauit cor meum,& adiutus sum: & in vers. Ad te Domine leuaui animam meam: & quia ex tali spe sequitur exultatio, ideò quibus-
3 dam ecclesiis est allelu-ia.Venite exultemus Domino.† Euangelium verò est de humilitate & eius affectu.Duo homines ascendebant,&c.Luc.18.vnde sequitur: Pharisæus dicebat: Domine, non sum sicut cæteri hominum,&c.Ecce superbia sequitur: Publicanus dicebat:Deus propitius esto mihi peccatori.ecce humilitas: & ideò abiit iustificatus in domum suam ab illo,quia verò humilitatem sequitur exaltatio (qui enim se humiliat, exaltabitur)ideò sequitur offert.Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me,id est, sursum cœpisti, q.d. exaltabo te Domine,quoniam exaltasti me.Post communio:Honora dominum de tua substantia,&c. Prouer.3.c.hoc ad literam facit humilis,dat enim libenter pauperibus:& hoc est honorare dominum,quia ipse præcepit, vt detur pauperibus: vel honora dominum,&c. id est,omnia bona tua Deo attribue:& hoc est propriũ humilium.Hæc post cõmunio cõgruè hoc tempore canitur,quando frugibus horrea, & vino cellaria plenè redundant,quibus deuotè dominus honoratur.

S V M M A.

1 *Missa dominicæ duodecimæ post Pentec. & eius officium. & nu.*3.
2 *Sanctorum orationes nobis conferunt.*
4 *Septembris historia,bipartitur.*
5 *Catholicorum quidam perfecti,quidam imperfecti.*

De duodecima Dominica post Pentecosten.

CAPVT CXXVI.

DVodecima dominica est de oratione & quasi exprimitur † Iob orans & sedens in sterquilinio, conquerendo de falsis amicis: legitur enim Iob in duabus dominicis. Iob quidem in sterquilinio, moraliter est anima, in mortali peccato & fœtido: in quo dum residet, non restat nisi orare Deum, vt ipsam ab eo eripiat: vnde incipit introitus: Deus in adiutoriū meum intende, Domine ad ādiu. me festina: confun. & re. qui quæ. animā meam. In offertorio autē ostenditur efficacia orationis: & totū officiū est oratio Mosi sumpta de Exo. quando rogauit pro filiis † Israël, qui fecerunt sibi vitulū conflatilē. & incipit: Præcatus est Moses in conspectu Domini Dei sui, &c. qui Moses seipsum exposuit pro salute populi, dicēs Domino: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me, &c. xlv. d. disciplina. & reducit ad memoriā merita patrum: Memēto, inquit, Abraham, Isaac, & Iacob, &c. & placatus factus est Dominus de malignitate quam dixit facere populo suo: & ex hoc probatur, ꝙ sanctorum merita nobis prosunt. Et not. † ꝙ in hoc offertorio fit verborum geminatio: de quo dictum est sub. ij. dominica post epiphaniā in epistola: Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. 2. Corint. 3. c. ostendit Apost. ꝙ oratio sua, & aliorum bonorum Prælatorum noui test. maiorem habet efficaciam, quàm habuit in veteri test. quod etiam Moses orauit cum fiducia, cōfisus de meritis patrū: sed ne videatur hoc ex arrogantia facere subdit: Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, cuius ministri sumus. In Euangelio verò ostenditur, ꝙ multum valet oratio Prælatorū, quod legitur in quibusdam ecclesiis, Dum transiret Iesus per medios fines Decapoleos, adducunt ei surdum & mutū, & sanauit eum Dominus. Multi sunt surdi qui nolunt audire verbum Dei: & multi muti, qui nolunt loqui, & possunt: similiter hos debent Prælati per prædicationem adducere ad Dominū: & in confessione & oratione saluabit eos: vnde in persona surdi & muti cantatur in graduali: Benedicam Dominum in omni tempore, versus est: In Domino laudabitur anima mea: in alleluia verò, monet ad hanc laudem: Venite exultemus Domino, &c. de offertorio suprà dictum est: postcommunio verò est: De fructu operum tuorū satiabitur terra, id est, prædicatores, quos Dominus replet, prius bonis, & ipsi repleti alios replent: in aliis verò ecclesiis dicitur Euangelium: Exiens Iesus de finibus Tyri: quod est Mar. 7. Potest autem dici secundum Richardū Episcopum Cremon. in mitrali: ꝙ Salomone mortuo regnū diuiditur,

&

4 & ideò mensis Septembris historia †bipartitur. Prima pars in vna historia consolidatur: alia variatur, quia regnum Iuda in Dauid familia stabilitur, sed regnum Israël à pluribus occupatur. Vndè & historia de his iustis, qui gentibus intermisti fuerant, compilatur: vnde Iob, Thobia, Iudith, & Hester: cùm in prima Septembris hebdomada legatur Iob, quem ipse scripsit cum responsorio. Si bona in secunda lib. Thobiæ, quem ipse composuit: in tertia Iudith: quē Achior edidit: in quarta Hester, quem Mardochæus vel potius Esdra composuit: sed in lib. Esdræ, post hæc opera recitatur: & cum his cantatur responsorium, Peto, & adonay domine, &c. His temporibus prophetizauit Helias, qui gessit typum Christi. Sic mortuo Constantino ecclesia separatur: vna pars est catholica, alia per multa schismata separatur, à quibus ecclesia catholica multa aduersa, pro domino tolerauit: sicut
5 illi, quorum opera hoc tempore leguntur. †Inter catholicos, quidam sunt perfecti, quidam imperfecti: perfecti sunt prædicatores idonei, ministri & cooperatores Dei, quod dicitur in epistola. Fiduciam. Hi adducunt imperfectos, & alienos, surdos, mutos ad gloriam Iesu Christi: sicut legitur in Euang. Vox itaq; perfectorum est in introitu: Deus in adiutoriū meum intende: quia adiutorium Dei implorāt, vt hæreticis valeant resistere, & eos ad Dei gratiam adducere: aut est vox imperfectorum proficiētium: qui vt proficiant, Dei implorant auxilium in graduali: Benedicam: & in allelu-ia. Dominus refugium: vox siquidem est perfectorum gratias agentiū de illis se à perfectione aliquoties temperantibus, & istis proficientibus. Et quia Moses fuit vnus eorum, qui se obtulerunt pro peccatis subditorum: ideò in offertorio cāratur: Precatus est Moses. Hi perfecti sunt illa terra, quæ satiata fructu operum domini: donis videlicet spiritus sancti, produxit fœnum iumentis, id est, doctrinam hominibus. Vnde communio est de fructu, &c. Et attende, quòd rectè de Iob & Mose simul rectè cantatur, quoniam contemporanei reperiuntur, per quorum exemplum ad patientiam & mansuetudinem inuitamur.

S V M M A.

1 *Thobias legitur decimatertia dominica post Pentecosten, & eius diei Missa, eiusque expositio. nu. 2. 3. 4.*

De decimatertia dominica post Pen. CAP. CXXVII.

1 DOminica decimatertia legitur liber †Thobiæ, per quem figuratum genus humanū cæcum factū per peccatum primi parentis, quod non potuit sanari, nisi amaritudine passionis, quæ per fel significata est. Christus verò, per piscem: quia piscis assus, est Christus passus. Cæcum quidem erat genus humanum, quia habi

habitãtibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Petite ergo vt veniat dominus sicut promisit. Dominica enim ista est de promissionibus. †Vnde dicit in introitu. Respice domine in testamentum tuum, & in promissione tua: vt sicut promisisti veniat filius tuus: & hoc est, quòd sequitur: & animas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finem: & hoc est, quòd dixit Thobias filio suo: Memento fili, quoniam pauperem vitam gerimus, habebis multa bona, si timueris Deum. Vnde sequitur oratio: Omnipotẽs sempiterne Deus, de cuius munere venit, &c. & rogat vt possit currere ecclesia ad veras promissiones. Epistola: †Abrahæ factæ sunt promissiones, & semini eius, &c. ad Gal. 3. cap. vbi agitur de promissionibus: & sequitur ibi. Quid igitur lex? dixit Apost. si non potest sanare genus humanum cæcum, sicut Thobiã? & sequitur responsio: Lex quidem propter transgressores posita est: sicut dicit pædagogus. Sequitur responsorium: Respice domine in testamentũ tuum: vbi ostenditur vehemens effectus orationis. In alleluia: Quoniã Deus magnus, &c. ostenditur, quis est qui potest illuminare. In Euang. †ostenditur, q̃ lex non potest sanare: & incipit in quibusdam ecclesiis: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis: multi Prophetæ, & multi Reges, &c. Luc. 10. cap. vbi habetur, q̃ sacerdos & leuita pertransierunt hominẽ, qui incidit in latrones: sacerdos inquam leuita veteris test. sed solus Samaritanus, scilicet Christus, qui est custos noster, ipsum sanauit. Et quia lex non sanat: quoniã neminem ad perfectionẽ ducit, sed solus Deus in quo sperãdum est: ideò sequitur offertorium: In te domine speraui. Quomodo autem sanauit illum cæcum, patet: quia per panem angelorum, qui factus est panis hominũ, id est, per filium Dei incarnatũ: & ideò sequitur in post cõmunione: Panem Angelorum manducauit homo. Aliæ ecclesiæ dicunt: Panem de cælo, &c. Sapien. 16. cap.

1 2 3 4

SVMMA.

1 *Iudith historia cur legatur dominica decimaquarta post Pẽtecosten. Et eius dei officium quale. num. 2.*

De decimaquarta dominica post Pentecosten.

CAP. CXXVIII.

DOminica † decimaquarta legitur liber Iudith: & cantatur quomodo victoria data est in manu fœminæ, & monet nos ecclesia ad sanctimoniã siue ad continẽtiam exẽplo Iudith, sicut enim interfecit Holofernem, qui interpretatur eneruãs vitulum saginatum, sic monet ecclesia vt interficiamus Holofernẽ, id est, diabolum, qui eneruat & interficit lasciuos mundi, q̃ fit per sanctimoniam abscindendo ei caput: nam caput diaboli est luxuria, quia quasi primò de ea incipit homines tentare: & ideò dominus dicit 1

dicit in Luc. Sint lumbi vestri præcincti, hoc est, præcingatis vos contra primum vitiũ. Exod. 12. in comestione agni renes vestros accingetis. Alio tamen modo superbia est initium omnis peccati. Quia verò fragiles sumus & effeminati, vnde interficere nõ possumus Holofernẽ, nisi ad utorio Dei, ideò dicit in introitu: Protector noster aspice Deus & respice in faciem Christi tui. Sequitur in quibusdam ecclesiis epistola ad Gal. 5. cap. Spiritu † ambulate & desideria carnis non perficietis: caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ, & sequitur: Manifesta autem sunt opera carnis, & nominat ea. Item alibi dicit: Si contenditis, nónne carnales estis? hoc dicit, quia contendimus de carnalibus. Et pòst, Fructus autẽ spiritus sancti, sunt longanimitas, pax patientia, &c. Deuincere igitur Holofernem in nobis, est facere ista duo. Per hoc quoq; vitia interficimus in nobis, & gustamus spiritum sanctũ, quo gustato desipit omnis caro. Sed quia nõ potest sanari in nobis carnalitas, nisi à domino: quia est sicut lepra, ideò in quibusdã ecclesiis sequitur Euãge. Dũ iret Iesus. Luc. 17. cap. de leprosis, qui venerũt ad dominũ, & dixit eis: Ite, & ostẽdite vos sacerdotibus, ipsis tamen prius sanaris: per quod significatur quòd prius peccator à domino sanatur, & posteà iniũgitur ei pœnitentia à sacerdote, & absoluitur, quod significatũ est per hoc, quòd discipuli domini iussit a Lazari soluerunt: & tamen prius ipse erat resuscitatus à domino. Rediit autẽ vnus ad eũ flexis genibus gratias agens, per quod significatur, & vnitas ecclesiæ reddit gratias Deo: vnde vnus sanabatur in piscina. Ioã. 4 & ideò in responsorio in gratiarum actione dicit ecclesia: Bonũ est cõfiteri domino: & etiã in alleluia, quod est in quibusdã ecclesiis: Confitemini domino, & inuocate nomen eius: & quia hoc non sufficit, nisi & dominus nos custodiat: ideò sequitur in offertorio: Immittit Angelus domini in circuitu timẽtium eum, quia custodit nos dominus per Angelos: sequitur: Gustate & videte: quid autẽ gustare debemus ostenditur in postcõmunione, scilicet panem, qui saginat animã, non corpus: vnde est offertoriũ in quibusdam ecclesiis: Panis, quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita.

2 †

SVMMA.

1 *Dominica decimaquinta post Pentecosten in quo conueniat cum antecedenti. Missa item eiusdem diei num. 1.*

De decimaquinta Dominica post Pentecosten.

CAPVT CXXIX.

1 DOminica decimaquinta habet eandẽ intentionẽ cum præcedenti, † & ideò in quibusdam ecclesiis in his duabus dominicis legitur liber Iudith: & introitus est: Inclina aurem tuam

Do

Domine, versus est, Lætifica animã serui tui, quoniã ad te domine leuaui animã meam, quasi dicat: non ad carnalia desideria. In epistola quæ est ad Gal. 6. cap. monet nos, vt non simus vitulus saginatus, sed simus spirituales: vnde dicit ibi Paul. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, quia qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitã æternã: qui verò in carne, de carne metet corruptionem. sequitur responsorium: Bonũ est confidere in domino, quàm cõfidere in homi. qui dat victoriã in manu fœminæ, quãdo facit hominẽ vincere in carne, & quia hoc facit, qui præparat cor suũ ad seruiendũ Deo: sequitur allelu-ia. Paratũ cor meũ Deus, &c. in euãg. Nemo potest duobus dominis seruire: ꝙ est Mat. 6. 2 ca. docemur ne seruiamus vẽtri: & pòst: Nolite soliciti esse, dicentes: quid mãducabimus aut quid bibemus, &c. sed primũ quærite regnũ Dei, &c. Nolite soliciti esse, scilicet solicitudine suffocationis, solicitudine autẽ prouidẽtiæ soliciti esse debemus. In offertorio verò monemur, vt seruiamus domino nõ ventri: expectãs expectaui dominũ, vt reficeret me. Quis autẽ sit iste cibus, quo anima debet refici, ostẽditur in postcõmunione, quæ est in quibusdam ecclesiis: Qui manducat meã carnẽ, scilicet per fidẽ: nam vt dicit Aug. Crede, & mãducasti, &c. Quæritur autẽ, quare ecclesia post libros Sal. legat librũ Iob, & posteà librũ Thobiæ & Iudith, cùm alio modo ordinentur in Biblia? sicut enim dictũ est sub vij. dominica præcedunt libri exemplares: & posteà doctrinales, quia magis mouent facta, quã dicta: & ad vltimũ ponuntur libri Machabæorum, qui sunt libri exẽplares. Ad quod dicitur, quòd per doctrinam peruenitur ad perfectionẽ patientiæ, quæ magis fuit in Iob: vnde posteà sequitur Thob. quia magnũ etiam patientiæ signum fuit in Thobia, qui amisit multa, & filium ad tempus, & oculos, qui maximè ab homine diliguntur: ex eo, quòd oculi sunt principium cognitionis, ad quam natus est homo, & quia etiam plus valet exemplum fœminæ, & magis erubescentiam incutit, ideò liber Iudith, in quo habetur de victoria in manu fœminæ post prædictos ab ecclesia ordinatur: vltimò verò liber Machabæorum legitur, quia ibi habetur exemplum de confirmatione iustitiæ. Machabæi enim passi sunt martyrium pro lege defendenda, & custodienda ab Antiocho fidei inimico.

S V M M A.

1 *Dominicæ xvj. post Pente. officiũ, ex Machab. sumptũ. & nu. 2. 3. 4.*

De Dominica decimasexta post Pentecosten.

CAPVT CXXX.

DEcimasexta dominica † legit & cantat ecclesia de Machab. 1 vt dicetur in sequenti titulo, qui multa passi sunt ab Antiocho,

cho,& ſeptem populis: & ibi habetur, quòd templũ,quod pollutum fuerat ab illis populis, ab iſtis Machabæis purificatum fuit: & per hoc ſignificatur quòd anima quæ templũ Dei eſt polluta à ſeptem capitalibus vitiis,nõ poteſt mũdari,niſi purificetur à peccato:quod eſt cauſa reſuſcitari de morte peccati: vnde habetur in Euangelio de reſurrectione filij viduæ, & ideò incipit introitus:
2 Miſerere † mei domine,ſcilicet vt reſuſcites me. verſus eſt: Inclina domine aurem,&c. In epiſtola verò, Apoſtolus inuitat nos ad patientiã,dicens: Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus, &c. quæ eſt ad Epheſ.3.cap. ſic enim vincũtur inimici à Machabæis, id eſt,à ſanctis. ſequitur graduale: Timebunt gentes: quia ſicut poſtquam illi vicerunt inimicos ſuos,& mundauerunt templum, & reædificauerunt,timuerunt gentes in circuitu,ſic & poſtquam homo vicerit diabolum & mundauerit ſe per confeſſionem, & reædificauerit templum Dei in ſe, timent dæmones. vnde ſequitur verſus: Quoniam ædificauit dominus Syon: ſed quia non poteſt fieri,niſi à domino, quòd homo liberetur à vitiis: ideò ſequitur allelu-ia. Redemptionẽ miſit,&c. Euangelium eſt in quibuſdam eccleſiis: Ibat Ieſus in ciuitatem,&c. Luc.7.ca.& pòſt: Acceſſit Ieſus & tetigit loculum, & dixit: Adoleſcens, tibi dico ſurge. & ſurrexit: & dedit illũ matri ſuæ. Nempè tangit dominus loculum,vbi erat mortuus. quãdo infirmitate vel aliquo flagello tangit corpus hominis,in qua iacet mortuus ſpiritus hominis id eſt, anima. & ſic excitatur à ſomno mortis: vnde Eccle. 22. Infirmitas
3 grauis ſobriam reddit animam. Sequitur offertorium, † quaſi in voce Machabæorum, Domine in auxiliũ meum reſpice. ſequitur poſtcommunio: Domine memorabor iuſtitiæ tuę ſolius: iuſtitiæ, inquam,quia omnis qui venit ad te,non eiicietur foras. Poteſt & aliter dici,quòd Ioſia defuncto, Hieruſalem deſtruitur,populus captiuatur & premitur: ideò in hoc menſe Octobri Machabæo-
4 rum † hiſtoria legitur & cãtatur. Adaperiat,&c. quia à ſuis aduerſariis admodũ premebãtur: querũ primã partem Simon Pontifex edidit: aliã filius eius. Ioã. poſteriorem quidã Iudæus agreſtis, ſed eruditus: hi captiui militantẽ deſignãt eccleſiã, in qua ſunt duces & ſatellites: doctores, & diſcipuli, perfecti & imperfecti. Doctores. viduã ſignificant eccleſiam, quæ vidua eſt, quia militãs cum ſponſo triumphanti non eſt: cuius filius moritur, cùm diſcipuli pro quouis crimine ab eccleſiæ corpore ſeparantur: reſuſcitãtur, cùm illis gratia infunditur: Hæc igitur orat in Euangelio, pro filij reſurrectione, id eſt gratiæ infuſione: & hortatur in epiſtola, ne deficiat in tribulationibus: & huius rei gratia flectit genua ſua: hæc eadem orat in introitu: Miſerere: & in offertorio: Domine,

mine, graduale. Respice id, quod dicitur in Euangelio, Accepit autem omnes timor, Post communio. Domine memorabor: gratiarum est actio. Vel hic mensis Octobris, vt quidam aiunt, designat octauam, sicut ergo Iudæi finitis præliis & templo restaurato, in hymnis & confessionibus domino benedicebant: sic in octaua magnæ festiuitatis sancti festiuius exultabunt.

SVMMA.

1 *Dominica xvij post Pente. quid moneat. & nu. 2. 3.*

Dominica decimaseptima post Pentecosten.

CAP. CXXXI.

IN dominica † xvij. agitur de nuptiis æternis, quia consideratione nuptiarum illarum libenter patimur tribulationes: sicut & Machabæi fecerunt. Sunt autem quatuor dominicæ in quibus ait ecclesia de Machabæis: consideratio enim illa tribulationes leues facit: & propter illas nuptias pœna quælibet leuiter sustinetur. De his nuptiis dicitur in Euang. quòd in hac die in quibusdam ecclesiis legitur, Cùm inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco, &c. Omnes inuitati sumus ad nuptias æternas, & si in nouissimo loco nos ponimus hîc, vt simus humiles, exaltabimur in Paradiso: & ecõtra: vnde statim subiungitur: Ego † autem dico vobis: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, &c. 1 2

Vnde incipit introitus. Iustus es domine, scilicet in hoc iudicio & rectum iudicium tuũ. Huic enim iudicio cõcordat ecclesia seu consentit, quo Deus exaltat humiles, & superbos deprimit, dicẽs: Iustus es domine, &c. In epistola, Obsecro vos, quæ est ad Ephe. 4. cap. inuitat nos ad humilitatẽ: vt dicatur nobis, Amice, ascende superius. vbi dicitur, vt dignè, id est, in humilitate ambuletis in vocatione, qua vocati estis, scilicet ad nuptias: hoc enim est nouissimum locum tenere. Ad hoc idẽ monet in graduali: Beata gens cuius est dominus Deus eorum, &c. superbi faciunt se dominos: humilium verò Deus est dominus: vnde versus est: Verbo domini cœli, id est, humiles firmati, id est, sanctificati sunt. Debemus ergo esse humiles, quia nihil habemus, nisi à Deo, & ideò sequitur in quibusdã ecclesiis: Alleluia. Qui timent Deum sperant in eum quasi dicat, non in se. Posteà sequitur Euangeliũ de nuptiis, sicut dictũ est. In aliis verò ecclesiis legitur: Cùm intraret Iesus in domum. Luc. 14. c. Notandũ autem, q̃ antequã in ipso Euangelio dicatur de nuptiis, habetur quomodo sanauit hydropicum, per quẽ intelligitur omnis amator mundi. prius enim oportet quod sitis mũdi satietur: quia qui biberit ex hac aqua, sitiet iterũ. Ioã. 4. quandiu enim homo erit hydropicus in illis nuptiis, non poterit satiari. In offertorio † similiter inuitamur ad humilitatem. vnde 3

ibi

ibi habetur oratio Danielis: Orauí ad Deũ meũ, &c. Danie. 6. c2. Et propter hanc humilitatẽ meruit audire archangelũ, qui certificauit eum de incarnatione Christi. Satis autẽ cõgruè fit ibi mẽtio de Angelo: quoniã hoc officiũ circa dedicationẽ B. Michaelis cantatur: in postcõmunione habetur de humilibus & superbis. Vouẽte & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius offertis munera, id est, humiles, qui attribuitis omnia bona Deo terribili & ei qui aufert spiritum Principum, id est, superbiam eorum: ecce, quia superbos humiliat.

SVMMA.

1 *Feria quarta dominica decimæ septimæ post pentec. quale habeat officium.*

De quarta feria quatuor tẽporũ Septẽbris. CAP. CXXXII.

1 IN quarta feria † legitur Euangelium; Respõdens vnus de turba. Matth. 9. cap. de surdo & muto quem Apostoli curare non poterant, eò quòd illud genus dæmonij nõ eiicitur, nisi in oratione & ieiunio: quod benè huic diei conuenit. Hodie nanque ieiunium est quatuor temporum, ideò nanque duæ lectiones leguntur, vt ordinandi in duobus præceptis charitatis, vel duabus legibus instruantur. Prima de caleatore vuæ scilicet: Ecce dies. Amos in fine, tempore conuenit. Secunda, videlicet, Congregatus. Neemiæ. 8. c. congruit ordinandis: quibus dicitur in introitu: Exultate Deo, qui p̃ meditari, p̃mittũt. in offertorio: Meditabor. Cõmunio est: Comedite pinguia: & sumitur de lectiõe secunda.

SVMMA.

1 *Pœnitentiam exprimit ordinandorum, feria sexta quatuor temporum Septembris.*

De sexta feria quatuor temporum Septembris.

CAP. CXXXIII.

1 FEriæ † sextæ officiũ pœnitentiam exprimit ordinandorum. Vnde in Euangelio: Factum est, peccata paralytico dimittuntur: & in lectione: Conuertere, Oseæ vlt. ca. ad conuersionem instruuntur: & in introitu, Lætetur, ad quærendum Dominum inuitantur. Graduale & postcommunio, sunt orationes electorum. Offerenda consolatio eorundem: in aliis tamen ecclesiis dicitur Euangelium: Rogabat Iesum. Luc. 7. c.

SVMMA.

1 *Sabbatum quatuor temporum Septembris quid moneat & num. 2.*

3 *Ieiuniorum instituendorum vetus mos, & num. 3. Diuersus hodie. num. 4. Et eius ratio num. 5.*

De Sabbato quatuor temporum Septembris.

CAP. CXXXIIII.

SAbbati quoq; officiũ ad doctrinã ipsorum ordinandorũ fit, ne sint steriles, vt fici arbor infructuosa, de qua legitur Euangelium: Arborẽ fici, &c. Luc. 4. c. ne vita illorũ sit terrenis implicita, sicut mulier incuruata. In epistola verò tabernaculũ factũ est, &c. quæ est ad Hebr. 9. c. vbi de primo & secũdo agitur tabernaculo: monentur vt sic seruiant in tabernaculo ecclesiæ militantis: vt Domino præsententur in tabernaculo triũphantis. In lectionibus verò quare hoc septembris ieiunium indicitur, causa instructionis & eius vtilitas intimatur: quarum prima est decima die Leuit. 23. cap. secunda est: Quintadecima die, quæ est ibidem. tertia est: Domine Dominus noster. Micheæ vlt. ca. quarta est. Factũ est verbũ, Zacha. cap. 7. quinta est: Angelus Domini. Danie. 3. cap. Cætera sunt ordinandorũ exhortationes, orationes, & consolationes, scilicet: Communio, scilicet mense septimo, de Leuitici lectione sumitur. Merito autem in hoc mense fit clericorum ordinatio: quoniam, & in hoc mense fiebat tabernaculorum celebratio. Ordinati verò sunt ecclesiæ ministri, in die tabernaculorum per septiformem gratiam, in septem gradibus constituti. Vnde & beatus Petrus legitur ordinationem fecisse in Septembri sex Episcoporũ, decem presbyterorum, & septem diaconorum. Et celebratur ordinatio in tertia hebdomada, quia in tempore tertio: scilicet gratiæ fuit ab Apostolis instituta. Olim tamen alia ratio fuit à sapientibus assignata. Nam olim instituta fuere ieiunia in prima hebdomada Martij: in secunda Iunij: in tertia Septembris: in quarta Decembris: vt comitarentur initia tessere decadis Iesu Christi. Cùm enim quis ordinatur quodammodo, vt Christo attineat, generatur: ergo personæ primæ tessere decadis est Abraham, à quo sumitur ordinatio primæ hebdomadæ Martij prima persona: secundæ tessere decadis est Dauid, à quo sumitur ordinatio secundæ septimanæ Iunij: initium tertiæ est Ieconiæ: à quo sumitur ordinatio tertiæ septimanæ Septembris: demum est Christus in quarto loquo, à quo sumitur ordinatio quartæ septimanæ Decembris. Sumuntur autem potius ab his personis, quàm ab aliis ordinationes, vel quia fuerunt in genealogia maiores, vel propter nominum interpretationes: dicitur enim Abraham, pater multarum gentium. Dauid fortis. Ieconia, præparatio Domini: sic & illi qui ordinantur debent esse fortes, præparati ad Euangelium Christi: vel sicut à persona in personam sunt quatuordecim generationes: sic ab ordinatione in ordinationem septimanę quatuordecim inueniũtur: vt ordinandi periti sint in decalogi & in euãgelij disciplina. Nunc autẽ ieiunia ex causis præmissis aliter ordinan-

tur

tur, vt dictũ est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Et memento, q̃ apostolici vsq; Simplicium Papã in Decẽbri semper ordines celebrabãt, vt ordinãdos coaptarent generationi Iesu Christi. Simplicius verò addidit ordines in Februario tribuendos, vt ordinãdos vicinius incorporaret corpori Iesu Christi. vide de hoc in proœ. secũdæ partis. Sed si, vt præmissum est, ieiunia constituta sunt in prædictis septimanis pro his, qui ad ordinationem accedunt, nunquid commutari possunt, quando nullus tũc ordinatur? certè non nisi necessitate vrgente: de qua in proœ. ij. partis dictum est. Cùm enim sit vna ecclesia omnino, debet in actionibus eius esse concordia. quæ non esset si in tam generali ieiunio alij pranderent, alii ieiunarent. Præterea, licet alicubi non fiat ordinatio: fit tamen alibi, pro quibus ieiunare & orare debemus: vt digni ad ordinationem perueniant: omnes enim fratres sumus, & vnanimes in domo Domini sumus.

S V M M A.

1 *Dominica decimaoctaua post Pẽt. quid agat, moneátque. & nu. 2. 3.*

De Dominica decimaoctaua post Pentecosten.

CAP. CXXXV.

1 DIctũ est in præcedẽti † dominica, quod debet homo se ponere in nouissimo loco: vt ponatur in primo, sicut sunt Prælati: vnde in hac decimaseptima dominica agitur de Prælatis, q̃ sunt in primo loco: vnde Euangeliũ est in quibusdã ecclesiis: Super cathedrã Mosi, &c. Introitus verò, qui sumitur Ecc. 33. c. incipit: Da pacẽ Domine sustinẽtibus te: vt Prophetæ tui, id est, Prælati fideles inueniãtur: supplendũ est, nõ infideles, sicut Scribæ & Pharisæi. versus est: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, id est, ibimus ad nuptias: & de hoc lætatus sum:
2 quia inuitati sumus ad nuptias, in quibus erit æterna pax. In aliis verò ecclesiis versus est, Bonũ est. † Præterea, scripserũt quidam, quod ideò dicitur introitus ipse, quia tali die Zacharias Papa fecit pacẽ cũ Longobardis. In epistola Apostolus agit gratias de Ephesiis: quia habẽt fidẽ verã de istis nuptiis, dicens: Gratias ago semper Deo meo, pro vobis, &c. 1. ad Cor. ca. 1. in responsorio verò: Lætatus sum, &c. ostendit gaudium de prædictis nuptiis: & ideò propter prædictas nuptias in alleluia: Laudate Dominum omnes gentes: hortatur ad laudem. Euangelium in quibusdã ecclesiis: Accesserũt † ad Iesum quod est Mat. 22. de scribis & pha-
3 risæis qui infideles fuerant, vnde tentauerũt Dominum, dicentes: Quod est mandatum magnum, &c. Dixit Dominus: Diliges dominũ Deũ tuũ, &c. & posteà reprehendit eos, de infidelitate: quia non credebant ipsum esse Deum, dicens: Quid vobis videtur de

Christo, cuius filius sit? dicunt ei Dauid: & dixit eis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, &c. Prælati verò non debent esse tales, id est, infideles: sed sicut Moses, de quo habetur in offertorio Sanctificauit Moses altare Domino, &c. debent Prælati se totos offerre incensum: & posteà multas hostias: vnde sequitur postcommu. Tollite hostias. loquitur enim de Prælatis.

SVMMA.

1 *Dominica decimanona post Pentec. quid referat, aut moneat, & nu.* 2.

De decimanona Dominica post Pentecosten.

CAP. CXXXVI.

HÆc decimanona dominica respondet præcedenti & in qua dictum est: Da pacẽ Domine sustinentibus te: vt Prophetæ tui, id est, Prælati tui fideles inueniantur. Respondet, inquã, si faciant, quod habetur in Euangelio, quod legitur † in hac dominica, in quibusdã ecclesiis, scilicet, Ascendens Iesus, &c. quod est Matth. 9. c. in quo habetur & adduxerunt ad Dominum paralyticũ. Iesus autem videns fidem illorum, qui offerebant, &c. Paralytici sunt, qui in delitiis carnis ita dissoluti sunt, quod non possunt opera bona facere: & meritò fide Prælatorũ sanãtur: & ideò bonũ est habere bonos Prælatos. Quidam autem de Scribis dixit intra se. Hic blasphemat, qui peccata dimittit. Iesus autem videns cogitationes eorum, dixit: Vt sciatis, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, dixit paralytico: Tolle grabatum tuum, & ambula. Et quia solus Deus est, qui sanat paralysin: ideò incipit introitus: Salus † populi ego sum, &c. versus est: Attendite populo meus, legem meam, subaudi per quam sanantur paralytici. In epistola monet Apostolus paralyticos, vt erigantur corporaliter à parelysi ad bona opera, dicens: Renouamini in spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c. Ephes. 4. cap. Sequitur etiam graduale in voce paralytici: Dirigatur oratio mea, sicut incensum, &c. versus est: Eleuatio manuum mearum, &c. iam iste leuatur ad bona opera. Alleluia verò dicitur in voce paralytici sanati, scilicet dextera Domini fecit virtutem: subaudi quia sanauit me. Sed quia non sufficit sanare, nisi Dominus custodiat: sequitur offertorium: Si ambulauero in medio tribulationis: vbicunque enim ambulant sanati, à Domino custodit eos quantum in se est.

SVMMA.

1 *Dominica vigesima post Pentec. quid legat.*
2 *Dominicæ vigesimæ post pentec. Missa. & num.* 4.
3 *Nuptiæ tres leguntur in Euangelio.*

De

De Dominica. x x. post Pentec. CAP. CXXXVII.

1 IN dominica † vigesima incipit ecclesia legere duodecim Prophetas & Danielē & cantant de Esa. & Daniele & Hieremia: non tamen legit Esa. & Hier. quia in aliis temporibus plenius legantur. De Esa enim legitur in aduentu de Hier. in passione. Quæritur autē quare legit ecclesia Propheras, post librū Machabæorū, cùm in Biblia præponatur, ad quod dicimus, ꝙ Biblia præponit omnes libros exemplares: eò ꝙ magis mouent exempla quā doctrina: prærer librū Machabęorū, quē vltimò ponit: & propter perfectā iustitiam, & propter tempus: quia vltimo tempore fuerunt. Ecclesia etiā legit vltimū librū Ezechiēl. quia in eo agitur de tēplo cœlesti, in quo est confirmatio, & finis omniū. Duodecim verò Propheras legit, propter fundamentum fidei, quod semper necessarium est, quantūcunq; homo sit perfectus: & vide quod dictū est sub dominica. xv. Incipit autē ecclesia legere Exechiēlem, in principio Nouembris. In matutinali huius dominicæ officio primū responsoriū est in quibusdā ecclesiis de Esa. scilicet, Vidi Dominū sedentē super soliū excelsū. Viditenim Esa. quomodo thronum Dei Angeli sunt, & sancti in ecclesia triumphante, & militante: in quibus per gratiam sedet ille, qui est primus & nouissimus. Quia ergo Ezechiēl vidit templum cœleste in quo fiunt nuptiæ ęternæ, ideò in Euang. Missæ, quòd in quibusdam ecclesiis in hac dominica dicitur, & est Matth 22. cap. habetur in illis nuptiis. Simile est regnū cœlorū, homini Regi, qui fecit nuptias, & misit seruos suos hora cœnæ dicere inuitatis: Omnia parata sunt, venire ad nuptias. Illi verò contempserunt venire ad nuptias. Hi sunt Iudæi, qui contempserunt venire. Et misit tunc seruos suos, dicens: Ite ad exitus viarum, & conuocate omnes, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Et videns Rex quendam non habentem vestem nuptialem, dixit ei: Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? & tradidit eum ministris suis, vt proiicerent eum in tenebras exteriores. Huic autem iudicio, quo Dominus eos, qui cōtempserūt venire ad nuptias, amouit à nuptiis: & omnes alios vocauit, congaudet ecclesia in
2 † introitu, dicens: Omnia, quæ feciſti nobis domine in vero iudicio feciſti: In Epist. verò, monet nos Apost. vt cautè ambulemus ad has nuptias: quia sine veste nuptiali proiicimur in tenebras exteriores, dicens, Videte aūt quomodo cautè ambuletis, & c. quę est Ephes. 5. c. & dissuadet à contrario, dicēs: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: ne sitis in nuptiis diaboli, sed impleamini spiritu sancto. Sed quia cibū illarum nuptiarum non potest, nisi solus Deus: ideò sequitur in responsorio: Oculi omnium in te

sperant domine,& tu das escam illorum,id est, cibum nuptiarũ æternarum in tempore opportuno.Et quia de nuptiis illis nõ potest comedere,qui est in peccato mortali:sequitur in quibusdam ecclesiis alleluia.De profundis,id est,de peccato, clamaui ad te domine, vt me eruas à peccato: & ita pero nuptiis interesse. In offertorio verò ostenditur, quid sit interesse nuptiis,scilicet habere memoriam de æternis, dicens:Super flumina Babylonis, scilicet delitias seculi illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Syon,id est,tui ô ecclesia triumphans. In postcõmunione verò petit, vt detur ei interesse nuptiis illis, dicens: Memento verbi tui seruo tuo,in quo mihi spem dedisti,&c.quasi dicat,memoresto,quia promisisti:qui enim promittit,& non dat, videtur esse oblitus. Et †nota, q; tres nuptiæ leguntur in Euangelio. De primis dicitur quòd simile est regnum cœlorũ homini Regi qui fecit nuptias filio suo.Hic filius est Christus,qui humanã naturam sibi copulauit, vbi fuit thalamus Virginis vterus: vnde tanquã sponsus procedens de thalamo suo: ad has nuptias homines sub lege per Prophetas inuitauit. De secundis dicitur:Vos similes hominib⁹ expectãtibus dominũ suũ,quãdo reuertatur à nuptiis: hic dominus Christus est verus homo,qui ascẽdens, angelicam naturam sibi copulauit:ad has nuptias gentes per Apostolos conuocauit.De tertiis verò dicitur:Virgines,quę paratę erãt,intrauerunt cũ eo ad nuptias:hic sponsus est Christus,qui ecclesiã post iudiciũ sibi copulabit,& in thalamo glorificabit.Ad has per Prælatos ecclesiæ quotidie inuitamur.De primis solẽnizat ecclesia in Christi natiuitate.De secundis,in ascensione.De tertiis in resurrectione,quoniã in nostra resurrectione Christus sponsam assumet,& de Babylonia mundi introducet in cellarium Paradisi:de quibus nuptiis hic potest intelligi: cùm intrasset homo non habens vestẽ nuptialẽ,ejectus est in tenebras exteriores:cæteri nuptialiter induti,sunt cũ domino epulari. Hi sunt lapides viui, ex quibus ædificantur muri Hierusalem. Potest etiam aliter dici, q; post reuersionẽ à captiuitate, Hierusalẽ reædificabitur, & templũ restaurabitur per Zachariã,& Aggæum,& Esdram,& Malachiã:per quos aduentus Domini prænuntiatur: ideoque in hoc mense Nouembris vsq; ad aduentum Domini,cantatur historia de Prophetis.†Vidi Dominum:& leguntur libri Ezechiẽlis,Daniẽlis,& duodecim Prophetarum. Captiuitas illa corporalis,nostrã spiritualem significat.A captiuitate reuersio,est peccatorum remissio. Rex itaq; Prophetarũ volens supernã Hierusalẽ restaurare,filio nuptias celebrauit,& sicut legitur in Euangelio, multos ad cœleste prandiũ inuitauit:hi qui intrauerunt,sunt lapides

viui,

viui, de quibus præmissum est. Ne igitur ad captiuitatem similẽ reuertamur: & à nuptiis excludamur, monet nos Paulus, in epistola præcedenti: Videte quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes: sed vt sapientes. Introitus: Omnia quæ fecisti. vox est Danielis captiuitatem præteritam recolentis, & eam suis meritis Dei iudicio adscribẽtis. Similiter in offertorio: Super flumina Babylonis. captiuitatem illam ploramus: sed in graduali: Oculi omnium, gratias agimus. In postcommunione: Memento verbi postulamus, vt nuptias promissas in spe, percipiamus in re.

SVMMA.

1 *Dominica xxj. post Pentec. quid moneat, eiusq; diei officiũ. & nu. 2. 3.*

De dominica xxj. post Pentẽc. CAP. CXXXVIII.

1 IN † præcedenti dominica instructi sumus & admoniti, vt cautè eamus ad nuptias quæ celebrantur in templo, quod scripsit Ezechiel: Sed quia de his nuptiis maximè inuidet nobis diabolus: pro eo, quòd de illis eiectus fuit, ideò in hac vigesimaprima dominica agit ecclesia de bello contra diabolum, & de armatura nostra contra eum: si enim pugnauerimus, intererimus æternis nuptiis: si tamen habuerimus vestem nuptialem, quæ est charitas: aliter non. Vnde quia cinis & cilicium, sunt arma pœnitentiæ in introitu vtitur ecclesia voce Mardochæi in cilicio, & cinere existentis dicens Deo: In voluntate tua domine vniuersa sunt posita: & non est qui resistat voluntati tuæ. Hest. 3. c. Sequitur: Quoniam dominus vniuersorum tu es: & ideò beati qui tibi seruiunt: quia tu liberas eos de manu diaboli, & adiuuas eos in bello contra diabolum: sicut in hac oratione liberasti Mardochæum de manu Naaman & suspensus est in patibulo, quòd præparauerat
2 Mardochæo. In epistola † monet Apostolus armari contra diabolum armatura Dei, dicens: Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius, &c. quæ est ad Ephe. 6. c. & post: Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus: in omnibus sumentes scutum fidei, &c. Sed quia etiam benè armati non possunt per se resistere, nisi Deus adiuuet: sequitur responsorium. Domine refugium factus es nobis, &c. Quia si lassamur vel sauciamur in hoc bello non est refugium, nisi ad ipsum: vnde sequitur in quibusdam ecclesiis allelu-ia: Lauda anima mea dominum: quia verò sauciari in hoc bello, non sanantur nisi à domino: & multi ab eo
3 sanantur: ideò in quibusdam Ecclesiis † sequitur Euangelium de sanatione filij Reguli. Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur, &c. Quod est Ioan. 2. c. Per istum Regulum intelliguntur reges, scilicet prælati, qui reges sunt, & debent esse humiles: & ita

sunt Reguli. vnde exaudiuntur licet habeant paruã fidem pro sanatione filiorũ. credebat enim iste Regulus q̃ dominus poterat sanare filiũ suũ: sed non credebat q̃ esset Deus: quia credebãt q̃ nõ posset sanare, nisi præsens. Humilitas ergo valdè necessaria est prælatis. Quia verò per patientiã maximè vincitur diabolus: præponitur in offertorio Iob in exẽplum. vnde in Sapiẽtia. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiũ. & incipit: Vir erat in terra Hus, nomine Iob, &c. In versibus autẽ huius offertorij fit sæpè repetitio de qua dictũ est sub dominica secunda post octauã Epiphaniæ. sed quia nihil valet patientia, nisi homo sperer in domino, sequitur postcõmunio: In salutare tuum anima mea sperauit, &c. quia spes patientiam operatur.

S V M M A.

1 *Dominica vigesimasecunda post Pentec. hortatur ad charitatem. Et eius diei officium. num. 2. 3. 4. 5.*

De dominica xxij. post Pente. CAP. CXXXIX.

DIctum est q̃ nullus † potest interesse æternis nuptiis nisi habeat vestẽ nuptialẽ, quæ est charitas, ideò in hac vigesimasecunda dominica monemur & inuitamur ad habendã charitatẽ, vt nõ tantũ benefaciamus proximo: sed dimittamus iniurias nobis ab eo factas. Vnde in quibusdã ecclesiis euangeliũ est de seruo, qui debebat decẽ millia talenta, cũ † quo dominus posuit rationem, & ille dixit: Patientiam habe in me, & omnia reddã tibi: & misertus dominus eius dimisit ei ũ, & debitũ dimisit ei: & incipit: Simile est regnũ cœlorum homini regi, qui voluit rationẽ ponere cum seruis suis: quod est Mat. 18. c. Siquidẽ in die iudicij ponet dominus rationẽ nobiscum, & nullus poterit cõputare cum eo: quia de tẽpore, quomodo reddet hanc rationẽ: quod tam bonum est q̃ in quolibet momento eius potest homo fieri filius Dei: & ideò incipit introitus. Si iniquitates † obser. domine, domine quis sustinebit, quasi diceret nullus: & hoc est: Patientiam habe in me, &c. & sequitur versus: De profundis clamaui ad te domine, &c. In epistola. Confidimus &c. ad Philip. c. 1. inuitat nos Apost. ad perfectam charitatem, vt dimittamus fratri, vt Deus dimittat nobis: sicut habetur in fine euangelij: Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Dicit igitur Apostolus in epistola Fratres, cõfidimus. id est, confidẽtiam talem habemus, vt post à sequitur: † Obsecro autẽ vos, vt charitas vestra magis ac magis abunder, vt sitis synceri & sitis sine offensa, & tunc est vnitas in ecclesia. quando non offendimus propter iniurias, sed dimittimus. vnde sequitur responsorium: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in

vnum

vnum.sed quoniã illos, qui irascuntur sanat Dominus per charitatẽ, dum pœnitent, ideò sequitur alleluia. Qui sanat contritos corde,& al.contri.eorũ. In præmisso verò euangelio monemur. § ad perfectã † charitatẽ, vt cautè ambulemus ad nuptias cũ veste nuptiali.& quia perfecta charitas, non tantũ impendit beneficia, & dimittit iniurias:sed etiã orat pro inimicis:ideò sequitur in offerto.Oratio Hester ad Assuerũ regem, quod interpretatur beatitudo,id est,ad Christũ.& incipit:Recordare domine,&c. Hest. 14.c.in quo offerto. rogat pro reconciliatione peccatorũ. & quia de hac reconciliatione gaudent angeli:sequitur in quibusdam ecclesiis postcommunio:dico vobis,&c.Luc.15.c.

S V M M A.

1 *Dominica vigesimatertia officium.*

De xxiij.dominica post Pentec. CAPVT CXL.

1 IN tribus dominicis vltimis, scilicet xxiij. xxiiij.& xxv.est † idẽ officium : & in eis ostendit ecclesia se habere vestẽ nuptialem, id est,charitatẽ:quia orat pro Iudæis: vt conuertantur: quod fiet in fine mundi,quando venient ad fidem nostrã quod significatũ est in Ioseph, qui noluit longo tempore se manifestare fratribus suis,postea verò ad vltimũ se manifestauit eis:& perierunt veniã ab eo,& dixit eis nolite timere,ego pascam vos : & inebriatus est cum eis:quæ inebriatio,significat lætitiã omniũ in illa conuersione Iudæorũ.hoc autẽ erit in fine peregrinationis nostræ : & ideò de huiusmodi conuersione agitur in fine temporis peregrinationis.in quatuor enim partes diuisum est tempus anni: prout dictũ est in prooe. huius partis & per has tres dominicas agitur de hac conuersione:quia ad fidem trinitatis conuertuntur. In hac ergo xxiij.dominica introitus est de cõuersione Iudæorum, & de promissione domini ipse namq; dicit per Hiere.29.c. Ego cogito cogitationes pacis,& nõ afflictionis:quia ad hoctẽdunt mala, quæ vobis infero : vt reconciliẽ vos mihi,& nota ꝙ tẽpore Hẽrici tertij Imperatoris Bruno Tullensis episcopus,qui de multis sanctis cantus cõposuit factus Papa per Henricũ tertium Imperatorẽ: & vocatus Leo x dum Romã pro papatu veniret : audiuit voces angelorũ canentium & dicentiũ:dicit dominus,ego cogito cogitationes pacis,&c. ipse verò cogitans ꝙ non haberet canonicum ingressum,renũtiauit:& iterũ à Romanis Papa eligitur:& vitã cũ multis miraculis finiuit. In grãduali verò agit Dauid gratias de sua liberatione,à captiuitate spirituali,& corporali,dicens, Liberasti nos ex affligẽtibus nos,&c. In versu verò promittit laudem bonorum operũ.dicens: In Deo laudabimur tota die,&c. & quia solus Dominus est,qui sanat:ideò in quibusdam ecclesiis sequi-

tur allelu ia. Qui ſanat contritos corde. in offertorio verò petit veniam, ſicut fratres Ioſeph, dicens: De profundis clamaui ad te domine, &c. & quia Ioſeph, id eſt Chriſtus reſpõdit: Nolite timere ego paſcã vos: ideò quia liberalis eſt dominus, & citò dimittit: ſequitur poſt cõmunio: Amen dico vobis, quicquid orantes petitis: credite, quia accipietis, & fiet vobis. Mat. 18. c. Quia verò non intrabunt ad nuptias, niſi habeant ſimilitudinẽ Dei: ideò in euãg. Abeuntes, &c. Mat. 22. c. quod legitur in quibuſdam eccleſiis: dicitur: reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo, ſcilicet imaginẽ ſuam, ſimilitudine ſua inſignitã: quia omnia ad ſibi ſimilia conuertuntur. In epiſtola quoque, Fratres imitatores. &c. ad Philip. 3. c. monet nos Apoſt. vt reddamus Deo imaginem ſuam: & poſt ſequitur, Cõuerſatio noſtra in cœlis eſt. q. d. in hoc debetis me imitari non illos, quorum venter Deus: qui ſunt inimici crucis Chriſti. Imitemur autẽ Deum & Apoſtolũ in humilitate, manſuetudine, charitate, & ſanctimonia: & poſt: Saluatorẽ expectamus Dominũ Ieſum Chriſtũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ: cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ. Si enim habuerimus ſimilitudinem Dei in animabus noſtris: in futuro non habebimus illam ſimilitudinẽ in animabus tantum: ſed etiam in corporibus: quia vt dicit Apoſtolus: Similes erimus Chriſto.

SVMMA.

1 *Dominicæ vigeſimæquartæ Miſſa eiuſq; expoſitio. & nu. 2.*

De dominica vigeſimaquarta poſt Pentecoſten.

CAPVT CXLI.

IN † vigeſimaquarta dominica ſimiliter agitur de vocatione & conuerſione Iudæorum. Vnde incipit in quibuſdam eccleſiis euang. Mat. 9. c. loquente Ieſu ad turbas: Ecce princeps ἀρχισυνάγωγος venit ad eum, & dixit ei. Filia mea defuncta eſt: ſed veni, & impone manũ tuã ſuper eam, & viuet. Dum autẽ iret poſt eum, ecce mulier hæmorroiſſa, dicebat, ſi tetigero fimbriam veſtimẽti eius, ſalua ero: & ſanata eſt à domino: poſteà ſuſcitauit dominus filiam archiſynagogi. allegoricè archiſynagogus iſte ſignificat Moſen vel aliquẽ de Prophetis vel etiã Apoſtolis: qui rogauit dominũ pro ſynagoga: & dominus vadit, vt ſanet eam: quia nõ ceſſat corrigere vt ſanet ipſos Iudæos per varias tribulationes, & ſeruitutes: ſed eorũ ſanitas fiet in fine mundi. Mulier verò patiẽs fluxũ ſanguinis eſt gentilitas, quæ dixit: Si tetigero fimbriam veſtimenti eius, id eſt, ſi minima præcepta ſeruauero, ſalua ero. Per fluxum ſanguinis, peccatum intelligitur. Poſteà verò † ſaluabitur ſynagoga, quod ſignificatur per filiam Iairi poſtmodum ſuſcitatam. Item, per Iairim, qui interpretatur illuminans ſiue illumina

1

2

minatus intelliguntur prælati: prælatus enim illuminatus à Domino, alios illuminat: & talis debet orare pro subditis suis, sicut iste pro filia sua, sicut etiam orat Apostolus in epistola huius dominicæ: quæ est ad Coloss. 1. c. Non cessamus, inquit, fratres, orantes pro vobis. In quibusdam tamen ecclesiis dicitur hac die euangelium: Cùm videritis abominationem. Matth. 24. c. Et attende, quòd hæc dominica proprium cantuale non habet officiũ: quia enim vexabitur ecclesia persecutionibus antichristi: ideò sua cõtinet organa. vel ideò, quia præcedens officium huic euangelio rectissimè coaptatur: vel quia hæc dominica sæpius superabundat, idcirco proprio vacat officio.

S V M M A.

1 *Dominicæ vigesimæquintæ post Pentecosten expositio. & nu. 2.*

De xxv. dominica post Pentc. CAP. CXLII.

1 IN vigesima †quinta dominica agitur de illuminatione Iudæorum: vnde dicitur in quibusdam ecclesiis in epistola, quæ est de Hier. 23. ca. Ecce dies veniunt dicit Dominus. & suscitabo Dauid germen iustum, &c. & post sequitur. In diebus illis saluabitur Iuda. & post non dicemus amplius, Viuit Dominus: qui eduxit filios Israël de terra Aquilonis: & de cunctis terris, in quibus proieceram eos: in quibus verbis præcedens cantulæ officiũ concordat. Nam in introitu dicit: Dominus ego cogito, &c. dicitur & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Soluti ergo illi, qui nunc tenentur in captiuitate, in graduali: Liberasti nos. gratiarum referunt actionem. in offerenda: De profundis adhuc porrigunt orationem qui suæ petitionis, in postcommunio: Amen
2 dico. recipiunt sanctificationem. Euangelium † verò est de refectione quam fecit Ioseph fratribus suis, quando recepit eos ad conuiuium. Videns Iesus, quia multitudo maxima venit ad eum, &c. quinque panes sunt spiritualis intelligentia quinque librorũ Mosi: quos modò habent: nec eis possunt satiari: quia eos frangendo per spiritualem intelligentiam non manducant: sed tunc eos Dominus saturabit. Duo verò pisces, sunt Psalmi & Euãgelium. Tunc enim reficiet eos Dominus intelligentia legis & psalmorũ & euangelij. In quibusdam tamen ecclesiis dicitur Euangelium. Cùm subleuasset Iesus oculos, Ioan. 6. Rursus in hac vltima dominica cæteras concludente, rectè ponitur officiũ, quod ad vtrumque domini pertinere possit aduentum: vt dictum Hieremiæ Prophetæum: Ecce dies veniunt & suscitabo, &c. Ecce primus aduentus. In diebus illis saluabitur Iuda: ecce secundus. Sed in euangelio rectè legitur de quinque panibus: quia post quinq; millia annorum datus est nobis in primo aduentu panis angelorum.

Ab hinc etiã quinq; dominicæ computãtur, vsq; ad illum diem, in quo pauis ortus in præsepio prædicabitur. Quidã tamen hanc epistolã, & hoc euangeliũ ponunt cũ officio trinitatis: infra hebdomadam verò, fit sicut in cæteris feriatis: & congruè circa festũ beati Andreæ hoc euangeliũ legitur: quoniã de eo in ipso mẽtio continetur. Quædam Ecclesiæ faciunt in hac dominica festũ de Trinitate: aliæ verò, in octaua Pẽtecostes, vbi de hoc dictum est.

SVMMA.

1 *Dominica vigesimasexta post Pentec. quid legendum in officio Ecclesiastico. & nu. 2. 4.*

3 *Menses singuli singulis adaptantur temporibus.*

De vigesimasexta dominica post Pentecosten.

CAP. CXLIII.

ILlud † post: emò notandum est, quòd nocturnales lectiones à prima dominica post Pentec. vsque ad aduentum domini, quidam non insubtiliter referunt ad illam temporis seriem, quæ fuit à Dauid vsq; ad aduentũ domini. Sed & ad illam congruè referri possunt, quæ à primitiua cœpit ecclesia. sicut enim Sauli successit Dauid: vnde primo legitur de primis libris Regũ, sic dæmonum cultui cultus vnius Dei: & sicut regnũ Dauid per Roboã, & Ieroboam in scissuras diuiditur, vt legitur in libris sequentibus: sic ecclesiam scindit hæreticorum insania. Deinde sequuntur † libri Salomonis, quia post pugnas hæreticorũ claruerũt in ecclesia sanctorũ doctorũ ingenia. Postmodũ sequitur liber Iob, vbi agitur de persecutionibus & cõsolationibus eius: quia quãtumuis in pace floreat ecclesia, tẽtationes tamen nõ desunt spiritualiũ aduersariorum: quorũ quãtò est occultior pugna tãtò difficilior est: sed glorioſior erit acquisita victoria. Rursus illud † quoq; adiiciendũ est, q̃ singulos mẽses, præteritis possumus adaptare temporibus. Nã per Ianuariũ in quo nouus annus inchoatur, tẽpus à diluuio intelligitur: vbi mũdus renouatur. Per februariũ, in quo allelu-ia deponitur, illud tẽpus innuitur, in quo vniuersas linguarũ confunditur. Per Martiũ, in quo quadragesima sæpius celebratur, illud tẽpus accipitur, in quo Dei populus in Ægypto affligitur. Per Aprilẽ verò, vbi Pascha celebratur, vel obseruatur: illud tempus ostẽditur in quo populus à Pharaone liberatur. Per Maium, in quo de Pentec. solennizatur: illud tẽpus recolitur, in quo populus in terra promissionis gratulabatur. Iunius & Iulius, in quibus historia Regum legitur, regnũ Saulis & Dauid cõmemorãt. Augustus, in quo liber Sapientiæ recitatur, regnũ Sapientis Salomonis insinuat. Reliqui quatuor mẽses, regna principalia notãt. Babylonicum, quod est in oriẽte. Persarũ quod est in meridie. Græcorum

1

2

3

eorum, quod in aquilone Romanorũ, quod est in occidẽte. Igitur historia Iob, quæ legitur in Septẽbri, per duas hebdomadas, regnum exprimit orientis. Vnde ibi dicitur: Erat vir ille magnus inter omnes orientales: & legitur per duas hebdomadas: quia regnũ illud duraui per duas annuales hebdomadas, id est, per bis septingentos annos. Tot enim anni inueniuntur à tempore Nini, à quo regnũ Babyloniæ incœpit, vsq; ad Cyrum regẽ Persarum, in quo defecit. In reliqua parte Septembris, regnum Persarum in-
4 nuitur. Quocirca† duæ historiæ legũtur: eò quòd nunc de Persis nunc de Medis reges assumebãtur. Historia Machabæorũ, quæ legitur in Octobri Græcorũ, significat regnũ, sub quibus Machabæi fuerunt afflicti. Per Nouembrẽ & Decẽbrem, in quibus Prophetæ leguntur, regnũ **Romanorũ**, in quo Christi religio viget, accipitur. Prophetiæ maximè de Christo loquuntur: cuius natiuitas est in fine anni: sicut regnum Romanorum in fine mundi.

Finis Libri Sexti.

LIBER SEPTIMVS.

SVMMA.

1 *Sanctorum festa quibus de causis Ecclesia celebret. ibid. & num. 2.*
3 *Sancti, & eorũ reliquiæ an debeant honorari, & venerari. & n. 36.*
4 *Sanctorum noui testamenti quadruplex differentia.*
5 *Sanctorum nulli latriam, vel sacrificium debemus.*
7 *Septimanæ dies qualiter nominentur ab Hebræis. Qualiter à Christianis nu. 8. 10. Item, qualiter à Gentilibus. nu. 9.*
11 *Feriæ, quid, & vnde dictæ. & vnde hoc verbum natum inter Christianos, num. 12.*
13 *Dies tripliciter denominantur. Et diei Dominicæ excellentia nu. 14.*
15 *Dies quidam priuilegiati, in quadragesima.*
16 *Dies variè incipit, iuxta variam regionis & loci consuetudinem.*
17 *Solennitas, quid, & vnde dicatur.*
18 *Festi nomen diuersa nomina. Et num. 19.*
20 *Statio, quid, & vnde orta. nu. 21.* 22 *Stationum duæ species.*
23 *Stationũ forma, & à quo in vrbe institutæ. Et quorsum fiat. nu. 24.*
25 *Paschatis festum, est aliis superius.*
26 *Israeliticus populus, tres potissimum solemnitates colebat.*
27 *Encænia ab Hebræis ortum habuerunt. Et quid.*
28 *Festa occurrunt plus quinque milia Sanctorũ, quolibet die exceptis Calendarũ diebus: vt respondit Eusebius Constantino Imperatori.*
29 *Sanctorũ catalogo nullus adscribendus, nisi per Romanũ Pontificem.*
30 *Festa quæ celebrant per totum annum.*
31 *Festa omnia, sunt aut in totum duplicia, aut simpliciter duplicia, aut*

semi

semidiuplicia vnumquodque percurrit ibid. & num.32.33.

34 *Festorum variæ, & dissimiles solennitates hierarchiam cœlestem sedibus & gratia distinctam, designant. & nu.35.36.37.*

38 *Paschæ annotatiuum, quid.*

39 *Festa omnis generis sanctorum cur celebrentur tempore Paschali, sub nomine vnius personæ.*

40 *Festa sanctorum qui immediatè cœlũ ascenderunt, celebrantur tempore Paschali: non autem cæterorum.*

41 *Festa sanctorum veteris testamenti, per Græcos & Venetos coluntur.*

42 *Sanctorũ octauæ cur celebrẽtur. & nu.46. Non tamen omniũ. n.43.*

44 *Sanctorum octauæ, varij sunt generis.*

45 *Octaua significationis, quæ sit. Et quæ supplicationis nu.47.*

48 *Octauas institutionis, q habeãt inter martyres, & q inter cõfessores.*

49 *Sanctorum ferias quo ordine Author prosequatur.*

De sanctorum festiuitatibus. CAP. I.

POstquam de diuinis officiis in genere atq; dominicis, & de festiuitatibus ad dominũ pertinẽtibus in specie præmisimus: vtile est, vt de officiis festiuitatũ sanctorum aliqua in hac vij. parte subiiciamus. †Sanè ecclesia sanctorum festa multis de causis celebrat. Primò, vt eis vicẽ rependamus: quia ipsi iam celebrant festũ de nobis, quoniã gaudiũ est
Luc.15. in cœlo angelis Dei, & animabus sanctis super vno peccatore pœnitentiam agẽte. j. dist. quia tua. Secũdò, quia eos honorãdo rem nostram agimus. Nam eorum festiuitas nostra est. Vnde Apost.
1. Cor.3. Omnia nostra sunt: nos autẽ Christi. Charitas enim omnia communia facit. Tertiò, vt habeamus eos intercessores pro nobis: vnde legitur in 3. Reg. 1. ca. q. Bersabee, quę interpretatur puteus saci etatis, id est, ecclesia triumphans, impetrauit filio suo regnum. Quartò, vt eos imitemur. Per eorũ enim exẽpla ad eorũ imita-
Esa.59. tionem prouocamur. Quintò, propter augmentũ nostræ securitatis: & spei sub'euationẽ. Si enim homines mortales nobis similes potuerũt ita per sua merita sublimari, & nos similiter poterimus, quoniã manus domini nõ est abbreuiata. Sextò, propter honorem diuinæ maiestatis, quã illos honorando in eis honoramus & mirabilem prædicamus eũ, qui ipsos sanctificauit. Septimò, vt visa eorũ pulchritudine & munditia cõfundatur homo de peccatis suis, & terrena cõtemnat: sicut & ipsi fecerunt. Octaua & principalis †causa est, quia sanctorũ dies & anniuersaria in eorũ ho- 2
nore nobis ad memoriã reducitur propter nostrã vtilitatẽ: quoniam in eis honoramus Deũ. Ipsi nanq; cùm sint perfectè beati, orationibus nostris nõ indigent: quia omnia eis ad votũ succedũt: imò iniuriã facit martyri, qui pro martyre orat. extra de cele. miſ.

cùm

cum Marthæ.§.pen. Ioan.etiã Damaſ.in lib.4.ca.7.ponit alias ra-
3 tiones quare Sancti † & pariter eorum corpora,ſiue reliquiæ de-
beant honorari, quarũ quædã ſumuntur quantũ ad eorũ digni-
tatem:& quædã quantũ ad corporũ ipſorũ prætioſitatẽ.Dignitas
quadruplex eſt:quoniã ſunt amici Dei,& filij Dei: hæredes Dei,
& duces noſtri. De 1.Io.13. Iam non dicã vos ſeruos,&c. De ſe-
cundo Ioã.1.Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri.De tertio Rom.8.
Si autẽ filij & hæredes.De quarto ita dicit:Si quis multũ laborat
ducẽ inuenire,qui eum alicui regi mortali adducat, & pro eo ad
ipſum verbũ faciat:quãtò magis duces generis humani,qui pro
nobis ad Deũ interpellationes faciunt,honorandi ſunt tẽpla illis
erigendo,& eorũ memoriã venerãdo? Quantũ verò ad corporũ
eorũ prætioſitatẽ manifeſtãdã,ponit etiã idem quatuor rationes.
Nam ipſa ſanctorũ corpora fuerũt prõptuaria Dei, tẽplum Chri
ſti,alabaſtrum ſpiritualis vnguẽti,fontes viui. Auguſtinus addit
quintũ,ſcilicet organũ ſpiritus ſancti.Circa primũ dicit.Hi enim
ſunt prõptuaria Dei:cœnacula ſpiritus ſancti. De ſecundo dicit:
Quoniã per intellectũ in corporibus eorũ habitauit Deus.Vnde
Apoſt.Neſcitis,quoniã corpora veſtra,&c. Deus autẽ ſpiritus eſt. 1.Cor.6.
Honorãda ergo ſunt animata Dei tẽpla. Homo quidẽ delectatur
in ædificatione murorũ:Deus verò in cõuerſione ſanctorũ. Vnde
Pſal. Domine dilexi decorẽ domus tuæ, decorem , ſcilicet quem Pſal.25.
præſtat diuerſitas non marmorũ,ſed gratiarũ. Circa tertiũ dicit:
Si enim ex rupe aqua manauit in eremo,& ex maxilla aſini Sanſo
ni ſitiẽti:nequaquã incredibile eſt,ex martyrũ reliquiis vnguen-
tum benè olens,emanare ſitiẽtibus Dei,& ſanctorũ virtutẽ.Circa
quartũ dicit:Iſti enim viuẽtes in veritate,cũ libera præſentia Deo
aſſiſtunt:& fontes nobis ſalutares dominator Chriſtus ſanctorũ
ſuorum præbuit:reliquias multiformia beneficia irrigãtes.Circa
quintũ dicit Aug.in li.de ciui.Dei:Non ſunt contẽnenda,ſed plu-
rimum veneranda ſanctorũ corpora quibus dũ adhuc viuerent,
ſpiritus ſanctus quaſi quibuſdã organis ad omne bonũ vſus eſt.
Vnde Apoſtolus:An experimentũ quæritis eius,qui in me loqui- 2.Cor.13.
tur Chriſtus?Itẽ Ambr. in hexameron:Hoc eſt prætioſiſſimum,
quòd homo diuinæ vocis fit organũ,& corporalibus labiis cœle-
4 ſte exprimit oraculũ. Eſt† autẽ quadruplex differẽtia ſanctorum
noui teſtamẽti,quos per anni circulum colimus.Sunt enim Apo
ſtoli,martyres,confeſſores,& virgines:& hi ſecundũ Rabanũ per
quatuor mũdi partes ſignificãtur:per orientẽ Apoſtoli,per meri-
diem martyres, per aquilonẽ cõfeſſores,per occidentẽ virgines.
5 Licet autẽ feſtiuitates ſanctorũ† celebrãdæ ſint:& in eorũ memo
riam altaria cõſtruenda:nulli tamẽ eorũ vel etiã angelis:ſed ſoli

Deo

Deo sacrificare debemus. Nemo enim antistitũ in locis sanctorũ corporum adstitens altari aliquando dixit. Offerimus tibi Petre, & Paule: aut Cypriane: sed quod offertur Deo qui sanctos coronauit offertur apud eorũ memorias quos coronauit, vt ex ipsorũ locorum amore maior effectus affurgat ad augendũ charitatẽ in illis, quos imitari possumus: & in illum quo adiuuari possumus. Nec enim ipsi sancti, vel angeli exhiberi sibi volũt, quod vni Deo
Act. 14. latriã deberi norũt. Vnde Paulus & Barnabas, cũ quidã miraculis per eos factis cõmoti, ipsis tanquã diis immolare voluissent: Cõscissis vestibus cõfitẽtes se homines mortales, & nõ deos esse, hoc fieri vetuerũt. Et sicut in Apoc. legitur angelus Ioannẽ ipsum
Apoc. 9. in visione adorare volentẽ prohibuit, dicẽs: Vide ne feceris: frater enim tuus, & conseruus fratrũ tuorũ sum: Deũ adora. Iam enim Christus erat super angelos exaltatus. Anteà verò legũtur angeli adorati, vt dictũ est in quarta parte sub particula canonis, super
Hest. 3. verbo, seruitutis. Et Mardochæus Naamam noluit adorare: quoniam ille diuinã sibi voluit adorationem impẽdi. Honorãdi † sunt 6
ergo sancti propter imitationẽ non adorãdi, propter religionem: honorandi sunt charitate, nõ seruitute, vt dictum est super dicto verbo, seruitutis. Tribus ergo de causis sanctos rogamus prout dictũ est in præcedẽti parte, sub tit. de rogationibus. Et not. quòd stando sanctos rogare debemus: vt dictũ est in proœ. v. partis, vbi de respõsorio agitur. Porrò dierum alij sunt profesti, alij festiui, siue solennes, profesti sunt, qui nulla speciali celebritate insigniti sunt, quasi procul à festo. Et not. quòd † Hebræi aliter denomi- 7
nant dies septimanæ: & aliter gentiles, & eorũ Presbyteri: & aliter Christiani. Hebræi denominant omnes alios dies, à sabbato, qui apud omnes præcipuus habetur: vnde diẽ sequentẽ post sabbatum vocãt prima sabbati. Aliã ij. sabbati & sic de reliquis. Septimam verò diẽ vocãt simpliciter sabbatũ, & quandoq; sabbatum sabbatorũ. Sextã feriã, vocãt † parasceue, à παρὰ, quod est præ, & 8
σκευὴ, quod est structio, quasi præstructio, seu præparatio: quia tunc Iudæi præparãt cibaria ad opus sabbati: iuxta quod eis præceptum fuerat de manna, scilicet sexta die colligatis ex eo duplũ.
Exod. 16. Quoniam in sabbato non licebat eis cibos præparare, sicut mãna colligere. Nos verò hoc nomen quod est cõmune cuilibet sextæ feriæ appropriamus illi. vj. feriæ, quæ est proxima ante Pascha, pro eo, q; tũc præparatus est cibus siue mãna: quo & militãs ecclesia modo, & triumphans in futura requie perfruetur. Et nota, quod παρασκευὴ est nomen græcũ: sed Iudæi propter varias captiuitates inter græcos dispersi, quædã vocabula à Græcis sumpserunt, vt παρασκευὴ & συναγωγὴ & alia quædã. † Gentiles autẽ tam 9

vulgus,

vulgus, quã philoſophi denominãt dies à planetis. Vnde ſecundũ eos prima dies, dicitur dies Solis: ſecũda, dies Lunæ, &c. Quæ nomina ſacra ſcriptura nõ recipit: licet hodie vulgari vſu teneãtur. De hoc dicitur in parte. viij. vbi agetur de ſeptimana. Nẽpè vulgus ideò ſic eos denominabat, quia Solem, Lunam, Martem, & alios planetas à quibus dies denominabãt, Deos eſſe credebãt. Philoſophi verò ideò, quia hæc ſunt nomina planetarũ: ex quorũ motibus, & naturis omnia ſui vegetationẽ ſecundũ illos trahunt. Chriſtiani† verò duos dies tãquã propriis deſignant nominibus. Nã ſabbatũ, ſimpliciter ſabbatum vocãt, propter authoritatẽ hebraici ſermonis, & frequentẽ diẽ dominicã vocant propter ſui primatũ: de quo iã dicetur. Vel quia ſic in legenda ſancti Io. vocatur, vbi dicitur, Io. dominica die poſt miſſarũ ſolẽnia, deſcendit in foſſum ſepulturæ ſuæ locũ. Poſſet etiã dies dominica, prima feria appellari. Diẽ verò poſt dominicã ſequentẽ appellabant ſecundã feriã, aliã terciã feriam, & ſic de aliis diebus vſque in ſabbatum. Interpretatur† enim feria quaſi dies ſolennis: à *feriando dicta: vnde prima dies ſeptimanæ ſolennis eſt. Vocantur ergo feriæ, à feriando: quia toto tẽpore à vitiis feriare, id eſt, vacare debemus; nõ quod ſit à neceſſariis vitæ operibus feriandũ. Vel dicitur à fando id eſt, loquẽdo: quoniã ſicut legitur in Gen. Dominus dixit & facta ſunt. Si quidem B. Silueſter nolẽs imitari Iudæos, qui dicũt prima ſabbati, ſecunda ſabbati: nec gẽtiles qui dicũt dies Solis, dies Lunæ, &c. Adinuenit hoc nomẽ feria. In† fine tamẽ ſeptimanæ ſeruauit ſabbatũ propter præmiſſam rationem, vel propter figurã: quia ſabbatũ interpretatur requies: quia tũc Dominus requieuit ab omni opere, quod patrauerat: vnde & nos per totã hebdomadã, id eſt, per totum tempus vitæ noſtræ: quod percurritur per ſpatiũ. vij. dierũ debemus laborare, & niti ſummo conamine, vt ad reqẽ & beatitudinẽ perueniam⁹: Dies † ergo tripliciter denominat: primo ſecundũ ſe, vt dies Lunę dies Martis, &c. Secũdò, iuxta vſum eccleſiæ: vt prima feria: ſecũda feria, &c. Tertiò, ſecundũ menſes & hoc tripliciter. Primò modo Cal. pridie Cal. iij. Cal. Secũdò modo, Idus, pridie Idus. iij. Idus. Tertio modo, Nonas, pridie Nonas, iij. Nonas. Dominica verò dies primatũ obtinet & maior† eſt inter alios dies: quia Chriſtus annũtiatus fuit & reſurrexit: & in Apoſtolos ſpiritũ ſanctũ miſit: & Deus mundũ, id eſt, cælũ & terrã in illa fecit, & in eodẽ quoq; die, vt dicitur mundus diſſoluetur. Dicitur autem dominica propter gaudium dominicæ reſurrectionis quod in eo celebramus. Licet autẽ quædã dominicæ omnibus aliis ſint ſuperiores: videlicet Paſchæ & Pente. & hoc propter reſurrectionem, & ſpiritus

ſancti miſſionem : tamen & quinq; aliæ principales dicuntur, & ſolẽnes, in quibus officia mutãtur, ſcilicet dominica prima de aduẽtu: dominica in octauis Paſchæ: dominica in octauis Pẽte. dominica qua quãtatur Lætare Hieruſalẽ: & dominica in ramis palmarũ. Addũt etiã quidã ſextã, ſcilicet qua quãtatur : Inuocauit me. quę dã etiã aliæ dominicæ dicũtur priuilegiatæ, quibus videlicet hiſtoriæ ſunt appropriatæ. Et nota, q̃ ſunt quidã dies priuilegiati † in tempore quadrageſimę, videlicet quatuor quartæ feriæ, 15
ſcilicet quarta feria in capite ieiuniorũ, quarta feria ſequẽtis hebdomadæ. & quarta feria poſt Lętare Hieruſalẽ : & quarta feria ante cœnã Domini. Itẽ, quatuor ſabbata videlicet ſabbatũ prioris hebdomadę: quãdo ordines celebrãt: & ſabbatũ quartę: & ſabbatũ quintæ: & ſabbatũ in vigilia Paſchæ. Itẽ tres dies dominicæ, ſcilicet Inuocauit me: & Lætare Hieruſalẽ: & Dominica in ramis palmarũ. Itẽ vna. v. feria, ſcilicet cœnæ Domini. Itẽ vna. vj. feria, ſcilicet paraſceue. Itẽ, tota vna ſeptimana, ſcilicet vltima quę maior dicitur, prout ſub dominica in ramis palmarũ dictũ eſt, de quibus priuilegiis in ſuis locis dictũ eſt. Et nota, q̃ Paſcha & Pent. ſunt hebdomadariæ feſtiuitates: vt dictũ eſt in. vj. parte, ſub tit. de ſeptẽ diebus poſt Paſcha, & ſub Pẽt. Incipit † autẽ dies naturalis ſe 16
cundũ Ægyptios ab occaſu Solis, ſiue in principio noctis, & durat vſque ad veſperã ſequẽtis diei iuxta illud: Et factũ eſt veſpere, & mane, dies vnus: ſecundum Perſas & Græcos & ſecundũ cõmunem vulgi vſum incipit mane ab ortu Solis: ſecũdum Romanos à media nocte: ſecũdũ Athenienſes & ſecundũ Arabas & Aſtronomicos à ſexta diei hora: quos omnes variè imitamur : quoniã ad celebrationẽ diuinorum officiorũ incipit dies in veſperis : iuxta illud : à veſpere in veſperã celebretis ſabbata veſtra. extrà de feriis. ca. j. quo ad treugæ obſeruationem in ortu Solis. extrà de treuga & pace. c. j. ff. de iudiciis. l. more. quo ad cõtractus incipit dies, & finitur in media nocte. quo ad eſum carnium, poſt cœnã vſque ad diluculum. de conſec. d. iij. de eſu. quo ad iudiciũ incipit mane, & terminatur ſerò in fine diei ante noctis tenebras. de offic. dele. cõſuluit. & in authẽtica, de iudiciis. §. ſedebunt. Computatio autẽ Ægyptiorũ vera videtur, cũ contineat ortum & occaſum ſignorũ. Poteſt tamen dici, q̃ ſecundũ eccleſiã incipit media nocte: quia tunc verus Sol, ſcilicet Chriſtus, ortus eſt, iuxta illud: Dum medium ſilentium, &c. vel verius in veſperis, vt præmiſſum eſt: quia nox præceſſit, dies autẽ appropinquauit. Licet autẽ naturaliter dies pręcedãt noctes: tamen in nocte paſchali fit conuerſo, vt dictum eſt in. vj. parte, ſub tit. de ſabbato ſancto. Solennes † verò ſeu feſtiui dies in quibus à quolibet opere ſeruili 17

in

in honorem Dei & ſanctorũ abſtinendũ eſt, & diuinis laudibus inſiſtendũ. Et notandũ eſt, quod ſolennitas eſt cõmuniter inſtituta: celebritas pro aliqua prærogatiua: & dicitur à ſolon quod eſt commune vel abſoluto, id eſt, firmo atq; ſolido: quia ob religionẽ mutari non debet, vel dicitur ſolennitas ex eo, ꝙ fieri ſolet in anno. Celebritas verò vocatur, quia ibi non terrena: ſed ſolum cœleſtia aguntur. Solennitas autẽ alia eſt feſtiuitatum, alia ſtationũ, alia litaniarũ: alia ieiuniorum, de quarum ſingulis videamus. Solennitas feſtiuitatũ, quæ eſt mors ſanctorum, pluribus nominibus deſignatur. Vocatur enim feſtiuitas, feſtum celebritas, natiuitas natalis vel natale, ſiue natalitium, tranſitus ſeu exitus obi-
18 tus, paſſio, aſſumptio, depoſitio, & obdormitio. Feſtiuitas † dicta eſt à feſtis diebus, quaſi feſtiuitas: eò ꝙ in eis ſola diuina res agitur, quibus contrarij ſunt feſti, in quibus ius fatur. Dicitur quoque feſtiuitas, quaſi ſancti natiuitas. Natiuitas propriè dicitur feſtum illius natiuitatis, quæ eſt in carne, & in mundo: & ſecundum hoc dicitur tantũ Chriſti natiuitas & B. Mariæ, & beati Ioãnis Baptiſtæ: quorũ tantũ natiuitates in eccleſia celebrãtur. Quare ſancti dicãtur in morte naſci, iã ſequitur, & dicetur vbi de octaua agetur. De celebritate iam dictum eſt. natalis verò vel natale vel natalium dicitur migratio ſanctorũ ab hoc ſeculo: quia tunc naſcuntur Deo, & ſeculo ad gloriam ea natiuitate, quæ tẽdit ad vitã æternã. Indifferenter tamẽ iſta accipiuntur. Tranſitus, dicitur feſtum de morte ſanctorũ: quoniam animæ illorũ à corporibus exeuntes, per ignota ſibi, & diuerſa loca tranſeunt. xiij. q. ij. tempus, vt per cœlũ aëreum, & æthereum, & cryſtallinũ, vt tan-
19 dem perueniant ad empyreum. Et †nota quod maius eſt feſtum tranſitus alicuius ſancti, quàm aliquod aliud. de illo dicetur ſub feſto aſſumptionis. Obitus dicitur: quia tunc angeli veniũt obuiã animæ: vt legitur de B. Martino. Paſſio dicitur: quia tunc maximè corpus patitur: & etiam in anima quando per violentiam abinuicem ſeparantur: & obitus vniuſcuiuſq; poteſt paſſio nominari: quia ſine amaritudine, & ſine violentia quadam nulla anima de corpore tollitur. Aſſumptio propriè, dicitur tranſitus B. Mariæ. Depoſitio propriè, dicitur depoſitio B. Ioannis euangeliſtæ: qui vt præmiſſum eſt, locum ſepulturæ viuus intrauit, & ita ſeipſum depoſuit. Obdormitio verò, dicitur mors ſanctorũ, quaſi quies: nam ſicut quis poſt ſomnum integer, & validior fit: ſic ſancti ſine difficultate reſurgunt in corporibus glorificatis: quaſi à ſomno euigilantes. Vnde Dominus de Lazaro mortuo di- 1. Theſſ. 4.
xit: Lazarus amicus noſter dormit. xiij. q. ij. tempus. vnde Apoſto. Nolumus vos ignorare de dormientibus, &c. Sequitur de

stationibus videre: statio autem, secundũ † Isidorum, est obser- 20
uatio statorũ dierũ vel temporum. Dierum, vt quartæ & sextæ
Mat. 9. feriæ ieiunium ex veteri lege præceptũ: de qua statione in euange
lio: Ieiuno bis in sabbato, id est in quarta & sexta sabbati. Tem-
porũ, scilicet quæ legalibus, & Propheticis institutionibus deter
minatis tẽporibus, statuta sunt vt ieiunium mẽsis quarti, quinti,
septimi, & decimi: vel sicut in euãgelio dicitur: Dies ille in qui-
bus ablatus est sponsus. Statio, quoque vocatur, processio ad ali-
quã ecclesiam ad exoluendum ibi gratias deo facta: & dicitur sta
tio, quia tunc stãtes orare: & Deo gratias persoluere non flexis
genibus debemus tunc: nec ieiunamus tunc: nec in eis supplica-
Deut. 16. tionis voces fiunt: quæ omnia cũ vestibus humilitatis in litaniis
fiunt. Videtur autẽ † stationes à veteri lege initium habuisse: quo 21
niã tunc populus Iudæorum, & etiam multi gentiles conuenie-
bant, in magnis solenniratibus, scilicet in Pascha & Pente. vt ibi
orarẽt in tẽplo, & Deo gratias persoluerẽt, & offerrẽt: quod ad-
huc obseruat ecclesia, præsertim in Italia: vbi in hebdomadibus
Paschæ, & Pente. populus de oppidis & villis adiacentibus ciui-
tatibus cõuenit ad ecclesiã Episcopalem. Aliæ stationes à Roma.
habuerunt initiũ: qui eas maximè frequentant qui cùm interces-
sionibus Sanctorũ, quorum suffragia implorabãt: pericula eua-
sissent, cum processione veniebant ad Ecclesiã illius Sancti, cuius
patrocinio fuerant liberati laudes Deo, cum gratiarũ actionibus
persoluentes. Isidorus dicit in. vj. etymolo. ꝙ statio ex militari e-
xẽplo nomẽ accepit: pro eo, quod nulla lætitia castris obueniẽte,
stationẽ contristatio militum rescindit. Sunt autem duæ species 22
† stationũ: aliæ nanq; sunt generales: aliæ particulares. Generales
sunt, quæ in prædictis duabus septimanis ad matricẽ Ecclesiam
fiunt. Particulares sunt, quæ in diuersis ecclesiis fiunt, pro prædi-
cta causa. Fiunt etiam quandoque obseruationis causa: nulla alia
causa intercedente: vt cùm in festo alicuius Sancti ad eius Eccle-
siã vadit processio à maiori ecclesia. Fiunt etiã cũ in diuersis fe-
stis diebus, ad diuersa altaria, cũ processione ob Sanctorũ vene-
rationẽ venimus. Institutio ergo stationũ ex prædictis liqu. hoc
tamen addito: quoniã sicut Romani pro vitãdis suis periculis sta
tuerũt suas stationes in vrbe: sic & alij in suis ciuitatibus ob cau-
sas similes stationes instituerunt. In diebus autẽ stationũ, voces
seu cantica lætitiæ cãtantur, videlicet responsoria vel antiphonæ,
vel quid huiusmodi. Quãdoq; etiã tunc missa celebratur in Ec-
clesia, ad quã vadunt: & quãdoq; non, sed post stationẽ oratione
finita redeunt. † Et no. ꝙ populus primò conuenit in aliqua Ec- 23
clesia vicina illi, in qua debet esse statio: vt dictum est in quarta

parte

parte ſub tit.de oratione. Nempè beatus Greg. qui ſtationes in vrbe ordinauit. xx. homil.euangelij diuerſo tẽpore in illis dicendas declarauit.alias verò ſtomacho laceſſente aliis pronuntiãdas cõmiſit.De ſolennitate litaniarũ in vj.parte,ſub titu. de rogatio-
24 nibus dictum eſt.†Nota tamen.q̃ ſtationes fiunt propter præterita pericula.Litaniæ verò, quæ rogationes vel ſupplicationes interpretãtur,fiunt pro periculis euitandis,vt præmiſſum eſt.De ſolẽnitate ieiuniorũ,& de vigiliis Sanctorũ,dictum in. vj.parte, ſub.iiij.feria quartæ dominicæ de aduentu. Hoc etiã nota, quòd natale Domini feſtum eſt patris quia per eum filius innotuit mũdo.In hoc enim apparuit charitas Dei, quod nobis dedit filium 1.Ioa.4
ſuum,ſicut dicit B.Ioannes. Feſtũ tamẽ patris,feſtum eſt filii, & ſpiritus ſancti.In hoc enim,quòd dicitur verbũ, intelligitur pater verbi.& etiã alia ratione: quia ſcilicet filius patrẽ manifeſtauit mundo.Paſcha verò eſt feſtũ filij:quia tunc Chriſtus à mor
25 tuis reſurrexit,& verus Deus apparuit. Et no. †quòd ſolennitas Paſchæ antonomaticè,dicitur ſolẽnitas ſolennitatum, ſicut dicitur ſancta ſanctorũ,& cãtica cãticorum: eò quòd alia ſancta,& alia cantica excedunt.Inde eſt,quòd omnes dies dominicos reciprocamus,id eſt,omnes dies dominicæ ſunt octauæ huius feſti. Dicitur etiã feſtiuitas feſtiuitatum,tum quia prima eſt omnium feſtiuitatum: tũ quia omnes hac dominica cõmunicare debent. In quibuſdã tamẽ locis quodlibet magnum feſtum paſcha vocatur:quaſi tranſitus:quia de vitiis ad virtutes tranſire debemus. Pente.eſt feſtum ſpiritus ſancti. & quælibet iſtarũ ſolẽnitatum eſt ſolẽnitas totius trinitatis:quoniã indiuiſa ſunt opera trinitatis.de cõſec.d.iij.c.fi.Licet, vt præmiſſum eſt, quælibet iſtarum
26 magis,vni,quã alteri approprietur. Non eſt etiam†ignorãdum quòd populus Iſraëliticus tres prinicipaliter celebrebat ſolẽnitates.Primũ erat dies Paſchæ ſiue dies azymorũ,quod eſt paſcha, quia tunc Deus eos liberauit à poteſtate Pharaonis de ſeruitute Ægypti:& à percuſſione angeli linitis poſtibus de ſanguine agni immolati.Non enim fuit domus alicuius Ægyptij, vbi mortui non iacerent:niſi domus Iudæorum,vbi nullus mortuus eſt.Secundum erat pent.quia tunc ſuſceperunt legem:vt dictum eſt in vj.parte ſub ipſo feſto. Tertiũ ſcenopegia, in Septembri: quod ex græco interpretatur,dedicatio ſiue fixio tabernaculorum.Populus enim Iſraëliticus quadraginta annis in tabernaculis habitauit, in cuius rei memoriam adhuc Iudei hoc feſtum celebrant, quaſi in tabernaculis degentes. Σκήνος enim græcè,tabernaculum dicitur latinè. Hæc feſta quæ ſeptem diebus protelabantur, præcipuè dicebantur:& ſabbatum quod interue-

niebat dicebatur ſabbatū ſabbatorū, id eſt, ſabbatum ſanctorū.
Verū† & ſuperaddiderunt & alia feſta ob euētus varios: vt encœ 27
nia, quod celebrabant Hebræi in hyeme, ſcilicet in Octobri: & vo
cabāt encœnia, nouā dedicationem templi. Νέον enim Græcè, di-
citur nouū Latinè: vnde quandocunq; aliquid nouū fuerit dedi-
catū, encœnia vocatur. Nam & ſi quis noua tunica induitur en-
cœniare dicitur. Nos autem duo illorū ſeruamus, ſcilicet Paſcha
& Pentec. ſed alia ratione quam illi, ipſi enim celebrant Paſcha:
quia tūc ab Ægyptiaca ſeruitute liberati ſunt: nos verò, quia tūc
per Chriſtū redēpti ſumus. illi celebrabant Pentecoſtē, quia tunc
ſuſceperunt legē: nos verò quia tunc ſpiritum ſanctū accipimus.
Itē illi ſuſceperunt legem in tabulis lapideis, ad duritiā cordis no
tandā extrinſecus ſcriptā, quoniā vſque ad ſpiritualem literæ in-
tellectū non pertingebant. Sed ſpiritus ſanctus datus eſt. lxxij. diſ-
cipulis in corde digito Dei, ſpiritualē intelligentiā eis dictante.
Scenopegiā etiam quodammodo celebramus in Aſcenſione do-
mini quia per tabernaculum intelligimus corpus domini: in quo
ſub humanitate diuinitas latuit iuxta illud pſal. In ſole poſuit ta-
Pſal.18. bernaculum ſuum. Hoc itaque tabernaculū Chriſtus in mortali
carne nō figebat: quoniā exultauit, vt gigas ad currēdam viam,
diſcurrēs de loco in locū: vt ſuſceptum myſteriū adimpleret: ſed
tunc fixit & ſtabiliuit tabernaculū, id eſt, corpus ſuū, quando aſ-
ſumptus eſt in cœlū, ſedēs ibi ad dexterā Dei patris: & requieſcēs
in patrimonialibus patris bonis, donec ponet inimicos ſuos ſca-
Mar. vl. bellū pedum ſuorū. Hæc itaque tria feſta rectè in euāgelio ſpiri-
Pſal. 109 tualiter celebramus. Nā iuxta pſal. Chriſtus captiuā duxit capti-
Pſal.67. uitatē: quando in Paſcha reſurgens, vinctos ſuos reduxit de lacu,
Zach.9. in quo nō erat aqua. Aſcēdit in altū, cùm in aſcenſione exaltatus
eſt ſuper cœlos cœlorū ad Orientē. Dedit dona hominibus, cùm
in Pente. effudit de ſpiritu ſancto, ſuper omnē carnē. Quarta ve-
rò feria poſt dominicā de paſſione eſt de encœniis prout ibi di-
ctū eſt in vj. parte. Erant quoque & aliæ quatuor ſolēnitates, nō
tamen ita ſolēnes, ſicut præcedētes: videlicet ſabbatū, feſtū clan-
goris, feſtū propitiationis, & Νουμηνία. Siquidem apud Hebræos
neomenia dicta eſt: quia ſecundū lunarē curſum menſes ſupputabantur. Μήνη Græcè luna vocatur. inde νουμηνία, id eſt noua lu-
na. Apud nos verò neomeniæ, ſunt Calēdæ. Erāt apud Hebræos
ipſi de Calendarū: ex legali inſtitutione ſolēne. Sanè Conſtanti-
nus† Imperator partes trāſmarinas petens: inuenit Euſebiū Ce- 28
ſarien. Epiſcopū virū ſanctiſſimū, cui dixit: Pete à me vnde eccle-
ſia tua ditetur. Ille verò reſpōdit: Eccleſia mea ſatis abūdat in di-
uitiis: ſed rogo te, vt mittas per partes mundi, & nomina ſancto-

rum

rum,& tempora passionũ, & sub quibus,& qualiter,& in quibus locis passi sunt rescribas,quod factum est.Et refert Euseb. ꝙ quolibet anni die plus,quàm quinque milliũ sanctorũ festa cõcurrũt excepta die calendarũ Ianuarij, quo intendebãt gẽtiles epulis, & solennitatibus, non ad martyrizandũ sanctos.& Hier.dicit idẽ in epistola,quę suo Calendario præponitur.vt.de Greg.dicit: Totus mundus plenus est sanctis. & similiter Haymo dixit de Angelis, ꝙ si quis creaturas spirituales, videre posset, videret eas ebulire
29 in aëre sicut minimos atomos in Solis splendore.† Et nota,ꝙ nullus adscribendus, seu annumerandus est catalogo siue numero sanctorũ, nisi per Ro.Pontificem: & nisi facta prius clara fide de illius vita,& miraculis,extrà de reliq. & veneratio.sanct.c.j.extrà de testament.venerabili.Dicitur autem catalogus,sermo,à *κατὰ* * ꝙ est circa,& *λόγος*,quod est sermo. * Et litania siue calendariũ. in quibus enumerantur Sancti per Rom.Ecclesiã approbati,dicitur vniuersalis sermo, cæterũ secundum Decretũ cõcilij Africani.de conse.d.j.placet.nulla memoria martyrũ probabiliter, siue solenniter accipiatur,nisi aut vbi corpus martyris, aut certè reliquiæ sunt, aut vbi fuit origo habitationis, vel possessionis illius. Nam altaria,quæ per somnia, & inanes quasi reuelationes quorumlibet hominũ vbicunque statuuntur, omnino reprobantur. Item statutũ est in concilio Aurelia.de consec.di.iij.Episcopus.ꝙ Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ cui fuerit proximus puta Episcopali: die dominica deesse non debet. Quæ
30 autẽ festiuitates† celebrãdæ sint,patet ex concilio Lugdunen. de conse.di.iij.c.j.extrà de fer.cap.fina.in quo sic statutum est. Dies domini feriandi sunt à vespera in vesperam. Item festum natalis domini,S.Stephani,S.Ioannis Euangelistæ,Innocẽtium, S.Siluestri,Circumcisionis,Theophaniæ,siue Epiphaniæ,Pascha,cum tota præcedenti, & sequentibus hebdomadibus, Rogationes cum tribus diebus, Ascensio domini, Pentecoste, cum duobus diebus sequentibus,S.Ioannis Baptistæ,duodecim Apostolorum,S.Laurentij, Festiuitates B.Mariæ, omnes dies dominici, dedicatio S. Michaëlis,dedicatio cuiuslibet oratorij,festum omnium Sanctorum,S.Martini. Illæ festiuitates, scilicet sanctorum canonizatorum, quas singuli Episcopi in suis ecclesiis cum clero, & populo decreuerint celebrandas. Reliquis verò festiuitatibus, quæ per annum sunt,nõ sunt populi cogẽdi ad celebrandũ siue feriandũ, nec prohibendi. Quot psalmos,quot responsoria,quot lectiones, & quare in festis dicantur,dictũ est in v. parte,sub tit de nocturnis.
31 Quædam † autẽ festa dicuntur in totum duplicia, quædam simpliciter duplicia, quædam semiduplicia. Dicuntur quædam

duplicia in quibuſdã eccleſiis, pro eo, quod reſpõſoria tam maiora quàm breuia: & verſus à duobus cãtantur, & quia omnia incipiẽda à duobus incipiũtur, & quia antiphonæ in matutinis & veſperis duplicantur. dicuntur enim completæ & ante pſalmum, & poſt, ſicut eſt feſtum natalis Domini, S. Stephani protomartyris, S. Ioannis Euangeliſtæ, Circunciſio Domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Reſurrectionis, Aſcẽſionis, Pentecoſtes, S. Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorũ Petri & Pauli, S. Laurẽtij, Aſſumptionis B. Mariæ virginis, natiuitatis eiuſdem, & dedicatio Baſilicæ. Præmiſſa † quidem ſunt maiora duplicia feſta. Minora autem 32
duplicia feſta ſunt, ſecunda & tertia feria infra octauas reſurrectionis. Item, ſecunda & tertia feria infra octauas Pentecoſtes. Commemoratio S. Pauli Apoſtoli. Octaua Apoſtolorum Petri & Pauli, & aſſumptionis: & quodlibet feſtum, quod vnaquæque eccleſia duplex ordinauerit celebrari. Semiduplicia † autem feſta 33
ſunt, in quibus præmiſſa omnino non obſeruantur, ſed tantũ tertium, ſextum & vltimũ. Reſponſoria cantantur à duobus, nec incipitur à duobus, nec duplantur antiphonæ: licet verſus & breuia reſpõſoria à duobus dicantur: & ſunt hæc ſemiduplicia feſta Sanctorum, Andreæ, Nicolai, Luciæ, Thomæ Apoſtoli, Innocentiũ, octauæ Epiphan. Agnetis, Conuerſio S. Pauli, Agathæ, Mathiæ, Cathedra S. Petri, Gregorij, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, Philippi & Iacobi, Marci Euangel. Inuentionis S. Crucis, Reuelationis S. Michaëlis, octaua Aſcenſionis, Ioannis ante portam Latinam, Barnabæ Apoſtoli, octaua S. Ioãnis Baptiſtæ, Mariæ Magdalenæ, Iacobi Apoſtoli, ad vincula S. Petri, octaua S. Laurẽtij, Bartholomæi Apoſtoli, & decollatio S. Ioannis Baptiſtæ, octaua natiuitatis B. Mariæ, Exaltatio S. Crucis. Matthæi Apoſtoli, Lucæ Euangeliſtæ, Simonis & Iudæ Apoſtolorum, Martini, Ceciliæ, Catharinæ, & alia ſecundum conſuetudinẽ cuiuſcunque eccleſiæ. Sanè igitur hæc varietas circa feſta ſeruatur: quoniã ſicut per Apoſtolum ſtella differt in claritate à ſtella: nec etiã erit reſurrectio mortuorum. Cùm autẽ ſecundum B. Dionyſiũ Eccleſiaſtica hierarchia, repræſentet aliqualiter in ſuis actionibus, ſeu ordinationibus cœleſtẽ hierarchiã, in qua ſancti ſecundum diuerſitatẽ meritorum ſuorum diſponuntur: ideò ad hoc repræſentandum varietas diuerſorũ officiorum in noſtra eccleſia reperitur. Quæ igitur † feſta in toto duplicia, & quæ ſemiduplicia dici debeant, 34
liquidò patet ſecundum myſticum intellectum. Nam ſecundũ ſanctos viſio Dei erit præmiũ omnium beatorum: quæ quidem viſio erit maior vel minor in omnibus, ſecundum quòd hîc poſiti magis vel minus in charitate, quæ eſt radix omnium meritorum

profe

profecerint. Veruntamen ſunt quædam ſpecialia merita: quæ ſecundum aliqua ſpecialia præmia habentibus alia merita in futura gloria conferentur. Vnde ſpeciale præmiũ ſuper eſſentiale redditur Martyribus, Doctoribus & Virginibus, quod præmium aureola dicitur: ita q; quantũ ad hoc aliqui ſancti duplex habebunt præmium, ſcilicet eſſentiale, quod dicitur Dei viſio: & accidentale, aureola: & ſecundum hæc feſta ſanctorum poſſunt dici maiora, vel minora, ſcilicet in quibus præmiorum rationes magis vel minus reperiri poſſunt. Quia igitur B. Virgo inter omnes ſanctos ſublimiori præmio potitur, quantum ad præmium eſſentiale: & rationes etiam accidentalium præmiorum ſibi competunt: ideò eius feſtum totum duplex dicitur eſſe: ſic eſt etiam in feſtiuitatibus ad honorem Chriſti ſtatutis. Quia verò poſt eos Angeli ſecundum obtinent locũ. & poſt illos Apoſtoli & Martyres, & poſt ipſos alij: ideò ſecundum eorum plura vel pauciora eſſentialia, & accidentalia præmia ipſorum feſtum, vel totum duplex, vel ſemi duplex vel ſimplex debet ab eccleſia militãte, quæ veſtigia triumphantis imitatur, conformiter celebrari. † Quandoque verò alia conſideratione dicuntur feſta duplicia: quãdo, ſcilicet eadem die duo feſta cõcurrunt: & tunc minus cedit maiori. Nam die illa de feſto excellentiori officium celebratur: & de minori fit ſolummodo commemoratio & illius officium ad diem ſequentem reſeruatur: ſicut fit de beatis Petro & Paulo. Si ergo eadem die plura feſta concurrant, & omnes ſunt martyres illius qui inter eos maioris erit nominis, officium celebretur. Si verò alter confeſſor & alius martyr, vel martyres: ſi cõfeſſor maioris fit nominis, quàm martyr, vel priuilegiatus: vt B. Martinus: & cuius generaliter officium inſtituit eccleſia dicendum eſt officiũ de confeſſore & commemoratio facienda eſt de martyre: ſin autem celebrandum eſt de martyre. item ſi feſtum Andreæ veniret in prima dominica de aduentu, fiet in ſecunda feria. Idem dicimus † de quolibet feſto Apoſtolorum & Martyrum, ſi occurrerent in primis dominicis priuilegiatis: itẽ ſi feſtũ habens vigiliã contingit in feria ſecunda: celebratur officiũ de vigilia: & ieiunatur in ſabbato præcedenti. extrà de obſeruatiu. c. j. Si autẽ in quacunq; alia dominica à priuilegiatis, id eſt, quibus hiſtoriæ appropriatæ inueniũtur euenerit feſtũ Apoſtoli vel alicuius præcipui martyris, vel alterius ſancti qui propriũ habeat officiũ, attendendũ eſt, vtrũ ſequens hebdomada ſiue ſinguli dies ipſius propriũ habeant officiũ: q; ſi habẽt, fiet officiũ de dominica, & feſtũ ſancti fiet in ſecunda feria: ſi verò non habent, fiat officium de feſto in dominica: & officiũ dominicæ fiet in ſecunda feria: & ſic dominica quandoque cedit feſto.

quandoque e conuerſo. Circa vigilias † ſanctorum, quare ſic vo- 37
cantur, & vnde ortum habuerunt dictũ eſt in vj. parte, ſub quarta
feria tertiæ hebdomadę aduẽtus. Porrò circa feſta, quæ in ſeptua
geſima ſeu in tempore paſſionis ſiue ante illud occurrũt, ſicut eſt
feſtum S. Agathæ, cathedra S. Petri, S. Matthiæ, Annuntiationis
Domini, feſtũ S Gregorij, feſtum etiam patroni cuiuſlibet eccle-
ſiæ, ſi acciderit, vel anniuerſarium illius, vel Paſcha alicuius, anno
tariuum generaliter dicimus, ꝙ cantica laudis, ſcilicet Te Deum
laudamus, Gloria in excelſis Deo, & Ite miſſa eſt, in illis debent
cantari, & omnia quæ cantarẽtur in illis, ſi in aliis tẽporibus con-
tingerent præter allelu-ia, quoniã feſta huiuſmodi ad tempus Pa
ſchæ pertinere noſcũtur. Sed quare nõ dicitur tunc allelu-ia, ſicut
alia cantica lætitiæ? Reſpondeo, quia illud eſt magis canticũ læti-
tiæ, quàm alia, quæ ſunt magis obſeruationes, ſeu gratiarũ actio-
nes, quàm cantica lætitiæ. Licet & in illis ſit aliqua lætitia, præſer-
tim in cãtu. Si verò opponatur: ꝙ Gloria in excelſis, quod eſt pro
prium natalis domini, & Ite miſſa eſt, quod eſt cãticum ſeu laus
reſurrectionis, & Te Deum laudamus, quod ſignificat lætitiam
pro drachma inuenta, nõ debeant in feſto annuntiationis domi-
ni cantari, pro eo ꝙ præmiſſa in aduẽtu domini nondũ ſua tem-
pora habebant, quia dominus nondũ ea in rebus humanis fuerat
proſecutus. Reſpõdent, qui ſolennizare contendunt, ꝙ hoc feſtũ
eſt omnium feſtorũ Chriſti quaſi fons & origo ſeu initium: quo
niam & ſi natale Domini vel paſſio vel inuentio drachmæ nondũ
erant in re, vel in tempore, habebantur tamen in ſpe: quoniam in
ſpe eorum prodigia præcedebãt. Annotariuum † Paſcha vocatur, 38
quãdo aliquis diem, quo baptizatus eſt, celebrat annuatim, quod
fortè ſumitur à gentilibus, qui diẽ, in quo ad miſeriam naſcebantur, natalitium obſeruabant, in qua celebratione officium Paſchæ
debet cantari, præter allelu ia: ſi in tẽpore quadrageſimæ contin-
gat. Et nota, ꝙ hæc tria: ſcilicet, Te Deũ laudamus, Gloria in ex-
celſis Deo, & Ite miſſa eſt, ſeſe cõcomitãtur. & eſt ratio: Nam glo
ria in excelſis, ſignificat illud ineffabile gaudium, quod Angelus
paſtoribus nuntiauit, dicens: Annuntio vobis gaudiũ magnum,
quia natus eſt vobis hodie Saluator. Ite miſſa eſt, quod eſt dictũ,
ite ad propria, miſſa eſt conſummata: deſignat acceſſum paſtorũ
ad locum natiuitatis Chriſti dicentiũ adinuicem, poſt angelicam
annuntiationem: Tranſeamus vſque ad Bethleem, & videamus
hoc verbũ, quod factũ eſt. Quia ergo poſt annũtiationem angeli
ſecutus eſt paſtorum acceſſus: ideò meritò quãdo ſacerdos dicit:
Gloria in excelſis Deo, in quo ad prædictũ angelum repræſentat,
debet etiã dici, Ite miſſa eſt. Similiter quando hæc duo dicuntur,

vel

vel omittuntur: Te Deum laudamus, ad nocturnos dicitur vel omittitur, quoniam ibi gaudiũ & laudes cœli & terræ, creatoris & creaturæ, capitis & membrorum significantur sicut in Gloria in excelsis Deo: cœlum & terra, creator & creatura, caput & mẽbra, cum laude & gaudio nominantur, imò ferè omnia, quæ ibi implicitè continentur, hîc explicitè ponuntur: meritò igitur quando illud dicitur hoc nõ debet omitti. Verumtamen non semper præmissa se concomitantur. Nam in festo cathedræ B. Petri, etiam si occurrat in quadragesima quædam ecclesiæ dicunt, Te Deũ laudamus, cæteris laudibus tacitis: quia hoc cantico vti solemus ad intronizandos Episcopos in sedes suas: & B. Petrus eadem die fuit in cathedra Antiochena intronizatus. Item in cœna Domini dicitur Gloria in excelsis, & Ite missa est, si Episcopus adsit, & chrismatis celebret officium. Et in sabbato sancto dicitur Gloria in excelsis, sed non Ite missa est. In ipsis tamen diebus non dicitur: Te Deum laudamus. Item in die natiuitatis dicitur, Gloria in excelsis, in prima Missa, sed Ite missa est, non dicitur: ne populus licentiatum se credens, non audito matutino discedat: & propter hoc etiã quidã tunc reseruant finalẽ collectã primæ Missæ, donec matutinæ expleantur, cõcludentes posteà Missam sub, Benedicamus domino: sed alia ratio ponitur in quarta parte, sub tit. de oratione nouissima. Secũdam etiam Missam eodem modo finiunt. In quibusdam tamen ecclesiis dicitur tunc: Ecce completa sunt omnia, nec datur populo licentia recedendi, vt sciat se debere tertiã Missam audire, in qua demum dicitur, Ite missa est. In aliis autem, in quibus fit officiũ Ambrosianũ in tempore quadragesimæ nullius sancti festiuitas celebratur, sed tantum cõmemoratio fit, & idipsum antiqua decreta in aliis ecclesiis seruari iubebant: & antiquitus cõmuniter sic fiebat. In aliis quoque ecclesiis prius sanctificatur, quàm Euangeliũ legatur vel cãtetur. xxxiiij. q. iiij. non oportet. & c. seq. De officio festorũ, quæ tempore aduentus occurrũt,
39 dictum est in vj. parte, in tit. de tempore aduentus. De festis † verò resurrectionis, vsque ad octauã Pente. hæc regula generaliter in quibusdam ecclesiis seruatur, quòd in omnibus sanctorum festis cantatur historia, Beatus vir. hoc in Apostolis, Martyribus, Confessoribus, & Virginibus. hoc in vno & in pluribus frequentatur. Vir enim iste beatus Christus est secundũ regulam ciconij caput & membra. Hic est enim martyr, de quo dicitur in antipho na: Filiæ Hierusalem quem secundum caput coronauit Dominus stola immortalitatis, in hoc tempore solennitatis & lætitiæ, & secũdum membra posteà coronabit in illo tempore, quod per istud significatur, quod erit æternitatis & gloriæ. hic enim est qui

loquitur in officio, quod hoc tempore frequentatur, scilicet, Protexisti me Deus. Hic est vitis vera: & sancti sunt palmites, sicut dicitur in Euang. Ego sum vitis vera Ioan. 15. cap. quod similiter hoc tempore frequentatur: & secundum præmissa patet, quòd etiam in festis duorum vel plurium sanctorum, debet dici in prædicta antiphona, Filiæ Hierusalem, venite & videte martyrem, scilicet Christum, & non martyres, & alia in plurali sicut faciunt quidam. Frequentamus autem hoc tẽpore in festiuitatibus Sanctorum identitatem officiorum, eò q̃ in suo significato, idem erit denarius omniũ: & quia tunc glorificati erimus, vnũ cũ Christo, hoc tẽpore glorificato. Sed quæritur, †quare in tẽpore paschali 40
non celebramus ✠ sanctorum, qui cum Christo surrexerũt: vel cum eo cœlos ascenderunt: debemus enim de illorum glorificatione gaudere & solẽnizare, sicut & de aliis sanctis, cum certi sumus eos cœlos ascendisse? Respondeo, q̃ ideò non solennizamus, quoniam ad inferos descẽderunt. Solennizamus enim Sanctorũ natalitia, quando videlicet cœlo nati sunt, vt præmissum est, non quãdo inferno: de quo dictũ est in vj. parte sub parasceue. Potest etiam dici, quòd de glorificatione illorũ in anima in Pascha, vel saltem in Ascensione festare deberemus: sed non possumus, propter authoritatẽ officiorum illorũ dierum. Obumbraretur enim solennitas illorum authoritate maioris solennitatis: quoniam veniente Principe cessat Magistratus: & ideò statutũ fuit, vt per alia tempora anni diebus, quibus eis dedicatæ fuerint ecclesiæ festa illorum celebrentur. Vel secundum Bedam, in dedicatione ecclesiæ in qua nouẽ lectiones dicuntur: fit festũ de illis, sicut & festum S. Ioannis Baptistæ fit ad finem Augusti: qui tamen circa Pascha mortuus fuit, & festũ B. Iacobi Compostellæ in Iulio: qui tamen fuit tempore Paschali occisus. Beatus quoque Petrus Apostolus fuit incarceratus hoc tempore. Facta est enim prædictorum festorum mutatio, quia tanta erat festiuitas Principis omniũ, quod non poterant tunc celebrari solennitates satellitum: iuxta illud: Cede Maiori. Veruntamen †festa sanctorũ veteris test. vt Abra- 41
ham, Isaac, Dauid, Daniel & aliorum per Græciam & apud Venetias coli dicuntur: & ibi habere ecclesias de Machabęis dicitur prout sub isto festo dicetur. Circa octauas notãdum est, q̃ octauam diem Leuiticus liber insinuat, dicens: Dies octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus. Sanè †octauæ sanctorum ideò ce- 42
lebrantur: quia sicut primus dies significat natiuitatem eorum, scilicet qualiter nascuntur cœlo, & in societatem Angelorum & sanctorum Patrũ, quando animæ eorũ à corporibus separantur, ita in octauis recolẽtes resurrectionem corporũ congratulamur

resur

43 resurrectioni eorum. Et attende, quod quorundã† sanctorum celebrantur octauę, ne hoc mysterium lateat: non autem omnium, ne vilescat. Si enim non valemus omnia festa celebrare sanctorũ, quantò minus octauas eorum? Si igitur aliorũ sanctorum octauæ solennes sunt, quantò magis sancti sanctorũ, scilicet Domini natiuitatis, octaua solennis erit? Videtur autem, quòd natiuitas Domini non habeat octauã, quia illa tendebat ad mortem. Obitus enim Sanctorum ideò habent octauas, quia tunc ipsi nascuntur ea natiuitate, quæ est ad vitam æternã. Post illam enim natiuitatem, quæ est in morte, speranda est gloria resurrectionis, quæ datur in octaua: non post natiuitatem, quæ est ad mortem. Secundum hoc etiam videtur, quòd natiuitas B. Mariæ, natiuitas beati Ioannis Baptistæ, non habent octauã nec etiam resurrectio domini, in qua dominus recepit stolã corporis, quæ generaliter omnibus fidelibus dabitur in octaua: Iam enim ipsa resurrectio
44 domini facta erat in re. Quia† igitur diuersæ ecclesiæ in diuersis festiuitatibus octauas celebrant: ideò ne illas reprehendere videamur: dicimus, quòd duplex est octaua: scilicet reuerẽtiæ siue veneratiõnis, seu deuotionis & institutionis. Octaua reuerentiæ, est festiuitatum Paschæ, Pentecostes, Natiuitatis B. Virginis Mariæ, & beati Ioannis Baptistæ: celebrantur enim octauæ eorum pro sola deuotione, non pro alio mysterio. Octaua etiam deuotionis est in sanctis patronis ecclesiarum, & de S. Nicolao, & de beata Maria Magd. & similibus qui octauas non habẽt: sed quædam ecclesiæ ob deuotionem eas faciunt. Octaua verò institutionis, quadripartita est: quia est octaua significationis, suppletionis, alterius negotij, significationis & futuræ glorificationis.
45 Octaua† significationis est, vt octauæ Sanctorum vigilias habentium: & festum dedicationis ecclesiæ, quod fit in signũ, quòd dedicabitur ecclesia, id est, extrema & plenissima dedicatione, dedicabitur tunc, id est, copulabitur Christo: dedicari enim, est copulari: & octauæ martyrum, quia ipsi per ea quæ passi sunt, & ex eo, quòd hanc viram pro nihilo habuerunt ostenderunt, quòd erat vita immortalis. Vnde octauæ Innocẽtium possunt dici octauæ significationis: quia per eas resurrectio nostra significatur: prout sub festo illo dicetur, & etiã octauas beatorum Petri & Pauli, & quorundam sanctorũ, quæ significãt stolã secundã, scilicet glorificationem, quã in octaua ætate habituri sunt. Sed quare ob similem etiam causam non obseruatur seu celebratur octaua passionis domini? Sicut enim Christus qui est Sol iustitiæ natus est, non propter se, sed vt lux nostris mentibus qui eramus in tenebris appareret: sicut etiam baptizatus est, non propter se: sed vt nostra

pecca

peccata lauaret: sic mortuus est, non propter se, sed vt nos moreremur peccato, per quod nos liberaret à morte. Respondeo ideò quia superueniens festũ lætitiæ obumbrat, & abolet commemorationem tristitiæ. Præterea, licet reddatur ratio, quare præmissæ octauæ fiant: non tamen vsque quaq; in similibus exigitur, quod octauę fiant: Nam Christus fuit circuncisus carnaliter, vt circuncidamur spiritualiter: ieiunauit, vt ieiunemus: pedes lauit, vt lauemus. Nec tãtum octauam istorũ aut similium celebramus, sed & octauæ sanctorũ ob causam dissimilem celebrãtur, vt præmissum est. Rursus dissimilem habet causam octauæ Paschalis solennitas: cui non fit octauæ mysterium vel ministerium. Octaua tamen additur propter octo beatitudines quæ in illa solẽni octaua percipiũtur, prout dictũ est ibi: & etiã octaua Pent quę & ideò celebratur, vt operũ sancti spiritus consummatio declaretur. Est etiam omnium †octauarum ratio generalis: quia, scilicet, octaua 46
reddit ad caput, quod est de beatitudinibus. In libro de doctrina Christiana asserit Aug. Idémq; dies primus est, & octauus, scilicet dominicus: & ideò resurrectio domini dicitur facta in octaua, id est, in die dominica. Idcircò igitur obseruatur celebritas octauarum, vt reuertamur ad primũ innocentiæ statũ, in cuius innocentiæ recordatione, in octauo die circuncisio agebatur, vt mens circuncisa fieret ab omni carnali contagione. Octaua †suppletio- 47
nis, est octaua natiuitatis domini: quia in ea supplemus quod minus factũ est in festo natiuitatis. Quia enim in natiuitate multũ actum est de partu, & parũ de parturiente: ideò in octaua plenius agitur de parturiente, quod apparet in respõsoriis, & antiphonis laudum, & in diurno officio ipsius octauæ: & ob similem etiã causam celebratur octaua Epiphaniæ. Octaua alterius rei significationis est, similiter octaua natiuitatis: prout ibi dictũ est, & octaua Agnetis. In illa enim repræsentat, quod beata Agnes octaua die visa est glorioſa, à quibusdã fidelibus: prout sub illo festo dicetur. Octaua futuræ glorificationis est, vt octaua obitus cuiuslibet sancti. Item nota, ꝙ tantũ beatus †Stephanus & Laurentius 48
habent inter martyres octauas institutionis: solus verò B. Martinus inter confessores. De octauis Paschæ & ascensionis, & natalis domini, dictũ est in vj. parte, sub tit. de Pascha. Licet autẽ regulariter in octauis festiuitatũ fiat in missa officiũ sicut in ipsis festiuitatibus, pro eo ꝙ in octaua eadẽ die cũ ipso festo censetur: hoc tamẽ fallit in octauis Apostolorũ Petri & Pauli in quibus dicitur officium de martyribus. Licet enim vna & eadem die ambo passi fuerint: nõ tamen eadẽ die de vtroq; in ecclesia solẽnizatur: prout sub eorũ festo dicetur. Ideóq; vtriusq; officiũ nequit in octaua fieri,

fieri,cùm vnã diẽ duntaxat ambo habeant pro octaua. Oportuit ergo, quod in eorũ octaua aliquod cõmune officiũ inueniretur: & ideò quia eorũ martyriũ maximi fuit meriti:officiũ dicitur de martyribus,quãuis de vtriuſq; præcipuis actibus mentio in ipſo officio habeatur. Fallit etiã hoc in octauis B.Laurẽtij,in quo tria præcipuè valdè cõmendabilia fuerunt, videlicet pietas,in eleemoſynis:firma ſtabilitas,in fidei confeſſione:& martyrium ſpeciale. De primo agitur in vigilia,de ſecũdo in feſto:& ideò de tertio agi
49 oportuit in octaua. Verùm licet †eccleſiaſtica officia ab aduentu domini, quod eſt tẽpus renouationis, inchoari in proœ.vj. partis dixerimus:in hac tamen parte ſimplicius incedẽtes Calendarium proſequemur à menſe Ianuarij inchoãdo de aliquibus anni feſtiuitatibus,ſeriatim aliqua ſpecialia opponẽtes,videlicet de ſanctis Fabiano & Sebaſtiano.De S.Agnete,de cõuerſione S.Pauli,de S. Iuliano,de S.Agatha,de purificatione beatæ Mariæ,de cathedra ſancti Petri,de Annunciatione beatæ Mariæ,de ſanctis Philippo & Iacobo,de inuentione ſanctæ Crucis,de reuelatione ſancti Michaẽlis,de ſanctis Geruaſio & Prothaſio,de S.Ioanne Baptiſta,de ſanctis Petro & Paulo, de feſto ſeptẽ fratrum, de ſancto Iacobo Apoſtolo,de ſeptem dormientibus de ad vincula S.Petri,de Machabæis,de inuentione S.Stephani,de trãsfiguratione domini,de S.Laurentio,de aſſumptione beatę Mariæ,de S.Bartholomæo,de decollatione S.Ioãnis,de ſanctis Felice & Audacto, de natiuitate beatæ Mariæ, de exaltatione ſanctæ Crucis, de ſancto Matthæo Apoſtolo,de ſanctis Mauricio & ſociis ſuis,de beato Luca, de Simone & Iuda, de feſto omniũ ſanctorũ, de officio mortuorum, de ſanctis quatuor coronatis, de ſancto Martino, de ſancto Andræa,de S.Nicolao,de venerabili Beda presbytero, de S. Thoma
4 Apoſtolo,de feſtis ſanctorũ Stephani & Ioannis Euangeliſtæ,de Innocẽtibus,de Apoſtolis,de Euãgeliſtis,de Martyribus,de Confeſſoribus,de Virginibus,de officio feſti dedicationis eccleſiæ.

ADNOTATIO.

*Feriando) Etymologia verbi num aliundè duci poſſit, ipſe videris. Feriæ enim ἑορτὴ,ſiue πανήγυρις, Græco verbo,videntur potius dictæ à feriendis victimis: vel ab epulis ferendis: qui dies erant ceſſationum ab opere:quibus epulæ fiebãt ex pecorum,frugúmque prouentibus.N.D.

ADNOTATIO.

*Sermo.) κατάλογος,natũ à verbo, καταλέγω deligo,conſcribo, & centurio. Item cenſeo, exiſtimo, numero & loco habeo, quod Latinè dicitur, numero, ſiue mauis à verbo καταλέγομαι, recenſeo & numero. Erit igitur, κατάλογος, legio, cohors, enumeratio, recenſio,

censio, numerus. In qua postrema significatione accipitur, prouerbium illud, ὑπὲρ τὸν κατάλογον, ζῇ vltra catalogum viuit: de eo, qui iustum & præscriptum annorũ numerum præteriret. Dictionem autem κατὰ, author ineptè vertit, pace tanti viri. N. D.

SVMMA.

1 *Fabiani & Sebastiani, quale officium.*

De sanctis Fabiano & Sebastiano. CAP. CII.

IN festo beatorũ Fabiani & Sebastiani duplex † collecta in quibusdam ecclesiis dicitur, & in solito more vtraq; sub vno, per dominum nostrũ terminatur: tũ quia ab ipso vnico Dei filio Iesu Christo mediante: ambo ad palmam martyrij peruenerunt: tum etiam quia licet diuersis passi fuerunt tẽporibus: Ecclesia tamen propter ingentia vtriusque merita, vtriq; pariter & principaliter solennizat: & vtranque collectam vno, eodémque fine concludit. 1

SVMMA.

1 *Agnetis festum, caret octauis institutionis. Et eius diei officium.*

De sancta Agnete. CAP. III.

FEstum † B. Agnetis, caret octauis, scilicet institutionis: habet tamen octauã alterius negotij significationis: vt iam dictum est in proœmio. Quod ergo dicitur in Calendario Agnetis .ij. non dicitur propter hoc, quòd illud fit festum octauarum eiusdem in ecclesia pronuntiatur, nec in Calendario scribitur octaua: sed est alia solennitas de eadem repetita propter miraculum quoddam quod in octaua die post eius obitum contigit ad tumulum illius, parentibus suis plorantibus. Intelligitur ergo Agnetis secundo, scilicet festo, vnde melius diceretur secũdo Agnetis. de hoc etiam dictum est sub quartæ sub symbolo. Quia † verò Præfecti filius eam adamauit, ideò rectè in eius festo cantatur introitus: Me expectauerunt peccatores. 1 2

SVMMA.

1 *Paulus conuersus est eodemmet anno, quo Christus passus.*

2 *Pauli conuersio cur potissimum celebretur, & eius diei officium, & num 3.*

De conuersione sancti Pauli. CAP. IIII.

CONuersio † S. Pauli Apostoli facta est eodẽ anno, quo Christus passus est, & Stephanus lapidatus, anno quidem non naturali, sed emergẽti. Nam Christus passus est octauo Calendas Aprilis. Stephanus eodem anno tertio die Augusti lapidatus est. Paulus verò octauo Calendas Februarij conuersus est. Eius autem conuersio potius, quàm aliorum sanctorum celebratur triplici ratione. Primò, † propter exemplum, ne quisquam quantumcunque peccator desperet de venia, quando tantum in cul- 1 2

pa

pa conſpicit poſtmodum talem fuiſſe in gratia. Secundò: propter gaudium. Sicut enim Eccleſia magnam habuit triſtitiam in eius perſecutione: ita maximam habuit lætitiam de eius conuerſione. Tertiò, propter miraculum quod Dominus in eo oſtendit: dum de fæuiſſimo perſecutore fecit fideliſſimum prædicatorem. In †hoc feſto dicitur epiſtola: Saulus adhuc. quæ eſt Act. 9. cap. Et Euangelium: Dixit Simon Petrus ad Ieſum. quod eſt Matth. 19. cap. Dicitur etiam ad horas capitulum. Erat quidam diſcipulus. Act. 9. cap.

SVMMA.

1 *Iulianus, Cenomanenſis Epiſcopus. Et quot præterea Iuliani.*

De ſancto Iuliano. CAP. V.

1 IVlianus †iſte cuius feſtũ fit quinto Calendas Februarij, fuit Epiſcopus Cenoman. Qui Simon fuiſſe dicitur, quem Dominus à lepra mundauit, & qui Deum ad conuiuium inuitauit. Hic etiam dicitur eſſe ille Iulianus, qui ab itinerantibus pro inuenien do bono hoſpitio inuocatur, eò quòd in domo eius fuit Dominus hoſpitatus. Alij dicunt, quòd eſt ille, qui patrem & matrem occidit: de quo ſequitur: Fuit quoque & alius Iulianus de Almania, qui deſiderio martyrij ſe vltrò perſequentibus offerebat. Vnde Criſpanus conſularis eum iuſſit occidi: quod Ipſe Iulianus audiens ſtatim foras proſiliit: & quærenti ſponte intrepidus ſe opponens protinus ictum ferientis excepit. Fuit inſuper alius Iulianus frater beati Iuliani, qui templa Idolorum permiſſu Theodoſij Imperatoris vna cum fratre deſtruebat: ad cuius verbum homo viuus ſuper plauſtrum mortuum ſe fingens mortuus eſt. Fuit etiam quartus Iulianus, qui vtrunque parentem neſcius occidit: ſed poſt multam pœnitentiam ſub ſpecie mendici leproſi recepit in domo ſua Angelum, à quo audire meruit, quod Dominus ſuam pœnitentiam acceptaſſet. Fuit etiam quintus Iulianus non ſanctus, ſed apoſtata ſceleratiſſimus. Primò enim fuit monachus, deinde Imperator Romanus: vt dicetur ſub feſto inuentionis ſanctæ Crucis.

SVMMA.

1 *Agathæ feſtum, & officium.*

De beata Agatha. CAP. VI.

1 BEata Agatha † poſt multa tormenta in carcere mortua eſt: ad cuius caput in tumulo poſita eſt viſibiliter tabula per Angeli miniſterium: in qua ſcriptum erat: Mentem ſanctam ſpontaneam, honorem Deo & patriæ liberationem. Ideoque conſuetudo inoleuit, cum tabula eius imaginem continente fieri proceſſionem.

SVMMA.

1 *Maria primatum obtinet inter ſanctos.*
2 *Mariæ quatuor principalia ſunt feſta.*
3 *Maria fuit in vtero ſanctificata.*
4 *Mariæ conceptio num, approbanda: & ſolenniter celebranda.*
5 *Mariæ purificatio, eſt duplex feſtum. & nu. 6.*
7 *Maſculi corpus in xl. diebus, fœminæ autẽ in lxx. diebus animatur.*
8 *Dominus cur præceperit puerum quadrageſima die offerri in tẽplo.*
9 *Purificationis feſtum, ſequitur feſta natalia, merito. Et quod Dominus fuerit in templo præſentatus duplici myſterio. & nu. 10.*
11 *Purificationis Mariæ ſolennitas, vbi, & quo tempore, & cur fuerit primum inſtituta.*
12 *Purificationis proceſſio, quid ſignificet, & à quo inſtituta. nu. 15. Et cur in ea ferantur ceres ardentes. nu. 14. 16.*
13 *Candela accenſa, quid ſignificet. 17 Purificatio Mariæ caret octauis.*

De purificatione ſanctæ Mariæ. CAP. VII.

INter cẽctos ſanctos gloriosa Dei genitrix † virgo ſemper Maria primatũ obtinet, vtpote quæ eſt ſanctis dignior, & excellẽtior vniuerſis: extrà de pœnitent. & remiſſi. noua. In cuius honore in eccleſia in iiij. anni temporibus, quatuor † ſolennes celebrat feſtiuitates, videlicet Annuntiationem, Aſſumptionẽ, Natiuitatem, & Purificationem. Omni enim tempore ipſam in memoria habere debemus, quæ omni tempore ad filium ſuum pro nobis peccatoribus intercedit: quarum duæ ſunt ſibi & Domino noſtro communes, ſcilicet Purificatio & Annuntiatio. Hæ autem quatuor feſtiuitates, fiunt ſecundũ quatuor benedictiones, quæ in ipſius Virginis ſalutatione cõtinentur. Prima eſt, Aue Maria gratia plena, quæ primæ feſtiuitati competit, ſcilicet Annuntiationi; quando videlicet eam Angelus ſalutauit, de ſpiritu ſancto cõcepit, facta gratia plena. Secunda eſt, Dominus tecũ: quæ cõpetit aſſumptioni, quando videlicet aſſumpta eſt in cœlum, quia tunc fuit cum Domino ſcilicet, filio, vt eſt Dominus. Antè enim non viderat eum Dominũ ita manifeſtè in ſe Ecclia benedictio eſt: Benedicta tu in mulieribus: quæ cõpetit natiuitati, quia tunc † eſt nata mulier in vtero ſanctificata. Nulla enim mulier fuit in vtero ſanctificata: & ideò dicta eſt caſtrũ propter ſingularitatẽ, quia nunquam dæmones caſtrũ illud fregerunt. Quarta benedictio eſt: Benedictus fructus vẽtris tui: quæ congruit quartę feſtiuitati, ſcilicet Purificationi, quia tunc obtulit illũ benedictũ fructũ in templo. Quidã etiã faciunt quintũ feſtũ, ſcilicet de † conceptione B. Mariæ, dicentes, q; ſicut celebratur de morte ſanctorum non propter mortẽ, ſed quia tunc recepti ſunt nuptiis æternis, ſimiliter poteſt celebrari feſtum de conceptione: non quia ſit

con

concepta, quia in peccato est cõcepta, sed quia mater Domini est cõcepta: asserentes hoc fuisse reuelatũ cuidã Abbati in naufragio constituto, quod tamen nõ est authenticum: vnde non est approbandũ, cùm cõcepta fuerit in peccato, scilicet per concubitũ maris & fœminæ de conse. dist. iiij. firmissimè. Veruntamẽ licet fuerit concepta in peccato, dimissum est ei illud originale peccatum, cùm sanctificata fueris in vtero: sicut & Hieremias & sanctus Io. baptista, quare meritò natiuitas eius & beati Ioã. baptistæ celebrantur. Natiuitas dico ex vtero: quando videlicet in lucem seu in mundũ prodierunt. Sed natiuitas eorũ in vtero scilicet, quando infusæ sunt animæ in corporibus eorũ non celebratur: vt præmissum est. Sextũ etiã festum est festiuitas parentis, scilicet festum natalis. sed quoniã tunc est etiam simul festũ filij, quod plenũ exigit officiũ: ideò non solenizatur de illa, nisi vsque in octauas: tunc verò sic, vt iam dictũ est in procemio. Septimum quoque festũ est beatæ Mariæ ad martyres: de quo sub festo omniũ sanctorũ dicetur. Quia verò festũ purificationis secundum huius. vij. partis diuisionẽ in ordine temporis alia festa Virginis præcedit: idcirco hîc de illo dicamus. Est autem hodie duplex festum. Primò, quo † ad partũ, quod dicitur festũ Ὑπαντής, id est, obuiatio: quia in illa solennitate Anna prophetissa & Symeon obuiauerunt beatæ Mariæ venienti filium sum Christum in templum offerre. Ὑπαντή enim Græcè dicitur, obuiatio Latinè, ab ipso quod est ire & anti quod est contrà. Aduentus Domini in templum, significat aduentũ eius in ecclesiam, & in mentem cuiuslibet fidelis animæ: quæ est templum spirituale. Hunc aduentum prædixit Dominus per Malachiam Prophetã. 3. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam ante faciem meã, & statim veniet ad templum sanctũ suum, &c. Vel dicitur ὑπαντή, id est, præsentatio, eò q̃ Christus in templum est repręsentatus. † Secundum, quo ad parientem, & dicitur festum purificationis, quia beata Virgo licet purificatione non indigeret, nec legi purificationis obnoxia teneretur, quia nullo modo immunda fuit, nec peperit concepto semine: tamen voluit facere præceptum legis. Dicitur enim Leui. xx. cap. Mulier, si suscepto semine peperit masculum, immunda erit. vij. diebus: munda quidem erat à consortio hominũ, & ab ingressu templi: expletis verò. vij. diebus munda efficiebatur, quo ad consortium hominũ: adhuc tamen vsque ad d. xxxiij. quo ad templi ingressum immũda erat, donec purgaretur, iuxta ritum menstrui fluxus: sed cõpletis. xl. diebus, in die quadragesimo templum intrabat, & puerũ cum muneribus offerebat. Si autem fœminam pe-

periſſet,tẽpus duplicabatur,& quo ad conſortium:& quo ad ingreſſum,ſicut & duplicatur quo ad corporis formationẽ. † Nam 7
in.xl.diebus corpus maſculi organizatur,& perficitur, & in qua drageſimo infunditur anima,vt ſæpius: corpus verò fœminæ octoginta diebus perficitur,& in octogeſimo anima inſpiratur,vt ſæpius fit: ergo ſi maſculum pepererat. xl. ſi fœminam octoginta diebus,à die natiuitatis partus à templi arcebatur ingreſſu:hodie tamen ſtatim ingredi non prohibetur, ne ſibi pœna in culpam vertatur.v.d.§.hæc ſi.& cap.ſe extrà purifi. poſt par. cap.vno. Verumtamen mulier dum ſentit ſibi imminere dolores partus, non intret eccleſiam,vel ſaltẽ caueat,ne polluat illam.Sacerdos autẽ mulierẽ vicinã partui ſæpè moneat:vt cõfiteatur:ita cũ dolor partus vrgebit eam,ſit parata accipere euchariſtiam. Nam inhoneſtum eſt, q̃ tempore partus preſbyter diu cum ea moretur. Eſt 8
autẽ triplex † ratio quare præcepit dominus die.xl.puerũ in templũ offerri. Primò,ad notandum,q̃ ſicut die.xl.in materiale templũ ducitur, ſic in.xl. à conceptione, vt ſæpius anima infunditur in corpus,tanquam in ſuũ templũ: prout in hiſtoria ſcholaſtica dicitur,quamuis Phyſici dicãt q̃ in. xlvj.corpus perficitur.Secũdò,vt anima,quæ in die.xl.corpori infuſa ab ipſo corpore maculatur,in die.xl.templũ ingrediẽs,per hoſtias expietur. Tertiò,ad inſinuandum,q̃ illi merentur cœleſte templũ ingredi,qui decem præcepta decalogi cũ fide quatuor Euangeliorum obſeruauerũt. Tranſactis ergo purificationis diebus pariens ingrediebatur tẽplum,offerens filiũ vel filiã,& munera pro ſe, ſcilicet pro peccato,pullum columbæ ſiue turturem:pro filio verò vel filia offerebat agnũ anniculũ in holocauſtũ. Quę agnũ habere nequibat, offerebat duas turtures,aut duos pullos colũbarum: & alterum in holocauſtũ pro partu:alterũ verò pro ſe, ſcilicet pro peccato ſuo.Vnde in Euangelio dicitur,vt offerrent par turturum,&c. ſecundum legis conſuetudinẽ,ſcilicet ſicut lex exigere videbatur. Mulieres igitur in hoc beatam Virginem imitantur, cùm in quibuſdã locis poſt partum tranſactis.xl.diebus eccleſiã ingrediuntur,ſignificantes,q̃ ſi Virginem ipſam fuerint imitatæ, poſt vitam præſentem ingredientur cum ea æternam.Celebratur ergo hoc feſtum die.xl.à natiuitate domini: quia beata Virgo die. xl. à natiuitate Chriſti ad templum veniens ipſum ſecundum legem præſentauit.Rurſus † hoc feſtum ſequitur poſt feſtiuitates na- 9
talis Domini circunciſionis & epiphaniæ ratione myſterij, ſicut & ratione myſterij voluit Dominus in templum præſentari. Et hoc dupliciter. Primum myſterium eſt. Naſcitur enim primò Deus per fidem in homine,& ſequitur circunciſio: quia quando

fides

fides in homine eſt: purificatur homo, vnde in actibus: Fide purificans corda eorum. Qui verò habent bonam fidē, relinquunt omnia mala opera, & tunc apparet Deus: ſed tunc facienda eſt pœnitentia, vt in nobis maneat, ſicut in templo ſuo: & tunc fit ibi oblatio, & offertur ei par turturum, id eſt, mūditia mentis, & corporis: quod non poteſt fieri, niſi in iugi luctu: ſicut turtur gemit pro cantu: & duos pullos columbarū, id eſt, geminā ſimplicitatem. † ſecūdum myſteriū, quia in templū venit in hac die, vt notetur aduētus eius in mentē cuiuſlibet fidelis animæ: ſiue in eccleſiam, in quam ſemper paratus eſt intrare. Vnde in introitu dicitur: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui: quia Chriſtus eſt lignum vitæ in medio Paradiſi, paratus æqualiter omnibus ſubuenire, & bona ſua largiri: ſecundum nomen tuum Deus: ita & laus tua Deus, &c. q. d. ſicut creaſti omnes & recreaſti: ita & laudandus es per totū mundū. Hoc etiam expoſitum eſt in vj. parte ſub octaua dominica poſt Pentec. Vt autem veniat in mentē noſtrā, hortatur eccleſia filios ſuos, vt occurrāt. Vnde dicit in principio matutinalis officij, ſcilicet in inuitatorio: Ecce venit ad templum ſanctū ſuū dominator dominus: gaude & lætare Sion, occurrens Deo tuo, ſcilicet per fidē & per bona opera, & propter hoc feſtum illud, dicitur ὑπαντὴ, id eſt, obuiatio: quia ſi volumus, quod ille veniat in mentē noſtram, accipiamus in mentem noſtrā eius ſimilitudinē: vnde dicit in reſponſorio primò: Adorna thalamū tuum Sion, ſcilicet virtutibus purifica te, & ſuſcipe, ſcilicet virtutes: & ſic veniet in te. Epiſtola verò eſt: Ecce ego mitto Angelū, quæ eſt Malach. vlt. c. Et Euangelium: Poſtquā impleti ſunt dies. Luc. 2. cap. Et poſtcommunio: Reſpōſum accepit Symeon. Lucæ. 2. cap. Et not. quod tempore † Iuſtiniani Imperatoris fuit magna mortalitas apud Conſtantinopolim: & ideò tunc conſtitura eſt ſolennitas purificationis Mariæ in reuerentiam eius, ob cauſas præmiſſas. Solet autem quæri, cùm adhuc pullulent infinitæ hæreſes: quomodo ſit verum, quod in nouo reſpōſorio dicitur, ſcilicet quòd B. Virgo omnes hæreſes interemit. Ad hoc dicimus q̄ hoc fecit, quantum in ſe fuit: quia ipſa oſtendit eum viſibilem, qui inuiſibilis erat. Primò enim non poterat inueniri, quia quidam ipſum quærebāt in deliciis carnis, quidam in diuitiis, quidam in libris Philoſophorum: & non erat ibi. vnde in Cantic. Quæſiui, & nō inueni eum. Modò verò non poteſt aliquis errare in via, niſi velit: vnde manifeſtè habetur in Eſa. Hæc erit recta via: vt etiā ſtultus non erret per viā: & quæ erit illa via? Ecce dabo in Sion ſalutem, & in Hieruſalē gloriam meam. Dicitur hodie capitulum: Ecce ego mitto.

Act. 15.

Cant. 4.
Eſa. 30.
Eſa. 46.

Malach. 3. c. & illud: Eradicaui. Eccle. 24. c. & illud: Quasi cedrus, quod est ibidem. Fiat autem hac die † processio generalis, quæ 12
significat processionẽ illam, scilicet quam beata Virgo & Ioseph ad templum fecerunt. Qui in processione ante cancellos cantant: Respõsum accepit, &c. Significant Prophetas natiuitatem Domini, & misericordiã annuntiantes: melodia respondentiũ, est gaudium hanc Dei misericordiam suscipientium. Tenentes candelas in manibus, dicamus igitur: Suscepimus Deus misericordiam tuam, &c. quod verò cantatur in processione, & in euangelio: Accepit eum Symeon in vlnas suas, ostẽdit quod debemus eum nõ tantum corde, sed etiã in brachiis portare. vnde in Canticis: Pone
Cant. 8. me vt signaculum super brachiũ tuum, & vt sigillum super cor
1. Cor. 6. tuum. ad Corinth. Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deũ in corpore vestro. Debemus quidem portare, nõ tantum deitatẽ, vel humanitatẽ: sed vtrunq;, sicut fecit Symeõ: quod significatur per candelã, quam ferimus in processione. Per ceram enim per apes opere virginali, cum melle productã: nulla enim libidine resoluũtur: humanitas siue caro Christi ex Virgine sumpta: per lumẽ, deitas: quia Deus noster ignis cõsumens est. Deut. 4. c. per lichinum in cera, anima candidissima, vel deitas in carne latens: vel secundum alios mortalitas intelligitur. †Rursus candela in manu accensa, est fides cum bona operatione: nam sicut candela sine lumine, mortua dicitur: & lumen per se absque candela non lucet, sed mortuum esse videtur: sic & operatio sine fide: & fides sine operatione mortua esse dicitur. Lichinus sub cera occultatus, recta intentio est. vnde Greg. Sic fiat opus in publico, vt tamen intentio maneat in occulto. Candelæ autem benedicũtur: vt eas dignè ferant omnes. Sunt enim multi habentes intus tenebras, licet extra lucere videantur. Dignè ferentes sunt qui sicut extrà lucent per lumen, quod ipsi ferunt in manibus: ita lucẽt interius per veram fidem: & in hoc festiuitas, & gaudium magnũ. Portãtur itaque in processione cerei ardẽtes, propter sex causas, 13
†Primò, vt vnusquisque se illuminet: & opera sua lumine patefacta aliis insinuet. Secundò, vt ritum gentilium in melius cõmutet religio Christiana. Romani nanq; de quinto in quintũ annum in Calen. Februarij, ad honorẽ Februæ matris Martis qui, vt putabant, erat Deus belli, illustrabant vrbẽ tota nocte cum cereis ac fascibus accẽsis: vt filius eius eis victoriã de hostibus cõcederet, cuius matrem tam solenniter honorabãt, quod festum à Burbale dicebatur. Ipsi autem in mense Februarij sacrificabãt Februo, id est, Plutoni, cum cæteris Diis infernalibus, pro animabus antecessorũ suorũ, vt propitiarentur ipsorũ eis solennes hostias offe-

ren

rentes, & tota nocte eorũ laudibus cum cereis & fascibus accensis vigilãtes mulieres quoq; Romanorũ his diebus festũ luminũ exercebãt. Gentiles nanque pro eo, quod dicitur Pluto, deus infernalis concupiscens Proserpinã speciosissimam eam in principio huius mensis rapuit, deamq; fecit, quam Ceres eius mater, & parentes fascibus accensis per syluas de nocte in Æthna monte Siciliæ, multo tẽpore quæsierunt: prout Poëtarum fabulæ fingunt. idcirco & ipse in principio mensis Februarij in memoriã huius rei de nocte vrbẽ lustrabãt ambiẽdo ipsum cũ fascibus ardẽtib⁹. Idololatræ enim sicut legitur in lib. Sapientiæ, obscura faciebãt.

15 Hos igitur lustrãdi mores Sergius † Papa mutãs in melius statuit festũ Purificationis in honorẽ matris domini in eodem mense: & tunc processiones fieri vt plebs vniuersa portans cereos ardentes in manibus per ecclesias procederet in memoriã cœlestis regni, quando omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus obuiã spõso venientes mox cum eo ad nuptias supernæ ciuitatis

16 intrabũt. † Tertiò, vt per hoc prudẽtes virgines imitemur, quarũ B. Virgo est caput: vt accẽsa in nobis lampade castitatis, & bonorum operũ cum eis in templũ gloriæ, ad verum sponsum ingredi mereamur. Quartò, quia lumen quod est ad reuelationẽ gentiũ, sicut dixit Simeon: hac die pro nobis est præsentatum. Hæc ergo processio significat illam Symeonis. Quintò, ad notandũ diuinitatẽ & humanitatẽ Christi: vt præmissum est. Sextò ad ostendendum virginis puritatẽ, ne quis audiẽs eius purificationẽ, credere posset eã purificatione indiguisse. Portamus ergo cãdelas accẽsas quasi ipso facto dicat ecclesia: Virgo beata purificatione nõ indiget: sed tota rutilans, tota splendens. & propter causas prædictas

17 candelaria nuncupantur. Hoc † festũ caret octauis: quoniam licet Christus legaliter fuerit præsentatus in templo, nullus tamen doctor nos coarctat q; infantes die quadragesima natiuitatis eorũ præsentemus in templo. Vnde sicut præsentatio puerorũ ad templum secundum veterẽ ritum defecit, quia hodie fit in baptismo: ita & octaua ἀνάστασις. In octauis enim sicut per primũ diẽ recolimus, quod factũ est: ita per octauã rẽ pro qua factũ est. De festis annuntiationis, assumptionis, & natiuitatis in suis locis dicetur.

Sap. 17.

Mat. 29.

S V M M A.

1 *Petrus Antiochiæ fuit incathedratus.*

2 *Petrus Apostolus fuit tripliciter exaltatus.*

3 *Petri festum triplex, propter prærogatiuas treis.*

4 *Petri incathedratio, antiquitus festum epularum Petri dicebatur. Et eius diei officium nu. 5.*

De cathedra S. Petri. CAP. VIII.

DE cathedra † ſancti Petri Eccleſia ſolennizat, quando videlicet apud Antiochiam cathedrali honore ſublimatus eſſe perhibetur, quã ſublimationẽ dicunt quidam factã eſſe à Theophilo principe Antiochen. cuius filium defunctũ poſt annos quatuordecim, Petrus ſuſcitauit: & ipſum populum ciuitatis conuertit, propter quod ibi Eccleſiam conſtruxerunt, in cuius medio excelſam cathedrã collocauerunt, & Petrum, vt ab omnibus audiri & videri poſſet, exaltauerũt, in qua ſedit ſeptem annis. De hoc igitur honore ſolennizat eccleſia, quia tunc prælati Eccleſiæ cœperunt loco præſtare & honore ſublimari. Tunc enim completum eſt illud Pſalmiſtæ: exaltent eum in Eccleſia plebis, &c. & nota, quòd exaltatus eſt tripliciter: & ideò triplex feſtum celebratur. *Pſal. 106.* 1

Primò † exaltatus eſt in Eccleſia militantium, eidem præſidendo: & eam in fide & moribus laudabiliter regendo: ad quod pertinet hodierna feſtiuitas, vt præmiſſum eſt. Secundò, in Eccleſia malignantium ipſam, ſcilicet diſſipando & ad fidem conuertendo, ad quod pertinet ſecundum feſtum, quod dicitur ad vincula: tunc enim Eccleſiam malignantium diſſipauit: & plures ad fidem conuertit. Tertiò, in Eccleſia triumphantiũ, in eam ſcilicet introeundo feliciter, ad quod pertinet tertium feſtum, ſcilicet paſſionis eius. Rurſus † fit ei feſtum triplex propter alias quinque rationes. 2 3

Primò propter priuilegium: fuit enim præ aliis priuilegiatus, & ideò magis honoratus in authoritate. Nam fuit princeps Apoſtolorum, & claues regni cœlorum accepit. Fuit etiam feruentior in Chriſti amore, & efficacior in virtute. Nam ad eius vmbram ſanabantur infirmi. Secundò propter officium. Ipſe enim officium prælationis ſuper vniuerſam Eccleſiam habuit: Quæ in tres partes mundi, ſcilicet, Aſiam, Africam, Europam diffuſa eſt. & ideò Eccleſia ter in anno pro eo ſolennizat. Tertium, propter beneficiũ, quia ipſe qui poteſtatem ligandi atque ſoluendi habuit, liberat nos à tribus generibus peccatorum, ſcilicet cogitationis, locutionis, & operationis. Vel quia in Deum, in proximum, & in nos peccamus. Vel hoc beneficium poteſt eſſe triplex bonum, quod virtute clauium peccator in Eccleſia conſequitur. Primum eſt, abſolutionis à reatu oſtenſio. Secundum eſt, pœnæ purgatorij in temporalem commutatio. Tertium, pœnæ temporalis ſecũdum partem relaxatio. Quartò, propter debitum, quia ſcilicet triplicitter pauit & paſcit nos, ſcilicet verbo, exemplo, & temporali ſubſidio. Quintò, propter exemplum: vt quia, ſcilicet nullus deſperet: etiam ſi tertio Chriſtum negauerit, ſicut ille: ſi tamen velit cum eo Deum corde, ore & opere confiteri. Nec † eſt prætermittendũ, 4 quòd hoc feſtum de incathedratione ſancti Petri olim feſtum

beati

beati Petri epularum dicebatur. Fuit enim mos gentilium secundum magistrũ Ioannem Beleth, annis singulis in mense Februarij, hac die vinũ & epulas offerre Deo supra sepulchra parẽtum: moti forte propter illud Thobiæ tertio. Panẽ tuum & vinũ tuum super sepulturam iusti constitue, quas de nocte dæmones consumebant. Ipsi tamen ab animabus circa sepulchra oberrantibus, quas vmbras vocabant, vastari putabãt: quod sancti patres extirpare volentes, festum de incathedratione S. Petri tam de illa quæ Romæ, quàm etiam de illa, quæ Antiochiæ fuit facta, statuerunt fieri, illo die, quo talia à gentibus fiebant. Vnde ab illis epulis festum consueuit appellari, festum B. Petri epularum. Hac tamen die non dicitur in quibusdam ecclesiis, nisi vna collecta: & de illa § incathedratione quæ fuit Antiochiæ facta. † Dicitur autem epistola: Petrus Apostolus seruus: quæ est 1. Pet. 1. Et euangelium: Venit Iesus in partes. Mat. 16. tractus est: Tu es Petrus. Matt. 16. c. Ad horas dicitur c. Petrus Apostolus. 1. Pet. 1. c. In festo B. Mathiæ Apostoli dicitur epistola: Exurgens Petrus in medio Act. 1. c. Et euangelium. Confitebor tibi pater.

S V M M A.

1 *Annuntiatio Mariæ, & eius diei officium. ibid.*
2 *Annuntiatio Mariæ, iure accidit tempore Veris.*
3 *Deus multa operatus die xxv. Martij.*

De annuntiatione virginis Mariæ. CAP. IX.

1 FEstum annuntiationis beatæ Mariæ est, quoniam angelus ei bonos †rumores nuntiauit & ipsa saluatorem cõcepit. Tunc autem impletæ sunt prophetiæ. Vnde Ecclesia legit & cantat de Prophetis: quare introitus est: Rorate cœli desuper, & nubes, id est, prædicatores pluant, id est, annuntient iustum id est Christũ, quia antonomaticè dicitur iustus Christus. aperiatur terra, id est, beata virgo. Aperiatur inquam per consensum, & germinet, id est, concipiat saluatorem, id est Christum. De hoc dictum est sub prima dominica de aduentu. Epistola est: Egredietur virga, Esa. 11. cap. Aliæ tamen ecclesiæ dicunt: Locutus est dominus ad Achaz: quæ est Esa. 7. c. Euangelium est: Missus est Gabriel. Luc. 1. c. & quod ibi dicitur. Et hic mensis, &c. sic exponitur hic mensis, scilicet Martius: in quo B. Virgo concepit: est sextus illi, id est, à conceptione illius, scilicet Elizabeth, quæ vocatur sterilis: quia illa concepit Ioannem Baptistam octauo Calend. Octobris. Dicitur etiam per horas cap. In diebus illis notum faciet Deus Hier. *Esa. 40.*
2 30. c. Competit † autem hoc festum, tempore Veris: Nam tempore Veris Deus factus est homo: & omnia facta sunt noua. Hoc autem festum est de Domino & de beata Maria: quare eadem

præfatio dicitur in natali & in annunciatione Domini, de annunciatione Domini consueuit apponi, quòd Gloria in excelsis, & Ite missa est: & Te Deũ laudamus in ea cantari non debeant: de quo dictum est in proœ huius partis. Si hoc festum fuerit in dominica passionis, vel oliuarum, ad secundam feriam transmutabitur: Hoc enim generale est priuilegiatis dominicis. Si autẽ in triduo ante Pascha occurrerit: in sabbato ante palmas, secundum quosdam anticipabitur. Quidam verò illud trãsferunt vsque ad octauas. Similiter si fuerit in die Paschæ non cõgruè poterit intra hebdomadam celebrari: in quo historia de aduentu compilata cantatur: vnde melius est q̃ ad secundam feriam post octauas transferatur. In hac die † dicitur per diuersa temporũ curricula Deus 3
multa operatus est: quæ quidã sic egregiis versibus perstrinxit.

Salue festa dies, quæ vulnera nostra coërces.
Angelus est missus: est passus, & in cruce Christus.
Est Adam factus, & eodem tempore lapsus.
Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense.
Offert Melchisedech: Isaac supponitur aris.
Est decollatus Christi Baptista beatus.
Est Petrus erectus: Iacobus sub Herode peremptus.
Corpora Sanctorum cum Christo multa resurgunt.
Latro per Christum tam dulce suscipit amen.

SVMMA.

1 *Paschale tempus octauam ætatem, hoc est vitam æternam designat.*
2 *Philippi & Iacobi minoris festum cur dicatum calendis Maiis. Et eius diei officium nu. 7.*
3 *Iacobus minor, cur dictus frater Domini.* 4 *Mariæ virg. genealogia.*
5 *Iacobi minoris vita, dignitas, & sanctitas. Eius deinde interitus n. 6.*

De sanctis Apostolis Philip. & Iacobo. CAP. X.

PAschale tempus, sicut sæpè dictum est, octauam † significat 1
ætatem: vbi bonum, quod erit singulorũ in dispari charitate erit eorum omnium, quia vnusquisque de bonis alterius gaudebit, vt de suis: & bonum omnium erit singulorum. Vt ergo tempus paschale concordare: solennitatibus, quæ intra illud eueniunt præsertim cum Apostolis in ecclesia primitiua non haberent particulares solennitates, statutum fuit, vt in calendis Maij: celebrarentur † solennitates ad honorem omnium Apostolorum, 2
vt dies varij non viderentur diuidere: quos vna dignitas & Apostolatus in cœlesti gloria fecit esse sublimes: quod festum Græci celebrari dicuntur in festo Apostolorum Petri & Pauli. Hacetiã die festum est Apostolorum Philippi & Iacobi: quia fortè die ista passi sunt. Sanè Iacobus iste dictus est minor, ad differentiam

Iacobi

Iacobi Cõpoſtellæ ſiue Zebedæi: qui dictus eſt maior, non ætate, ſed vocatione: ſicut contingit in Epiſcopis, qui loco Apoſtolorum ſunt, quoniã qui primo conſecratus eſt, alios quantumlibet maiores antecedit. xvij. d. §. fin. Primò enim à domino vocatus eſt: & primò ei adhæſit, & ſibi magis fuit familiaris. In ſecretis enim illum vocabat, ſcilicet quãdo transfiguratus eſt, & quando
3 ſuſcitauit mortuum in domo: dictus etiam eſt iſte † Iacobus Alphæi: quia fuit filius Alphæi dictus eſt etiam frater domini ſecundum carnem de cõſec. d. j. Iacobi quia dicitur fuiſſe conſimilis ei facie: vel quia erat filius Alphæi, frater Ioſeph viri B. Mariæ: & Mariæ ſororis eius, qui enim ex vtraq; parte ſanguinis coniungebantur apud Iudæos fratres vocabantur. Ieſus enim putabatur filius Ioſeph, vel dicitur frater domini, id eſt, conſobrinus, quia filius ſororis B. Mariæ, quem morem Tuſci ſeruant: ſed & Ioſeph dicitur cognatus domini, vel quia pater putatiuus: vel quia cognatus domini ex parte matris, ſcilicet B. Mariæ. Ad clariorẽ autem † præmiſſorum euidentiã, notandũ eſt quòd Ioachim pater
4 B. Mariæ accepit vxorem nomine Annam, quæ habuit ſororem nomine Imeriam: hæc autem Imeria genuit Elizabeth & Eliud: Elizabeth genuit Ioãnem Baptiſtã: de Eliud natus eſt Emineud: de Emineud natus eſt ſanctus Seruatius: cuius corpus in oppido Traiecti ſuper flumen Moſæ in epiſcopatu Leodienſi requieſcit. Annæ autẽ tres viros dicitur habuiſſe: Ioachim, Cleophã fratrem Ioſeph, & Salomane. De primo habuit filiã, ſcilicet Mariam matrem domini, quàm dedit Ioſeph nuptui: quæ genuit Chriſtum: generatio ipſius Ioſeph & Mariæ poſita eſt in vj. parte ſub feſto natalis domini. Primo autẽ viro defuncto: de ſecũdo ſimiliter genuit aliã filiam nomine Mariã. quam Alphæo poſtmodũ in coniugem dedit. Hæc autẽ Maria genuit ex Alphæo quatuor filios, ſcilicet Iacobũ minorem, Ioſeph iuſtum, qui & Barſabas dictus eſt: & Simonem, & Iudã. Ex tertio viro, ſcilicet Salomane ſecundo mortuo, genuit aliã ſimiliter filiã nomine Mariam, & Zebedæo in coniugem tradidit, ex quo duos filios habuit, ſcilicet Iacobum
5 maiorem & Ioannẽ euangeliſtam. Porrò † Iacobus iſte meritò ſuæ profeſſionis cognominatus eſt iuſtus. Ex vtero enim dicitur ſanctus fuiſſe: ipſe enim à Petro & Iacobo & Ioanne Apoſtolis ordinatus eſt primus Hieroſolymitanorum epiſcopus. lxvj. diſt. pono. Ipſe vna etiam cum Baſilio Epiſcopo Cæſarien. addidit nobis in ſcriptis miſſæ celebrationẽ, de cõſec. d. j. Iacobus ipſe quoq; traditur primã celebraſſe miſſam poſt Paſcha domini, in Hieruſalem: & Petrus primus in Antiochia. Iſte vinum vel ſiceram non bibit: nullã carnem comedit: nunquàm tonſus, nunquam vnctus,

nisi

nunquàm balneo vſus eſt: & intantũ genibus terræ defixis orabat: vt eius genua camelorũ excedere duritiam crederẽtur. †Iſte 6
præcipitatus eſt à Iudæis de pinnaculo tẽpli, cùm nomen Chriſti prædicaret: & cum perticis fullonum interfectus. Fullo enim, eſt qui lineos pannos candificat. Quidã autem dixerunt propter peccatum interfectionis eius, Iudæos deſtructos fuiſſe per Titum & Veſpaſianũ: & ita non attribuunt deſtructionẽ illam morti Chriſti. In hoc feſto † dicunt quidam Eccleſiæ introitum: Exclamauerunt. Neæmiæ 9. ca epiſtolã: Stabunt iuſti, quę eſt Sapien. 5. ca. euangelium: Non turbetur cor veſtrum, quod eſt Ioan. 14. ca. & poſtcommunionem: Tanto tempore. Ioan. 14. cap. dicitur autem ad horas capitulum: Stabunt iuſti. Sap. 5. ca. & illud. Nos inſenſati. quod eſt ibidem, & illud: Non eſurient. Apoc. 7. cap. 7

SVMMA.

1 *Crucis priuilegium, & eius inuẽtionis officium Eccleſiaſticum. nu. 2.*
3 *Crucis duplex feſtum.* 4 *Crucem inuenit Iudas.*
5 *Iulianus monachus, diabolo amicus, apoſtata, & Chriſtianorum perſecutor. Cuius tumulus ad hũc diẽ fœtorẽ intolerabilẽ emittit. nu. 6.*

De inuentione ſanctæ Crucis. CAP. XI.

IN ſancta † Cruce Domini ſecunda ſpes habetur: Sicut enim 1
beata virgo portauit dominum: ita & ſancta crux ſuo modo. Et ſicut dominus dat aquis baptiſmalibus ſanctificare & aliis ſacramentis, ita per tactum dominicæ carnis ſanctificatũ fuit lignum, vt nos ſuo modo ſanctificare poſſit: & quia ita crux ſaluat per talem effectum, quem habet, ideò de ea cantatur: O †crux ſplendidior aſtris, &c. quæ ſola fuiſti digna, ſcilicet dignitate tibi data, portare talentũ mundi, &c. Et quia finis crucis, eſt gloria: ideò in fine pluriũ antiphonarũ de cruce dicitur allelu-ia. Dicitur autem per horas canoni. Mihi autẽ abſit gloriari. Gala. vlt. Fit autẽ duplex feſtũ †de cruce videlicet exaltatiõis, de quo ſuo loco dicetur, 3
& inuẽtionis: quia inuenta fuit crux tempore Euſebij Papæ à B. Helena matre Conſtantini: mediante Iuda, qui tunc Iudæus erat. Vnde in canone ipſius Euſebij de conſec. di. iij. crucis. ita legitur. Crux domini noſtri Ieſu Chriſti: quæ nuper nobis gubernacula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenentibus quinto nonas Maij inuenta eſt in prædicto Calenda. die inuentionis feſtum vobis ſolenniter celebrare mandamus: eſt autem maius hoc feſtũ, quàm feſtum exaltationis: prout ibi dicetur. Legitur autẽ † de prædicto Iuda: 4
qũòd cõuerſus ad fidẽ factus eſt poſtmodũ epiſcopus hieroſolymitanus: & mutato nomine vocatus eſt Quiriacus. De quo dicitur Diabolus ſic prophetaſſe: Iudas Chriſtum morti tradidit, ſed iſte Iudas illũ mortuũ exaltauit: & artes magicas detexit: ſed Iu-

lianus

5 lianus familiaris† & amicus meus, citò rex erit, qui me de isto vindicabit, quod factũ est xj.q.iij. Iulianus. j. & ij. Nam Iulianus monachus ab ordine apostatãs acquisiuit per nefas consulatũ Rom. & inde factus Imperator & Christianorũ persecutor, illũ diuersis pœnis afflixit & interfici iussit. Legitur quoq; ꝙ quidam miles nomine Quiriacus hũc Iulianũ postea interfecit. De isto Iuliano legitur ꝙ adhuc apud Constãtinopolim de tumba sua fœtor in-
6 tolerabilis progreditur. Si quæratur, quare fit festũ † de cruce, in qua Christus fuit dehonestatus, & flagellatus, nõ de asina, in qua fuit valdè honoratus, nec etiã de aliis quæ ipse tetigit? Respõderi potest, quod laus & honor super asinam impensus transitorius, & mundanus fuit: nec inde salus nostra prodiit, de quo curandum non est. Præterea per alia quæ ipse tetigit nõ leguntur miracula, & sanitates fierint: nec per illa redẽpti sumus: dehonestatio verò in cruce facta nostra redẽptio fuit. Dicitur hodie introitus. Nos autem Gal. vlt. ca. & legitur epistola Cõfido de vobis in dño. Gal. 5. cap. pro eo ꝙ ibi dicitur: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, Aliæ ecclesie dicũt: Hoc sentire, ad Philip. 2. euangeliũ est. Simile est regnũ cœlorũ thesauro abscõdito in agro, &c. quia crux domini ad literã inuẽta est in agro: vel moraliter, in agro ecclesiæ inuenitur crux domini, quæ dicitur thesaurus: quia emptũ est per eam nobis regnum cœlorũ, qui videt hunc thesaurum in ecclesia, vadit & vendit omnia, quæ habet, id est, omnes transitorias delectationes: & emit agrũ istum, vt sit de ecclesia, Alij dicunt. Erat homo ex Pharisæis. Ioã. ca. 3. Et est notandum, quod festũ crucis fit semper cũ festo martyrũ, quia crux significat martyriũ. Et ideò in festiuitatib⁹ sanctę crucis legũtur in quibusdã ecclesiis sex lectiones de martyribus, & officia commiscentur. De signo crucis dictũ est in procœmio quintæ partis.

S V M M A.

1 *Angelorum festum agit Ecclesia, duplici de causa.*
2 *Michael, princeps est angelorum, qui mittuntur.*
3 *Michaelis festum cur institutum: & cur potius ei dicatum, quàm cæteris angelis. num. 4.*
5 *Michaelis festum, quod habeat officium.*
6 *Angeli semper nobis adsunt: & parati sunt orationes nostras sursum deferre. num. 7.*

De reuelatione sancti Michaëlis. CAP. XII.

1 ECclesia facit † festum de angelis duplici ratione. Prima est, quia nobis ministrãt. Omnes enim sunt administratorij spiritus sancti in ministeriũ missi propter eos, qui hęreditatẽ capiunt salutis: sicut habetur in epist. ad Heb. 1. Secũda ratio est, quia pu-

guant

gnant pro nobis contra angelos malos: nec permittit nos tentari
supra id, quod possumus. de hac pugna dicitur in Apoc. Factum
est prælium in cœlo. Hoc bellū erit maximè tēpore Antichristi,
Apoc. 12. & in morte martyrū fuit: & etiā semper est: & iectus est draco,
id est, diabolus de cœlo, id est, de cœlestibus hominibus, & deie-
ctus in corda malorū hominū. Huius autē belli princeps est bea-
tissimus Michaël, & ideò fit ei festū, licet sit de vltima hierarchia:
de inferiore scilicet ordine. Sunt enim nouē ordines angelorum
prout dictū est in quarta parte, sub tit. de præfatione. qui quāuis
omnes mittantur, quoniā vt præmissum est sunt administratorij
spiritus & in Esa. 6. habetur quòd missus est ad eum vnus de Se-
raphin: rarò tamen mittūtur vnde Daniel: Millia milliū ministra-
bant † ei, &c. Eorū verò, qui mittuntur princeps est Michael qui 2
Dan. 7. fuit princeps ecclesiæ Iudæorū: vt habetur in Daniele: modo est
princeps ecclesiæ Christianorum. In Iudæis enim fuit aliquando
ecclesia: quæ nunc est in Christianis. Hoc † autē festum, quod est 3
commemoratio victoriæ sancti Michaelis, inde originē sumpsit:
quia cùm barbari depopularentur Apuliam, Christiani triduano
ieiunio in dicto S. Michaelis auxiliū imploraueranr, per cuius vi-
sibile patrocinium fugam ter barbari dederūt: & Christiani victo-
riam habuerūt. Vocatur etiā festum reuelationis: quia in monte
Gargano reuelatus est, vt sequitur. Sanè Michaël, Gabriel, & Ra-
phael nomina personalia sunt angelorū, alia verò sunt ordinum:
vt dictū est in quarta parte, sub tit. de præfatione. Sed cùm † hoc 4
festum sit cōmune omniū angelorū, quare spiritualiter denomi-
natur festū sancti Michaelis, & non Gabrielis vel Raphaelis. Re-
spondeo, Michael est, qui est missus in Ægyptū, fecit illas famo-
sas plagas: qui diuisit mare rubrū, qui eduxit populū per desertū:
& eduxit in terrā promissionis. Ipse est præpositus Paradisi, & cu
stos: & est susceptor animarū, & princeps ecclesiæ: & ideò eum
magis venerari debemus. Secūda ratio est: quia ipsemet fundauit
ecclesiam, & consecrauit altare: vnde dicitur: Stetit angelus iuxta
aram tēpli, &c. hoc fuit in monte Gargano: postea verò reuelauit
hoc hominibus per episcopum illius regionis. Tertia ratio est, vt
homines venerantes angelos, perueniant ad consortium angelo-
rum: & ea de causa in diebus dominicis & festiuis solennitatibus,
nouem psalmi, nouem lectiones, & nouem responsoria cantan-
tur, vt per cantum istorū ad consortiū peruenianus nouem ordi-
num angelorū: quorū proprium est Deo cantare. Congauden-
do † autem angelis dicit ecclesia in introitu: Benedicite dominum 5
omnes angeli eius: & quia angeli laudant, & nos similiter Deum
laudare debemus. Vnde sequitur versus: Benedic anima mea do-
minum.

minum. Epistola verò Apoc. 1. c. sumitur: Significauit Deus, quæ oportet fieri citò, &c. Sequitur ibi: Ioānes septē Ecclesiis, per septē Ecclesias: vel per septem spiritus quantū ad intelligentiā, quæ ad hanc diē pertinet: vniuersitas angelorū intelligitur, per septem enim dies curritvita præsens. Sequitur responsoriū: Benedicite & versus: Benedic. Ratione qua suprà Allelu-ia est. In cōspectu an-
6 gelorum psallā tibi. hoc autē idcò dicit Ecclesia: quia parati † sunt angeli deferre Deo orationes nostras. Semper enim nobis adstāt & aspiciūt nos & auscultāt. Vnde in cāticis: Qui habitas in hortis amici, id est, angeli auscultāt te. Per istos scilicet bonos: cōpassio, illos, scilicet malos: passio, scilicet inuidiæ cogit: vt in nos aspiciāt. Sequitur euāg. Accesserūt, &c. Mat. 8. ca. in quo præcipitur vitari scandalū paruulorū: quia ibi fit mētio de angelis. Amen dico vobis: quia angeli eorū in cœlis semper vident faciē patris mei, qui
7 in cœlis est. Quia verò parati sunt deferre † orationes nostras: in offertorio ostēditur. Stetit angelus iuxta arā tēpli, Apoc. 8. & data sunt ei incensa multa, id est, orationes accensæ igne charitatis: & ascendit fumus aromatū, id est, oratio in cōspectu Dei de manu angeli. in postcōmunione verò placuit ecclesiæ, sicut prius benedicere: vnde dicitur in quibusdā ecclesiis: Benedicite angeli dominū, &c. Sanè q̄ Michael legitur cū dracone pugnasse intelligitur allegoricè Michael. i. Christus historicè verò quia Michaelis & aliorū angelorū eius ministerio diabolus describitur in ecclesia propter laïcos esse depulsus. In hoc festo dicitur capitulū: Significauit. Et illud: Beatus, qui legit: & illud Io. 7. quę sunt Apo. 1. ca.

Cantic. 1.

SVMMA.

1 *Gerualij & Prothasij festum, ex institutione Gregorij.*

De sanctis Gerualio & Prothasio. CAP. XXII.

IN festo sanctorum † Gerualij & Prothasij cantatur ex institutione Gregorij introitus: loquetur dominus pacem in populo suo: ex eo quòd tali die pax inter Romanorum Imperatorem & Agisulphum Regem Longobardorum extitit reformata, quem regem Theodesida eius vxor christianissima, cui Gregor. librum dialog. scripsit, ad fidem conuertit. Officia nanque sanctorū partim conueniunt ipsis sanctis, partim his euntibus, qui in ipsorum euenêre diebus.

SVMMA.

1 *Ioannis Baptistæ festum duplex agit Ecclesia. & cur ita. Et eius Missa nu. 3. & 8.*

2 *Ioannes Baptista, cur dictus Lucifer.*

4 *Ioannis vigilia, habet ieiunium.* 5 *Ioānes Euāgelista quo die obierit.*

6 *Ioannes Baptista, ~~& beata etiam Maria, fuerunt in peccato origi-~~*

~~*nali*~~

~~male conceptis~~

7 *Ioanni Euangelistæ hymnum diaconus canit voce recuperata, quàm prius amiserat.*

9 *Ioannis Baptistæ quadragesima.*

10 *Vigilia Ioannis Baptistæ cur ignes accendãtur, & qua significatione: & nu.* 11. *Et cur ossa cõburantur. nu* 12. *Et cur rota volua tur. nu.* 13.

De sancto Ioanne Baptista. CAP. XIIII.

Matt.11. QVia inter † natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: meritò ecclesia celebrat festũ de illo: & facit ei duplex festũ, scilicet natiuitatis & decollationis. Natiuitatis propter quatuor. Primò, propter historiam, quoniam dicit dominus de eo, per angelum: sicut in euangelio habetur: Et multi in natiuitate eius gaudebunt, quod etiam propter Sarracenos dictum est, qui hoc festum celebrare dicuntur. Secundò, propter allegoriã & ministerium, quia per Ioannem figuratus est ortus gratiæ, quã nobis attulit Christus. Ipsum enim Ioannes præcessit: in annuntiatione, in natiuitate, & prædicatione: in passione, & ad inferos descensione. Tertiò, quia sicut beata virgo sanctificata fuit in vtero matris, ita & ipse. Quartò, quia ipse primus annuntiauit gaudia æter- 1
Cantic.2. na: & ideò dicitur Lucifer & tortur. Vnde in canticis: Vox turturis audita est in terra nostra. & Iob.38.cap. nunquid duces Luciferum in tempore suo: & eius natiuitas fuit per Gabrielem nuntiata. Ideò autem Ioannes † dictus est Lucifer: quia obtulit no- 2
uum tempus. Et inde est, quòd in quibusdam ecclesiis habet, missam in mane: quia natiuitas fuit quasi aurora: natiuitas verò Christi fuit quasi ortus Solis: vel ideò dicitur missa in ortu diei: quia
Luc.1. legitur in euangelio Lucæ, quòd ipse fuit sanctificatus & spiritu sancto repletus in vtero matris: quare meritò laudandus est eius creator, in exordio diei, qui illum dignatus est honorare in vtero matris. Habet etiã aliam propriã missam, sicut † & alij sancti, quæ 3
dicitur circa tertiam. Vel prima missa est de vigilia euangelistæ: vel alia dicitur, quia ipse fuit martyr & præcursor. Vnde illa missa est vnius martyris: & est introitus: Iustus vt palma florebit in domo domini. De ipso nanq; Prophetauerunt Esa. & Hieremias. Hiere. ipso vitæ actu, quia fuit ei similis. Esaias vt in epistola habetur hodierna. Audite insulæ, & attẽdite populi de lõge. Esa.49. ibi etiam sequitur. vnde sumitur introitus: de vẽtre, &c. Sequitur etiam ibi: Posuit os meum, vt gladiũ acutum. Gladius acutus, est lingua prædicatoris, quoniã abscindit superflua. Sequitur: Posuit me quasi sagittã electam. Sagitta electa, est prædicator, qui facit quod docet. Sagitta acuta, fuit Ioannes, cùm dixit: Genimina viperarum, quis docebit vos fugere ab ira vẽtura? responsoriũ est:

prius,

Prius,quàm te formarem,&c.Hiere.1.c.& est de natiuitate eius, allelu-Ia est:Tu puer.Luc.1.ca.& illud inter natos, &c.Matt.9. ca.Euangelium est:Elizabeth impletum.Luc.1.c. dicitur autem hac die capitulum Audite insulæ.Esa.49.ca.& illud:Prius,quàm
4 te reformarem.Hier.1.cap.& illud.Reges videbunt.Esa.49.cap. Porrò in vigilia beati † Ioannis Baptistæ ieiunamus,quasi cõpatientes ei,qui in deserto ieiunauit,& asperã vitã duxit:& vigilia ipsa plenum habet officium:quia post Ioannis decollationẽ Christus crucifixus fuit & agnum comedit.Fuit enim Ioan.quasi lapis angularis,id est,vetus & nouum testamentũ cõiungens.Vnde tunc magis solenniz amus propter mysterium,quàm propter personam ipsam:& quoniã ipse fuit medius inter vtrunq; testamentum:quia fuit finis veteris,& initium noui testamẽti:nam & lex & Prophetæ vsque ad Ioannem:videlicet inclusiuè: hinc est quòd huius diei officium partim de veteri,& partim de nouo est
5 testamento.In † hac autem die Ioannes euangelista obiit:sed eius festũ translatum est:prout sub eius festo dicetur.Festum autem decollationis nõ ita solẽnizat ecclesia sicut istud:prout ibi dicetur. Fuit ergo,vt præmissum est, in vtero sanctificatus,sicut & Hiere.Vnde & de Hiere.legitur in hac die : quod probatur per illud,quod dicitur in euangelio:Et repleta est spiritu sancto Elizabeth:& exultauit in gaudio infans in vtero meo: sed quo genere sanctificationis, non legimus. Dicunt † tamen quidã ꝙ ab omni peccato mundatus est:sed in glossa super illo loco:Tu vis à me baptizari:ego à te debeo baptizari,id est, ab originali peccato mundari:dicitur ꝙ in persona generalis hominis loquebatur:fuit tamen in peccato originali conceptus [redacted] de quo & quare eius natiuitas celebretur sub Purificatione dictum est.Paulus historiographus Romanæ ecclesiæ diaconus Cassinensis monachus quadam die cũ vellet paschalẽ cereũ cõsecrare:raucæ factæ sunt † fauces eius,cũ prius vocales essent. Vt ergo vox sibi restitueretur, cõposuit in honorẽ B. Ioannis hymnũ:Vt queant laxis resonare, in cuius principio petit vocis restitutionẽ quã obtinuit:sicut & merito S.Ioannis restaurata est Zachariæ.† In hoc festo non cantatur frequenter allelu-Ia, sicut fit in festiuitatibus Petri & Pauli & aliorum in quorum vltimis nocturnis personatur.Ratio est:quia ipse figurat legem & quia natale huius fuit ante Christi resurrectionẽ & ante gaudiũ. Quidã tamen faciunt officiũ sine allelu-Ia in initio noctis propter figurã legis,& posteà iterãt officiũ cũ allelu-Ia in medio noctis: terminantes illud in principio lucis in memoriam antiquę obseruationis : de qua & quare in hoc festo nocturni cantantur in initio

Mat. 11.

Luca 2.

noctis: dictū est in. v. parte sub tit. de nocturnis. † Nota, quod antiquitus solebat vna quadragesima celebrari ante hoc festum, & alia ante natale Domini: sed postea propter fragilitatem hominum, reductum fuit ad tres septimanas: ante natale, & tres ante hoc festum. Vnde prohibitū in decretis xxxiij. q. iij. non oportet: & cap. seq. in illis tribus septimanis nuptiæ fiant: sed & hoc abolitū est, prout dictum est in prima parte, sub titu. de sacramētis. Fiunt † autem tria specialia in hoc festo. In vigilia nanque in quibusdam partibus ex antiqua obseruatione colligunt homines & pueri ossa, & quædā alia immunda & iusimul cremant: vt ex inde fumus in aërem producatur. Ferunt etiā brandas siue faces, & cum illis circuunt arua. Tertiū est: quia rotā voluūt. Qui immunda cremant, & fumum in altū produci faciunt, habent hoc à gentibus. Antiquitus enim dracones hoc tempore ad libidinem propter caloré excitati, volando per aërem frequenter in puteos & fontes spermatizabant: ex quo inficiebantur aquæ: & tūc erat annus letalis ex aëris & aquarum corruptiõe: quia quicunq; inde bibebant, moriebātur, aut graué morbum patiebantur: quod attendentes philosophi ignē iusserunt frequenter & passim circa puteos & fontes fieri: & immunda quæcunque immundū reddere nt fumum ibi cremari. Nanque per † talem fumū sciebant pos sefugari dracones: & quia tali hoc tempore maximè fiebant, ideò hoc adhuc ab aliquibus obseruatur. Sunt enim dracones animalia, vnde in psalmo: Laudate Dominum de terra dracones non thracones, id est, meatus terræ, prout quidam dixerunt: quæ quidē animalia in aëre volant, in aquis natant, per terrā ambulant, & immundum sustinent, & fugiunt propter fumum oliferum sicut elephantes propter grunitum suum. Est † etiā alia ratio quare ossa animalium comburuntur. videlicet in memoriam quòd ossa Ioannis Baptistæ à gentibus in ciuitate Sebastæ combusta fuerunt: vel potest hoc referri ad nouum testamentū. Abiiciunt enim pueri vetera & comburunt, ad significandum, quod aduenīente noua lege vetus testamētum debet cessare. Dictū est enim veustissima veterum non comedetis, & nouis superuenientibus vetera proiicietis. Feruntur quoque brādæ seu faces ardētes & fiunt ignes, qui significant sanctum Ioannem, qui fuit lumen & lucerna ardens, & præcedens & præcursor veræ lucis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Vnde dicitur Ioan. 6. Est lucerna ardens, lucens ante Dominum, qui viam Domino præparauit in eremo. Rota † in quibusdam locis voluitur, ad significandum, quòd sicut Sol ad altiora sui circuli peruenit: nec altius potest progredi: sed tunc Sol descendit in circulo,

9 10 11 12 13

culo. Sic & fama Ioannis, qui putabatur Christus, descendit, secundum quod ipse testimonium perhibet dicens: Me oportet minui, illū autem crescere, quod dicunt quidā dictum esse, eò q̄ tūc dies incipiunt minui, & in nativitate Christi crescere. Sed quia ante festum sancti Ioannis decrescunt: & ante natale Domini crescunt intelligendū est de nativitate in matre: quando, scilicet conceptus est vterq; quoniam Ioannes conceptus fuit decrescentibus diebus: vt in Septembri: & Christus increscentibus: vt in Aprili, vel dic de morte vtriusque: nam corpus Christi exaltatū est in cruce: corpus Ioannis capite minoratum.

S V M M A.

1 *Petrus & Paulus eadem die, & anno passi sunt.*
2 *Petri & Pauli officia distinxit Gregorius.*
3 *Petri & Pauli octauæ, quod habeant officium.*

De sanctis Petro & Paulo. CAP. XV.

1 DE Petro † & Paulo quæstio est: vtrum eadem die passi sint. Nam Henricus Solitarius velle videtur, q̄ eadē die anno revoluto Paulus passus sit. Sed Pelagius & Nicolaus Papæ, & Ambrosius, & alij sancti Patres volunt, q̄ eadem die, & eadem etiam hora, sub Nerone Imperatore: videlicet anno. xiii. Imperij eius, alioquin falsæ essent historiæ de illis scriptæ. Sed tamen in diuersis locis: licet in vrbe, & diuersas pœnas passi sunt: quia Petrus in vrbe crucifixus est, Paulus verò, quia sicut legitur in Actibus Apostolorū, ciuis Romanus erat, quamuis natione Tharsensis esset, extrà muros vrbis decollatus: quæ pœna honestior videbatur: & de ipso lac pro sanguine legitur profluxisse: Verum procedente tempore cùm Constantinus Imperator in honorem vtriusque Ecclesias construxisset, & Roma. Pontifex veller eorū corpora separare, & dubitaretur, quę cuius ossa forent: diuinit⁹ responsum est: Maiora ossa sunt prædicatoris, minora piscatoris: & sic adinuicem separata sunt & in propriis Ecclesiis collocata. Postmodum verò Siluester Papa, volens ecclesias ipsas consecrare, tam parua, quam magna ossa ex æqua lance, cū summa reuerentia ponderauit: & vnam medietatem in vna Ecclesia, & aliam in alia Ecclesia collocauit. Vnde quidam faciunt festū de hac diuisione officium, in Nonis vel octauo Idus Iulij: quia tali die facta fuit: alij illud faciunt. xv. vel. xxj. die eiusdē mensis. Alij verò dicunt, q̄ festū diuisionis Petri & Pauli, quòd celebratur die illa, fit propter illam diuisionem, quæ facta est in Hierusalē, post duodecim annos, quando separati sunt ad prædicandum gentibus, in quo festo cantant illā magnam sequentiam: Cœli enarrant gloriā. & euangelium ascensionis: Recumbentibus, &c. incipientes ibi

in fine: Dominus quidem Ieſus poſtquam, &c. Licet † autem eorum feſta eadem die celebranda concurrant, beatus tamē Gregorius inſtituit vt tantum officium beati Petri ipſo die celebretur: tum quia tali die eccleſia. B. Petri fuit dedicata: tum quia ipſe prior fuit conuerſione: tum quia maior fuit dignitate, quoniam Romanæ Eccleſiæ tenuerat primatum. Et dicitur in miſſa introitus, Nunc ſcio. Act. 12. Collecta communis vtriq; Deus, qui hodiernā diem, quare nō ſit commemoratio de ſancto Paulo. Epiſtola Miſit Herodes, quæ eſt ibidem. Allelu-ia: Tu es Petrus. Matt. 16. euangelium: Venit Ieſus in partes, quòd eſt ibidem. vbi dicitur: Quem dicunt homines eſſe filium hominis: ſed ſecundum Hieremiā in hebræo dicitur, filium Adæ: per horas verò dicitur cap. Miſit Herodes Rex magnus. Act. 12. cap. & illud: Angelus Domini: & illud: Et Petrus ad ſe reuerſus, quæ ſunt ibidē. Sequē ti verò die fit feſtum de B. Paulo, & dicitur in miſſa introitus: Scio cui. 2. ad. Tim. 2. cap. & Collecta: Deus, qui multitudinem. Graduale: Qui operatus eſt Petro. Gala. 1. cap. verſus eſt: Gratia Dei. ad Cor. 15. cap. Epiſtola: Notum vobis facio ad Gala. 1. cap. Allelu-Ia Tu es vas electionis. Act. 9. ca. Euāgeliū. Dixit Simō Petr⁹. Matth. 19. cap. in aliis eccleſiis dicitur: Hoc eſt præceptum. Ioan. 15. cap. Communio: Amen dico vobis. Mat. 19. c. Item in nocturnali officio beati Pauli, quidā verſiculi præmittuntur antiphonis laudū, vt dictū eſt in. vj. parte ſub trinitate: & dicitur capitulum: Bonum certamen. 2. ad Timot. 4. cap. In octauis verò Apoſtolorum dicitur † illud, Confitebor tibi Domine Rex. Eccleſiaſt. vlt. verum in vigilia dicitur introitus: Dicit Dominus. Ioan. vlt. & epiſtola Petrus & Ioan. Act. 3. Euangelium: Dixit Ieſus Simoni Petro. Ioan. vlt. c. Habet autē hoc feſtum tria, ſcilicet ieiunium, ſolennitatē, & octauā. Ieiunium quia ſi volumus cōregnare, oportet nos & cōpati. In die feſti, de eorū glorificatione gaudemus. In octaua, de eorū futura beatitudine in corpore, & anima iam certi lętamur, & ęternæ glorificationis meritum expectamus. De hac octaua dictū eſt in proœ. huius partis. Et nota, q̄ Leo Papa ſecundus orans pro Neapolitanis ciuibus in mari cū Sarracenis, pugnantibus, fecit illā collectā. Deus cuius dextera beatū Petrū, &c. Perfectis verò per eū muris ciuitatis Leoninæ imponens ſeras portis, orans fecit illā collectam: Deus, qui beato Petro collatis clauibus: &c. In feſto Magdalenæ dicitur epiſtola: Mulierem fortem quis inueniet? quæ eſt in parabolis. vlt. ca. Euange. Rogabat Ieſum. Luc. 7. c.

2

SVMMA.

1 *Fratres ſeptem.*

De ſeptem Fratribus. CAP. XVI.

1 CIrca festum septem† fratrum notandum est, tres fuisse matres quarum quælibet habuit septem filios, & post passiones eorum passæ sunt: videlicet mater Machabæorum: cuius nomen ignoratur, & Felicitas, mater istorum septem fratrum, & Symphoriana sapiens mulier, quæ sancta fuit.

S V M M A.

1 *Iacobus maior, filius Zebedæi: euangelium docuit in Hispaniis. Et eius diei officium nu. 2. Et quando fiat. nu. 3.*

De sancto Iacobo. CAP. XVII

1 IAcobus † maior filius Zebedæi, frater Ioannis euangelistę, missus est ad prędicandū Hispanis. Sed cùm non posset nisi vnum Principem ibi conuertere, rediit Hierosolimam: sed tandem ab Herode decollatus: & in Hispaniam reportatus: quos viuus conuertere nequit: mortuus diuino miraculo conuertit. Fit autem eius festum octauo Calend. Augusti, pro eo, quòd in tali die fuit apud Compostellam translatus: non quod tunc obierit, quia occisus est ab Herode in diebus azymorum, videlicet octauo Calen. Aprilis in annuntiatione domini, scilicet circa Pascha: 2 vt legitur in epistola huius diei: Misit † Herodes, &c. & ita tunc propter dies ipsos festum nō habuit in Calen. verò Ianuarij fuit sepultus: quia ab Augusto vsque nunc sepulchri eius fabrica fuit protelata † vel ideò fit octaua Calen. Augusti hoc festum quo- 3 niam hac die dicata est sibi ecclesia in Compostela: quare dictus sit maior, dictum est sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi. Hoc autem festum non habet vigiliam vel ieiunium: prout dictum est in. vi. parte, sub quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus. Hac die, dicunt quædam ecclesiæ epistolam: Iam non estis. Ephe. 2. c. Aliæ: Benedictus Deus, & pater. Ephe. 1. & euangelium: Accessit ad Iesum. Mat. 20. c.

S V M M A.

1 *Fratrū septē dormiētiū ferè trecētis annis festum, ibidémque historia.*

De septem dormientibus. CAP. XVIII.

1 NVnc de festo† septē dormientium dicendu est, sex eorū potentes fuerunt in Ephesō tēpore quo Decius Cæsar persecutus est ecclesiam Dei qui quā citò audierūt persecutionē, fugerunt in montē & latuerunt in spelunca quadā, & secū magnam pecuniam portauerunt: sed parū cibi, quorum nomina sunt: Maximianus, Marcus, Martinianus. Dionysius, Ioānes, Serapion, & Constantinus. Hi cum essent in spelunca, prima die comederunt quicquid habuerunt comestioni ptum, & dixerunt seruiēri suo Cras eme nobis cibos: quia parum hodie comedimus, & posteà dormierunt. Tandem Decius quæsiuit eos: nam audiuit eos esse

Christianos: sed dictū est ei eos aufugisse in alias regiones, vel in mōte latuisse: quod audiens fecit ostia spelūcæ lapidibus obstrui. Póst multū verò tēporis, videlicet circiter trecētos annos, quidā voluit stabulū cōtra spelūcā facere, & fecit magnū ignē in quo soluti sunt lapides, qui erant in ostio spelūcæ: & statim in spelunca refulsit splēdor ignis: euigilati sunt septē dormiētes & sex qui potētes erant dixerunt septimo qui erat seruus eorū: dies est, vade nobis emere cibos. Putabant enim se per vnam noctem tantū dormiuisse. Iuit ergo ille ad ciuitatem & venit ad macellū miratus vltra modum: quia cruces videbat per vicos & in triuiis, & in quadriuiis. Cúmq; carnes emēs obtulisset monetā quā habebat, nō cognouerūt eā carnifices, & dixerunt: Vnde habes istos nummos? Qui ait ex meo proprio labore. & illi: Vnde es tu? Qui ait, De patria ista: tunc illi, qui sunt parētes tui? Ille ait: Isti & isti. & non cognouerunt carnifices aliquos eorum, quos ipse nominabat: à longo enim tempore eorū nomina cu illis erant sepulta. Ite rū illi dixerunt: Sub quo imperatore fuit illa moneta: ait ille, Sub Decio. Tunc illi admirati sunt: tū propter monetā: tū propter ea quæ referebat, æstimātes eū insanū esse. Qui ligauerūt eū & duxerunt ante pōtificem ciuitatis: cui diligenter inquirēti quis ille esset, & vnde & vbi hāc monetam inueniisset & de aliis, quæ ipse retulerat carnificibus, omnia prout contigerat reuelauit. Tunc Episcopus veniēs cū vniuerso populo ciuitatis ad spelunca, inuenit eos sex, qui ibi remanserant iterū dormiētes: & euigilatos secū in ciuitatē adduxit, & singula sciscitatus ab eis, inuentū est eos in spelūca fuisse per annos ferè trecentos. Præterea, inuenrę sunt plūbeæ tabulæ, in ipsa spelūca: quas illi imposuerāt ibi: qui māda to Decij obturauerāt os spelūcæ. Imperatores erāt tunc Honorius & Archadius: qui cū prius dubitarēt de resurrectione, hoc viso firmius crediderūt. Fuerunt autē cū Episcopo prædicti septē iuuenes, per aliquos dies: & postea mortui sunt, libera morte. Vnde dicti sunt martyres, quia tam diu in spelunca manserunt.

SVMMA.

1 *Petri vincula festum, quomodo institutum. Et quare ibid. & num. 2.3.4. Eiúsque dici officium. nu. 5.*

De festo sancti Petri ad vincula. CAP. XIX.

FEstū † beati Petri ad vincula taliter secundum Bedam institutum fuit. Theodosia, vxor Theodosij secundi Imperatoris Hierosolymam proficiscens vidit in Alexandria festum celebrari in Calen. Augusti ad honorem Cæsaris Augusti de triūpho habito, de Cleopatra regina, Ægypti, & de Marco Antonio viro eius. Vnde vehementer doluit, quòd damnato & gentili tantus honor 1

nor

nor exhiberetur. Veniens autem Hieroſolimã, catenas quibus Petrus ſub Herode fuit alligatus, acquiſiuit, & Romam rediens, eas Apoſtolico præſentauit, qui alias catenas, quib⁹ ſub Nerone fuerat alligatus, apportari præcepit: quę ſe tangẽtes vſque adeò ſunt miraculoſè coniunctæ ac ſi ſemper fuiſſent eædem. Theodoſius igitur ad honorem beati Petri eccleſiam ædificauit: & ibi catenas impoſuit quæ dedicata eſt in Calend. Auguſt. vt ſolennitas piſcatoris obfuſcaret ſolennitatem Imperatoris, & catena Petri extin-
2 gueret torquem Auguſti. Secunda cauſa †inſtitutionis huius feſti eſt, propter memoriam liberationis beati Petri per Angelum factæ à carcere, ſiue à vinculis, quibus per Herodem Agrippam tenebatur: prout in epiſtola legitur hodierna: & ſecundum hoc
3 videtur, q⁹ deberet vocari hoc feſtũ à vinculis. Tertia † cauſa eſt, quia cùm Quirinus Tribunus filiam haberet gutturoſam, illa admandatum S. Alexandri Papæ, qui ſextus fuit à B. Petro, quæſiuit bogas ſiue vincula, quibus B. Petrus fuit vinculatus Romæ ſub Nerone: quibus oſculatis, liberata eſt: & Quirinus cum tota ſua familia baptizatus eſt: tunc dictus Alexander Papa hoc feſtum in Calend. Auguſti celebrandum inſtituit, & in honorem B. Petri eccleſiam in vrbe fabricauit, vbi vincula ipſe repoſuit: & ad vincula nominauit, & Calend. Auguſti dedicauit: in qua feſtiuitate
4 populus illic ipſa vincula hodie oſculatur. † Quarta cauſa poteſt eſſe: quia Dominus Petrum à vinculis miraculoſè abſoluit, & eidem ligandi atque ſoluendi poteſtatem dedit. Nos autem vinculis peccatorum ligati tenemur, & abſolui indigemus. Ideò igitur in ſolennitate ipſa, quæ dicitur ad vincula, ipſum honoramus: vt ſicut ipſe à vinculis abſolui promeruit, & abſoluendi poteſtatem accepit à Domino: ſic & ipſe nos à peccatorum nexibus abſolui
5 obtineat. Hac † die dicitur epiſtola: Miſit Herodes. Act. 12. c. Euãgelium: Venit Ieſus in partes. Mat. 16. cap.

S V M M A.

1 *Machabæorum feſtum cur agat eccleſia. & nu. 2. & infrà.*

De Machabæis. CAPVT XX.

1 MAchabæi iſti, ſunt illi de † quibus fuit Iudas Machabæus, de quibus habetur in 1. Machab. Et cùm eccleſia occidentalis nullius alterius ſancti veteris teſtam. feſtum celebret: prout dictum eſt in proœ. huius partis: iſtorum tamen & Innocentium feſtum recolit: iſtorum quidem propter quatuor. Primò, quia
2 † paſſi ſunt propter legis obſeruationem: quia, videlicet carnes porcinas contra legem comedere noluerunt. Secundò, propter martyrij prærogatiuã: prout legitur in hiſtoria ſcholaſtica, quia enim inaudita ſupplicia, ſuper ſanctos veteris teſtamenti pertule-

runt: ideò in hoc priuilegiati sunt, vt eorum passio celebretur. Tertiò, quia ipsi fuerunt septem fratres: & numerus septenarius, est numerus vniuersitatis. Vnde in eis significantur omnes martyres veteris testamenti, celebritate digni: & omnibus illis in istis reuerentia exhibetur. Quartò, quia ipsi ostenduntur in exemplum martyribus noui testamenti: vt sicut illi pro legis Mosaicæ obseruatione passi sunt: ita & nos maximè, si necesse fuerit, parati simus pro Euangelica: & secundum hoc magis celebratur hoc festum, propter significatum, quàm propter significans. Quidam verò dixerunt, quòd illi Machabæi, sunt illi septem fratres, qui fuerunt filij Felicitatis.

S V M M A.

1 *Stephani protomartyris festum quo die agatur. & cur statim à natali Dominico.*

De inuentione S. Stephani. CAP. XXI.

SAncti † Stephani protomartyris inuẽtio facta fuit die illa, qua celebratur eius passio, & passus est die illa qua eius inuentio celebratur, scilicet in Augusto, sed festa per ecclesiam quatuor de causis trãslata sunt. Primò, quia cùm B. Stephanus fuerit protomartyr: & martyrium sanctorum sit eorũ natale in cœlis: meritò statim post natale Domini, natale protomartyris Stephani celebratur. Secũdò propter dignitatem: dignius nanque est festũ, quod est de morte, quàm aliud, & ideò cõpetenter tanquam dignius statim post natiuitatem collocatum est. Tertiò, quia officium passionis eius concordat officio natalis Domini. Vnde illud: Heri natus est Christus in terris, hodie Stephanus nascetur in cœlis. Quartò, quia in eius inuentione maxima multitudo hominũ venit: qui videntes miracula plurima quę fecit Deus in illius inuentione: maiori cultu diẽ illum celebrauerunt annuatim, quàm etiam diem mortis illius. Statuerunt ergo sancti Patres, vt festum passionis eius transferretur ad hanc diem inuentionis: & ad festũ inuentionis, festum passionis: quia festum passionis maiori cultu dignum est, vt populus hunc diem, qui natale Domini sequitur, feruẽtiori cultu celebret, quàm diem eiusdem festi in Augusto. Alia etiam ratio reddetur sub isto festo. 1

S V M M A.

1 *Domini transfiguratio, cur die sancti Sixti celebretur.*

2 *Dominicæ transfigurationis die consecratur vinum nouum. Et primæ fruges, atque fabæ nu.* 3.

De transfiguratione Domini. CAP. XXII.

SEquitur † de festo transfigurationis Domini, quod est in die beati Sixti, non quia tali die transfiguratio facta sit, sed quia 1

tunc

tunc ab Apoſtolis, qui ſecum fuerunt in monte, fuit manifeſtata & publicata, & prædicata. Præceperat enim Dominus, ne alicui dicerent, donec à mortuis reſurrexiſſet. Illi autem vſque ad hanc diem ſuper hoc tacuerunt. Transfiguratione enim conſtat factã fuiſſe circa principium Veris, eo ſcilicet die, quo dicitur Euangelium de transfiguratione, ſcilicet ſecunda hebdomada quadrage
2 ſimæ. Et † nota quòd in quibuſdam locis hac die conficitur ſanguis Chriſti de nouo vino, ſi inueniri poſſit aut ſaltem aliquantulum de matura vua in calice eliquatur. Benedicuntur etiã racemi ex quibus populus communicat, & eſt ratio hæc: In die enim cœnæ dicit Ieſus diſcipulis: Amen dico vobis: Amodò non bibam de hoc genimine vitis, donec bibã illud nouum in regno patris mei. Quia ergo hoc quod dixit nouum, & etiam transfiguratio pertinet ad illam glorioſam innouationẽ, quam Chriſtus habuit poſt reſurrectionem, & quam fideles poſt reſurrectionem ſunt habituri: ideò in hoc feſto ſanguis Chriſti ex nouo vino cõficitur, & propter hoc etiã hac die nouæ vuæ benedicuntur. Euticianus Papa ſtatuit, vt primæ † fruges & fabæ ſuper altare benedicantur.
3

S V M M A.

1 *Laurentius poſt B. Stephanum, primatum obtinet inter martyres. Et cur honorificentius præ cæteris colatur. & eius diei vigiliæ officiũ. nu. 2. Et diei nu. 4.*

3 *Leuita, quis.*

5 *Laurentius tria ſingularia habet priuilegia.*

De ſancto Laurentio. CAP. XXIII.

1 BEatus † Laurẽtius, quia poſt beatum Stephanum inter alios martyres primatum obtinet: vigiliam habet, non quia maiorem pœnam ſuſtinuerit, quàm alij: nam multitantam pœnã ſuſtinuerunt, ſicut beatus Vincentius, & B. Georgius, & alij quidã, ſed propter officium prædicationis & propter martyrij locum, quia Romæ: & propter bonam adminiſtrationem theſaurorum
2 eccleſiæ. Vnde incipit introitus † in vigilia ipſius: Diſperſit, dedit pauperibus. In die verò habet proprium officium, videlicet, confeſſio & pulchritudo, &c. & hoc ideò dicitur: quia propter confeſſionem fidei fuit aſſatus, & exaltatus, & apparuit eius ſanctitas, cùm non timuerit ſic tormentari pro Chriſto: quia verò ipſe in tormentis poſitus iubilabat, ac domino laudes cantabat, ideò ſequitur verſus: Cantate Domino canticũ nouum. In collecta verò illa: Da nobis quæſumus Domine, &c. orat eccleſia ſe ſic liberari per Dominum ab igne vitiorũ, & ipſa vitia in ſe extingui ſicut beatus Laurentius fuit liberatus ab igne tormẽtorum. Vnde ipſe dicebat tyranno: Diſce miſer quanta eſt virtus Domini: nam car-

Pſal. 110.

bones isti non dolorem, sed refrigerium mihi præstant. In epistola verò: Qui parcè. 1. Cor. 6. c. agitur de largitate eleemosynarũ faciendarum pauperibus: quod præceptum strenuè impleuit B. Laurentius, qui thesauros ecclesiæ dedit pauperibus, vt eum in hoc imitemur, dicitur. Iustitia eius manet in seculum seculi. Responsorium de passione eius est, eò q̃ igne probatus fuit, sicut aurum
Psal. 16. in fornace probatur: & hoc est quod dicit: Probasti cor meum, & vi. no. quia ad literã de nocte fuit affatus & à Domino visibiliter visitatus: & ideò dicebat: Mea nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt. Versus est: Igne me exa. & non est inuenta in me iniquitas, id est, inæqualitas: quia semper & perfectè in fide constans fuit. Vel non fuit inuẽta in eo iniquitas, scilicet peccati. Allelu-ia est de nobili ministerio eius. Et quia erat præcipuus minister, ideò in virtute Domini præcipuè orabatur: Leuita (inquit) Lauren. bonũ opus operatus est: qui per signũ crucis cæcos illuminauit. Leuita † idem est, quod assumptus vel offerens: quia ad 3
literam assumptus fuit ad ministerium diuinum. Vnde legitur ipsum dixisse B. Sixto: Quò progrederis sine filio pater? nunquid degenerem me probastu? experire certè: vtrum idoneum minstrũ elegeris, cui promisisti dominici sanguinis consecrationem. Item fuit Leuita, id est seipsum offerens. Vnde ipse in tormẽtis positus dicebat: Ego me obtuli hostiam Deo, in odorẽ suauitatis, & ideò de eo in nocturnali officio cãtat ecclesia: Meruit esse hostia B. Laurentius, qui dum assaretur, Dominum non negauit: & ideò inuentus est sacrificium laudis. Et quia Deus laudandus est de tanta patientia concessa martyri: ideò prædicta sub allelu-ia cantatur. In Euangelio † verò: Nisi granum frumenti cadens in terram bonã: 4
quod est Ioan 12. agit Dominus de ministris suis: & de præmio ipsorum, dicens. Primò de opere ipsorũ. Qui mihi ministrat, me sequatur, & post de primo adiungit, dicens: Et vbi sum ego, illic & minister meus erit: si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, &c. Cùm igitur inter ministros præcipuus fuerat B. Laurentius: ideò istud Euangelium in eius festiuitate cantatur. Sed quia priuilegiatum ministerium est prædicatio & confessio nominis Domini corã Regibus & Principibus: ideò sequitur offertoriũ: Confessio & pulchritudo in conspectu, &c. in postcommunione quoque agitur de ministris & merito ipsorũ. Qui mihi ministrat, me sequatur, &c. ad horas dicitur capitulum: Qui parcè. 2. Cor. 9 c. Et nota † q̃ iste sanctus propter tres prærogati- 5
uas suprà in principio positas, in tribus priuilegiatus est. Primò, quoniam ipse solus inter martyres habet ieiunium institutionis. Secundò, in octauis: quoniam iste tantum, & B. Stephanus octauas

nas habent inter martyres: sicut beatus Martinus inter confessores. De hac octaua dictum est in fine proœmij huius partis. Tertiò, in regressibus antiphonarum, in hoc enim festo quidam versiculi præmittuntur antiphonis: vt dictum est in sexta parte, sub dominica de trinitate. Beatus Laurentius fuit archidiaconus Romæ, post quem nullus dicitur ibi archidiaconus fuisse.

S V M M A.

1 *Maria virgo an fuerit adsumpta, vnà cum corpore. Et quoto ætatis anno. num. 2.*
3 *Adsumptionis Mariæ officium. & nu. 5.*
4 *Adsumptio Mariæ celebratur æstiuo tempore, idq; congruè.*
6 *Adsumptionis die cur Euangelium legatur de Maria & Martha. Et quid illæ duæ sorores designent. nu. 7.*
8 *Euangelia, sunt quatuor de beata Maria.*
9 *Adsumptio Mariæ, habet ieiunium, & octauas.*
10 *Adsumptionis die cur colligantur herbæ, & benedicantur.*

De adsumptione virginis gloriosæ Mariæ.

CAPVT XXIIII.

1 HIeronymus dicit quomodo beata Maria † adsumpta fuerit, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Augustinus verò dicit, quòd in corpore, veritas tamen est, quòd primò adsumpta est in anima: vtrum verò corpus in terra remansit, incertum habetur: & melius est piè dubitare, quàm aliquid circa hoc temerè diffinire: piè tamen credendum est, eam totaliter fuisse adsumptam. Verùm quædam religiosissima mulier Elizabeth nomine de partibus Saxoniæ asseruit sibi reuelatum fuisse, quòd post quadraginta dies post adsumptionem animæ, adsumptum fuit corpus: & inde composuit quendam tractatum: qui tamen non est authenticus. Refert Ephirius, quòd beata Virgo quando Christum concepit, erat annorum quatuordecim, & in decimoquinto anno ipsum peperit: & cum eo mansit annis triginta tribus: & post mortem Christi superuixit annis viginti quatuor: & secundum hoc tempore obitus sui erat annorum septuaginta duo. Probabilius, vt videtur dicunt alij: † quia
2 duodecim annis filio superuixit: & sic sexagenaria est adsumpta: cùm Apostoli totidem annis prædicauerunt in Iudæa, & circa partes illas. In hoc festo quædam dicuntur, quæ in ecclesiarum
3 † dedicationibus dicuntur, quia ad eam pertinent. Cantatur etiam de libro Canticorum, scilicet: Osculetur me osculo, &c. Responsoria enim antiphonæ & lectiones eædem sumuntur: qui liber est de amoribus, quia in carne manens maiorem habuit dilectionē, quàm aliqua creatura in carne viuēs, excepto Christo: & Cant. 8.

idcò

ideò propter excellẽtem charitatẽ, quam habuit in terris, meruit
ascendere super Angelos: & in carne enim præter carnem viuere,
non terrena, sed cœlestis vita est. Et †cõpetit hoc festum æstiuo 4
tempori, quia per calorẽ ignis charitas ascẽdit. Rursus legitur &
cantatur de cantico amoris, eò q; B. Virgo figurã tenet ecclesiæ.
Sicut enim ipsa mater est, virgo & sponsa: sic & ecclesia, mater
sanctorũ, nomen tenet virginitatis, & spõsæ virginitatis inquam
mentis, & fidei, quæ præualet virginitati carnis & sponsæ, quia
2. Cor. 9. ipsa est sponsa Christi. Vnde Apost. Despõdi vos vni viro virginẽ
castam exhibere Christo. Est autẽ, vt dicunt quidã, cantici legen-
da medietas vsq; ad octauas: alia verò medietas vsq; ad natiui-
tatem eiusdem Virginis reseruetur. Huic ergo congruè accedit,
quod circa festũ istud libri Salomonis legantur, & præmittũtur
antiphonis quidã versiculi: vt dictũ est in vj. parte, sub dominica
de trinitate. in Calcedonen. cõcilio, quod beatus Leo celebrauit,
statutum fuit, q; virgo Maria mater Dei appellaretur. Alij tamen
dicunt, q; in Ephesino iussu Cœlestini Papę primi celebrato. Item
nota, quod ille sermo Hier. Cogitis me, ô† Paula & Eustochium: 5
qui à quibusdã in ecclesia, in hoc festo legitur: sed nõ debet legi,
nisi in refectorio vel capitulo: quia ad hoc factus fuit. Dicitur au-
tem ad horas capitulũ: In omnibus requiẽ quęsiui. Ecclesiast. 24.
cap. in vigilia assumptionis, dicitur epistola. Ab initio, & ante se-
cula. Ecclesiast. 24. ca. Aliæ ecclesiæ dicũt: Ego quasi, quæ est ibi-
dem. Euangelium est: Exurgens Maria. Luc. 1. cap. Aliæ ecclesiæ
dicunt: Loquente Iesu ad turbas. 11. cap. Offertoriũ: Oratio mea
munda. Iob. 16. c. Cæterùm in Missa diei legitur epistola: In om-
nibus requiem quæsiui, &c. In omnibus enim quæsiuit vitã æter-
nam, & ideò habuit illam. Sequitur: Et qui creauit me, requieuit
in tabernaculo, id est, in vtero meo. Et quia dominus in vtero B.
Mariæ virginis requieuit, ideò ipse dedit illi suũ tabernaculum,
id est, cœlum. Et sicut ipsa, duo fecit thronũ grandem. Vnde ipsa
dicit: Magnificat anima mea dominum, & 3. Reg. 10. Thronum
fecit Rex Salomon de ebore grandẽ: & ita ei fecit dominus thro-
num grandem in cœlo, quando exaltauit eam super Angelos.
Euangelium legitur † de Martha & de Maria, scilicet, Intrauit 6
Iesus Luc. 10. quod prima facie pertinere non videtur: tamen be-
nè pertinens est secundũ allegoriã. Intrauit enim Iesus in quod-
dam castellum, id est, in beatã Virginem, quæ dicitur castellum,
quæ est terribilis dæmonibus & benè se muniuit contra diabolũ,
& vitia. Diminutiuè autem dicitur castellũ, propter humilitatem.
Et dicitur quoddã, propter singularitatẽ: quia nec primã similem
visa est, nec habere sequentẽ: & Martha, id est, actiua vita recipit
eum.

eum. Diligentissimè enim nutriuit puerũ suum,& tulit in Ægyptum, & prius se probauit in actiua vita, eundo ad Elizabeth, & seruiendo ei, & sicut ipsa fuit Martha in actiua vita: ita & fuit Maria Magdalena in cõtemplatiua. Vnde in alio Euangelio habetur: Maria conseruabat verba omnia, hæc conferens in corde
7 suo.† Hæ autem duæ sorores significant vitam actiuam & vitam contemplatiuam, quæ plenè fuerunt in beata virgine Maria, per quas ipsa sublimiter, honorabiliter atq; delectabiliter in seipsa recepit Christũ. Illud autẽ notandum est, quòd quatuor sunt Euan
8 gelia de B. Maria virgine. † Vnum est: Missus est Angelus, quod non debet dici, nisi in aduentu Domini, & in Annuntiatione eius. Alia tria possunt cantari, quoties de ipsa peculiaris Missa cantatur, tanquam communia, quæ sunt ipsa: Extollens vocem mulier, &c. aliud: Abiit Maria in mõtana, &c. aliud: Stabat iuxta cru-
9 cem, &c. † Item nota quòd hoc festũ habet ieiunium & octauas, quod nõ habet aliud festum de illa. Hoc enim festum maius est omnibus aliis, quæ fiunt de illa. Similiter & de quolibet sancto maius festum est transitus illius, quàm aliud de illo, quia de mi-
10 seria transit ad vitam: excepto de Ioãne Baptista. † Quare autem herbæ colligantur, & benedicantur, in hoc festo, ipsa legenda indicet, quia beata Maria comparatur rosæ & lilio. Vnde sicut spina rosam genuit Iudæa Mariam. Officium beatæ Mariæ virginis debet quotidie, sed in sabbato solenniter dici: prout dictum est in sexta parte, sub titulo de tempore aduentus. In quibusdam tamen ecclesiis non dicitur à quinta feria cœnæ Domini, vsque ad octauas Pentecostes, dicentes, quòd tunc in ecclesia omnia breuia debent esse. Legitur tamen, cùm quidam Sacerdos aliam fortè Missam nesciens, omni die Missam de beata Virgine celebraret, Episcopus eum ab officio suspendit, sed Virgo beata ipsi Episcopo ex hoc grauissimè comminata est: & ideò ipse suspensionem huiusmodi relaxauit.

SVMMA.

1 *Bartholomæi festum variè celebratur.* 2 *Bartholomæi statura.*

De sancto Bartholomæo Apostolo.

CAP. XXV.

1 BEatus † Bartholomæus, primò prædicauit: vt dixit beatus Theodorus Abbas in Lugdonia, posteà in India, deinde in Albania in ciuitate Armeniæ, vbi primò excoriatus, & posteà decollatus est: deinde translatus dicitur Beneuentum, quãuis hodie Romæ esse dicatur. Quidam autẽ celebrãt festum excoriationis, & quidam decollationis, sicut dictum est in sexta parte sub quar-
2 ta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Et † nota, quòd inquirentibus

bus beatum Bartholomæum, Dæmon ipsum ita descripsit, dicēs, Capilli eius nigri, & crisei: cato candida, oculi grandes, nares coæquales, & directæ, barba prolixa, habens paucos canos, statura æqualis, collobio albo eleuato, & purpura vestitur, induitur albo pallio, quod per singulos angulos habet gemmas purpureas.

SVMMA.

1 *Ioannis decollatio.*
2 *Herodes tres fuêre.*
3 *Ioannis Baptistæ caput, vbi humatum. Et vbi, quando, & à quo inuentum. num. 4.*
5 *Ioannis Baptistæ officium ecclesiasticum in decollatione.*

De decollatione sancti Ioannis Baptistæ.

CAP. XXVI.

FEstum † decollationis beati Ioan. celebrat ecclesia, quia pro veritate mortuus est: sed non sic solenniter sicut festum nati- 1
uitatis eius, eò quòd descendit ad inferos, sicut dicit Greg. super illud: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Fuit autem decollatus in tẽpore paschali per Herodem Regem anno. xxxij. à natiuitate domini, scilicet anno præcedente passionem domini: & ipse in anno xxx. cœpit prædicare: & ita hoc festum est de decollatione. Et no. q; tres fuerunt † Herodes, quos eorũ infamis cru- 2
delitas fecit famosos. Primus dictus est Herodes Aschalonita, sub quo natus est dominus, à quo innocentes occisi sunt. Secundus, Antippas, qui Ioan. decollauit. Tertius, Agrippa, qui Iacobũ occidit, & Petrum incarcerauit. Vnde versus: Aschalonita necat pueros, Antippas Ioãnem, Agrippa Iacobum: claudens in carcere Petrum. Sanè decollato Ioanne discipuli eius corpus sepelierunt in Sebasta, vrbe Palestinæ, & caput in Hierusalem humatum est iuxta † Herodis habitaculũ, & vbi corpus sepultum iacebat: multa 3
Deus miracula operabatur. Vnde multitudo Christianorũ illuc confluebat. Quod vidēs Iulianus apostata iussu eius gentiles ad dedecus S. Ioannis confregerunt mausolũ & ossa eius per agros sparserunt. Sed cùm Christiani illuc venirẽt, & miracula non cessarent, iterum gentiles ossa collegerũt, & combusserunt: sed digitus ille, quo dominum ad Iordanem venientẽ monstrauit, dicēs: Ecce Agnus Dei, &c. non potuit cõburi. Multi tamen Christiani monachi à Hierosolymis, qui intererant cũ gentilibus ossa colligentibus, quot occultare poterant reseruauerunt, tulerúntq; ossa ad Philippũ Hierosolymitanũ Episcopũ, qui misit ea per Iulianũ diaconum Anastasio Alexãdriç Episcopo, quæ post Theophylus vrbis eiusdem Episcopus, in templo Serapis reposuit, & Basilicam in honorem eius cõsecrauit. Vnde hoc festũ de decollatione & com-

bustione ossium est, secundum Magistrum Guilbertum, quod celebrat ecclesia, quasi pro iam mortuo, secundum martyrium: quia in suis ossibus quodammodo passus est. Alij dicunt, q; beata Tecla digitum B. Ioannis, qui comburi non potuit, de vltra marinis partibus afferens in Morianã ibi ad honorem B. Ioannis fundauit ecclesiã, & hac die dedicata est ei ecclesia. Ideoq; statutum fuit à domino Papa, vt hæc dies ad honorẽ B. Ioannis, per totum mundum semper celebris haberetur: & secundum hoc videtur,
4 quòd debet dici festum dedicationis. Rursus † B. Ioannes, caput suum quod in Hierusalem fuerat humatum, reuelauit duobus Monachis orientalibus: qui Hierusalem adorare venerant, qui iuxta Herodis habitaculum illud. vij. Cal. Martij inuenerunt: sed post ab aliis perlatum est in Ediſſam ciuitatem, & in quodam specu ignobiliter reconditum, donec denuò Marcello presbytero fuit reuelatum, & per eiusdem vrbis Episcopum. iiij Cal. Septembris reuelatum: ex quo tempore cœpit in eadem vrbe decollatio celebrari: ea die, vt arbitror: quo caput est reuelatum, & ita hoc festum potest dici reuelationis. Hoc ergo festum potest esse de decollatione, vel de collectione ossium: vel de dedicatione eccle-
5 siæ ad honorem illius: vel de reuelatione. Hac † die dicũt quidam epistolam: expectatio. Prouer. 10. cap. Et Euangelium: Misit Herodes. Mar. cap. 6. & alleluia. Erat lucerna. Ioan. 5. cap.

S V M M A.

1 *Felix & Audactus socij in passione. Et vnde nomẽ sortitus Audactus.*

De sanctis Felice & Audacto. CAP. XXVII.

SCiendum est, q; cùm beatus † Felix traheretur ad mortem pro nomine Christi, quidam repentè se in medio protulit, dicens: Ego sum Christianus. Dixerũt carnifices, ergo venies & tu. Cùm autem nomen illius ignoraretur, vocatus est Audactus, quasi B. Felici audacter associatus: sicut & B. Ioannes Alexandrinus Episcopus ob eximiam in pauperes Christi pietatẽ Ioannes eleemosynarius dictus est. Cuius festũ nono Cal. Februarij celebratur.

S V M M A.

1 *Mariæ natiuitas cur celebretur ab ecclesia.*
2 *Natiuitas Mariæ, antiquitus non celebrabatur.*
3 *Natiuitas Mariæ non habet iciunium institutionis.*
4 *Ecclesia treis natiuitates celebrat, quæ designant treis natiuitates spirituales.*

De natiuitate beatæ Mariæ. CAP. XXVIII.

1 FEstum † natiuitatis B. Mariæ virginis, quando videlicet in mundo nata est, ideò celebratur, quia fuit in vtero sanctificata, iuxta illud Psal. Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus.

In

In hoc festo legitur genealogia Saluatoris: imò ipsius B. Mariæ virginis: quia de eadem fuerat genealogia, vnde legitur euangelium Matt. 1. ca. Liber generationis Iesu Christi: de qua dictum est in vj. parte, sub natali, & sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi. Et epistola: Ego quasi. Eccles. 24. cap. Aliæ ecclesiæ dicunt: Dominus possedit me. Prouer. 8. cap. Cantatur etiam historia de laudibus ipsius virginis Mariæ. In quibusdam tamen ecclesiis leguntur cantica canticorũ, quæ magis pertinet ad festum assumptionis virginis Mariæ: prout ibi dictum est: dicitur etiam ad horas capitulum: Ego quasi vitis. Eccl. 34. ca. Sanè hoc festum olim †non celebrabatur: sed quidam vir religiosus pluribus annis audiuit Angelos in hac nocte solennizantes in cœlis, cui causam quærenti reuelatum est Angelos gaudere: quoniam beata virgo nata fuit in illa nocte: quod Apostolicus authenticauit, & festum celebrari præcepit: vt in solennizando cœlesti curiæ conformemur. †Non autem habet festum hoc ieiunium institutionis: potest tamen habere deuotionis. Olim etiam non habuit octauam: sed Innocen. Papa quartus eam instituit. Vacante enim Romana ecclesia per obitum Greg. Papæ, nouis Cardinalibus concordare nequeuntibus: Romani post plures dies eis inclusis, multiplices molestias inferebant: propter quod Cardinales Reginæ cœli vouerunt, quòd si eius meritis concordarent, & abire liberè possent, octauam suæ natiuitatis diu neglectam, celebrandam de cætero statuerent. Sicq; ad Cœlestinum Papam conuenerunt, & liberati sunt. Sed quia idem Cœlestinus vixit solũ. xviij. diebus, nõ potuit votũ implere: quod postmodũ dictus Innocentius eius successor impleuit. Et †nota quòd ecclesia tres natiuitates solẽnizat, scilicet Ioannis Bapt. & B. Mariæ & Christi: siquidem Ioãnes fuit lucifer: quia sicut lucifer præcedit Solẽ: sic ipse Christum. Primus enim apertè prædicauit: Maria fuit aurora: natiuitas Christi ortus Solis: quia in eo splendor patris apparuit. Prædictæ autem tres natiuitates designant tres spirituales natiuitates. Nam renascimur cum Ioan. in aqua: cum Maria, in pœnitentia: & cum Christo in gloria. Cùm igitur oporteat, quòd cõtritio præcedat natiuitatem baptismi in adultis, & natiuitatem gloriæ similiter, ideò meritò illæ duæ vigilias habent. Sed cùm pœnitentia tota sit pro vigilia, non oportuit, quòd ipsa vigiliam haberet: & ideò hoc festum vigiliam siue ieiunium non habet. Et est sciendum quòd beatus Fulbertus episcopus Cardinalis fecit illa tria responsoria: Stirps Iesse, Solem iustitiæ: &, Chorus nouæ Hierusalem.

S V M M A.

1 *Crucis exaltatio, vnde ortum duxerit.*

2 *Crucis inuentio, superior est exaltatione.*
3 *Crucis exaltatio, quod habeat officium.*

De exaltatione sanctæ Crucis. CAP. XXIX.

1 EXaltatio † S. Crucis dicitur: quia Cosdroës Rex Persarũ Hierosolymã venit: & lignum dominicum cùm inde secum tulit, & facta domo cœlo simili, & in eadem sedem sibi fecit: & lignum à dextris posuit loco filij: gallum verò à sinistris, loco spiritus sancti, & ipse stans in medio, se Deũ vocari iussit. Quod audiens Eraclius Imperator Rom. acie mouit iuxta Danubium, qui fluuius est Persarum: non hũc, qui in Sueuia nascitur, sed alium eiusdem nominis, inde victo filio Cosdroë singulari certamine crucem Domini tulit: & cùm appropinquaret in magna pompa Hierusalem, portæ ciuitatis per Angelum clausæ sunt, ne intraret: qui cùm vehementer admiraretur, audita est vox de cœlo, dicens: Regem Regum non sic intrasse Hierusalem phaleratum: quãdo pro omnibus pati venit, sed humilem & super asinam sedentem. Et statim recognoscens elationem suam, de equo descendit, & humiliatus est valdè: & portæ ei sponte apertæ sunt: & nudis pedibus ciuitatem intrauit, & in eius introitu multi diuersorum morborum generibus detenti, curati sunt per crucem, & Imperator ipse in has deuotissimas crucis prorupit laudes, dicens: O crux splendidior cunctis astris, mundi celebrior hominibus, &c. Ille ergo crucem exaltauit, & exaltationis diem in futurum episcopis sibi consentientibus in suo imperio statuit esse solennem. Sergius verò Papa, longis post tẽporibus in sacrario beati Petri inuenit capsam argenteã, & in ea crucẽ, ex saluriferi ligni magna portione compositam: lapidibus pretiosis adornatam: quæ posita in
2 basilica Saluatoris, adoratur à populo in die exaltationis. † Est autem maius festum inuentionis, quàm exaltationis, propter authoritatem instituentis. Nam illud à Papa, scilicet Eusebio: istud
3 ab Imperatore statutum est. In † hoc festo dicitur epistola, quæ dicitur in ramis palmarum: quia in ea agitur de exaltatione sanctæ Crucis. Alij legũt illam: Christus factus est. Ad Philip. 2. cap. Legitur etiam in quibusdam ecclesiis euãgelium in quo fit mentio de aduentu Christi & fulgore. Sicut fulgur exit, &c. quod dici consueuit tempore aduentus. In aliis verò dicitur euangelium de Nicodemo, quod quidam dicunt in festo inuentionis sanctæ Crucis: ibi enim dicitur. Sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. Communiter tamen dicitur, quòd melius est euangelium: Nunc iudicium est mundi. Ioan. 12. cap. in quo dicitur: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Præfatio verò illa dicitur, quæ ante Pascha

per quindecim dies, seu in quibusdam ecclesiis per quinque dicitur, vel vt alij volunt, illa, quæ dicitur in tempore paschali. dicitur etiam ad horas capitulum: Christus factus est pro nobis, ad Philip. secundo capitulo.

SVMMA.

1 *Matthæus, Leuita fuit & Hebræus.*

2 *Matthæus, itẽ alij Euãgelistæ, quibus temporibus scripserint Euãgelia.*

De festo S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ. CAP. XXX.

BEatus † Matthæus Leuita fuit. Erat autem Hebræus, & ideò 1
Hebraicè scripsit Hebræis in Iudæa: sed postea liber eius fuit translatus in Græcum: deinde in Latinũ. Et nota, ꝙ euangelium quod ipse propriis manibus anno Domini xl. scripsit, cum ossibus B. Bernabæ repertum est. Quod quidem euangelium B. Barnabas secum ferebat: & super ægros illud ponens tam fide Barnabæ, quàm merito B. Matthæi continuò liberabat. Matth. verò edidit Aquileiæ Euangelium anno Domini xliiij. Dicitur hodie epistola: Vnicuique vestrum. Ephe. 4. ca. Alij verò dicunt: Similitudo vultus. Ezech. 1. c. Euangelium est: Dum transiret Iesus. Mat. 9. ca. In vigilia verò est Euangelium: Vidit Iesus Publicanum. Luc. 5. cap. Prædicauit † autem sub Caio Caligula Imperatore, qui sic 2
dictus est, quoniam natus est in expeditione: & coopertus est caligis. Ioan. autẽ scripsit sub Nerua, Marcus sub Nerone, de Luca incertum est: quidam tamen dicunt quòd sub Nerone.

SVMMA.

1 *Mauricij & sociorum vita, & finis.* 2 *Thebæ plures.*

De S. Mauricio & sociis. CAP. XXXI.

CVm Galli † exercuissent exercitum in Romanos, Dux Ægy 1
pti collegit exercitũ in quo fuit B. Mauricius, qui sub se habebat legionem, in qua erant. vj. M. cccccclxvj. Cùm ergo essent in exercitu, tyrannus voluit eos cogere adorare Idola, qui noluerunt: & propterea decimam partem accepit tyrannus, & interfecit: quod videns beatus Mauricius cõuertit sermonem ad socios, orans vt viriliter starent: & sic ab eo confortati, passi sunt martyrium. Fuerant autem baptizati antè, quàm Romam venirent. Et nota, quòd dicitur † de Mauricio & Thebæa legione, quòd inue- 2
niuntur plures Thebæ: vna in Ægypto, vbi sunt Mauri: altera in Græcia, vbi sunt Thebani: alia in India: vbi sunt Thesbytæ. Isti socij Mauricij erant de Ægypto.

SVMMA.

1 *Lucas, cuias fuerit, & quando ad fidem nostram accesserit.*

2 *Lucas, à quo acceperit potissimum quæ scripsit.*

De

De festo S. Lucæ Euangelistæ. CAP. XXXII.

1 LVcas Syrus † fuit natione, & Antiochenus Patriarcha, & prædicauit in Bithynia: vbi sua morte, non martyrio vitam finiuit. Fuit etiam pictor & Medicus, & secundum Hiero. fuit discipulus Apostolorum, & non Domini, venit enim ad fidem post Domini resurrectionem, vt legitur in glos. super Exod. licet quidam dicant, ꝙ fuerat de lxxij. discipulis domini: & scripsit euangelium in Achaia. Vixit autem octoginta quatuor annis, ipse euangelium & Actus Apostolorum composuit. Fuit discipulus beati
2 Pauli: à quo † didicit, quod docuit, sicut & beatus Marcus à beato Petro. In Prologo tamen Euangelij sui, inuenitur, quod ipse didicit multa à quibusdam, qui in principio cum Domino fuerunt. Sed beatus Paulus non fuit à principio cum Domino: ergo non didicit ab eo, quod docuit. Solutio, quædam didicit ab eo, & quædam ab aliis, sed maximè à beato Paulo. Creditur tamen ꝙ ipse ad beatam Virginem tanquam ad aream testamenti recurrens, ab ea de multis certificatus fuit, præcipuè de his, quæ sibi soli constabant: sicut de angelica annuntiatione, & Christi natiuitate, & huiusmodi, de quibus solus Lucas agit.

SVMMA.

1 *Iacobus minor, & Simon, fratres Domini.*

2 *Iudas variè appellatus est.* 3 *Simon, vbi prædicauit.*

De festo Apostolorum Simonis & Iudæ. CAP. XXXIII.

1 IAcobus † minor frater Domini, & Simon & Iudas, & Ioseph, qui & Barsabas & etiam Iustus cognominatus est, ne propter iniustitiam ab Apostolatu fuisse reprobatus credatur: fratres fuerunt filij Mariæ Cleophæ, quæ Alphæo nupta fuit. Simon autem iste dictus est zelotes, dictus est & Simon Chananæus, à Cana vico Galileæ, ꝙ idem est: cana enim zelus interpretatur. Habuit enim
2 magnum zelum animarum. Iudas † enim multipliciter cognominatus est. Dictus est enim Iudas Iacobi, supple frater: vt præmissum est. Dictus est etiam Thadæus, à tracha quod est regia vestis, & Deus: vel Thadæus interpretatur, apprehendens Principem. Ipse enim fuit vestis regia per ornamenta virtutum: per quas apprehẽdit Principem Christum. Dictus est etiam Lebæus, quod sonat, cor, vel corculus, id est, cordis cultor. Inter præmissum Ioseph & Mathiam sortes iactatæ sunt: & de Simone dicitur, quod crucifixus mortuus est. Alij tamen dicunt, quod non est iste: sed Simon, qui fuit filius Cleophæ, crucifixus est. Iste
3 †Simon prędicauit in Ægypto: posteà, ergò venit in Hierusalem, & ibi fuit episcopus post beatum Iacobum minorem, qui dictus

est frater Domini,& ibi crucifixus est. Vixit autem cxx.annis,& suscitauit antequam moreretur xxx. mortuos. Vnde in eius legenda inuenitur,quòd terdenos mortuos mersos fluctibus humanæ vitæ reddidit vsibus. Filium enim hospitis sui mersum fluctibus suscitauit. Mortuus autem est in Bothoro. non in Postophorio. Postophorium,vt quidam volunt est porticus templi,in quo iacebant custodes templi. Iudas autem prædicauit apud Persas & Medos: & mortuus est apud Armenos.

SVMMA.

1 *Pantheon à quo,quo tempore,& cur Romæ ædificatum.*
2 *Sanctorum omnium festum,vnde primum.& nu.3.Et quibus de causis institutum.num.4.* (*num.6 8.*
5 *Sanctorum omniũ festum ieiuniũ habet institutionis.Et eius diei officiũ.*
7 *Sanctorum omnium diei,quo ordine legantur lectiones.*

De festo omnium sanctorum. CAP. XXXIIII.

CVm singula Idola Romanorum Romæ templum † habere 1
non possent,Romani vnum templum in honorem Cybeles matris Deorum,& omnium Deorum ipsorum fecerũt,quod dictum est πάνθεον,à πᾶν,quod est totum, & θεὸς, Deus. Succesſu verò temporum Bonifacius Papa petiit à Phoca Cæsare Imperatore Constantinopolitano,qui præerat Romanis,templum illud sibi dari. Quo † obtento,abiectis inde Idolis, dedicauit illud 2
quarto Idus Maij,ad honorem B.Mariæ virginis, & omniũ Martyrum:& dictum est festũ illud B.Mariæ ad martyres. Nondum enim fiebant festa de Confessoribus, sed solum de Martyribus. Vnde tunc institutum fuit festum beati Ioannis ante portam Latinam, occasione martyrij: quod quantum in se fuit, sustinuit. Statuit ergo idem Papa,vt singulis annis illa die celebraretur festum de Martyribus, sicut in Calendis eiusdem mensis celebrabatur festum Apostolorum,& in honorem beatæ Mariæ, & omnium martyrum cantauit ibi,terribilis est locus iste, in quo est salus,&c. Quod tantum in dedicatione ecclesiæ solet dici.Verùm Grego.quartus,hoc festum martyrum transtulit ad Calendas † Nouembris,vt tunc collectis terræ frugibus conuenienter 3
ad hoc festũ possent copiosius victualia inueniri,instituens tunc fieri festum, non solum Apostolorum & martyrum: sed etiam Trinitatis,& Angelorum,& Confessorum, generaliter omnium Sanctorum & Sanctarum, & etiam electorum: vt patet in hymno,& illius officiũ ordinauit.Institutum † autem fuit hoc festum 4
quatuor de causis. Primò propter præmissam templi dedicationem. Secundò,propter omissorum festorum suppletionem.Non enim propter ipsorũ multitudinẽ de omnibus festare specialiter

vale

valemus. Tertiò, propter negligentiarũ in festis, quę celebramus, commissarum expiationem. Et hæc ratio tangitur in sermone, qui hac die in ecclesia recitatur, vbi ita dicitur: Decretũ est, vt die ista omnium Sanctorum memoria habeatur: vt quicquid humana fragilitas per ignorantiam, aut negligentiã, vel per occũpationem rei secularis in solennitatibus Sanctorum minus peregisset, in hac sancta obseruatione persoluatur. Quartò, propter faciliorem orationum nostrarum impetrationẽ. Facilius enim quod petimus, obtinebimus, si simul omnes intercedant pro nobis: quia impossibile est multitudinem nõ exaudiri. Vnde in oratione hodierna dicitur: multiplicatis intercessionibus largiaris. Quare autem festa Sanctorum celebrentur, dictum est in proœ. huius partis. Hoc † festum habet ieiuniũ institutionis: nec debet quis comedere illa die vsque ad vesperas, nec ieiunium debet mutari, vt quidã faciunt propter S. Quintinum. Quia verò hoc festum omnium Sanctorũ est generale, ideò variatur illius †officium, prout habetur varietas omniũ sanctorũ. Prima enim antiphona, & prima lectio, & primum responsoriũ de Trinitate cantatur: quia festum est Trinitatis: secundo loco cantatur de beata Maria: tertio de Angelis, quarto de Prophetis, quinto de Apostolis, sexto de Martyribus, septimo de Confessoribus, octauo de Virginibus, nono de omnibus simul. † Authoritas autem illius officij obseruatur in lectionibus: nam in quibusdam ecclesiis in hoc festo maior in ecclesia, etiam Episcopus si præsens fuerit, lectionem legit de Trinitate, scilicet primã, vel Decanus, vel saltem sacerdos, & sic fit descensus per personas in legẽdo, vsq; ad pueros. Octauã nanq; lectionẽ de virginibus, legit vnus ex pueris: nam semper nonam lectionẽ maioris est legere. Octauum etiã responsoriũ dicunt de virginibus, scilicet Audiui vocem, & cantatur à quinq; pueris coram altare B. Mariæ virginis, si fuerint ibi, candelas in manibus tenentes ad repræsentationẽ quinq; prudentiũ virginum lampades ornatas accensas habentium. † Dicitur etiã capitulum: Vidi turbam. Apoc. 8. Ad missam verò dicitur epistola: Ecce ego Ioan. quæ est Apoc. 5. c. Allelu-Ia. O quàm glorioſum. Apoc. 7. c. Euang. Videns Iesus turbas. Mat. 5. cap. In vigilia verò dicitur Epist. Ecce ego Ioan. Apoc. 5. c. Euang. Descendens Iesus. Luc. 6. cap.

1 6 7 8

S V M M A.

1 *Mortuorum officium dicitur, agenda, vel exequiæ, & quare.*

2 *Mortuis cur officium institutum, & à quibus primùm. nu. 3. 4.*

5 *Mortuorum memoria, à variis variè fit, quæ percurrit generatim per nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Mortuorum anniuersarium obseruatur triplici de causa. & nu. 15. 16.*

17 *Anniuersarium an celebrari debeat, aut possit die festiuo.*
18 *Mortuorum officium quotidie usurpare an indecens.& nu.19.*
20 *Mortuorum nomine suffragia facta, quid prosint.* (*communis.*
21 *Eleemosyna facta nomine vnius specialis defuncti, an plus prosit, quàm*
22 *Mortuis an prosint suffragia homini in peccato iacẽtis, vide & nu.23.*
24 *Mortui an sciant suffragia, quæ eorum nomine fiunt.& num.25.*
26 *Mortui an curent viuos.*
27 *Mortuorum officium, imitatur Christi sepulturam.& nu.28.29.*
30 *Pax dari non debet in Missa defunctorum.& nu.31.* (*ti dicitur.*
32 *Mortui corpus non debet esse in ecclesia, quandiu de tempore cõcurren-*
33 *Mortuorum officium vnde incipit,& eius forma.& nu.34.*
35 *Sacerdos Missam defunctorum celebrans vt eius mortem incurrat,*
36 *Mortui cadauer lauare, quid referat.* (*deponatur.*
37 *Mortuus à quibus sit portandus ad sepulturam.*
38 *Mortui corpus qua forma & solennitate condatur in spelunca,& qua liter sepeliatur.num.39.aut quo habitu.40.41.*
42 *Christus, an post resurrectionem fuerit aliquibus vestibus vsus.*
43 *Homines an erunt nudi post diem iudicij, an verò amicti.*
44 *Defuncti an loqui possint.* 45 *Missa defunctorum.*

De officio mortuorum. CAP. XXXV.

HOc loco de officio mortuorũ dicendũ est. Et † quandoque 1
vocatur Agenda, ab ago agis: quia inter cæteras sui significationes agere idem est, ꝙ celebrare. Inde ergo officiũ ordinatum ad celebrẽ defunctorũ memoriã, agenda vocatur: quandoq; etiã vocãtur exequiæ, ab exequor exequeris: quia inter alias sui significationes, exequi idem est ꝙ extra alia sequi. Officiũ ergo seu obsequiũ in sepulturis mortuorũ exequiæ vocãtur: quia celebratur dũ mortui extrà viuos sepeliẽdi ferũtur, vel quia extra horas canonicas speciales, & singulares habẽt obseruantias. Sanè hoc officium continuatur festo omniũ sanctorũ: & sunt tres dies continui tribus mysteriis deputati. Nam vigilia omniũ sanctorũ, dies est afflictionis: solennitas, dies exultationis: hodie verò dies orationis. In primo nos ieiunãdo affligimus, præsentis vitæ miseriã recolentes. In secundo beatitudini sanctorũ congaudemus, gratiarũ actiones Domino referentes. In tertio pro his, qui in purgatorio detinentur oramus: eis modò pœnam minorẽ, modò plenam absolutionem orationibus impetrantes. Siquidem † cõmemora- 2
tio omniũ fidelium defunctorũ instituta est fieri ab ecclesia tali die, vt generalibus beneficiis adiuuentur, quia spiritualia habere non valent. de conse.di.j.visum. sicut & de festo omniũ sanctorũ præmissum est. Sicut enim Petrus Damianus ait S. Odilio competiens, quòd apud Vulcanum Siciliæ crebræ voces & vlulatus

dæmo

dæmonum audiebantur plãgentium, pro eo q̃ animæ defuncto
rum per eleemosynas & orationes de eorũ manibus eripiebantur, ordinauit in suis monasteriis, vt post festũ omniũ sanctorũ fieret cõmemoratio defunctorũ, quod fuit postmodũ à tota Ecclesia approbatũ. Primò ergo videamus, à q̃bus institutũ fuit officiũ mortuorum. Secũdò, vbi habuit initiũ. Tertiò, de modo celebrãdi illud. Quartò, de modo sepeliendi. † Fuit ergo primò institutum ab Apostolis: sed ab Origene, vt testatur Isid. in lib. de Eccleſiast. officiis, fuit adauctũ & ex maxima parte ordinatum. Vnde ipsum cõmẽdat beatus Aug. in enchiridion, dicẽs eũ fuisse secundũ in Ecclesiasticis officiis post Apostolos. Hoc † officium initium habuit in veteri lege. Nã sicut ait Ambr. xij. q. ij. q̃a mortuo Iacob, Ioseph, & alij fratres sui cũ multis Ægyptiis attulerũt eũ in Ebron: sed prius fleuerũt. xl. diebus in Ægypto: & postea fleuerũt eũ. vij. diebus in area Achad. Gen. 50. c. Item legitur in Deut. vlt. c. q̃ mortuo Mose fleuit populus Israël. xxx. diebus: & similiter fecerũt de Aarõ & de Maria. Itẽ, dicit Salomõ: Luctus filij sapiẽtis mortui, septẽ diebus: Luctus stulti filij, sempiternus: ideò, quia in æternum morietur. Nota aũt, q̃ † quidam faciunt memoriam, pro defunctis die tertia: seu per tres dies repræsentantes triduanã Domini sepulturã: seu respectũ habẽtes ad resurrectionem Christi, q̃ tertia die resurrexit, resurrectionẽ cũ Christo mortuis peroptãtes: seu ad trinitatẽ: vel vt quia viuentes tripliciter peccauerũt, videlicet cogitatione, verbo & opere, remittãtur eisdem. Alij verò faciũt missam celebrari septẽ diebus seu per septem dies, & vtrunq; ostenditur in lib. Num. 19. c. vbi dicitur, q̃ q̃ tetigerit cadauer mortui hominis, immundus erit septẽ diebus: vnde aspergatur aqua tribus diebus & septem. & sic mũdabitur. de consec. di. j. aqua. Sanè immundus propter cadauer mortui hominis, significat pollutam animam propter mortua opera. Celebratur ergo per septem dies. primò, vt † defunctus ad Sabbatum æternæ quietis citius valeat peruenire. Secundò, vt ei remittãtur omnia peccata, quæ cõmisit in vita, quæ per septẽ dies ducitur. Tertiò, propter septenariũ animæ & corporis. Anima enim tres habet vires. s. rationabilitatem, concupiscibilitatem, & irascibilitatem. Corpus verò constat ex quatuor elementis, vt ergo peccata, quæ homo per hoc septenariũ siue in hac vita, quę per septem dies ducitur, cõmisit, deleãtur, septenariũ mortuis celebratur. Quartò sicut filij Iacob defuncti fleuerunt per septem dies, vt præmissum est: ita & Ecclesia pro suis defunctis celebrat officium septem diebus. Quidam † autem faciunt nouendinale, id est, officium nouem dierum, vt per hoc officium

3 4 5 Eccle. 23. 6 7

mortuorum animæ à pœnis liberatæ, nouē Angelorum ordinibus associentur. Hoc aũt à quibusdam non approbatur, ne gentiles imitari videamur: à quibus hoc sumptũ esse videtur, qui nouē diebus lugebãt mortuos suos: & in ix. die cineres eorũ pyramidibus, vel in bustis recondebant. Alij verò celebrari faciunt † pro defunctis .xxx. dies vel xxx. die. Primò, quia filij Israël tot dieb⁹ fleuerunt Mosen & Aaron, vt præmissum est. Secũdò ideò, quia terdecem faciunt .xxx. per ter enim trinitatem: per decẽ decalogum intelligimus. Ter denariũ ergo à mortuis facimus: vt quod in obseruatione decalogi seu præceptorũ Christi & cõtra trinitatem peccauerunt, eis Dei misericordia cõdonetur. Tertiò, qa numerus lunæ .xxx. diebus perficitur, ideò .xxx. die, vel xxx. diebus fit mortuis officium: vt opera eorũ coram Deo plena esse intelligãtur. † Quidã quoq; quaterdecies celebrãt siue quadragenarium faciunt: vt quod illi in doctrina quatuor euãgeliorũ & in x. præceptis legis peccauerunt sibi condonetur. † Rursus, qui diẽ quadragesimum seruãt, repræsentant dominicã sepulturã, optantes mortuos gloriã habere cũ Christo q quadraginta horis iacuit in sepulchro computata hora, in qua emisit spiritũ, & vlt. hora noctis dominicæ, in qua resurrexit, secundùm Augu. repræsentant etiam, q vt præmissum est mortuo Iacob filij eius luxerũt quadraginta diebus. † Alij quinquagenarium faciunt: quoniam sicut Beda & Greg. dicunt in gl. super locum illum, vbi habetur, quòd Abrahã quæsiuit à Domino volente subuertere Sodomã, si quinquaginta fuerint ibi, nunquid destrues eos? & respondit Dominus: non. Quinquagenarius numerus perfectus est: & significat annum iubileum. i. octauam ætatem, in qua erit remissio, & plena libertas. Vt ergo animæ defunctorum plenariam libertatẽ, & peccatorum suorum remissionem adipiscantur: quinquaginta diebus pro illis celebrant officium. Præterea dicitur in Marco: Vnum granum afferebat triginta: & vnum quinquaginta: & vnum centum. Alij † sexagenarium, pro eo quia sexagesima significat mœrorem ecclesiæ propter absentiam sponsi: & ei in cõsolationem duæ alæ dantur: vt dictum est in vj. parte sub dominica quadragesimæ: sic & hic repræsentant mœrorem: propter absentiam defuncti sui, in quorũ consolationem & animæ defuncti expirationem sacrificiũ Domino offertur: & pauperibus eleemosynæ largiuntur. Nonnulli etiã † celebrãt centesimum diem, vt mortui transeant à læua in dexterã, à militia in triumphum: à terra in cœlũ: à miseria, in gloriam: à morte, in vitam. Optant enim illis æternam beatitudinẽ quæ per centenarium, vltra quem nõ est numerus, designatur. † Quidã verò anniuersarium

8 9 10 11 12 13 14

ſarium obſeruant triplici de cauſa. Primò vt defuncti de annis calamitatis perueniant ad annos æternitatis: ſiue ad vitam æternam, quæ ſine fine eſt: & quaſi annus in ſe reuoluitur: vel qa ibi
15 eſt identitas & nulla reperitur varietas. † Secũdò, quia ſicut ſanctorum anniuerſarium ad ipſorum honorem & noſtrã vtilitatem celebramus, prout dictũ eſt in proœ. huius partis, ſic & anniuerſarium defunctorũ, ad ipſorum vtilitatẽ & noſtram deuo-
16 tionẽ. Tertiò, dies anniuerſarij pro defunctis † ideò repetitur quoniam ſecundùm Aug. qualiter fit eis in alia vita, neſcimus, & melius eſt, vt eis ſuperſit beneficium noſtrum, quã deſit. xiij. q. ij. non æſtimamus. Anniuerſarium autem ſi cõtigerit in die dominica, vel in aliqua celebrari ſolẽnitate, non debet mutari ad ſequentem diem prout fit in feſtis ſanctorum: ſed fiat in die præcedenti, vt citius occurratur pœnis defunctorum: quas in purgatorio ſuſtinẽt. defuncti enim noſtro indigent auxilio & beneficio: ſed nõ ſancti. Die quidẽ feſtiuo † anniuerſarium celebrari
17 nõ debet: nec miſſa pro defunctis dici, niſi corpus præſens fuerit: tum ſic: qa omni tẽpore poteſt miſſa pro defunctis celebrari cadauere præſente, niſi in paraſceue: tũc enim non debet corpus intumulari, nec miſſa pro eo cãtari, quia tũc corpus Chriſti immolari nõ debet: ſed vſq; in craſtinum reſeruetur: & tũc. ſ. in ſabbato poteſt miſſa pro illo cantari, & corpus ſepeliri. Similiter ſi quis in die Paſchæ moriatur, corpus eius vſq; in craſtinum reſeruetur ſuper terram, & tunc cum celebratione miſſæ ſepeliatur. Non enim debet corpus ſepeliri abſq; miſſa quamuis con-
18 trarium fiat in pleriſq; locis. † Licet autem ſecundum Cabilonen. concilium de conſecrat. diſt. j. viſum quotidie ſit pro defunctis orãdum, & ſacrificãdum: in præmiſſis tamen diebus hoc ſpecialiter agitur ab amicis. Siquidem aliqui omni tẽpore, feſtiuis diebus duntaxat exceptis, generaliter orant pro defunctis in officio veſpertinali, & matutinali: alij miſſam pro eis quotidie celebrant: alij in menſis initio nouem pſalmos, nouem lectiones, & nouem reſponſoria cantant: & quidem ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. In quibuſdam locis non dicitur in Eccleſia officium mortuorum, à quinta feria cœnæ Domini, vſq; ad octauas Penteco. dicentes, quòd omnia officia illius temporis debent eſſe breuia: nec in dominicis diebus. Legitur autem, q̃ quidam Abbas prohibuit monachos ſuos celebrare dominicis diebus pro defunctis: ſed mortui propter hoc duriſſimis verberibus eum affixerunt: & ideò pro-
19 hibitionem huiuſmodi reuocauit. Et nota † quòd ſuffragia quæ fiunt in Eccleſiis pro defunctis valdè bonis, actiones ſunt gratia-

gratiarum. Illæ enim animæ quæ ſunt perfectè bonæ ſtatim cũ egrediũtur à corporibus euolant ad cœlos: nec ſubſidiis noſtris egẽt: extrà, de cele. miſ. cũ Marthæ. ad fi. xiij. q. ij. tẽpus. Pro valdè malis fiũt qualeſcunq; cõſolationes viuorũ. Eis enim ſubſidia noſtra nõ proſunt, quoniã animæ illorũ ſtatim deſcẽdũt ad infernum. Pro mediocriter bonis, qui. ſ. ſunt in purgatorio fiũt expiationes, pro mediocriter malis, qui. ſ. ſunt in inferno, fiũt propitiationes, ſiue pœnarum mitigationes. Nã ſecundũ Aug. quibus proſunt, aut proſunt, vt ſit plena remiſſio: aut certè vt tolerabilior ſit dãnatio. xiiij. q. ij. tempus. in fin. quidam tamen pro eodem ſumunt mediocriter bonos, & mediocriter malos, quos vocant; nõ valdè bonos, qui videlicet intrant purgatoriũ: qui viuẽtes iniunctam pœnitẽtiam non perfecerũt, quibus proſunt eleemoſynæ, orationes, ieiunia, & ſacrificia, quæ pro eis fiũt: nam vt dicunt, eis qui ſunt in inferno nihil proſunt. Illud † etiam nota, quod ſecundũ Hiero. de conſec. di. v. mediocriter. cum pro cunctis animabus pſalmus vel miſſa dicetur: nõ minus, quam ſi pro quolibet diceretur, accipitur. Circa hoc tamẽ dici poteſt, q; ſi ſuffragia fiũt in ſpeciali, magis proſunt illis pro quibus ſpecialiter fiunt, q̃ aliis. Si fiũt in genere, ſeu in cõmuni, magis proſunt illis, qui plus meruerũt in hac vita, vt ſibi prodeſſent, vt in d. c. nõ æſtimemus, & ca. tempus. ſi inæquali vel maiori neceſſitate, exiſtunt. Licet enim ſecundũ Aug. xiij. q. ij. non eſtimemus. nõ proſint omnibus pro q̃bus fiunt: q̃a tamẽ neſcimus quibus proſint, vel nõ, pro omnibus faciẽda ſunt: ne aliquis prætermittatur: melius nanque ſupererũt eis, q̃bus nec obſunt, nec proſunt, q̃ deſint eis, q̃bus proſunt: & ideò dies anniuerſarij fit vt præmiſſum eſt. Sed † nũquid ſuffragia eius, qui propter mortale peccatũ in charitate nõ eſt, proſint ei, q̃ in charitate deceſſit? Reſpõdeo opera ſacramentalia, vt miſſa, officium mortuorũ, collectæ & ſimilia per talem facta benè valẽt: ſed & defuncto proſunt. extrà, de cleri. excom. mini. cap. ſi tum: quia illa à Deo nõ ab operante efficaciam habẽt. tum quia ille nõ proprio nomine, ſed quaſi ſindicus omnium, videlicet totius eccleſiæ nomine hoc agit ſecundũ ea, quæ dicta ſunt in proœ. quartæ partis. Si verò tãquam priuata perſona alia ſuffragia facit, aut hoc agit alio nomine, aut ſuo proprio: ſi alieno, vt quia defuncti, ſeu alterius in charitate exiſtentis iuſſu: de illius bonis eleemoſynam tãquam miniſter pro eo facit: tunc quidem illi prodeſt, quoniã is intelligitur facere cuius mãdato facit. extrà, de ſen. excommu. mulieres. & qui mandat ſolui, ipſe ſoluere videtur. ff. de ſolu. qui mandato. Hinc eſt, quòd peregrinationis votum ab vno emiſſum, alter eius iuſſu

exequi

exequi poteſt,extrà de voto.licet. Idem quoq; eſt ſi duo quorum alter in charitate eſt,alter non,pro defuncto pſalteriũ legũt.Et ſi eleemoſyna datur iuſto,vt oret pro defuncto. His etenim caſib⁹ prodeſt defuncto,ratione charitatis hominis iuſti adiuncti. ff. q⁹ cum fal.tut.vel act.§.extrà de elect.illa cõtra.extrà de offic.dele. cum nup.Si autẽ ſuo priuato nomine,& de proprio quis pro illo eleemoſynam dat,vel orat,vel ieiunat,vel aliter ſe affligit: quaſi cõmuniter dicunt theologi,q⁹ talia in nullo proſunt ei. Nam legitur Ioan.9.Scimus,quia peccatores Deus nõ exaudit: ſed illud cæci & non Euangeliſtæ fuit verbũ.& Eſa.1.cum multiplicaueritis orationes,nõ exaudiã.Manus enim veſtrę ſanguine,id eſt peccatis plenæ ſunt:imò ſecundũ Aug.iij.q.vij.in grauibus.Dum is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur.Deus enim iniquorum dona nõ reſpicit:& iuſtorũ ſolum orationes exaudit.Item Dominus per Amos Prophetam:vota pinguiũ terrę,id eſt,peccatorum non recipiã.xxiij.q.j.odi.Verùm cùm pauci ſine crimine viuant.de pœni.diſt.ij. ſi enim.in princ.50.diſt.quia tua.talis ſententia, quæ miſeris ordiã, & tot ſuffragia defunctis adimit,& viuorum charitatem ad illos refrigeſcere facit, nimis dura: & ideò non ſequenda videtur.50. diſt.ponderet.extrà de renun.niſi.§.j.Si enim hominum quos cõ-
22 ſcientia culpæ arguit, ſuffragia condẽnamus, illi paucorum ſuf-
23 fragiis iuuabũtur.† Dicendum ergo videtur,quod quãquam ſuffragia eius,qui & ſi nõ in charitate,in fide tamen illi,qui in charitate deceſſit,non proſunt ex merito vitę agentis:quia tamẽ illa fiũt ſecundũ doctrinã eccleſiæ:& per eum, qui in fide eſt: & pro eo,qui talia recipere meruit beneficia, vbi deficit charitas agentis:ſupplet meritũ fidei,& charitas eccleſiæ tali dictãtis, ac defuncti capacis ſuſcipientis:nec non & liberalitas Dei miſerentis:qui ſecundum Amb.de pœ.diſt. j. quantumlibet.beneficia non reuocat:imò cumulos liberalitatis amplificat:& ſua liberalitate opus ab alio factum proinde reputat,ac ſi per illum pro quo fit, factũ eſſet. Nam ſecũdum iura,aliquo alienum debitũ exoluente,ipſe debitor liberatur.ff.de pig.act.ſolutũ.§.ſolutam.& ſi ſeruo legata ſit libertas,ſi Titio decem præſtiterit,quomodocunq; illa decem præſtiterit,libertas eſt.ff.de ſta.ho. Arethuſa. Sed & per eum, qui capax non eſt, alteri legarum & hæreditas acquiri poteſt.ff. ad Treb.l.cogi.§.hi, qui.ff.ſi quis aliquem teſtari proh.l.j.§.ſed ſi legatum.Et is qui ob crimen pro aliis poſtulare prohiberur,pro ſe & pro his,quorũ curã gerit, admittitur.iij.q.vij.§.tria. Et ſecundũ Aug.j.q.j.ſi fuerit. quanquam in lapideo canali nil generetur,tamen aqua inde tranſiens,terrã fœcundat. Et Hiero.de pœ diſt.j.

poteſt.

potest fieri,& di.iij.pium.Si quando videritis inter multa opera peccatorum quenquã aliqua facere,quæ iusta sunt:non est tamẽ iniustus Deus,vt propter multa mala paucorũ bonorũ obliuiscatur.Sanè defuncti † sciunt suffragia,quæ pro eis fiunt tribus modis,secũdùm Aug.xiij.q.ij.fatẽdum. Primò,per diuinam reuelationem,quando.s.Deus eis reuelat. Secũdò,per bonorũ Angelorum manifestationẽ.Angeli enim qui hic semper nobiscum adsunt,& omnes actus nostros considerant, quasi in instanti possunt ad eos descendere,& eis protinus nuntiare. Tertiò,per animarum hinc exeuntium intimationem. Quartò,per experientiam:cũ videlicet,se à pœnis sentiunt releuari.Sciendum autẽ,q; defuncti † valdè mali nesciunt,quid à viuis agitur,nisi quatenus eis scirè permittitur. Similiter nec mediocriter boni adhuc in igne purgatorij cõstituti,qui nondum Dei visione fruuntur,nisi quatenus per aliquẽ de præmissis modis permittitur eis scire:Sed valdè boni,qui iam ea fruuntur,benè sciũt quid hic agitur.Iuxta illud Grego.Quid est,quod nesciunt qui videntẽ omnia vident? Alij tamen dicunt,eos scire omnia quæ eis necessaria sunt,& nõ alia.Vnde Esa.ex persona populi afflicti:ait, Abrahã pater noster nesciuit de hoc.xiij.q.ij.de mortuis.Et † vtrum mortuis cura sit de viuis,Aug.latè prosequitur lib.de cura. pro moriuis habenda. Adhuc sicut Aug.ait.xiij.q.ij.fatendum. Multi aliquos ex mortuis vel in somnis,vel alio quocunque modo viuis apparere credunt.Et vbi eorum inhumata iacerent corpora,atq; vt eis sepulchra fierent,& alia huiusmodi innumera sæpè admonuisse,& illa vera repertum esse in dialog.Grego.& in aliis pleriscq; scriptis authẽticis reperitur.Verũtamen,vt idem Aug.in præmisso libro ait,quãuis mortui talia in somnis indicare vel petere videantur: non ideò putãdum est eos ista sentire:nã & viuentes plerunque apparẽt in somnis dormiẽtibus,dum ipsi sẽ nesciunt apparere:& ab eis,qui hoc somniauerũt audisse dicentibus, q; eos in somnis agentes aliquid vel loquentes viderunt:vnde vt dicit, credẽdum est,quod hæc sunt Angelicæ operationes,propter dispensationẽ prouidentiæ Dei ad qualecunq; solatium viuorum. Concilium enim Anquiritan.xxvj.q.v.Episcopi.in princ.ait,q; plerique dæmonum illusionibus & phantasmatibus sæpè seducuntur. Officium mortuorũ † imitatur omnino triduanã Christi sepulturã: sicut enim in illo triduo,ita & in hoc officio omnia laudis cantica subticemus,& solẽnitates quaslibet subtrahimus:nã in missa benedictiones ab Episcopo nõ petimus:nec in agenda dicimus: Domine labia mea,&c.nec Deus in adiutorium meum intende. nec Benedicamus,nec inuitatoriũ:nisi corpus præsens sit;& etiã

24

25

26

27

in

in vigiliis,nec Gloria patri ad reſponſoria,vel in fine Pſal.nec ad lectiones benedictionẽ petimus,vel damus,nec dicimus: Tu autem,vel deo gratias,nec in miſſa allelu-Ia:nec Gloria in excelſis: nec Ite miſſa eſt. Nam in veteri lege prohibitũ fuit oleũ lætitiæ & tus ſuauitatis ℔ peccato offerri.mors etenim eſt vindicta peccati,vnde vbi peccatũ,ibi tenebræ,nec debet eſſe lætitia,nec canticorũ lætitiæ decantatio,vbi eſt luctus & contriſtatio mentis:ac
28 exequię pro mortuis celebrãtur cum luctu.Rurſus laudes† ſupprimimus,qa quò mortui trãſeunt,ignorãtes,neſcimus vnde laudare Dominũ debemus de iuſtitia,vel miſericordia gaudium reprimimus:quia triſtes in hunc mundum intramus,& triſtiores eximus:nõ ergo ſequẽtia debet dici,quæ eſt canticum exultationis.
29 Adhuc licet in miſſa pro viuis debeant omnes† turificari ad ſignificandum,℣ illorũ orationes ad cœleſtia diriguntur:in miſſa tamen pro defunctis nõ debet tus per chorũ portari,nec offerri, id eſt,altare turificari:ſed circa corpus tantum:qa hoc in lege prohibitum fuit:vt iam prę miſſum eſt.Nullus ergo in hoc officio turificatur:ad notãdum, quod mortui nil amodò valent orationibus ſuis promereri,vnde Pſal. Nõ mortui laudabunt te domine. Ipſa autẽ defunctorum corpora turificantur: & aqua benedicta aſperguntur,non vt eorum peccata tollantur:quæ tunc per talia tolli nequeunt: ſed vt omnis immundorũ ſpirituũ præſentia arceatur,& fiunt etiã in ſignum ſocietatis,& cõmunionis ſacramẽtorum, quã nobiſcũ dum vixerunt habuerũt. vnde & Dyoniſius tradit,℣ antiquitus viui mortuos oſculabãtur, in ſignũ vnitatis, quã cum ipſis habuerunt:proſunt etiã hæc & ſimilia, inquantum per talia ipſi deo reuerẽtia exhibetur. Quare autẽ duplex verſus ponitur in introitu pro defunctis,ſcilicet:Te decet:& exaudi orationẽ meam, &c. dictum eſt in vj.parte ſub ſabbato tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ. Item in miſſa pro defunctis non debet intermiſceri oratio pro viuis prout dictum eſt in quarta parte,
30 ſub tit.de oratione. Pax † etiã triplici ratione,nõ datur. Primò, quia hoc officium vt iam dictũ eſt triduanã Chriſti ſepulturam veſtigio ſequitur:vbi pax nõ datur propter Iudæ oſculũ deteſtandum.Secundò,quia nõ cõmunicamus mortuis:quia nõ nobis reſpondent.Nos enim ſumus in ſexta ætate:illi in ſeptima.Inde eſt
31 ℣ † corpus nunquã debet eſſe in Eccleſia, quandiu miſſa de die celebratur:imò prius ſi eſſet ibi,debet aſportari extra Eccleſiam in veſtibulo Eccleſiæ, quantacunq; authoritate viuens fulgeret,
32 & poſteà ad miſſam de mortuis reportari. † Tertiò,quoniam ſicut ex multis granis ſimul collectis vnus panis conficitur, & ex multis racemis vinum eliquatur:ſic ex multis fidelibus:quorum

quidam

quidam boni, quidam mali sunt, vna ecclesia constituitur & coadunatur. Quia ergo de mortuo homine nescimus adhuc vtrum sit ipse de conformitate ecclesiæ & pacem habeat cum suo creatore, & reconciliationem, ideò pacem ad missam nõ damus, nec aliquas laudes pro mortuis referimus: quia nõ est vnde agẽdum sit. Non enim adhuc apparet eorum requies. Quarta ratio, posita est in quarta parte: vbi agitur de osculo pacis. Illud † quoq; notã 33
dum est, q̃ officium mortuorum incipit à vesperis: postea sequũtur vigiliæ quarum tria sunt genera. In quibusdã enim ecclesiis
Iob. 7. leguntur nouem lectiones de Iob, & incipiunt. Parce mihi domine, &c. In aliis leguntur de lib. Sap. & incipiunt: Melius est ire ad. &c. In aliis verò de quodã sermone Aug. sed vndecunq; sumantur absolutè, sine, Iube domine benedicere & sine, Tu autem Do-
Eccle. 7. mine, vel alibi incipiuntur, & finiuntur, prout in exequiis, quas in dicto triduo pro Christo celebramus seruatur. Veruntamen in in quibusdam ecclesiis loco, Tu autẽ Domine: terminatur, Beati mortui, qui in domino moriuntur, quæ verba sunt Apoc. 14. cap. Frequẽtatur autem in hoc officio psal. Te decet † hymnus Deus. 34
quoniam ibi agitur de reditu filiorum Israël à captiuitate in terram promissionis. sic & defuncti de captiuitatis miseria ad vitã proficiscuntur æternam, dicitur etiam psal. Domine, ne in furore tuo arguas me. qui cùm sit sextus in ordine psalterij, tamen q̃ octaua intitulatur, quasi in sex ætatibus per hunc Psalmum Deũ rogantes, vt septimæ ætatis possimus ornamenta euadere, & ad octauam gloriæ peruenire. Officium mortuorũ non habet secũdas vesperas: vt dictum est in vj. parte sub tit. de vesperis. In † con- 35
cilio Tholetan. xxvj. q. v. quicunq;. statutum est q̃ sacerdos missam defunctorum celebrans, vt eius inimicus mortem incurrat, deponatur, & tam ipse quàm eum ad hoc incitans exilio perpetuo puniatur. Nunc videndum est qualiter corpus sepeliendum sit. & quidem quando homo videtur agere in extremis, debet poni ad terram super cineres, vel ad minus supra paleas: per quod innuitur q̃ cinis est & in cinerem reuertetur: & fit hoc exemplo B. Martini, qui vt in se aliis daret exemplum, in cinere iacens vitam finiuit. Et si moriens literatus sit, legi debet passio domini, vel saltem pars illius ante eum, vt sic ad maiorem punctionem moueatur: & debet esse crux erecta ad pedes, vt moriẽs eam cernens magis conteratur, & cõuertatur: debet etiam supinus iacere, vt semper erecta facie aspiciat cœlum, exemplo B. Martini: & prius, quàm expiret, eius anima Domino commendetur. † Posi- 36
quam verò expirauerit, campanę debẽt pulsari: prout dictum est in prima parte, vbi agitur de campanis: deinde corpus nisi viuens

nouiter

nouiter inunctus fuerit, debet lauari, ad significandum, ꝙ si anima per confessionem & contritionē à culpa mundata sit, vtrunq; scilicet anima & corpus æternam glorificationem & claritatem in die iudicij consequetur, quodq; illi secundum Iob, verè in domino moriuntur, & beati sunt, qui nullam secum portant maculam, sed in hoc mundo per pœnitentiam derelinquunt. Sed cum de hac lotione, neq; in veteri testam. scilicet, Leuit. 10. cap. neq; in nouo, scilicet Act. 5. c. nil agatur: si omitteretur, non multum, vt aiunt quidam, curandum esset. Et Aug. dicit in libro de cura pro mortuis agenda, Corpori humano, quod post mortem impenditur, non est salutis præsidium, sed humanitatis officium. Veruntamē cùm Maria Magdalena vnxerit Dominum ante passionē. Mat. 26. cap. fecit enim morituro quod non potuisset facere mortuo. Marc. 13. c. Præuenit, inquit, vngere corpus meum in sepultu ram. ex hoc probari potest corpora defunctorum lauanda esse. Nam sicut Hiero. ait in originali super illud Mat. 6. c. vnge caput tuum, in illis partibus vnguentis pro balneis vtebantur. Canon Toletan. concil. xiij. q. ij. qui diuina. statuit ꝙ qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo & psallentibus vocibus ad sepulchrum deferantur: debent† autem defunctus portari à consimilibus suæ professionis, vt si fuerit diaconus à diaconibus: si sacerdos à sacerdotibus, si sint ibi: aliter non est vis, quia necessitas legi non subiacet: de conse. di. j. sicut. extrà de obseruatione ieiun. cap. ij. clericus à clericis, catholicus à catholicis. Si verò fuerit de aliqua fraternitate, deportetur ab illis, qui sunt eiusdem fraternitatis. mulieribus verò non licet corpora ferre, ne cogantur corpora sua lasciua incitantia denudare, ꝙ facilè contigere posset. dum autem de domo ad Ecclesiam seu sepulturam portantur, secundum quorundam locorum morem ter in via pausatur. Primò, ad significandum, ꝙ ipse in hac vita existens, vt posset dignè domino præsentari, & cum aliis sanctis perpetua quiete perfrui: in tribus specialiter seipsum exercitauit, videlicet, in Dei dilectione, in charitate proximi, & in custodia sui, siue quòd in fide sanctæ trinitatis vixit, atq; vitam finiuit. Secundò, ad repræsentandum, quòd Dominus triduo in ventre terræ pausauit. Tertiò, tres pausæ fiunt in via, vt per tres dietas psalmodiæ, quæ tunc dicitur trina fiat ei absolutio à delictis tribus modis, scilicet cogitatione, verbo, & opere commissis. Exod. 3. Viam trium dierum ibimus in solitudine. Deinde ponitur in spelunca in qua in quibusdam locis ponitur aqua benedicta † & prunæ cum ture. A qua benedicta ne dæmones, qui multum eam timent, ad corpus accedant. Solent nanque desæuire in

37

corpora

corpora mortuorum: vt quod nequiuerunt in vita, saltem post mortem agant. Tus verò ibi ponitur propter fætorẽ corporis removendũ: seu vt defunctus creatori suo acceptabilem bonorum operum odorẽ intelligatur obtulisse: seu ad ostendendum ꝙ defunctis prosit auxiliũ orationis, carbones in testimoniũ, ꝙ terra illa ad cõmunes vsus amplius redigi non potest. plus enim durat carbo sub terra, quam aliud. Hædera quoq; vel laurus & huiusmodi, quæ semp seruant virorem in sarcophago corpori substernuntur: ad significandum, ꝙ qui moriũtur in Christo viuere non desinent. Nam licet mundo moriantur secundũ corpus, tamen secundũ animam viuunt, & reuiuiscunt Deo. Alia tamẽ consideratione habebant in funeribus antiqui cypressos: quia videlicet sicut cypressus cæsa nõ iterum surculescit, sed tota moritur: ita homo mortuus non reuiuiscit. Fiunt etiam hæc, non qa cadaueribus insit sensus: sed in figurã, videlicet, vel ad resurrectionem sperandã, vel ad Dei misericordiã, seu beneuolentiam prouocandam: cui talia pietatis officia placẽt. debet autẽ † quis sic sepeliri, 39
vt capite ad occidentem posito, pedes dirigat ad orientẽ, in quo quasi ipsa positione orat: & innuit ꝙ promptus est, vt de occasu festinet ad ortum: de mũdo ad seculum. Et in quocunq; loco extra cœmiteriũ Christianus sepeliatur, semper crux capiti illius apponi debet: ad notandum illum Christianum fuisse, quia hoc signum diabolus valdè veretur, & timet accedere ad locum crucis signaculo insigniti. Debent † quoq; fideles Christiani sepeli- 40
ri induti sudariis: prout prouinciales obseruant: quod sumunt ex euãgelio, in quo legitur de sudario & sindone Christi. Quidam vero cilicio insuuntur: vt hac veste insignia pœnitentiæ repræsentent: nam cinis & cilicium, arma sunt pœnitentium. Nec debent indui vestibus cõmunibus: prout in Italia fit: & vt quidam dicunt, debent habere caligas circa tibias: & sotulares in pedib⁹, vt per hoc ipsos esse paratos ad iudicium repræsenterur. Clerici † verò, si sunt ordinati, illis instrumentis induti sint, quæ requi- 41
runt ordines, quos habent. Si verò non habent ordines sacros more laicorum sepeliantur. Veruntamẽ licet in aliis ordinibus propter paupertatem hoc sæpius omittatur: in sacerdote tamen & Episcopo nullo modo prætermittendum est. Vestes enim sacerdotales, virtutes significãt, cum quibus præ cæteris sunt deo præsentandi. Euticianus Papa statuit vt nullus martyres sepeliat sine dalmatica: aut coliobio purpurato. † Circa hoc autẽ considerandum est, vtrum Christus vestitus fuerit post resurrectionem & vtrum cœlum vestitus ascenderit, & vtrum duobus discipulis euntibus in Emaus, & cæteris mulieribus, & discipulis vestitus 42

appa-

apparuit. Siquidem angeli leguntur veſtiti apparuiſſe, iuxta illud Ioan. Vidit angelos ſedentes in albis: & alibi: Ecce duo viri adſtiterunt iuxta illud in veſtibus albis, qui & dixerunt: Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlũ. Nempè Chriſtus veſtitus aſcẽdit in cœlum: iuxta illud: Quis eſt iſte qui venit de Edon, tinctis veſtibus de boſra. Item angeli dixerunt. Quare rubrũ eſt indumentũ tuũ?

43 Quæritur † etiã, vtrum homines erunt nudi poſt diem iudicij, an veſtiti? & videtur quòd veſtiti. Nam ſemper angeli apparere ſolẽt veſtiti, & Chriſtus etiã poſt reſurrectionẽ cum veſte apparuit, & in transfiguratione veſtitus fuit: vnde & apparebant veſtimenta eius alba, ſicut nix. Econtrà videtur, quòd nudi erunt, quia habet authoritas quòd in eadẽ forma erimus, in qua fuit Adam prius, quam peccaret, & etiã in meliori: ſed tunc fuit nudus: ergo ſimiliter nudi erimus. Solutio, nil diffinimus de veſte, ſed hoc ſolum dicimus, quod ibi non erit difformitas: nec vlla aduerſitas, vel infirmitas, & erimus veſtiti & ornati veſtimentis virtutũ. Quî autem & in quo loco ſepeliri debet: & vtrũ locus ſepulturæ aliquid conferat, dictum eſt in prima parte, vbi de cœmeterio agitur. Illud autem nota, quòd quia ſcriptũ eſt Leuit. 21. c. Pontifex ad omnem mortuũ etiam patrem vel matrẽ non ingredietur, neq; egredietur de ſanctis: hinc eſt, quòd Romanus Pontifex ad nullius defuncti domũ accedit. itẽ quia ibidẽ dicitur: Sacerdotes nõ radent caput, non barbam, nec in crinibus ſuis facient inſciſſuram, ideò qui charorũ morte triſtantur, barbam nutriunt: nec crines præſcindunt, & etiam nigris veſtibus ornantur: vt per nigredinem &

44 dolorem conſepulti mortuo videantur. Hic etiã † quæri poteſt, vtrum voces mortuorũ loquãtur? & videtur quòd ſic iuxta illud Prophetæ, Exultationes Dei in gutture eorum. Hormiſda Papa. 1. di. ſi quis diaconus dicit, quòd illi, quibus cum falſa miſericordia indulſerimus, ante tribunal Chriſti contra nos facient quæſtionem, & Aug. xiij. q. ij. fatendum. dicit quòd defuncti, qui neſciunt, quæ hic fiunt, dum hic aguntur, poſteà audiunt ab his, qui moriendo hinc recedũt. Sed Apoſtolus contradicere videtur, dicens: quòd tunc linguæ ceſſabunt, & Pſal. Non mortui laudabunt te. Et nota ſecundũ Aug. quòd tempus, ꝙ inter hominis mortem & vltimam reſurrectionem interpoſitũ eſt, animas abditis, id eſt, nobis occultis receptaculis continet. Poſt, imò nota, ſecundum magiſtrum Ioan. Beleth, quòd antiqui ſolebant dicere, ꝙ quando animæ in humanis ſunt corporibus, vocantur animæ: in infernis manes: quando verò cœlos aſcendunt, ſpiritus: quando autem recens erat ſepultura, ſiue quando ſpiritus circa ſepulturas errabat,

vmbram vocabant: vnde Psal. Nam si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniã tu mecum es: & ideò tunc panem & vinum ponebant supra sepulchra mortuorũ: vt dictum est sub tit. de cathedra Petri. In † missa pro mortuis dicitur quandoque epistola: Vir fortissimus Iudas. 2. Macha. 12. ca. quandoque: Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus, sicut & cæteri, qui spem non habent. 1. Thessal. 4. cap. quandoque, Audiui vocem de cœlo. Apoc. 14. cap. quandoque, Ecce mysterium vobis dico. 1. Cor. 16. c. Dicitur etiam quandoq; euangelium: Amen dico vobis, quia venit. Ioan. 5. cap. quandoque, Dicit Martha ad Iesum: Ioan. 11. cap. quandoque: Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat, &c. Ioan. 5. c. quandoq; Omne, q̃ dat mihi pater. Ioan. 6. c. quãdoque: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Quod est ibidem. 45

SVMMA.

1 *Sancti coronati, & eorum nomina num. 2.*

De quatuor coronatis martyribus. CAP. XXXVI.

DE † quatuor coronatis hoc notabile reperitur q̃ quinque fuerunt, qui venerant ad construendũ templum. & Diocletiano cognito, quòd essent Christiani martyrio sunt coronati, quorum nomina quia nota fuerunt, idcircò in collecta ponũtur. Post duos verò annos alij quatuor martyrium sustenerunt, quorum corpora sepulta sunt iuxta corpora prædictorum quinque, quorum nomina quia fuerunt ignota, ideò statuit Melchiades Papa, vt dies eorum sub nominibus prædictorum quinque celebris habeatur, & sic vocatum est festum quatuor coronatorum, postea verò fuerunt cuidam religioso eorum nomina reuelata, scilicet † Seueri, Seuerini, Carpuphori, & Victorini: nomen tamen festi propterea mutatum non est: nec etiam dies in calendario. 1 2

SVMMA.

1 *Martinus, dicitur par Apostolis. Et qua id ratione.*

2 *Martinus, solus inter Confessores habet octauas institutionis.*

De beato Martino Episcopo & Confessore. CAP. XXXVII.

DE beato † Martino [illegible]ndum, quòd dicitur par Apostolis, non propter suscitationem mortuorum quorundam, vt quidam putant: cùm idem multi alij fecerint martyres, & confessores, vel propter multitudinem miraculorum: sed specialiter propter vnũ miraculum. Cùm enim esset Thuron. Archiepiscopus, venit ad eum quidam pauper & inops tunicam ab eo petens, & ipse concessit. Iussit ergo procuratori suo vt emeret. Ille verò iuit ad forum, & tardus rediit, tunicam vilem portans, quæ ferè penula, quasi penè nulla poterat dici, quam vir sanctus sibi monstrare 1

fecit.

fecit. Erat autem breuis fortè, vsque ad genua: manicæ vsq; ad cubitum, extrahēs ergo suā, pauperi dedit: & ipse pauperis tunicam induit. Nec multò post præparauit se ad celebrandum missam, & stans ante altare: sicut mos est in præfatione, leuauit manus ad Dominū manicis laxis retrò labentibus: licet nec grossa eius brachia nec multū carnosa essent: & cū præfata penula, nō nisi vsque ad cubitum protēderetur, remanserunt eadē brachia nuda. Tunc venerunt miraculosè aurei torques, ipsaq; decenter operuerunt, & globus igneus apparuit super caput eius: per quod demonstratum est, Spiritum sanctum super descendisse ad robur: sicut super Apostolos in Pentecoste. Vnde propter hoc non immeritò dictus
2 est par Apostolis: est etiam eis par in officio. † Considerandū autem est, q; ipse solus inter Confessores institutionis habet octauas: sicut B. Laurentius inter martyres. ille enim dixit: igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas, & Martinus in agone mortis dixit dæmoni adstanti: Nil inuenies in me cruenta bestia, ecce quomodo concordant: ille præpollens martyr: quare præ omnibus aliis octauas, & vigiliam habet iste confessor excellens: quare præ omnibus aliis octauam habet. Cappam eius reges Francorum consueuerunt portare in præliis: vt dictum est in secunda parte, vbi agitur de sacerdote. Fortunatus Poëta vir vita egregius, & ingenio præclarus, de Italia Thuronis veniens, gesta beati Martini conscripsit tempore Ioannis Papæ tertij.

SVMMA. (*num.* 3.

1 *Andreæ Apostoli statura. Et vbi ille prædicarit. nu.* 2. *eiusq; dici officiū.*

De beato Andrea Apostolo. CAP. XXXVIII.

1 SAnctus Andreas † niger fuit colore, barba prolixa, staturæ mediocris. hoc ideò dicitur vt sciatur qualis in Ecclesia debet depingi: quod de vnoquoque Apostolorum & aliorum multorum
2 Sanctorum sciendum esset. Prædicauit autē in † Achaia & Athenis: & circa partes illas. Excellentis fuit valdè meriti, nec sine causa B. Gregorius fuit sibi adeò deuotus, q; sibi fecit proprium officium: & monasterium condidit, & ibi monachus extitit, vigiliam ex institutione non habet: qui est in tempore ieiuniorum, quare non fuit necesse institui ei vigiliam: & idem est de beato Thoma Apostolo. Sanè ossa eius ac beati Lucæ euangelistæ tempore Constantini secundi Imperatoris translata sunt apud Constantinopo
3 lim. Hac die dicitur epistola: Cor † creditur ad iustitiā. Ro. 10. cap. & euangeliū: Ambulans Iesus iuxta mare Mat. 4. c. Postcommunio: Venite ad me, quæ est ibidē. In vigilia verò est introitus: Dominus secus mare, Mat. 4. c. Et euangelium: Stabat Ioan. & ex discipulis. Ioan. 1. c. Postcommunio: Dixit Andreas. Ioan. 1. cap.

SVMMA.

1 *D. Nicolai historia vnde introductum, vt legatur in Ecclesia.*

De beato Nicolao. CAP. XXXIX.

LEgitur, quòd cũ in quadam ecclesia, quæ dicitur Crux, subiecta monasterio beatæ Mariæ de charitate † nondum histo- 1
ria beati Nicolai cantaretur: fratres eiusdem loci Priorem suum, vt eam sibi cantare liceret, instanter rogauerũt, ille verò hoc præcise negauit, dicens incongruum fore pristinum morem nouitatibus immutare. Illis verò instantibus indignatus respondit: recedite à me quia noua cantica, imò ioculatoria quædam in mea Ecclesia non cantabuntur. Aduenientе autem eiusdem Sancti festiuitate, fratres cum quadã animi tristitia matutinales vigilias peregerunt. Cumque omnes se in lectis recepissent, ecce beatus Nicolaus Priori visibiliter terribilis apparuit, quem à lecto extrahens per capillos, dormitorij pauimẽto allisit, & incipiens antiphonam: O pastor æterne, per singulas vocum differentias virgis, quas in manu tenebat grauissimos ictus super dorsum illius ingeminans: per ordinem morosè cantando antiphonam ipsam ad finem vsque perduxit: omnibus ergo illis clamoribus excitatis, seminiuus ad lectum deportatur, qui tandem ad se rediens, dixit: ite & historiam nouam sancti Nicolai decantate. Tempore Henrici quarti Imperatoris ossa sancti Nicolai apud vrbem Beneuentum translata sunt.

SVMMA.

1 *Beda, cur dictus venerabilis. & num. 2. Et vbi sepultus ibid. in fin.*

De venerabili Beda Presbytero. CAP. XL.

BEda venerabilis Presbyter, & monachus, egregius expositor, claruit in Anglia, circa annum Domini. ccccclxvj. qui licet in Sanctorum catalogo computetur, non tamen ab ecclesia †San- 1
ctus, sed venerabilis appellatur, duplici ratione. Primò, quia cum præ nimia senectute eius oculi caligarent, faciebat se duci per villas, & castra, vbiq; verbum Domini prædicando, cumq; quadam vice per quandã vallẽ magnis lapidibus plenã transiret, quidã eductoribus derisoriè dixit ei, ꝙ ibi erat magnus populus congregatus, expectans eius prædicationem auidè & silenter: & tunc incepit ille prædicare feruenter: & cũ in fine cõclusisset per omnia secula seculorũ: mox omnes lapides alta voce clamasse dicuntur, Amen † venerabilis pater: & ideò venerabilis pater appellatur. 2
Alij verò asserunt, ꝙ angeli responderunt, benè dixisti venerabilis pater. Secunda causa est: quia post eius mortẽ clericus quidam sibi deuotus quendã versum edere cupiebat, quem in illius tumulo sculpi facere intendebat, incipiẽdo sic: Hac sunt in fossa: volens

versum

versum terminare, Bedæ sancti ossa: sed quia talẽ finẽ versus congruitas nõ patiebatur: & sedula mente reuolueret, nec congruũ finẽ videret, dum quadã nocte multũ super hoc cogitasset: mane ad tumulũ properans manibus angelicis taliter versum scriptũ reperit finitum. Hac sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa. Eius autem corpus apud Ianuam deuotione congrua dicitur coli.

SVMMA.

1 *Thomæ Apostoli officium ecclesiasticum.*

De sancto Thoma Apostolo. CAP. XLI.

1 HIstoria † seu legenda de sancto Thoma Apostolo: & si quid ex ea in responsoriis vel antiphonis sumptum reperitur inter apocripha deputatur: in ipso autem festo legitur ad missam Euangelium: Thomas vnus ex duodecim. Ioan. 20. ca.

SVMMA.

1 *Stephani, & Ioannis Euangelistæ, & Innocentiũ festũ cur comitentur natiuitatem Domini.* 2 *Martyrium est triplex.*
3 *Stephani officium. & nu. 4. 15.*
5 *Alchuinus composuit sancti Stephani historiam.*
6 *Ioannes Euangelista passus est martyriũ: quod est voluntate, nõ opere.*
7 *Ioannis Euangelistæ officium.*
8 *Ioannes Euangelista obiit in festo Ioannis Baptistæ. & nu. 9.*
10 *Innocentes tertiũ martyriũ sustinuerunt, quod est opere nõ voluntate. Et cur illud festum celebret ecclesia. nu. 14.*
11 *Innocentiũ festũ cur nõ admittat cãtica lætitiæ. Et eorũ officiũ. n. 12. 13.*

De sanctis Stephano, & Ioanne Euangelista, & Innocentium. CAP. XLII.

POst dñi natiuitatẽ sequẽti die fit festũ de obitu beati Stephani protomartyris: & tamẽ ipse fuit passus in Augusto. Quare aũt hoc festũ fiat sub festo inuẽtionis eius, dictũ est. Quæritur,
1 quare † hæc tria festa, videlicet Sanctorũ Stephani, Ioãnis, & Innocentiũ immediatè post festũ natiuitatis Dñi ordinãtur? Rñdeo. Primò, vt Christo capiti & spõso omnes sui comites adiũgãtur. Natus enim Christus spõsus ecclesiæ in hũc mundũ tres sibi comites adiũxit: de qbus dicitur in cãticis. Dilectus meus candidus & rubicũdus electus ex milibus: cãdidus quantũ ad Ioãnem Euangelistã prætiosum virginẽ, & cõfessorẽ: rubicũdus quãtum ad Stephanũ protomartyrẽ: electus ex milibus, quantum ad magnam turbam Innocentium. Secundò vt sic Ecclesia omnium martyrum genera: quorum quidem martyrij Christi natiuitas
2 causa fuit insimul adunaret. Triplex † est enim martyrium. Primum voluntate, & opere: & tale fuit martyrium beati Stephani, & hoc est dignissimum in genere. Hoc autem dicimus

quia aliqua circunstantia facere posset, quod aliquis cõfessor aliquo martyre dignior esset: & ideò festũ eius præcedit alia, & continuatur festo dominicæ natiuitatis. Vnde in ipso festo legitur: Mortem quã Saluator dignatus est pro omnibus pati: hãc ille primus præ omnibus reddidit Saluatori. Et iterũ: Christus heri natus est in terris vt hodie nasceretur Stephanus in cœlis. In † festo B. Stephani introitus est: Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur. in quo ostenduntur insidiæ principum Iudæorum B. Stephano insidiantiũ. Epistola est. Act. 6. c. Stephanus plenus gratia & fortitudine, quæ sicut dicit Aug. in sermone huius diei cum plurimũ habeat admirationis in ipsa specie, non minus cõtinet in mysterio dignitatis, in qua narratur tam passio ipsius, quã passionis causa, & meritũ seu remuneratio: & hæc etiam insinuãtur & repræsentantur in responsorio: qꝫ est: Sederunt principes, & aduersum me loquebantur & in illo, qꝫ est: Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris dei. Act. 8. ca. Et in offertorio, & in postcommunione. Video cœlos apertos. Act. 7. ca. Et in nocturnali etiã officio idem repetitur, vt ostendatur, qꝫ sæpè & sæpius consiliati sunt principes Sacerdotũ in mortem eius. Euangelium est: Ecce † ego mitto ad vos Mat. 23. c. Et sequitur: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, &c. Stephanus enim fuit lapidatus: dicitur etiã ibi à sanguine Abel iusti, sicut enim ille fuit Protomartyr in veteri testa. sic ille in nouo. † Historiã sancti Stephani cõposuit Alchuinus Caroli magister, & Capellanus: nocturnales antiphonas de psalmis, quibus attitulantur, accepit: cætera de actibus Apostolorum: antiphonis etiam laudum quidam versus præmittuntur, prout dictũ est in sexta parte, sub dominica de trinitate. Frequentatur autem in versiculis alleluia. vel propter solemnitatem dominicæ natiuitatis: vel propter gaudium de cõsortio Stephani angelicæ concionis. Dicitur enim illud capitulum: Stephanus plenus gratia & fortitudine, & illud: Surrexerunt quidam. quæ sunt Act. 6. ca. & illud: Cùm esset Stephanus plenus. Act. 7. cap. Secundum † martyrium est voluntate, & non opere, quale fuit martyriũ Ioannis euangelistæ, qui martyr fuit, sicut patet in illa antiphona: In feruentis olei dolium missus Ioannes Apostolo. diuina se protegente gratia illæsus exiuit: vt sicut non senserat carnis æstum, quia virgo fuit mente & corpore, sic nec æstum feruentis olei sensit. In natali autẽ eius canitur in quibusdam ecclesiis vna mĩssa in exordio lucis, ad notandum, quòd ipso accepto lumine huius mundi sacrificium virginitatis semper obtulit Deo: quia enim non poterat habere vigiliam propter festum beati Stephani, statutum fuit, vt duas

missas

7 Missas haberet. In Missa de B. Ioanne epistola: Qui timet † Deũ, faciet bona. Eccl. quintodecimo c. Euãgelium est: Dixit Iesus Petro. Ioan. vlt. cap. & cantatur allelu-Ia. Valdè honorãdus est, &c. quod ibi dicitur: Qui supra pectus Domini in cœna recubuit: sumitur Io. vlt. c. introitus est: in medio ecclesiæ aperuit. Eccle. 15. c. & respõsorium: Exiit sermo inter fratres, &c. Io. 6. c. Item allelu-Ia: Hic est discipulus Io. vlt. c. cõmunio: Exiit sermo. quæ est ibidem: Dicitur etiam ad horas capitulum: Cibauit, Eccle. 15. c. & illud. Benedictus Deus, & pater. Ephes. 1. c. & illud: Qui timet Do-
8 minum. Eccles. quindecimo cap. † Et nota, q̃ B. Ioãnes Euangelista in festo beati Ioannis Baptistæ obiit: sed quia non poterat tunc eius festum fieri, trãslatum est ad tertium diem natalis Domini; vt omnes comites suos haberet sponsus, vt præmissum est. Et festum beati Ioannis baptistæ, in suo die remansit, nec mirũ, quia dies illa ab Angelo gaudio natiuitatis præcursoris authentica fuit. Nec est dogmatizandum, quod Euangelista Baptistæ, tãquam maiori cesserit: & pro eo quòd legitur: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: nam quod non esset de ipsorum maioritate disputandum, diuinitus est ostensum. Cùm enim duo Magistri, quorum vnus Baptistam, alter præferebat Euangelistam, solennem ad hoc indixissent disputationẽ, & quilibet solicite inuestigasset authoritates, & rationes efficaces, quibus suum Ioannem præferre posset, tãdem die disputationis adueniente, quilibet Sanctorum æmulatori suo apparuit, dicens: Benè concordes fumus in cœlis, de nobis non disputetis in terris. Tunc illi ibi adinuicem, & omni populo visionem publicauerunt, & Dominum benedixerunt: vel ideò fuit ad tertium diẽ post Domini natiuitatem translatum, quia fortè illa die dedicata est ei Basilica: vel quia fortè ea die rediit de Pathmos insula,
9 vel insulatus est: fuit enim Patriarcha Ephesinus. Aiunt † quidam quòd beatus Io. cùm post celebratam missam descendisset in turnulum, euanuit ab oculis circunstantium: & cùm terra ibi scaturiat, de profundo addunt eum viuere, & terram eius anhelitu scaturire: alij in cœlum translatum: igitur partim ex Euangelio, partim ex eius tribulatione hodierna copulatur historia: in cuius vltimo responsorio, scilicet, in medio ecclesiæ: quod sumitur de lib. Sapi. in quo agitur de spiritu intellectus neuma iubilatur: quia per spiritum intellectus fuit de ineffabili verbo, sci-
10 licet de Deo vero locutus. † Tertium martyrium est opere & non voluntate: quale fuit martyrium Innocentum: quod sicut tertium locum obtinet in dignitate: ita & inter festa martyrum. Sed quare festũ Innocentũ celebratur ante festum stellæ, id est,

epiphaniæ,cùm mortui fuerint poſt apparitionẽ ſtellæ quando, ſcilicet,Herodes vidit q̃ illuſus eſſet à magis? Reſpõdetur,q̃ Herodes auditis rumoribus de Chriſto nato,turbatus eſt valdè, timens amittere regnum, vnde cogitauit facere interfici omnes pueros: & ſic Chriſtus non euaderet,ſed fuit impeditus tũc:quoniam Aug. Cæſar mandauit ei,q̃ ad eum veniret cum Ariſtobolo & Alexandro,filiis ipſius Herodis,reſponſuris corã eo:& quia non fuit auſus nõ ire,iuit:poſtmodũ verò reuerſus reuolũto anno poſt natale Domini,fecit omnes pueros interfici à bimatu. i.biennio & infra:*Διετία* enim Græcè,dicitur Latinè biennium. Quæritur † quare in feſtiuitate Innocẽtium in Miſſa Gloria in excelſ.& Allelu-Ia,& alia cãtica lætitiæ nõ cantantur? Dicũt Magiſtri ideò,quia mortui ſunt ante Domini paſſionẽ, & ſic ad inferos deſcẽderunt. Sed pari ratione,& in feſto beati Io. Bap. ſubticẽ ti deberẽt. Dicẽdum eſt igitur,q̃ hoc ideò cõtingit,quia author officij,voluit nos cõiungi in hac feſtiuitate animabus deuotarũ mulierum de morte innocẽtium plangẽtium & dolentiũ. Vnde cauſa triſtitiæ earum illa dimittimus: & ideò legitur prophetia Hiere.31.c. de Innocẽtibus: Vox in rama audita eſt,quæ ad literã de Benjamitis exponitur:q̃ interfecti ſunt, propter vxorem Leui,quã oppreſſerant. & Rachel fuit mater Benjamin. Vel per Rachel quæ interpretatur ouis vel videns:intelligitur eccleſia,quę plorat filios ſuos.ſ.triplices. Primi ſunt martyres,cõſiderans eos eſſe ſibi ſubtractos,& nõ vult conſolari in præſenti, &c. ſed omnem cõſolationem transfert in futurum:quia nõ ſunt.ſ.præſentes. Secũdos filios luget eccleſia,quia ferè ad partum veniunt,in quibus patitur abortum. Tertij verò, ſunt qui iam renati in baptiſmo erant,ſed per peccata retrocedunt:hos & illos luget eccleſia,quia nõ ſunt.i.damnati ſunt:& ideò quia luget eccleſia, cantica lætitiæ ſubticẽtur. Poteſt eſſe & alia ratio:nam cantica lætitiæ propriè poſt victoriam cantari debent:vnde Ezechię dictum eſt: Diſpone domui tuæ,quia morieris:quia poſt victoriam habitam nõ cecinit cantica lætitiæ:ſed Innocẽtes nõ habuerunt victoriam,nõ enim eſt victoria,vbi pugna non eſt. Media ratio melior eſt. Quidam tamen pro allelu-Ia cantant in Miſſa: Laus tibi Chriſte. Alij: Cantemus ea. Et dicitur epiſtola: Vidi † ſupra montem Sion agnum ſtantem. Apoc.14.c. & Euangelium: Angelus Domini apparuit in ſomnis. Mat.2.c. Si autem feſtum illud in dominica cõtingit,nullum canticum lætitię ſubticetur,propter gaudium reſurrectionis. In octauis quoque eorum cantica lætitiæ cantantur,pro ſignificatione gaudij,quod accepturi ſunt in octaua,id eſt,in reſurrectione:quia licet ad inferos deſcenderint:

11

12

rint: resurgent tamẽ nobiscum in gloria. Octauæ enim festiuitatum celebrãtur in memoriam generalis resurrectionis, quã significãt. Rursus, quia hac die tristitiam mulierũ repræsentamus, in multis ecclesiis diaconi nõ vtuntur dalmaticis, nec subdiaconi subtilibus. i. tunicellis, ad notãdũ, ꝙ Innocẽtes statim in morte primã stolam nõ receperũt, sed ad infernum descenderunt: de
13 hoc in tertia parte dictũ est, sub tit. de coloribus. In † hoc festo dicitur ca. illud: Vidi supra montem. Apoc. 14. c. illud: Hi sunt, q̃ cum mulieribus nõ sunt coinquinati. & illud: Hi empti sunt: ibidem. Et aduerte, ꝙ antiphonæ nocturnales de psalmis sumũtur: cætera de epistola & euangelio. Quod autem dicũtur. cxliij. milia, finitum ponitur pro infinito: quia Deus omnes sub certo numero comprehendit. Quod etiã dicitur: Vidi sub altare Dei animas interfectorum: sic est accipiẽdum, quia Ioãnes vidit animas interfectorũ sub altare. i. humiliatos capiti suo: vel quia in abscõ
14 so, quia nemo percipit hic, quomodo ibi fit. † Sed quare solennizat ecclesia pro morte Innocẽtium, qui nõ habuerũt voluntatẽ patiendi? Videtur enim ꝙ eadem ratione si aliquis tyrannus interficeret tot pueros, deberet ecclesia similiter solẽnizare pro illis, quod verum nõ est. Respõderi po est, ꝙ hoc festum propter tria celebrãdum est: licet volũtatem nõ habuerũt patiẽdi. Primò, quia Christus in eis quærebatur, & occidebatur. Secũdò, q̃a Christus in eis celebratur diabolo & Herodi. Tertiò, quia nomẽ Domini nõ loquẽdo, sed moriẽdo confessi sunt: quia pro Christo & vice Christi sunt occisi. Erãt Innocẽtes autem, quia circuncisiõ erat tunc remedium cõtra originale peccatum: licet nõ ita sufficiens, sicut nũc baptismus est. Illud autem sciendũ
15 est, ꝙ in quibusdam ecclesiis † in die natalis Domini diaconi vesperis finitis in honorem beati Stephani, qui eximius diaconus fuit in tripudio cõuenientes cantant antiphonam de S. Stephano: & sacerdos collectam. Nocturnos autem & officium in crastinum celebrãt & benedictiones super lectiones dant: quod tamen facere nõ debent. Et eodem modo faciũt sacerdotes in festo B. Stephani in vesperis in honorem sancti Ioannis: quia ipse sacerdos fuit: & pueri in festo sancti Io. ad honorẽ Innocẽtium. Subdiaconi verò faciunt festum in quibusdam ecclesiis in festo circũcisionis, vt ibi dictum est: in aliis epiphania, & etiam in aliis in octaua epiphaniæ, quod vocant festum stultorum. Quia enim ordo ille antiquitus incertus erat. nã in canonibus antiquis: extrà, de æta. & quali. à multis quandoque vocatur sacer, & quãdoque non. ideò subdiaconi certum ad festandum non habent diẽ, & eorum festum officio celebratur confuso.

SVMMA.

1 *Apostolus, quis dicatur. Et qualiter officium Apostolorum exequatur ecclesia.*
2 *Apostolorum officium. & nu. 3. 4. 5.*
6 *Apostoli tres tantùm Romæ, & tres Euangelistæ.*

De Apostolis. CAP. XLIII.

Ἀπόστολος Græcè †interpretatur missus, Latinè: inde Apostoli dicti sunt, qa à Christo missi fuerũt euãgelizare per vniuersum orbẽ. Sanè ecclesia in cõmuni de Apostolis solennizat & canit in matutinis: Ecce ego mitto vos, &c. qa omnes electi sunt simul à Dño, post sermonẽ ad eos factum in mõte: sicut habetur in Mat. & Marco: qui, videlicet, electi sunt. xij. De quibus dã tamẽ facit ecclesia officiũ propriũ, sicut de B. Petro, propter priuilegiũ dignitatis. De beato Paulo, quãuis non sit de. xij. propter priuilegiũ prædicationis. De B. Ioanne, propter priuilegiũ amoris, siue virginitatis. Et de B. Andrea, propter priuilegiũ crucis, quã ita ardẽter prædicauit, cõcupiuit & habuit. Per horas capitulũ illud: Iam nõ estis †hospites & aduenę. Ephe. 2. & illud: Nõ vos me elegistis: quod est ibidẽ. & illud: Beatus vir, q̃ suffert tentationẽ. Iac. 1. c. & illud: Magnificauit eũ in timore inimicorũ. Eccl. 45. & illud: Statuit illi Dñs testamẽtum sempiternũ: ibidẽ. & illud: In fide & lenitate illius sanctũ fecit illum: ibidẽ. & illud: Ibant Apostoli gaudentes. Act. 5. & illud: Nam quos præsciuit, hos & prędestinauit cõformes. Rom. 8. c. & illud: Corpora sanctorum in pace sepulta sunt. Eccle. 44. c. & illud: Non esurient, neq; sitient amplius. Apoc. 7. c. & illud: Nos insensati vitã illorũ. Sap. 5. & illud: Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ephe. 2. c. habẽt † autẽ vigilias & octauas: qa si compatimur & conregnabimus. de hoc dictum est in iiij. parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduẽtus. Instantia tamen est de beato Ioãne Euãgelista, quo ad ieiunium quod cõtingit: tum quia vt dicũt quidã nõ fuit martyr, nisi animo: tum propter festum S. Stephani, quod est in vigilia festi eius. In vigiliis † Apostolorũ dicitur epistola: Benedictio Domini super caput eius Prouer. 15. c. & Eccle. 45. c. Item illa: Per manus aũt Apostolorum fiebant signa & prodigia. Act. 5. c. Et Euãg. Ego sum vitis vera. Io. 15. c. † In festis verò Apostolorum dicitur epistola: Iam nõ estis hospites & aduenæ. Ephe. 5. c. Item illa: Hi sunt viri misericordiæ. Eccle. 44. Item illa: Scimus, quia diligentibus Deum. Ro. 8. c. item illa: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi. Eph. 1. c. item illa: Spectaculum facti sumus. ad Cor. 4. c. itẽ illa: Vnicuiq; vestrũ data est. Ephe. 4. c. itẽ Alleluia. Ego vos elegi. Io. 15. item illud: Venite ad me omnes, qui laborа

1
2
3
4
5

boratis. Mat. 11. c. Euan. verò. Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis inuicẽ, & c. Io. 15. c. & illud: Hoc mãdo vobis. quod est ibidẽ. item illud: Ecce ego mitto vos. Mat. 10. c. itẽ illud: Facta est contentio inter discipulos Iesu. Luc. 22. c. itẽ illud: Designauit Dominus & alios. Luc. 5. c. & illud: Ego sum vi. ve. Io. 15. c. itẽ illud: Dixit Simõ Petrus. Mat. 19. c. Postcommunio: Amẽ dico vobis, q; vos qui re.
6 Mat. 19. c. item illa: Vos qui secuti estis me: quæ est ibidem. † Et nota, quod tres Apostoli legũtur tãtũ viui fuisse Romæ. s. Petrus & Paulus & Ioannes, & tres Euãgelistæ. s. Ioãnes, Marcus & Lucas. Notãdum est etiã Apostolos siue Christi discipulos, nõ ideò tantum fuisse passos, quia prædicabant de Christo: sed qa ipsum deificatum aiebant, sine Romanorum authoritate, quod ipsi prohibuerant. Ecclesia olim statuit fieri communiter festũ de omnibus Apostolis in Cal. Maij: vt dictũ est in vj. parte sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi.

SVMMA.

1 *Euangelistæ quatuor, d signãt fluũ Paradisi in quatuor capita deriuatum. Et recta est ea comparatio. nu. 5. 2.*

3 *Euãgelistas quatuor, & quatuor Doctores tãtũ cur admiserit ecclesia.*

4 *Euangelistæ quatuor, per quatuor animalia figurantur. Itẽ per quatuor anulos aureos rotundos arcæ. nu. 6.*

7 *Euangelistarum officium ecclesiasticum commune eis, varie. & nu. 9. Excepto Ioanne habente proprium. nu. 8.*

De Euangelistis. CAP. XLIIII.

POst Apostolos ecclesia veneratur etiã Euãgelistas, qui non tantum prædicauerunt, sed etiam Euangelia scripserũt. Le-
1 gitur etiam in Gen. 4. c. quod † fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum Paradisum, qui diuiditur in quatuor capita. s. Physon, gyon, Tygrim, & Eufratem. Sanè allegoricè fluuius ille, Euãgelica prædicatio est, quæ à Christo procedit, à quo generaliter omnis voluptas emanat. Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo. Recte autem hæc prædicatio fluuio
2 † comparatur: tum quia reficit, abluit & fœcundat: tum quia fluuius, dicitur aqua fluens: & vt Salomon ait: Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens inundãs est fons sapientiæ: qui tam longè, lateq; defluxit, vt mundum rẽpleuerit vniuersum. iuxta illud: Euntes in vniuersum mundum, prædicate Euangelium, &c. quapropter in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Hoc irrigat Paradisum, id est,

fœcun

fœcundat ecclesiam,iuxta illud,quod dicit Apost. Ego plantaui, Apollo rigauit,Deus autẽ incrementum dedit.Hic est enim fons hortorum,puteus aquarũ viuentium,quæ fluunt impetu de Libano.Fluuius autẽ iste, in quatuor capita diuiditur:quia prædicatio Iesu Christi in quatuor euãgelia deriuatur:nam licet scripserint multi euangelia, quia Luca testante:Multi conati sunt ordinare narrationem rerum,quæ in nobis completa sunt:tamen non nisi quatuor recepta sunt ab ecclesia:videlicet,Matthæi,Marci,Lucę, & Ioannis,quod † vtiq; factum est quadruplici ratione. Primò, ad ostendendũ duorum testamentorum concordiam:sicut enim in veteri testamento vnus fuit legislator,scilicet,Moses, & quatuor maiores Prophetæ,scilicet,Esaias, Hieremias, Ezechiel & Daniel,& duodecim minores Prophetæ:& multi sapientes,scilicet,Iob,Dauid,Salomon,& Iesus Syrach,ita & in nouo testamẽto vnus fuit legislator,scilicet Christus,& quatuor Euangelistę, duodecim Apostoli,& multi alij Doctores:vt Hieronymus, Augustinus,Ambrosius,& Gregorius,vt per hoc ostendatur,quia rota continetur in medio Rotæ, & duo Cherubin sese respiciunt versis vultibus in propiciatorium. Secundò,pro ministerio quadrigæ Aminadab,de qua sponsa in canticis dicit:Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. Aminadab enim interpretatur spontaneus Domini:hic est Christus qui factus homo,oblatus est, quia ipse voluit, huius quadriga est euangelica doctrina, per quam eius fama per mundum vehitur vniuersum, cuius quatuor rotæ sunt dicti quatuor Euaugelistæ,propter hanc quadrigã sponsa, id est, ecclesia salubri dolore turbatur ad pœnitentiam. Tertiò, ad designandum liberationem generis humani à morte quadrifica,id est, à transgressione quadruplici. prima transgressio,fuit mandati in Paradiso:secunda, legis naturalis:tertia,legis scriptæ,quarta euãgelij,vel potius peccatum fragilitatis per impotentiam,simplicitatis,per ignorantiam:securitatis, per negligentiam : malignitatis, per inuidiam. His enim quatuor modis peccandi anima moritur,& separatur à Deo. Quartò,pro ministerio formæ quadrigæ:sicut enim in cæteras formas quadratũ, sic inter cæteras doctrinas euangelium solidius & stabilius perseuerat:nam illud vndique stat:& ideò legitur Apoc.21.cap.ꝙ ciuitas in quadro posita est, & illud propter stabilitatem appellatur æternum : per cuius gratiam homo quadratur in moribus, & in virtutibus solidatur. Cæterum istorum potius, quàm aliorum euangelia recepta sunt:tum quia ipsi diligentius,& apertius historiam euangelicam descripserunt, tum quia licet aliquando varia seu diuersa,nunquã tamen cõtraria seu aduersa scripserunt, tum

quia

4 quia iſti quatuor † animaliũ figuris in viſione Io.& Eze.præfigurati ſunt.Ezech.1.Matthæus per hominẽ,eò ꝙ eius intentio præcipuè circa ſcribendam Chriſti humanitatẽ verſatur. Vnde eius liber ab humana Chriſti natiuitate ſumit exordiũ. Liber inquit, generationis Ieſu Chriſti,&c.Marcus per leonem in deſerto rugientem:eò ꝙ eius intentio præcipuè circa deſcribendam eius reſurrectionem cõſiſtit.Vnde eius euangeliũ antonomaticè in die reſurrectionis legitur. Dicitur autẽ ꝙ leo rugitu maximo tertia die ſuos excitat catulos:ita& Deus pater immenſa potentia ſua, filium ſuum tertia die ſuſcitauit:vnde & Marcus ab exclamatione incipit,ſcilicet à prædicatione Ioan.in deſerto clamantis & dicentis:Vox clamantis in deſerto.Et ſcias ꝙ Marcus fuit lõgo naſo,ſubducto ſupercilio,pulcher oculis,caluus,barba prolixa,habitudinis optimæ,ætatis mediç,canos aſperſus.Lucas per vitulum, eò ꝙ præcipuè circa deſcribendã Chriſti paſſionem,eius intentio verſatur,in qua Chriſtus ſe obtulit hoſtiam Deo patri, idẽ ſacerdos & hoſtia. Vitulus enim erat hoſtia ſacerdotalis:vndè à ſacerdotio incipit,dicens:Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ ſacerdos quidam, &c. Ioannes per aquilã:quia cæteris cum Domino gradientibus ipſe in cœlum ad deſcribendam Chriſti diuinitatẽ volauit, dicens: In principio erat.& de hoc dictum eſt in prima parte ſub tit.de picturis. Hæ ſiquidem quatuor principales intentiones deſignatæ ſunt per figuras illorum quatuor animalium:& quorum quolibet ſecundum viſionẽ Ezechiẽlis. 4. habet facies, quoniã omnes de ſingulis agunt:licet quidẽ principalius de quibuſdã, præſertim cùm omnes agant de Chriſto cui quatuor illæ figuræ conueniunt:fuit naq; homo naſcendo,vitulus moriendo, leo reſurgendo,aquila aſcendẽdo.Quæ vt melius intelligas,imagina aliquod animal habens caput quadratum,& in qualibet ſuperficie imagina vnã faciem, videlicet à parte anteriori, faciem hominis à dextris:faciem leonis à ſiniſtris:faciem vituli à parte poſteriori:faciem aquilæ,à ſuperiori.Quia verò facies aquilæ ſuper alias eminebat propter colli longi productionem, ideò dicitur ꝙ erat deſup. Quodlibet etiã horum habebat quatuor alas. de pœ.di.ij.pennata.Finge enim quodlibet animal quaſi quadratum:in quadrato ſunt quatuor anguli,& in quolibet angulo erat
5 vna ala.Porrò hi quatuor ſignificati ſunt per prædicta † quatuor flumina:per phyſon, Ioannes:per gyon, Matthæus, per tygrim, Marcus,per eufratem, Lucas.Sic enim clarè probat Innoc.iij.de
6 euangeliſtis in ſermone.Sunt † etiã ſignificati per quatuor annulos arcæ qui aurei & rotundi erant.In auro claritas,in rotunditate,quæ initio caret & fine deſignatur æternitas, ipſi enim æter-

nam

nam Christi claritatem & claram æternitatem describunt per duos anulos à sinistris duo Euãgelistę, scilibet, Matth. & Ioã es, qui ab ipso Christo fuerunt edocti, significantur. Quidã tamen per duos anulos à sinistris Matth. & Ioannem: quia adhuc passibili & mortali adhæserant, accipiunt: per duos à dextris Marcum & Lucam, qui post ascensionẽ ei iam facto immortali & impassibili adhæserũt, accipiunt: per sinistram enim mortalitas, per dextram immortalitas designatur, secundũ illud. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et propter hanc causam in picturis ecclesiarũ Paulus ad dexteram, & Petrus ad sinistrã statuuntur Saluatoris: & in bulla papali caput Pauli à dextris crucis, & caput Petri à sinistris. Sanè in † quibusdã ecclesiis antiphona ad Magnificat, in eorũ officio est: Ecce ego Ioannes vidi ostiũ apertum in cœlo, &c. Apoc. 4. Per horas autẽ dicitur capitulum: In medio ecclesiæ aperuit os eius. Eccle. 15. c. & illud: Cibauit illum dominus pane vitæ, & intellectus: ibidem. & illud: Iucunditatem & exaltationem thesaurizauit: ꝙ est ibidem. Omnia responsoria sumpta sunt de Ezec. Primum de visione Dei, scilicet, Vidi coniunctos, &c. In laudibus verò habetur de ministerio prædicationis eorum: Dilecti Deo & hominibus, &c. Eccle. 45. c. Introitus Missæ ꝓpriè est: Os iusti meditabitur sapientiã. Tamẽ † Ioan. Euãgelista habet introitũ proprium, propter priuilegiũ amoris & dignitatis, videlicet, In medio ecclesiæ aperuit os eius, &c. quia ipse non tantum fuit Euangelista, sed etiã Propheta, ꝙ patet in principio libri Apoc. vbi dicitur: Beatus, qui legit, & qui audit verba propheriæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Notandũ tamen est, ꝙ iste introitus propter priuilegium prædicationis, secundario cõpetit Augu. Grego. & aliis expositoribus. 8

† Epistola in quibusdã ecclesiis est de figura quatuor animaliũ, Ecce ego Ioan. vidi ostium apertum. Apoc. 4. c. Aliæ ecclesiæ dicunt illã, Ezech. 1. c. Similitudo vultus, &c. Responsorium est: Beatus vir qui timet Dominum, &c. versus est: Potens in terra erit semen eius, &c. quod intelligatur de semine verbi Dei, & bonorum operibus. Sequitur: Generatio rectorum benedicetur, quia euangelistæ generant filios Dei, qui benedicuntur. Allelu-ia. in quibusdam ecclesiis est: Primus ad Sion dicet ecce ass. & Hierusalem. Euang. Dabo. Esa. 41. cap. In aliis verò ecclesiis dicitur allelu-ia: Beatus vir. Euangelium est: Designauit Dominus & alios septuaginta duos discipulos. Luc. 10. cap. & sequitur: Et dicebat illis, Messis quidem multa, operarij verò pauci. xx. dist. in nouo. Offertorium est: Posuisti Domine super caput, &c. Postcommunio est: Magna est gloria eius in salutari, &c. 9

SVMMA.

1 *Martyr, id est, testis. Et an habeat octauam & vigilia n.*
2 *Martyrum officium, variè per discursum. nu. 3. 4. 9.*
5 *Martyrum præmium, & eius expositio, & nu. 6.*
7 *Arundinetum quid.* 8 *Melota quid.*

De Martyribus. CAP. XLV.

1 MArtyr Græcè, dicitur testis † Latinè: martyres enim testes sunt q̃ Christus passus est pro omnibus, & ipsi pro Christo. Sanè solus B. Laurentius inter martyres vigiliam habet & octauam: prout sub eius festo dictum est, omnes enim martyres singulares habent communia officia, exceptis Stephano, Laurentio,
2 Ioãne Baptista, & aliis q̃busdã. Et est † introitus ad Missam: Gloria & honore coronasti eum Domine. vel, Sapientia sanctorum Eccle. 44. c. vel, Iudicabunt sancti. Sap. 3. cap. vel, Sacerdotes Dei. Dan. 3. vel, Lætabitur iustus. Hi tamen in paschali tẽpore habent aliud officium, eò q̃ in illo tempore oportet quòd frequenter repetatur allelu-ia, propter gaudium resurrectionis, & tunc est introitus: Protexisti me à cõuentu malignantium, &c. & quia corona debetur eis tanquam victoribus: ideò sæpè fit mentio de corona: vnde Stephanus, interpretatur coronatus. Epistola verò quandoq; dicitur pro vno martyre: Iustus cor suum. Eccle. 39. c. quandoq; illa: Beatus homo, qui inuenit sapientiam. Prouer. 3. c. quandoque: Iustorũ animæ. Sap. 3. c. quãdoq; illa: Iustus in morte prę occu. quæ est ibidem. 4. c. quandoq; illa: Beatus vir, qui in sapientia. Eccle. 14. c. & 15. quandoque illa: Benedictus Deus, & pater. ad Corinth. 1. c. quandoq; illa: Memor esto. 2. ad Timot. 2. c. quandoque illa: Nemo militans: quæ est ibidem. quandoque illa: Beatus vir, qui inuẽtus est. Eccle. 31. c. quandoque illa: Benedictio Domini super çapur. Prouer. 25. c. quandoq; illa: Stabunt iusti: Sap. 5. c. Euangelium verò dicitur quandoq;: Si quis vult post me venire, Mat. 16. quandoque illud: Si quis venit ad me. Luc. 14. quandoque illud: Nisi granum. Ioan. 12. c. quandoque illud: Nolite arbitrari. Mat. 10. quandoque illud: Nihil opertum. quod est ibidem. quandoque illud: Si quis venit ad me, & non odit. Luc. 14. c. Pro pluribus verò martyribus † dicitur quandoque epistola: Lingua sapientium. Prouerb. 15. c. quandoque illa: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi. 1. Pet. 1. cap. quandoque: Iustorum animæ in manu Dei sunt. Sap. 3. quandoque: Rememoramini pristinos dies. Hebr. 10. quandoque: Sancti per fidem. Hebr. 11. cap. quando: Expectatio iustorum lætitia. Prouer. 11. cap. quandoque: Hi sunt viri. Eccle. 43. cap. quandoque: Absterget Deus. Apoc. 7. cap. quandoque: Reddet Deus. Sapi. 10. quandoque: Iusti autem

in perpetuum viuent. Sapien. 5. cap. quandoq;: Quis separabit nos à charitate Christi. ad Rom. 8. c. Allelu-Ia est; Hi sunt duæ oliuæ. Apoc. 11. cap. Euangelium verò quandoque dicitur: Cùm audieritis prælia. Luc. 21. quandoque: Descendens Iesus de monte. Luc. 6. cap. quandoque: Videns Iesus turbas. Mat. 5. cap. quandoque: Egrediente Iesu de templo. Mar. 13. cap. quandoq;: Attendite à fermento Pharisæorum. Luc. 12. cap. quandoq; illud: Sedente Iesu super montem oliueti. Mat. 24. cap. quandoq; illud, Væ vobis, qui ædificatis. Luc. 12. quandoq; illud, Qui vos audit. Luc. 10. cap. quãdoque illud, Confitebor tibi pater. Mat. 26. Dicitur postcommunio: Amen dico vobis, quod vni. Mat. 5. cap. quandoque: Et si coram hominibus. Sapien. 3. cap. quandoq;: Quicunque fecerit. Mat. 12. quandoque: Dico autem vobis. Mat. 10. cap. quandoque, Signa autem. Mar. vlt. ca. & quandoque, Multitudo. Luc. 6. cap. In nocturnali † verò officio primum responsorium est: Iste sanctus 4
pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, &c. & est quinti toni, quia pestilentia quinque sensuum fuit mactata in eis. In tempore verò paschali primum responsorium est: Beatus vir qui metuit Dominum: & est octaui toni propter octauam, quæ significat gloriam resurrectionis: quia verò sancti martyres in tolerandis tormentis se habuerunt constanter: & constantia à solo Deo est, ideò illud responsorium: O veneranda martyrum, &c. cantatur pro eis, & est quinti toni, quia martyres quinque sensus Deo immolauerunt: de martyribus etiam cantatur illud responsorium, Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & reg. dom. in æternum, &c. Sap. 3. cap. & est sensus: Iusti † fulgebunt in fu- 5
turo diuersis beatitudinibus: prius tamen in hoc seculo discurrent, id est, per diuersas mundi partes cursitando diuina verba aliis annuntiabunt: & hoc faciunt more scintillarum discurrentium per arũdinetum: sicut enim scintillæ vel fauillæ ignis arundinetum, id est, materiam fragilem arundinum atterunt, & annihilant: sic & sancti sua prædicatione ignita, id est, diuino igne accensa, vitia quæ respectu fortium virtutum fragilia sunt, destruent. Iudicabunt, id est, dominabuntur nationes, id est, illos, qui in peccatis suis permanserunt: & regnabunt in æternum, id est, in æternitate cum Deo recipient immortalitatem, & impassibilitatẽ, cæteráque virtutes. Rursus in his † verbis exprimitur 6
stola carnis, quam sancti recipient, quæ consistit in quatuor, scilicet in claritate, subtilitate, agilitate, & impassibilitate. Nam fulgebunt clari & tanquam scintillæ subtiles in arundineto, discurrent agiles, & regnabit Dominus eorum in perpetuum: &

ipſi

ipſi cum Domino impaſſibiles. Nam abſterget Deus omnem lachrymã ab oculis ſanctorum, &c. imò exultabunt in gloria, & de cubilibus ſuis: quod ad ſtolam ſpiritus refertur, quam etiam reci-
7 piunt ſancti. & nota ℣ † arundinetum eſt locus, in quo ſunt multæ arundines ſiue cannæ: ſicut in paludibus: flante autẽ auſtro ex aſſidua confricatione arundinũ ignis accenditur: ſcintillæ vndiq; aduolant & accenditur arundinetũ, ℣ allegoricè cõtingit in ſanctis, de martyribus etiã cantatur: Circumierunt in meloris. Heb.
8 11. q.d. in petra. Melota eſt † veſtis facta de pilis vel pelle cuiuſdam animalis, quod melota vocatur ſiue taxus. Eſt enim habitus neceſſarius ad exercitia operis. Per horas etiam dicitur capitu-
9 lum illud: Beatus vir † qui ſuffert. Iac. 1. ca. & illud: Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula. Eccle. 31. ca. & illud: Beatus vir, qui in ſapientia morabitur. Eccle. 14. cap. & illud: Iuſtorum animæ. Sap. 5. cap. & illud: Iuſti autẽ in perpetuũ viuent ibidem. & illud: Sancti per fidem. Hebr. 11. & illud: Potuit enim tranſgredi, & nõ eſt trãſgreſſus. Eccle. 31. c. & illud: Corona aurea ſuper caput eius. Eccle. 45. & illud: Stolam iucunditatis induit. ibidem. ibi tamen dicitur: Stola gloriæ. & illud: Sancti ludubria & verbera. Hebr. 11. & illud: Tanquã aurum in fornace. Sap. 3. c. & illud: Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione. Sap. 7. c. & illud: Non eſurient neque ſitient. ibid. & illud: Iuſti tulerunt ſpolia impiorum. Sap. 10. c. & illud: In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas. Prouer. 11. c. Illud etiam ſciendum eſt, quòd eccleſia celebrat feſtum quorundam martyrum veteris teſtamenti, prout dictum eſt in feſto Machabæorum.

SVMMA.

1 *Confeſſores dicuntur laudatores, quod verbum commune etiam eſt & martyribus, & virginibus, & veris ſanctis.*

2 *Confeſſores diſtinguuntur in Epiſcopos & Presbyteros. Et vtrocunque aliquando idem officium: ſæpè diuerſum. vide & 3. 4. 5.*

De Confeſſoribus. CAP. XLVI.

1 CONfeſſores dicuntur † laudatores: licet autem tam martyres, quàm virgines, quàm etiam omnes ſancti veri ſint Chriſti confeſſores, Martyres tamen, quia in iraſcibili vincunt, tranſcendunt & ſuperlucrãtur ſpeciale vocabulum martyrum: & virgines quia vincunt in concupiſcibili nomen virginum, & doctores, quia alios ſuperant in rationabili doctorum: hinc eſt, quòd martyres, & virgines, & doctores, aureola decorabuntur. Sanè
2 † Confeſſores diſtinguuntur in Epiſcopos & Preſbyteros. De Epiſcopis dicitur introitus: Statuit. Eccleſi. quadrageſimoquinto cap. Et epiſtola: Ecce ſacerdos magnus. Eccle. xliiij. Ipſi enim ſunt magni ſacerdotes. & illud de epiſcopis dicitur: Inueni Dauid ſeruum

meum oleo ſancto meo vnxi eum: quia non tantùm vncti fuerunt in baptiſmo,& in confirmatione, & ordinatione in preſbyteros:ſed etiam in conſecratione in epiſcopos,vt habeant miſerciordiam ſuperfluentem,& officia illa, quæ incipiunt ſacerdotes,propriè competunt epiſcopis:cætera ſunt communia:& plura ſunt reſpõſoria octaui toni,quia afflixerũt & crucifixerũt carnem ſuam cum vitiis,& concupiſcentiis, propter octauas reſurrectionis. Rurſus † de confeſſoribus dicitur quandoque epiſtola:Dilectus Deo.Eccle.45.ca.quandoque:Teſtificor coram Deo. 2.ad Tim.4.quandoque:Plures facti ſunt ſacerdotes.ad Hebr. 7. cap.quandoq;:Dedit Dominus confeſſionem.Eccle.47.c. quandoque:Iuſtus cor ſuum,quæ eſt Eccle.39.c.quandoque:Sapientia laudabit animam. Eccle.24. quandoque: Iuſtum deduxit Dominus, Sapient.10.cap,quandoque:Doctrinis variis.ad Hebr.13. cap.quandoque:Ego enim iam delibor.2.Tim.4.Allelu-Ia: Iuſtus germinabit. Eſa.35.cap.Euangelium verò dicitur quandoq;: Sint lumbi veſtri præcincti,Luc.12. quandoque: Vigilate. Mat. 24.quandoque:Homo quidam peregrè. Mat.12.ca, quandoque: Videte & vigilate.Mat.13.c.quandoque:Homo quidam nobilis. Luc.19.cap, quandoque: Nemo accendit lucernam. Luc.11.cap, quandoque:Vos eſtis ſal terræ.Mat.5.cap.quandoque: Nolite timere puſillus grex.Luc.12.cap.Poſtcommunio eſt: Quinque talenta.Mat.25,& quandoque:Fidelis ſeruus. Mat.24.cap. & Luc. 12.cap. Per † horas verò dicitur capitulum illud: Ecce ſacerdos. 4 Eccle.44.cap.& illud : Benedictionem omnium gentium, &c. quod eſt ibidem.& illud:Cognouit eum.ibidem.& illud:Iuſtum deduxit.Sap.10.cap.& illud:Iuſtus cor ſuum.Eccle.39.cap. & illud : Magnificauit eum in conſpectu Regum. Eccle.25.cap. ſed quòd hîc dicitur:Magnificauit:dicitur ibi glorificauit.& illud:Labia ſacerdotis cuſtodiunt.Malach.2.cap.& illud: Non eſt inuentus ſimilis illi.Eccle.24.cap.& illud : Fungi ſacerdotio & habere laudem.Eccle.45.cap.& illud: Talis decebat,vt eſſet nobis Pontifex:ibidem.& illud; Collaudabunt multi ſapientiam eius, & vſque in ſeculum non recedet memoria eius. Eccleſi.39.cap.& illud:Honeſtauit illum in laboribus.Sapient.10.cap.& illud:Cuſtodiuit illum ab inimicis,quod eſt ibidem. † Illud autem no- 5 tandum eſt,quòd ſi plura feſta in eadem die concurrant, illius qui inter eos maioris erit nominis officium celebratur. De hoc dictum eſt in proœmio huius partis.

S V M M A.

1 *Virginum officium.& num.2.3.5.*

4 *Virgines quænam habeant proprium officium.*

De

De Virginibus. CAP. XLVII.

1 OFficium matutinale † virginum maximè ex parte ſumitur de pſalmo epithalamico, ſcilicet: Eructauit cor meum: in quo agitur de nuptiis ſponſi & ſpõſæ. Virgines enim ſunt ſponſæ Chriſti: quæ ſequuntur agnum quocunq; ierit, in corpore & in anima, propter integritatem corporis & animæ. Notandum autem eſt, q; illud reſponſorium quod eſt de ſponſo, ſcilicet: Audiui vocem de cœlo, &c. quod in quibuſdam eccleſiis dicitur, eſt primi toni: quia vnicus eſt ſponſus animarum Chriſti, & ſumitur de Mat. 25. c. illud verò: quod eſt de contemptu mundi, ſcilicet, Regnum mundi & omnem ornatum ſeculi contempſi, &c. eſt quinti toni: quia ibi oſtenditur cõculcatio quinque ſenſuum.

2 De † virginibus enim cantatur illud: Fulcite me floribus. Cant. 2. & quod expoſitum eſt in quinta parte ſub tit. de ſexta. In quibuſdam eccleſiis dicunt verſiculum de virginibus, illum: Elegit eam Deus, & præelegit eam: ſed alij rectius conſiderantes, quod ſola beata virgo Maria præelecta eſt, in honorem eius tantùm dicunt illum: pro aliis verò virginibus dicunt: Elegit eam Deus, & dilexit eam. Per horas etiam dicitur capitulum: Qui gloriatur. 1. Cor. 2. c. & 1. Cor. 10. cap. & illud: Æmulor enim. 1. Corinth. 11. c. & illud: Sapiẽtia vincit. Sapien. 8. & illud: Memorati ſunt Domine miſericordiæ tuæ. Eccleſ. 51. cap. & illud: Liberaſti me à perditione. ibidem. & illud: Accinxit fortitudine lumbos ſuos. Prouerb. 31. cap. In

3 † officio miſſæ, ſi ſit virgo & martyr, proprium officium eſt: Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, &c. Alia communia ſunt: excepto, q; de B. Agatha dicitur introitus: Gaudeamus

4 † omnes in Domino pro eo, quòd ipſa excellenter lætiſſima venit ad paſſionem: ſicut de ea ſcriptum eſt: Agatha lætiſſimè & gloriãter ibat ad carcerem: ideò eius lætitiæ noſtram lætitiam ſociamus, & cum ea in Domino congaudeamus. De beata etiam Agnete, officium Miſſæ eſt: Me expectauerunt: ratio quare, poteſt ex eius legenda haberi. Et nota quod de vir-

5 ginibus dicitur quandoque epiſtola: Confitebor † tibi Domine. Eccle. 51. c. quandoque: Qui gloriatur. 2. Cor. 10. c. quandoque: Domine Deus meus exaltaſti. Eccle. 2. c. quandoque: Sapientia laudabit animam: ſcilicet Sapient. 24. quandoque: Sapientia vincit malitiam: Sapien. 8. quandoque: De virginibus. 1. ad Cor. 7. quandoque: Dominus poſſedit me. Prouerb. 8. cap. Alleluia. Et poſtcommunio: Quinque prudentes. Mat. 25. cap. Euangelium quandoque dicitur: Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Mat. 14. cap. quandoque: Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus. Mat. 25. cap.

SVMMA.

1 *Dedicationis Ecclesiæ festum, respondet festo encæniorum.*
2 *Dedicatio Ecclesiæ, vnde duxit initium.*
3 *Dedicatio Ecclesiæ, cur octo diebus celebretur.*
4 *Dedicationis Ecclesiæ officium: & eius expositio & nu. 5. & 6.*
6 *Dedicationis Ecclesiæ festum, differri reuici.*

De festo & officio dedicationis Ecclesiæ. CAP. XLVIII.

QVoniam in parte prima dictũ est qualiter ecclesia dedicanda sit: restat, vt hîc aliqua de officio, ꝙ in festo dedicationis ecclesiarũ dicitur, subiiciamus. Festum ergo illud † solenniter ab ecclesia celebratur de quo in Ioan. habetur: Facta sunt encęnia, id est, festa dedicationis in Hierosolymis: & Iesus ambulabat in templo in porticu Salomonis, ad confirmationẽ illius festiuitatis. de conse. dist. j. solennitates. Et dicitur porticus Salomonis, quia Salomon solebat ibi orare: & ibi orauit in die dedicationis. Hoc † etiam festũ in veteri test. fiebat: vnde legitur in primo libro Machab. 4. c. Elegit Iudas Machabæus sacerdotes sine macula: & mundauerunt sancta. Ecclesia enim militans potest mundari: sed non triumphans: & Augu. dicit in homilia super prædicto verbo: Facta sunt encænia. Illum diem quo templum dedicatum est, Iudæi solenniter celebrant. Celebrauerunt autem Iudæi encænia † octo diebus: quare videtur quod nos similiter festum dedicationis debemus octo diebus solennizare: vt in prædicto ca. solennitates. §. j. Sed mirum est quare octo diebus celebrauerint encænia, cùm Pascha & scenopegiam non celebrauerũt, nisi per septem dies tantũ, vt de conse. dist. j. §. Ad hoc est responsio: quia hæc festiuitas specialiter significat æternam dedicationẽ, in qua ecclesia illa, scilicet anima sancta ita Deo dedicabitur, id est, copulabitur, vt non possit ad alios vsus transferri: quod erit in octaua resurrectionis: & ideò in nouo test. habet hoc festum octauas. Hæc ecclesia constituitur in baptismate & in doctrina & in pœnitentia. Hic enim auditur securis & omnis generis ferramentum, id est, omnia genera flagellorum, & disciplinarum: scilicet in ecclesia militante, quæ per tabernaculum Mosi significatur. Tabernacula enim militantiũ sunt. Templum verò illud Salomonis, significat ecclesiam triumphantem, in qua hæc non audiuntur. In † matutinali officio dicuntur illi psalmi in quibus fit mentio de portis, quæ specialiter sunt, timor & amor, sicut habetur in psalmo illo: Domini est terra ibi: Attollite portas principes vestras, &c. Item illi, in quibus fit mentio de altari, sicut in psalmo illo: Iudica me Deus, & discerne, &c. Item illi, in quibus fit mentio

1 2 3 4

tio de ciuitate, vt ſunt illi: Deus noſter refugium, &c. & Magnus Dominus noſter. Item illi, in quibus fit mentio de atriis & de portis, vt ſunt illi: Quàm dilecta tabernacula, & Fundamenta eius in montibus ſanctis. Sed quæritur quare tunc dicitur pſalmus ille: Domine Deus ſalutis meæ? ad q̃ quidam dixerunt q̃ ideò, quia ibi fit mentio de ſepulchris: ſed hæc ratio non valet, quia ibi non fit mentio de talibus ſepulchris in quibus habitant, ſiue ſepeliũtur corpora fideliũ iuxta eccleſiam, ſed de ſepulchris malorum: vndè dicimus, quod dicitur ille pſalmus, eò q̃ eſt pſalmus pœnitentialis: & ſpecialiter ibi de oratione habetur, quæ in eccleſia facienda eſt. Vnde ibi dicitur: Intret oratio mea in conſpectu tuo. Dicit autem Dominus de eccleſia: Domus mea, domus orationis vocabitur. Octauus verò pſalmus eſt: Qui habitat in adiutorio altiſſimi, id eſt, in eccleſia: quia ibi dicitur: Altiſſimũ poſuiſti refugium tuum, quia ſuper omnes montes in vertice montium fundata eſt eccleſia. Vltima verò antiphona, ſcilicet
5 ad † Magnificat in veſperis eſt, pax æterna: quia ad hoc celebratur dedicatio, vt dedicemus & habeamus illam pacẽ æternam. Per horas autẽ dicitur capitulũ illud: Vidi ciuitatem. Apoc. 21. c. & illud: Ecce tabernaculum. q̃ eſt ibidem: & illud: Vnuſquiſque propriam mercedem. 1. Cor. 3. & illud. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere ad Cor. 3. Sanè huic feſto competit, q̃ Iacob vidit ſcalam & angelos aſcendentes, & deſcendentes, id eſt, totã eccleſiam vidit vna viſione, & erexit lapidẽ, id eſt, Chriſtum, qui *Gen. 28.* eſt lapis in ſummo: & eſt lapis angularis: & fundamentum, qui omnia ſuſtinet. Erexit inquã in titulũ præconialem, memorialẽ, & triumphalem, fundens oleũ deſuper. Siquidem Iacob, id eſt, prælatus fundit oleũ ſuper lapidẽ, id eſt, Chriſtũ, ad oſtendendũ eius chriſmata, & idem prophetauit Iacob, dicens: Terribilis eſt locus iſte: non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli: verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Terribilis eſt enim eccleſia dæmonibus, propter Dei ſimilitudinem, quam habet: &
6 propter hoc ad Miſſam eſt introitus: Terribilis † eſt locus iſte. Gene. 28. Sequitur, & vocabitur aula Dei, hoc appoſuit beatus Gregorius de ſuo: pro eo, quòd ibi paratus eſt Deus exaudire, ſicut dixit Dominus Salomoni. 3. Reg. 13. Exaudiui orationẽ tuã, &c. Quare autem terribilis ſit: oſtenditur in verſiculo: Dominus regnauit, decorẽ induit, ſcilicet in membris ſuis: & ideò terribilis eſt eccleſia dæmonibus. In conſecratione verò altaris eſt introit⁹: Dicit Dñs ſermones mei. Eſa. 15. & 16. Epiſtola ſumitur de Apoc. 21. Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalẽ, &c. reſponſoriũ eſt: Locus iſte, ſcilicet eccleſia materialis, ſanctus eſt: q̃ ſanctificata

est ad hoc, vt ibi Domin⁹ exaudiat preces: & ideò præstat orãtibus sanctitatẽ. Salomõ enim orauit, vt Dominus orãtes ibi exaudiret, & Dñs dixit ei: Exaudita est oratio tua: hoc enim significatum est. 3. Reg. 8. c. vbi Salomon dedicato tẽplo, ait, Quicũq; orauerit in loco isto, exaudies in loco tabernaculi tui in cœlo: & cũ exaudieris, propitius eris. Allelu-ia est in quibusdam ecclesiis: O quàm metuendus est, Gen. 28. c. Euangeliũ verò est: Egressus Iesus. Luc. 19. c. eò ꝙ ibi habetur: Hodie salus huic domui facta est. in quibusdã tamẽ ecclesiis legitur Euangeliũ de Matthæo, in quo habetur: & nõ potuerũt subuertere domum illã. Fundata enim erat supra firmã petrã: sequitur offertoriũ de verbis Dauid in Paralipo. 1. vlt. c. vel secundum alios, sunt verba Salomonis: Domine Deus in simplicitate cordis mei lętus obtuli vniuersa hęc. Obtulerat enim sacrificia inæstimabilia, quæ significãt bonas operationes, siue cogitationes, & bona desideria, quæ inæstimabilia sunt & numero & prætio. Sequitur postcõmunio: Domus mea, &c. Esa. 56. & Mat. 7. c. Nota, ꝙ † si festum dedicationis ecclesiæ occurrerit in passione Domini, fit in sequẽti hebdomada: si verò in festo ascensionis, de ascẽsione fiet officium: & officium dedicationis differtur. Salomon enim dedicauit templum duodecima die mensis, & decima die mensis occurrebat scenopegia: celebrauit autem dedicationem templi per septem dies, & prorogauit scenopegiam vsque post dedicationem. 7

Finis libri Septimi.

LIBER OCTAVVS.

SVMMA.

1 *Computi rationem tenere debent sacerdotes.*
2 *Computus quid, & vnde dicatur. nu. 3.*
4 *Tempus quid, & eius partes.* 5 *Annus est triplex.*

De computo & Calendario, & pertinentibus ad illa. Pulcherrimus enim est liber iste, & clericis & laicis necessarius valdè. CAP. I.

QVoniam sicut † ait beatus Aug. xxxviij. d. q: æ ipsis Sacerdotes cõputũ scire tenẽtur: alioquin vix eis nomen sacerdotis cõstabit: sub quo verbo notitiã cursus tẽporis, Lunæ ac Calẽdarij intelligimus, quoniã cõputus, est sciẽtia certificãdi † tẽpus secudũ Solis & Lunę progressum. Idcircò ad simpliciũ sacerdotũ instructionẽ, in hac octaua & finali parte de hoc aliqua claro cõpẽdio pertingem⁹: prout ad vsum ecclesiæ dignoscitur pertinere. Dicitur † aũt cõputus, à computo cõputas, quia in ipso cõputando procedimus: non quia 1 2 3

in

in ipso cõputare doceamur: & est duplex cõputus. s. astronomicus, seu philosophicus: & vulgaris, seu ecclesiasticus: sed de astronomico nil ad præsens. Vulgaris cõputus est, sciẽtia distinguẽdi ẽpus certa ratione: siue sciẽtia tẽporis discretiua, secundũ eccle-
4 sia vsum. Tẽpus † verò, prout hic sumitur, est secundũ Tullium, quædam quãtitas anni, mensis, diei, seu alterius spacij. Vel tẽpus, est mora motus rerũ variabiliũ: cuius partes decẽ esse dicuntur. s. annus, mẽsis, septimana, dies, quadrãs, hora, pũctum, momẽtũ, vncia, & atomus. Annus cõtinet duodecim menses, & quinquaginta duas septimanas, & diẽ vnam, & trecẽtos sexagintaquinq; dies & sex horas. Mensis continet quatuor septimanas vel paulò plus. Septimana septem dies. Dies, quatuor quadrãtes. Quadrãs, sex horas. Hora, quatuor puncta. Pũctum, decẽ momẽta. Momẽtum, duodecim vncias. Vncias, quadraginta septẽ atomos. Atomus inuisibilis est. Nam ἄτομος, græcè, indiuisio dicitur: vnde ἄτομος græcè, indiuisio latinè. Anni ergo solaris ferè duodecima pars mẽsis est. Septimana verò, est ferè .iiij. pars mensis. Dies naturalis. vij. pars septimanæ. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora. vj. pars quadrãtis. Punctum, quarta pars horæ. Momentum. x. pars pũcti. Vncia, duodecima pars momẽti. Atomus, quadragesima septima pars vnciæ. Et est alia temporis diuisio. s. per æuum, per ætatem, per seculum, per lustrum, per olympiadem:
5 & per indictionem, de quibus infra dicetur. Cæterũ † tria sunt tempora annorum: siue triplex est annus. s. Solaris, lunaris, & magnus. de quibus præuidimus in hac octaua parte tractare, quæ duas principaliter habet partes, in quarum prima agitur de anno solari, & de magno: in secunda verò de lunari.

SVMMA.

1 *Huius octaua partis quadruplex diuisio. Et quid quælibet tractet. & nu. 2. 3. 4.*

Prima pars de anno solari incipit. CAP. II.

1 IN hac † prima huius operis parte de anno Solari tractaturi quæ in quatuor subdiuiditur particulas. In quarũ prima agitur, quid sit annus. De initio anni: de multiplici anno. De duodecim signis. De bissexto. De quatuor anni tẽporibus. De ieiuniis illorum. De solstitiis. De æquinoctiis. De magno anno. De æra. De olympiade. De lustro. De ætate. De seculo. De æuo. † In se-
2 cunda parte agitur de mense. De Calendis. De Nonis. De Idibus. Vnde & qualiter dies denominentur. De diebus ægyptiacis
3 a; canicularibus. † In tertia agitur de septimana: & quæ sit litera Calendarum cuiuslibet mensis. In qua die septimanæ quilibet mensis incipiat. Et de literis dominicalibus. De regulari-

bus ſolaribus. De concurrentibus. Et de indictione. † In quarta agitur de die, de momento, & de hora. Occaſione horæ annectitur de quantitate lucentium horarum noctis. 4

SVMMA.

1 *Annus ſolaris, quid. Et nu. 4. & vnde dicatur.*
2 *Anni initium, à variis variè cœptum.*
3 *Annorum varia nomina.* 5 *Zodiaci ſigna. & quid zodiacus.*
6 *Zodiaci ſignorũ explanatio. Primũ de ariete: proximè de cæteris ordine per nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
18 *Biſſextus, quid, & vnde, & quando contingat. nu. 19.* (tio.
20 *Biſſextus qũo dignoſcatur.* 21 *Anni quatuor tẽpora Eteorũ explica.*
22 *Ieiunia quatuor temporum, cur ſint dicta. Et cur fiant nu. 23.*
24 *Solſtitia duo ſunt in anno ſolari. Et quid ſolſtitium, & vnde dictum.*
25 *Æquinoctium, quid.* 26 *Annus magnus. Item mundanus ibid.*
27 *Æra, quid.* 28 *Olympias quid.* 29 *Luſtrum, quid.*
30 *Annus indictionalis, Romanus: Iubileus, Hebræis: Chriſtianus, benignitatis, & gratiæ eſt ibid. & nu. 31. 32.*
33 *Ætas, quid. Et quomodo accipiatur.*

ADNOTATIO.

*Annus, eſt.] Imò annꝰ (qui eſt triplex) Græco verbo ἐνιαυτὸς, ἔτος, à tẽporis circuitu, dicitur ab am, q̃ veteres, circũ dixerũt, & nare, fluere. Fiũt enim anni, ſicut dies mẽſes, q̃ annus cõficiatur mẽſibus in ſe cõfluẽtibus. Aut, ſi mauis, ab ἀνανέω. renouo, q̃a ſemp renouatur. Varij tamẽ varie ſup hoc verbo. Cęterũ, de annorũ differẽtia apud varios, vide Pliniũ, natura. hiſt. li. 7. c. 48. vbi etiã fuſe de anni obſeruatiõe rationeq̃s. Itẽ quot dieb⁹ cõſtet: quinã intercalaris, li. 18. c. 25. 26. Eius partes & initia, ibid. Annus porrò Athenienſiũ, erat dierũ quatuor & q̃nquaginta ſupra trecẽtos, quoniã mẽſes ipſi ſuos lunari curſu metiebãtur. Et quod deerat dierũ ad annũ iuſtũ ſolarẽq̃ ratione, id intercalatione ſupplebatur. N. D.

Quid ſit annus Solaris. CAP. III.

ANnus, eſt *ſolis † anfractus, cũ peractis trecẽtis, lxv. dieb', ad eadẽ loca ſyderũ redit. Dicitur ergo annus: q̃a mẽſibus in ſe recurrẽtibus voluitur, ab am, quod eſt circum: & eo is quaſi circulariter rediens. Vnde & annus dicitur, quaſi annulus, id eſt, circulus: eò q̃ in ſe redit. vnde Virgilius. * 1

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

& ob hoc ante inuẽtas literas ſic apud Ægyptios annus indicabatur. pingebãt enim draconẽ, caudã ſuam mordẽtem: quia in ſe recurrit: & ſic adhuc à quibuſdã figuratur. Alij annũ, ab innouatione dicũt: ſemper enim renouatur. Annus ſecundũ † diuerſos diuerſa habet initia: quoniã Arabes & Ægyptij illũ inchoant poſt 2

ſolſti-

solstitium æstiuale.s.à Septẽbri:pro eo,q̃ legitur arbores in principio mũdi fructum habuisse:& quia hoc in Septẽbri contingit: putant tunc mũdum factũ fuisse.ideoq; ibi incipiunt annum. Numa verò Pompilius & Romani annũ à Ianuario inceperunt:pro eo quod tũc vel paulò ante Sol nobis incipit appropinquare.Iudæi à Martio inceperũt:quia in eo cõditus est mũdus:& ideò dicitur q̃ decimus octauus dies eius, est primus dies seculi, quos omnes quo ad aliqua computistæ inuitantur:ipsi nãque à Septẽbri incipiũt regulares lunares:& embolismos & epatas; & omnes annos lunares. A Ianuario verò incipiũt aureũ numerum:& quasdam literas dominicales:à Martio regulares solares cõcurrentes:& quasdam literas dominicales:prout in ij.parte apparebit.Sanè,quidam moderni ob reuerẽtiam Saluatoris computant annos à natiuitate eius.Alij verò ab eius incarnatione.i.à conceptione beatæ Mariæ:& quando illa dixit.Ecce ancilla Domini, &c.statim enim fuit Christus homo, & plenus spiritu sancto.

§ Annorũ † alius est naturalis,alius vsualis,alius legitimus, alius emergens,alius solaris,alius magnus,alius olympias,alius lustralis,alius indictionalis,alius iubileus,alius benignitatis,alius æternitatis & gloriæ.Annus naturalis est cum Luna Soli opponitur: vnde Sol eclipsim patitur. Vsualis siue tẽporalis est,qui secundum vsum hominum sumit initium:videlicet à Ianuario vsque ad sequẽtem Ianuarium.Legitimus siue ceremonialis est,q̃ cõputatur,secũdũ lunationes ab Aprili vsq; in Aprilẽ.Aprilis enim est primus mensis apud Hebræos.Emergens est,in quo aliquod magnum Iudæis vel aliis contigit:à quo facto in illius memoriã

4 annum incipiunt computare.s.à quouis die. † Annus solaris est spacium,in quo circuit Sol duodecim signa zodiaci:quem circulum facit vt præmissum est in cccLxv.diebus & ferè sex horis:ferè dixi,propter quædam momenta,quæ adiiciuntur, sicut infra dicetur.Hæ autem sex horæ de quarto in quartum annũ,faciunt vnum diem naturalem bissextilem : & annus iste communis est omnibus gentibus,& incipit qualibet die,& qualibet die finitur transactis prædictis diebus:& iste potest etiam dici naturalis.

5 † Signa verò prædicta sunt ista:Aries,Taurus,Gemini, Cancer, Leo,Virgo,Libra,Scorpio,Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Pisces:vnde versus.

Hæc sunt signa poli,quæ semper sunt via soli.

Est Aries,Taurus,Gemini,Cancer,Leo,Virgo, Libraq̃ue,Scorpio,Chiron,Capricornus,Vrnul.&Pisces.Et nota, quòd cœli habitatio stat circulorum distincta zonis: Zonæ autem ipsæ sunt quinq;,quæ ideò zonæ vel circuli appellantur,quia in circundu-

ctione ſphæræ exiſtunt. Zodiacus aũt circulus eſt, qui ex linearũ quinq; angulis, & ex vna linea conſtat. Rurſus ζωδιακὸς, græcè dicitur animalis, ab effigie animalium. Siue ſignũ latinè. Inde zodiacus dicitur animal, ſeu ſignifer circulus, ex eo q̃ in medio ſir mamẽti ſunt duodecim ſigna per trãſuerſum poſita æqualiter p̃ circulum diſtincta, quæ formis & nominibus animaliũ deſignãtur: quia Sol intrans in illas, proprietates animalium quodãmodo ſortitur: vel quia ſtellæ in ſignis diſpoſitæ ſunt animalium figuris. Signũ autem dicitur duodecima pars zodiaci: Sol quidem intrat in aliquod de prædictis ſignis, quolibet menſe in xv. Calẽ. ſecundũ Eccleſiam. vnde in Martio intrat in Arietem. xv. Calen. Aprilis. in Aprili intrat in taurũ. xv. Cal. Maij, & ſic per ordinem mẽſium & ſignorum. Primum igitur ſignum eſt † Aries, in quo 6
Sol dicitur eſſe factus, in quo ſigno eſt Sol circa principia Veris, ſic dictum: quia ſicut Aries eſt animal retrò debile habẽs aliquid ante roboris, ſic poſtrema Solis illo tempore debilia ſunt frigore eius fortitudinem minuẽte: anteriora verò quæ æſtatẽ reſpiciũt, aliquid fortitudinis. i. caloris habẽt, vel ſicut Aries in hyeme, cubat in latere ſiniſtro: in Vere aũt incipit cubare in dextro: ſic Sol ante illud tempus moratur in ſiniſtro latere firmamenti. ſ. in meridiẽ, tunc verò intrat latus dextrum. ſ. verſus Aquilonem. Antiqui hoc ſignum propter amorem Iouem vocauerunt, in cuius capite, qui ſimulachra faciunt, Arietis cornua fingunt. † Secũdum 7
ſignum eſt Taurus: ſic dictum, quia ſicut Taurus fortior eſt arietẽ: ſic fortioris eſt efficaciæ Sol in illo tempore, quo ad nos, quã in præcedẽti, veriũtamen antè eſt efficacior, quam poſt: ſicut Taurus antè fortior eſt, quam retrò. Antiqui ideò Taurum inter ſydera in honorem Iouis collocauerunt: quia ille fabulosè fingitur in bouem conuerſus, quando Europam tranſuexit. Tertium † Gemini ſic dictum: quia illo tempore vis Solis gemina 8
tur. incipit enim eſſe calidus & ſiccus effectiuẽ, vel quia tunc præcipuè res geminantur. i. multiplicantur: aues enim & animalia fœtus producunt: vel propter geminos ſiue duos gradus, quibus ſub illo ſigno magis, quam ſub alio Sol eleuatur à terra. Antiqui autem hoc ſignum Gemini vocauerunt propter Caſtorem & Pollucem: quos poſt mortem inter notiſſima ſydera conſtituerunt. † Quartum Cancer, ſic dictum, quia Cancer eſt animal re 9
trogradum & Sol tũc retrograditur, diſcedẽs à nobis, cum prius appropinquauerit nobis. Quintũ Leo, ſic † dictum: quia Leo eſt 10
animal crudele, & ſemper febricitãs: ſic & tẽpus illud crudele & generans febres. Rurſus quia Hercules Leonem fortiſſimum in Græcia occidit: ideò propter ſuam virtutem hũc inter duodecim

ſigna

11 signa statuerunt. Sextũ virgo, † qa sicut virgo nil generat, sic tempus illud sterile nil noui generat, generata tamẽ matureſcere fa-
12 cit: est enim tẽpus canicularium dierum. Septimũ † libra sic dictũ est ab æqualitate mẽsis ipsius: quia Sole ibi existẽte dies & nox equipõderata est: quia tunc est æquinoctiũ autumnale. Octauum
13 est Scorpius, sicut † enim Scorpius venenosus est & pungit: sic & tẽpus illud morbosum est, propter inæqualitatem aẽris: est enim mane frigus pungẽs, & in meridie calor vrens. Nonum, Sagitta-
14 rius, sic dictũ: quia † venatio quę per sagittarios fit, plerunq; tunc exercetur, vel propter fulgura, quę tunc sæpè cadunt, quæ Italici
15 sagittas vocãt. Decimum Capricornus: † sicut enim Capricornus in abruptis montibus siue in excelsis præcipitiis pascitur, sic Sol tunc est in altissimo gradu versus meridiem: vel sicut Capricornus montes solet ascendere, sic Sol tunc ad nos ascendere incipit. Rursus antiqui Capricorni figuram inter sydera finxerunt, propter capram Iouis nutricem, cuius posteriorem partẽ corporis in piscis effigiem formauerunt, vt pluuias designarent, quas plerunq; idem mensis in extremis solet habere. Vndecimũ, est
16 † Aquarius, sic dictũ, quia tempus illud aquis & ventis abundat.
17 Duodecimum est pisces: quia † sicut piscis est animal aquaticum, sic & tempus illud propter multas pluuias aquaticũ est, vel quia tunc aquis resolutis est tempus piscationis. Verum licet sicut patet ex præmissis signa æqualia sint secundũ astronomicos: Ecclesia tamen illa nõ ponit æqualia: nam quãdoq; plures dies sunt in vno signo, quã in alio, cùm vnus mensis plures dies habeat, quàm alius: vnde plures erunt gradus vnius, quàm alterius signi. Gradus autẽ, dicitur spacium, quo Sol motu suo trãsit in zodiaco die naturali. Ex iam dictis facilè sciri potest in quoto gradu alicuius
18 signi sit Sol quocunq; die. Porrò † dies bissextilis de qua dictum est, dicitur bissextilis secundũ Philosophos, quasi ex bisse momentorum collecta quod sic poterit cõprehendi. Sol enim in quolibet signo moratur triginta diebus & xxx. trientibus horarum: & xxx. bisse momentorum: & trien⁹ est tertia pars alicuius rei constantis ex tribus partibus. Bisse verò sunt duæ partes: sed multiplicatis duodecim. xxx. diebus habemus. cccl x. dies. xxx. trientes horarum cõstituunt decem horas, quæ multiplicatis duodecies faciunt quinq; dies. xxx. bisse momentorũ continet viginti momẽta, & ita duo puncta: sed multiplicatis duodecies duobus punctis habemus sex horas ex bisse momentorum collectas, quæ de quarto in quartum annum constituunt vnum diem quæ dicitur bissextilis. Rursus secundum Isidorum, per singulos annos crescit
19 pars quarta assis: ac vbi quarto anno assis completa † fuerit,

bisse

biſſextum vnum facit, & ideò per quatuor annos vnus biſextilis adiectus eſt. Dictus autem eſt ſecundum eum biſextus: quia bis ſexies ductus aſſem facit quod eſt vnus dies. In quo loco Calendarij poni debeat illa dies, his verſibus continetur:

Biſſextum ſextæ Martis, tenuere Calendæ.
Poſteriori die, celebrantur feſta Mathiæ.

Hoc eſt dicere, ꝙ in illa litera vbi dicitur in Calendario. vj. Calen. Martij, debet poni dies biſſextilis: & tunc ſtamus ſiue ſedemus duobus diebus ſup illa litera & feſtum S. Mathiæ quod debet illa die celebrari, celebratur tantum in ſequenti: ita tamen ꝙ inter ipſum feſtũ & vigilã nullum ſit mediũ: extrà de verborum ſigni. quæſiunt. non intereſt tamen vtrum ipſum feſtũ in prima vel in ſecunda die prædictarũ duarum celebretur: ſed regionis in hoc conſuetudo ſeruetur. Iſidorus dicit, quod à ſexto no. Martij vſq; in diem Calend. Ianuarij Lunæ curſu biſextus apponitur, atque inde detrahitur. Si autẽ † volumus ſcire, quãdo ſit annus biſ- 20
ſextilis: debemus diuidere annos Domini per quatuor, quoties poſſumus, & ſi nullus ſuperauerit, tunc erimus in anno biſſextili ſi autem aliquis remanſerit, tunc nõ erit biſſextus. Vnde verſus,

Anni diuiſi Domini, per quatuor æquè,
Monſtrant Biſſextum, qua ratione ſcias.

Hoc autẽ verũ eſt, ſecundũ illos, ꝙ diuidũt annos Domini incipiendo à natiuitate, vel à Ianuario, nõ ſecundũ illos, ꝙ incipiũt ab incarnatione. Alia etiã doctrina ad inueniendũ biſſextũ ponitur infrà, vbi de cõcurrentibus agetur. Tẽpora † ſiue partes anni 21
ſolaris ſunt quatuor, ſcilicet, Ver, Æſtas, Autũnus, Hyems, vt dictum eſt in vj. parte, ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduẽtus. Dicta autẽ ſunt tempora, à cõmunionis tẽperamento, eò ꝙ inuicem ſeu humore, ſiccitate, calore, & frigore cõtemperent: hęc & curricula dicũtur quia non ſtãt, ſed currunt. Ver dictũ eſt, ꝙ viret. Æſtas dicitur ab æſtu, id eſt calore: inde ęſtas, quaſi vſta & arida. Autũnus, à tempeſtate vocatur, quãdo & folia cadunt, & omnia matureſcũt. Hyems dicitur ratione hemiſpherij: quia tũc Sol circulo voluitur breuiori. vnde & hoc tẽpus Bruma dicitur, quaſi βραχυς, id eſt breuis: vel à cibo, quia tũc maior eſt veſcendi appetitus, edacitas enim Græcè, bruma appellatur. * Principia autẽ * partium anni, ſecundum Eccleſiam his verſibus continentur:

Feſtum Clementis, Hyems caput eſt Orientis.
Cedit Hyems retro, cathedrato Simone Petro.
Ver fugat Vrbanus: Æſtatem Symphorianus.
Id tibi, quod reſtat Autumni tempora præſtat.

Hoc eſt dicere feſtũ Clementis, quod eſt octauo cal. Decembris,

bris,est principiũ hyemis,& durat vsq; ad festum cathedrę S. Petri:tunc incipit Ver: & istud festum est.viij. Cal. Martij,& Ver durat vsq; ad festum S. Vrbani, quod est octauo cal. Iunij: tunc incipit Æstas,& durat vsq; ad festum Symphoriani,q̃ est octauo Cal. Septembris,tunc incipit Autumnus, & durat vsque ad festũ
22 Clementis in quo incipit Hyems. In † his quatuor partibus anni triduana ieiunia celebramus:& ideò ieiunia quatuor temporum appellantur. Ieiunium Veris, est in prima septimana quadragesimæ,scilicet in quarta feria post cineres. Ieiunium Æstatis,est in prima die Mercurij post Pentec. Ieiunium Autumni, est in tertia die Mercurij. Septembris, scilicet in quarta feria post festum sanctæ Crucis:Ieiunium hyemis est in quarta feria post festum beatæ Luciæ,prout ibi dictum est,vnde versus,

Vult Crux Lucia,cineres charismata dia.
Vt det vota pia,quarta sequens feria.

23 Fiunt † autem hæc ieiunia in quarta feria: quia in quarta feria Christus à Iuda traditus est,& in vj. feria, qa in ea crucifixus est,& in sabbato:quia tunc Apostolorum tristitiam de nece Saluatoris repræsentamus:nam si cõpatimur,& cõregnabimus:de consecra. dist. iij. ieiunia. & c. sabbato. Aduentus autem Domini quando celebretur,dictum est in vj. parte,sub tit. de aduentu.

24 Adhuc in † anno Solari contingunt duo Solstitia, & duo Æquinoctia. Solstitia in Æstate, & in Hyeme:Æquinoctia in Vere, & in Autumno. Est autem Solstitium, maxima æqualitas diei, & noctis: siue ingressus Solis in Capricornum, vel Cancrum:& dicitur Solstitium,quasi Solis statio,eò q̃ tunc Sole stãte crescunt dies,vel noctes. Æquinoctium, est † maxima diei & noctis æqualitas:quia tunc æquali spacio horarũ consistunt, siue ingressus Solis in Ariete,vel Libram. Vbi autem sit locus Solstitiorum,& Æquinoctiorum his versibus continetur:

Solstitium decimo Christum præit,atque Ioannem.
Aequa Crucis festum dat tempora Iol artus & Idus.

Hoc est dicere,q̃ Solstitium Hyemale, est ante natiuitatem Christi decẽ diebus,videlicet.xviij.cal. Ianuarij: quo tẽpore Sol incipit altiores circulos petere: & Solstitium Æstiuale,est ante natiuitatem Ioan. Bapt. totidem diebus,videlicet.xviij.cal. Iulij quo tempore incipit Sol ad inferiores circulos remeare. Vnde æstiualis Solstitij dies maximus,sicut & hyemalis dies minimus inuenitur. Sed secundũ Ægyptios Hyemale est.xij.cal. Ianuarij, secundũ Græcos.ix.cal. Æstiuale verò secundum Ægyptios.xij. cal. Iunij.secundũ Græcos.ix.calẽ. Item in festo Crucis,vel secundum alios.xij.cal. Octobris est Æquinoctium Autumnale:&

vbi

vbi dicitur in cal. Idus Martij. vel ſecundū alios. xij. cal. April. eſt Æquinoctium Vernale. Olim enim annus in duas partes tantū diuidebatur ſcilicet Æſtiuale, & Hyemale Solſtitium, & in duo hemiſphæria. Magnus autem annus † cōpletur reuerſis Planetis 26
omnibus ad loca ſua creationis, quod fit annis non paucioribus ccccccxxx. Mundanus verò annus, erit omnibus ſtellis ad prima loca reuerſis, quod fit demū poſt quindecim millia annorū. Magiſter ſentētiar. dicit in hiſtoria Gene. vbi agit de ebrietate Noë q; magnus annus impletur per circulationē ſexcentorum annorum. Æra, qua vtuntur † Hiſpani, ſingulorum annorū eſt con- 27
ſtituta à Cæſare Auguſto, quādo ad primū cenſum orbē deſcripſit. Dicta eſt autē æra, ab ære, ex eo, q; omnis orbis æs reddere profeſſus eſt Reipublicæ Romanorū. Prius autē fuerūt indictiones, poſteà æræ. Olympias † cōſtituta eſt apud Græcos, in Elide 28
ciuitate, aliis agentibus agonē & quinquennale certamen: quatuor mediis annis vocantibus: & ob hoc tēpus Elidij certaminis olympiadē vocauerunt: quadriēnio in vna olympiade ſupputato. Luſtrū † eſt πεντετηρὶς, id eſt, quinquennium, quod quinto anno dicitur condi, propter olympiades à Romanis inſtitutas: nōdum enim erāt cōſules neq; æræ, quinquennale quidem tempus ideò ſic vocatum eſt: quia cenſu per quinquēnium in republica peracto, vrbs Romana luſtrabatur. Apud † Romanos eſt annus 30
indictionalis, qui ter quinos cōtinet annos, vt infrà dicetur, & præmiſſum eſt. Apud † Hebræos eſt annus iubileus, id eſt, remiſ- 31
ſionis, qui ſeptenis cōpletis annorū hebdomadibus celebratur: de quo dictum eſt in vj. parte ſub tit. quinquageſimæ. Apud † Chri- 32
ſtianos eſt annus benignitatis & gratiæ: in quo Chriſtus venit, & nos ſola benignitate redemit. Apud ſanctos comprehenſores, eſt annus æternitatis & glorię: in quo exultabunt ſancti in gloria ſine fine. Rurſus ſecula generationibus cōſtant, ſic dicta: quia ſequuntur. abeuntibus enim aliis alij ſuccedunt. Hoc tempus quidam quinquageſimum annum dicunt, quem Hebræi iubileum vocāt, vt iam dictū eſt. Et ob hanc cauſam Hebræus propter vxorem & liberos amās dominū ſuum, aure pertuſa ſeruitio ſubiugatus, ſeruire iubetur in ſeculū, id eſt, vſq; ad annum quinquageſimum. Ætas † autem plerunq; dicitur pro vno anno, & pro ſe- 33
ptem, & pro centum, & pro quouis tempore. Vnde & ætas eſt, q; de multis ſeculis inſtruitur: & ideò dicta eſt ætas quaſi æuitas: q; ſimilitudo æui. Nam æuum eſt ætas perpetua: cuius neq; initium neq; finis noſcitur. Deriuatum eſt autem æuum, ab ἀεὶ, quod apud Græcos aliquando pro ſeculo: & aliquādo ponitur pro æterno. Propriè verò ætas duobus modis dicitur: videlicet hominis,

ſicut

ſicut infantia, iuuentus, ſenectus : aut mundi. Cuius prima ætas eſt ab Adam, vſque ad Noë. Secunda à Noë, vſque ad Abraham. Tertia ab Abraham vſque ad Dauid: & Quarta à Dauid vſque ad tranſmigrationem Iudæ in Babyloniam. Quinta de Iuda vſque ad aduentum ſaluatoris in carne. Sexta quæ nunc agitur, vſque quo mundus iſte finiatur. Quot autem ſunt anni ab origine mundi, dictum eſt in ſexta parte ſub tit. de ſeptuageſima.

ADNOTATIO.

Appellatur.] Dicta certè Bruma, quaſi βραχύμηρον, id eſt, breuis dies.

SVMMA.

1 *Menſis quid, & vnde dicatur.* 2 *Menſes habet duodecim annus.*
3 *Menſiũ enumeratio: & etymologia primũ de Ianuario, vnde dicatur.*
Inde de ſequentibus, per diſcurſum. nu. 4.5.6.7.8.9.10.11.12.
13 *Menſis quilibet, quot diebus conſtet.*
14 *Menſis quilibet habet tres dies celebres: Calendas, Nonas, & Idus.*
15 *Calendæ vnde dictæ. & cur inſtitutæ.* 16 *Nonæ, & cur inſtitutæ.*
17 *Idus, & cur ſic dicantur. nu.* 18.
20 *Aegyptiaci dies.* 21 *Dies felices & infelices.*

Incipit ſecunda pars, & primò de menſe. CAP. IIII.

1 DIcto de anno, ſequitur videre de menſe. Eſt † autem menſis ſpaciũ temporis quo à Phœbo Phœbe recedẽs, eidem cõplet o ſuo circulo ſociatur. Et dicitur mẽſis à mẽſurãdo, eò q; annus p menſes mẽſuratur: vel à μῆνις, quod eſt defectus, eò q; Luna ſingulis mẽſib⁹, viſu deficit ab humano. Vel ſecundũ Iſidorũ à μήνη, * græcè, quod eſt Luna latinè. * Apud græcos enim mẽſes legitimi nõ ex Solis circulo, ſed ex Lunæ curſu cõnumerantur, quod eſt 2 de nona ad nonã. Diuiditur † autẽ annus p duodecim mẽſes: qa Sol peragrãdo zodiacũ duodecim circuit regiones ſignorum. Et in his duodecim mẽſibus cõmoratur. Romulus tamen voluit tantum decẽ eſſe menſes in anno, incipiẽs à Martio, quẽ Marti Deo belli, quẽ patrem ſuum eſſe putabat, dedicauit. Vnde Ouidius in primo faſtorũ: Tempora digereret, cùm cõditor vrbis in annũ, Inſtituit mẽſes quinq; bis eſſe ſuos. Sed Numa Pompilius vidẽs, quòd annus non benè decem menſibus cõplebatur; ſuperaddidit 3 duos principio, ſcilicet † Ianuariũ & Februarium. Ianuarius dicitur à ianua. lxxxj. di. ieiuniũ, quia ſicut per ianuã intramus domũ: ita per Ianuarium intramus annum, eſt enim limes anni: vel dicitur à Iano Deo, qui ab antiquis dicebatur principium & finis omnium rerum. Etenim fuit à gentilibus menſis iſte conſecratus: vnde & idem Ianus bifrons pingitur: vt anni introitus & exitus demonſtretur: de quo dictum eſt in vj. parte, ſub titul. de

circun

circuncisione. Februarius, dicitur à febribus † quæ tunc de facili 4
contingunt: vel à februis, id est, purgationibus. Sunt autẽ februę,
oblationes factæ pro mortuis. Romani autem illo mense memo
riam animarum habebant: & eas purgabant celebrando exequias
mortuorum, vnde secundum Isid. dicitur à febru, id est, Plutone,
cui eo mense sacrificabatur. Martius dicitur à Marte † patre Ro 5
muli: Vel quia eo tempore cuncta animantia aguntur ad marem
& ad concubendi voluptatem, appellatur etiam quandoq; mensis nouorũ: quia est anni initium. & quandoq; nouum Ver: quia
in eo viridantibus fructibus nobis transactorum probatur occa-
sus. Aprilis dicitur † quasi aperilis: quia tunc terra aperitur ad ger 6
minandum, etiam flores aperiuntur, & arbores incipiunt pullu-
lare: vel Aprilis pro Venere dicitur, quasi Aphrilis, ἀφροδίτη, grę-
cè, dicitur latinè Venus. Maius à maioribus † natu dicitur, qui 7
erant principes reipublicæ, vel à Maia matre Mercurij. Iunius à
iunioribus dicitur: erant † enim olim maiores, scilicet seniores, 8
qui appellabantur patres, & hi in ciuitate semper remanebant
vrbis regimini cõsulentes: erant & minores, qui ibant ad pugnan
dum pro republica, & ideò Maius à maioribus, Iunius à iunior-
bus nomen acceperunt: & in illorum honorem instituti sunt: vel
dicitur à Iunone. Iulius † dicitur à Iulio Cæsare, quia tunc natus 9
fuit, vel quia tunc de hostibus triumphauit. vicit enim Cleopatrã
reginam Ægypti, cum Antonio viro suo bello nauali: Iulius ta-
men prius quintilis dicebatur, eò ꝙ est quintus à Martio: qui se-
cundum Romulum principium erat anni. Augustus † est dictus 10
ab Octauiano Augusto, qui tunc natus fuit: vel quia tunc hostes
superauit, prius tamen dicebatur Sextilis, eò ꝙ sextus est à Mar-
tio. September † nomen habet à numero & imbre: quia septi- 11
mus est à Martio, & imbres habet: sic & October, Nouember, ar-
que December ex numero † & imbribus vocabula acceperunt: 12
quem numerum decurrentem December finit, pro eò ꝙ dena-
rius numerus præcedentes numero clausit. Quot autem dies qui
libet mensis habeat, his versibus continetur.

Iunius, Aprilis, September, Nouemberq; tricenos:
Plus vnum reliqui: sed habet Februs octo vicenos.
Cui si Bissextus fuerit, superadditur vnus.

Hoc est dicere, ꝙ Iunius, Aprilis, September, & Nouember, ha
bent. xxx. dies. reliqui autem menses habent. xxxj, sed Februarius
tantum habet. xxviij. & quãdo bisextus. xxix. Sciendum autẽ est,
ꝙ † cuilibet mensi primo dati fuerunt triginta dies, qui multipli- 13
cati duodecies constituunt tricenos. lx. dies. de quinque verò re-
siduis, datus est vnus Ianuario: eò, ꝙ est principium anni, & etiã

ratione

ratione ipsius numeri: quia impar numerus mundus est: & nume
ro Deus impari gaudet. xxxij. q. j. nuptiæ. secundus datus est Mar-
tio propter eandem imparitatẽ, tertius Maio, quartus Iulio, quin
tus Octobri. Cæsar autem Augustus volens suum mensem esse
æqualẽ mensi Iulij, abstulit Februario vnam diem: quia erat men
sis tristitiæ atque luctus: & attribuit eam Augusto: & ita reman-
serunt Februario tantum. xxix. & Augu. xxxj. Demum Astrologi
Romani abstulerunt aliã diem Februario: & addiderunt Decẽ-
bri: ad hoc, vt finis principio responderet: & sic Februario reman
serunt tantũ xxviij. & Decembri. xxxj. Veruntamen ad quandam
compẽsationẽ vna dies, videlicet bissextilis est de quarto in quar
tum annũ Februario restituta. Qua verò die, vel qua feria quili-
bet mensis intrat, iam sub tit. de septimana dicetur. Sanè in quoli-
14 bet † mense sunt tres dies celebres: qui soli propriis nominibus
nominãntur: & ab eis cæteri denominantur, scilicet Cal. Nonæ,
Idus, quos Romani propter dies festos vel propter officia magi-
stratuũ instituerũt. His enim diebus in vrbibus conueniebant. de
15 conse. dist. j. si quis. Calẽdæ sunt † primi dies mensis, dicũtur qua-
si colendæ, quia tunc semper erat festum Iunonis. Vnde Ouid.

Vendicat Ausonias, Saturnia Iuno Calendas.

Vel quia tunc à Romanis populo principia mensiũ celebrabãtur
sicut fit ab Hebræis. xxvj. q. vlt. non licet, & ca. seq. vnde Ouidius:

Salue festa dies, meliorq; reuertere semper,
A populo rerum, digna potente coli.

Vel dicuntur à Καλῶ quod est voco, Primo nanq; die mensis præ-
co de more populum ad nundinas vocabat: clamans toties, Καλῶ,
quot dies erant vsque ad Nonas: & ideò pluraliter Calendæ à plu
ribus vocationibus vocabantur: vel à Κάλον, quod est bonum o-
men per totum mensem habendum. xxvj. q. vlt. non obseruetis:
16 tunc enim sibi mutuo encænia transmittebãt. † Nonæ verò sunt
quatuor, vel sex dies in quolibet mense, qui sequuntur post Calen
das, & dicũtur à nundinis, quasi nundinæ: quia tunc Romani nun
dinas colebant. Ideò autem in aliquo mense erant Nonæ siue
inchoatio nundinarum in die v. & in aliquo in die vij. ne prædo-
nes certum tempus ad insidiandum mercatoribus haberent: vel
dicuntur Nonæ, à Nonis: quia ille dies nonus erat ante Idus, vel
à non, quia tunc nullum fiebat festum: vnde Ouid.

Nonarum tutela Deus erat.

17 Idus verò sunt octo dies qui sequuntur post Nonas. Est † autem
Idus semper in xiij. vel xv. die secundũ quòd Nonæ præcedunt. Si
enim mensis habet quatuor Nonas Idus est in xv. die. Si autẽ sex
nonas Idus est in xiij. Quod autem conciliũ Antiochen. xviij. di.

propter. dicit, quòd Idus est in die x. hæc alia consideratione dicit, & dicuntur Idus, quasi diuisio, quia tunc fiebat diuisio nundinarum: vel quia in Idibus fit diuisio mensis. Dicitur autem Idus ab Iduo, as, id est, separo, ras. vnde vidua, dicitur quasi idua, id est, diuisa. Plerique Latinorum putant Idus dici ab edendo: eò ꝙ hi dies apud veteres epularum essent. Dies autem qui sequuntur statim post Calend. ita denominantur. Si enim est mensis qui habet quatuor Nonas debemus dicere, in Calẽdario statim post Calendas. iiij. Nonas. In tertio. iij. Nonas, in quarto pridie Nonas, in quinto verò Nonas dicimus: vt patet in Ianuario & similibus. Si verò est mensis, qui habet sex Nonas, debemus dicere statim post Calendas. vj. Nonas, in tertio die quinto Nonas: in quarto iiij. Nonas: in quinto. iij. Nonas, in sexto pridie Nonas: in septimo Nonas, vt patet in Martio & similibus. † Dies autem qui sequuntur post Nonas ita denominantur: in quolibet mense. viij. Idus vij. Idus. vj. Idus. v. Idus. iiij. Idus. iij. Idus: pridie Idus: & Idus: sicut hæc apparent in Calend. manifestè. Dies verò qui sequuntur post Idus denominantur, à Calen. mensis sequentis hoc modo. Ianuarius habet, xxxj, dies: de istis accipe vnum pro Calend. & viij. pro Idibus. & iiij. pro Nonis: & sic remanent tantum. xviij. adde ergo istis. xviij. diebus Calen. siue diem Calendarum sequentis mensis: & sic erunt. xix. Vnde in mense Ianuario debemus dicere statim post Idus. xix. Calen. Februarij: in sequenti die. xviij. Cal. & sic per ordinẽ vsque ad finem mensis semper minuendo. Nota tamen ꝙ dicitur pridie Idus & pridie Nonas, & pridie Calen. & non secundo quia secundus dicitur à sequor: sed illas dies non sequitur: sed præcedit. Et exponitur hæc præpositio præ, id est, antè vel prius: vnde pridie quasi priori die: siue præ, id est, ante diem: & cũ dicitur, iiij. Nonas intelligitur. iiij. dies ante Nonas, & sic de aliis. 18

Quot † autem dies denominentur à Nonis: quot ab Idibus, & quot à Calendis omnium mensium, his versibus continetur. 19

Sex nonas Maius, October, Iulius, & Mars,
Quatuor at reliqui: tenet Idus quilibet octo.
Ianus & Augustus denas, nonasq; December,
Iulius, October, Mars, Maius hepta decemq;.
Iulius, Aprilis, September, & ipse Nouember,
Ter senas retinent. Februsq; bis octo Calendas.

Hoc est dicere quòd Maius, October, Iulius, & Martius habent dies sex pro Nonis: sed reliqui menses habent tantum quatuor & quilibet mensis habet octo dies pro Idibus. Item, ꝙ Ianuarius, Augustus, & December habent. xix. dies pro Calẽ. Iulius verò, Martius, October & Maius habent. xvij. Iunius autẽ, Aprilis, Septẽber

&

& Nouember habent.xviij.Februarius habet.xvj. & si fuerit bis-
20 sextus superadditur ei vnus.Illud autē †notandum,quòd in quo-
libet mense sunt dies Ægyptiaci, id est,ab Ægyptiis deprehensi:
in Ægypto enim erant quidam astrologi,qui quasdam constella
tiones nociuas humanis actibus in illis diebus inuenerunt, ideó-
que illas notas esse hominibus voluerunt:tamen illarum constel
lationum puncta scire propter errorem nostri computi non va-
lemus: vel fortè inuenerunt illos dies benè constellatos,& ideò
eos in Calendario notauerunt,vt in illis diebus potius, quàm in
aliis actibus insistatur: quorum errorem ne ecclesia sequi videa-
tur,à talibus cauetur. Vel dicuntur Ægyptiaci secundum quos-
dam: quia Dominus in illis diebus percussit Ægyptios nouem
plagis:Quotus autem sit dies Ægyptiacus à principio, vel à fine
mensis,his versibus continetur:

Augurior decies,audito lumine clangor:
Liquit olens abies,coluit colus,excute gallum.

In his versibus sunt.xij.dictiones.xij.mensibus seruientes:prima
primo:secunda secundo: & sic per ordinem sumpto initio à Ia-
nuario:ita quòd quota die erit prima litera primæ syllabæ ali-
cuius istarum dictionum in alphabeto: totus erit dies Ægyptia-
cus in illo mense cui seruit illa dictio computando à mensis prin
cipio versus finem. Item,quota erit prima litera secundæ syllabæ
in alphabeto,totus erit dies Ægyptiacus in illo mense, cui seruit
illa dictio,computando à fine versus principiū, verbi gratia: Au-
gurior,est prima dictio,& seruit primo mensi, scilicet Ianuario,
au,est prima syllaba & a,est prima litera ipsius syllabæ, & est pri
ma in alphabeto:ergo dies prima Ianuarij est Ægyptiaca. Item
gu.est secunda syllaba:& g,est prima litera ipsius syllabæ: & g,
est septima in alphabeto:ergo septimus dies Ianuarij numeran-
do à fine versus principium est Ægyptiacus:&sic in aliis.hoc ob
seruato,quòd h,in hoc loco pro litera non ponatur. Quilibet au-
tem præmissorum dierū propter vnicam horā sui denominatur
21 Ægyptiacus:de hoc dictū est in fine operis. De diebus † verò fe-
licibus vel infelicibus,quos quidā Astrologi notauerūt in præsen
ti opusculo nō agitur, quia ecclesia prohibet fidē talibus adhibe-
ri.xxxvj.q.vlt. nō obseruetis.& cap.qui æstimaret.& c.seq.In qui-
busdā quoq; mensibus,sunt quidā dies,qui caniculares dicūtur, à
cane,vel canicula stella,sita in fronte Leonis & ante genua Tau
ri,quæ æstiuis mensibus est in medio centro cœli, & dū Sol ad
eam ascēderit,cōiuncta cū Sole,vel ei proxima duplicatur calor
ipsius,ex quo dissoluuntur corpora & vaporantur: vnde vocatur
canis,quia corpora morbis afficit, & sunt septuagintaduo dies

in quibus propter temporis crudelitatem, & calorem Solis intemperatum, malum est minui sanguinem, & potionari. Quando autem illi dies incipiant, & finiantur, his versibus continetur.

Incipiunt Iulij pridie Idus Caniculares:
Et pridie Nonas Septembris sine resultant.

Secundum aliquos verò, incipiunt, xiiij. Calend. Augusti.

ADNOTATIO.

*Latinè Doctorum est opinio, vt mensis Latinè, Græcè μὴν, deducatur à Metior, metiris, quasi res numero dierum mẽsa. Quod confirmat Tullius lib. 2. de natura Deorum, his verbis: Qui quia mensa spacia conficiunt, Menses nominantur. N. D.

SVMMA.

1 *Septimana quid, & vnde dicatur.* 2 *Dies singuli à quo denominentur.*
3 *Dies cur ita non ordinentur in septimana, sicut planetæ in cœlo.*
4 *Mensis quilibet, qua die septimanæ intret.*
5 *Solis regulares, & vnde dicantur.*
6 *Concurrens, qui, Et qualiter demonstretur, nu. 7. & 8.* 9 *Indictio, quid.*

De Septimana CAP. V.

SEquitur de Septimana. † Nempè continet Septimana septem dies naturales, quorum repetitione & menses, & anni secula peraguntur: & hæc apud Græcos hebdomada: sed apud Hebræos Sabbatum appellatur: & dicitur septimana à septẽ, & manè, quasi septem & manè: pars pro toto, scilicet manè pro tota die: vel à septem, & manet, quia manet per septẽ dies, vel dicitur septimana, quasi septẽ luces: nam manè lux est, secundũ Isidorũ, idẽ etiã spatium vocatur hebdomada, ab ἑπτὰ Græcè ϙ est septẽ, & ᾠδὴ, quod est dies, vel modus ϙ est mensura; & secundũ hoc hebdomada est cõmunius nomen, quã septimana, vnde Daniel: Post septuaginta hebdomadas, &c. & sumũtur ibi hebdomadæ annorũ. id est, septuagies septẽ anni. Septimanæ autẽ nequeũt habere certa nomina, quia neq; habent certa initia. Singulis nanq; annis variantur, propter vnũ, vel propter duos dies: qui quandoq; sunt super integras septimanas. Omnes † autẽ dies septimanarũ inscribuntur septẽ primis literis alphabeti. item dies secundũ Gentiles denominãtur à planetis. Primus à Sole, qui Princeps est omnium syderũ: sic & idem dies caput est cæterorũ dierũ. Secundus à Luna quæ & splendore & magnitudine Soli proxima est, & ex eo mutuat lumen. Tertius à stella Martis, quæ vesper vocatur. Quartus, à stella Mercurij, quã quidam candidũ circulũ dicunt. Quintus, à stella Iouis, quã Phaëthontem aiũt. Sextus, à stella Veneris, quã Luciferum asserũt: quia inter cuncta sydera plus lucis affert. Septimus, à stella Saturni, quæ sexto cœlo locata triginta annis

fertur

fertur explere cursum suum, de hoc dictum est in prœmio octa-
3 uæ partis. Sed quæritur, quare † dies non ita ordinantur in septi-
mana sicut planetæ in cœlo, quoniam in cœlo ordinantur secun-
du hunc versum:

Sol, Ve. Mer. & Luna, Saturnus: Iupiter, & Mars: vel sic
Saturnus, Ioue, Mars, Sol, cum Vene. Mer. Luna.

Solutio. Dicimus, quòd dies in septimana non ordinantur secun-
dum ordinem Planetarum, sed secundum regimen eorum in sin
gulis diebus. vnde quia viderunt Philosophi, quod Sol regnabat,
prima hora diei Dominicæ, ideò illam diem denominauerunt à
Sole. Item quia viderunt, quòd Luna regnabat prima hora secun
dæ feriæ: ideò idem illum denominauerunt à Luna: & sic de cæ-
teris: sicut patet ex distinctione horarum diei facta inter planetas
per ordinem successiuè. Rursus à dictis planetis Philosophi no-
mina sumpserunt, eò & à singulis aliquid in homine esse volue-
runt: vt à Saturno, candiditatem: à Ioue, temperantiam: à Marte,
feruorem: à Sole, spiritum: à Venere, voluptatem: à Mercurio, elo
quentiam: à Luna, cor. Et quia ordo planetarum vltra numerum
septenarium nõ procedit, sed ad primum reuertitur: ideò tantùm
4 septem dies in septimana sunt à sapientibus constituti. Nunc † vi-
dendum est, qua die septimanæ quilibet mensis intret, de hoc du-
plex ratio habetur. Prima per hos versus:

Alta domat Dominus, gratis beat, æqua gerentes,
Contemnit fictos, augebit dona fideli.

Istis versibus sunt duodecim dictiones duodecim mensibus ser-
uientes. prima à primo, secunda à secundo, & sic per ordinẽ sum-
pto initio à Ianuario: ita & quęcunq; fuerit initialis litera alicuius
istarum dictionũ, eadem erit litera Calendarum mensis, cui ser-
uit illa dictio, verbi gratia: alta est prima dictio, & seruit primo
mensis, id est, Ianuario, & a est prima litera illius dictionis alta:
ergo a, est prima litera Ianuarij. item domat, est secũda dictio, quę
seruit secũdo mẽsis, scilicet Februario, & d, est prima litera istius
dictionis: ergo d, est prima litera Februarij: & sic de aliis. Item di
cit sequens versus per syllabas, quod præcedentes per dictiones.

Adam degebat, ergo Κιὼς ἀφῖκτο.

Habita autem litera Calendarum facilè possumus scire, qua fe-
ria quilibet mensis intret. Per literã enim dominicalem illius an-
ni procede cõputando dies per literas subsequentes vsque ad lite-
ram quæ est in Calen. mensis, cuius diei introitũ scire optas: & in
qua feria occurret, in tali feria intrabit ille mensis. Secunda ra-
tio, per quam scire potes, qua feria quilibet mensis intret, est per
regulares & concurrentes. Nota ergo, quòd in anno solari sunt

sunt quinquagintaduæ septimanæ & vnus dies, vel duo, sit sit bissextilis propter quã diem variantur singulis annis principia mensium. Si enim hoc anno incipiat Ianuarius à die Dominico: toto illo anno, a, quę est prima litera Ianuarij erit Dominicalis. Cùm ergo vẽtum fuerit ad finem anni, illud a finale Calendarij, quod inscribitur illi diei, quæ est vltra integras septimanas, repræsentabit diem Dominicam: ergo sequens a, quod iterum est initiale Ianuarij, repræsentabit secũdam feriam: & sic toto illo anno erit illa variatio. eodem modo singulis annis variãtur initia mẽsium per diuersas ferias. Et si sit bissextus duplex erit variatio: prima in Calen. Ianuarij: secunda in festo sancti Mathiæ. Vt ergo computistæ scire possent, qua feria quolibet anno, quilibet mensis inciperet, inuenerunt duos numeros, vnum inuariabilẽ, qui vocatur regularis, solaris, ferialis: aliũ variabilem, qui vocatur cõcurrens, de quibus breuiter est dicendũ. † Videndum est autẽ primò, quid sit regularis solaris, vnde dicatur, & vnde habeat ortum, & quot regulares quisq; mẽsis habeat. Regularis Solis, est numerus inuariabilis datus mẽsi: qui adiũctus cõcurrenti declarat, qua feria septimanæ quilibet mẽsis intret, cuius fuerit regularis. Dicitur autem regularis à regula: quia inuaribilis est, sicut regula. iij. d. canon. Solaris dicitur, ad differentiã lunaris: de quo infrà dicetur. Habẽt enim ortũ regulares à Martio: nam in mense Martij sunt v. regulares seu v. pro regulari. Martius enim nõ habuit initiũ in primo anno mundi, seu seculi: imò dicitur mũdus factus fuisse in illo mense, in die, in quo dicitur xv. Cal. Aprilis, vel vt alij dicũt viij. Calen. Si enim computes ordine retrogrado, dies septimanæ vsq; ad Cal. Martij, inuenies quòd v. feria mundus incœpit: si tamen ante Martiũ fuit: & hæc est causa, quare Martius quinarium numerũ habuit pro regulari. Regulares verò aliorũ mẽsium sic formãtur. Iungas regulares menses cũ diebus eiusdem: & ab illa summa subtrahe. vij. quoties poteris & regularẽ sequentis mensis, quod remanfit iudicabit: verbi gratia, Martius habet quinque regulares, & dies eius sunt. xxxj. redige in summã, & sunt. xxxvj. subtrahe. vij. quoties poteris, & remanet vna dies, qui datur mensi sequenti pro regulari. Item Aprilis habet xxx. dies & vnũ regularem, qui cõstituunt. xxxj. subtrahe. vij. quoties poteris & remanebũt tres, quæ dãtur Maio pro regularibus: & ita de aliis vsq; ad Martium. Possumus etiã scire mensium regulares per hos versus.

Est astris clara fulgentibus ara Deorum.
Grata bonis extat, gratissima cuique fideli.

In istis versibus sunt. xij. distinctiones. xij. mensibus seruientes: prima primo, secunda secundo: & sic per ordinẽ sumpto initio à

Martio:

Martio: ita ꝙ quota fuerit litera prima alicuius istarum dictionum in alphabeto, tot regulares habet ille mẽsis, cui seruit illa dictio. verbi gratia, Est, e est prima dictio, & seruit primo mensi. s. Martio: & e, est prima litera istius dictionis est, & est quinta in alphabeto: ergo Martius habet .v. regulares: item astris est secunda dictio, & seruit secundo mensi. s. Aprili: & a, est prima litera istius dictionis, quæ est etiam prima in alphabeto: ergo Aprilis habet vnum regularem, & sic de aliis. Nunc dicamus de cõcurrẽtibus. Dicũtur aũt † concurrentes, quia sibi inuicem concurrũt, sicut videtur in formatione, vel ideò quia cõcurrunt cũ regularibus ad demonstrãdum initialem feriã mensium singulis annis. Est aũt concurrens, superexcrescẽtia vnius diei, vel plurium super quinquaginta duas septimanas anni solaris: ideò dixi vel plurium, quia in anno bissextili superexcrescunt duos dies: in aliis verò vnus tantũ: & ab illa superexcrescẽtia habẽt originem concurrentes. Alij verò cõcurrentes, qui sequũtur, post primũ, formãtur vno addito singulis terminis siue annis: sic tamẽ ꝙ septenarium numerũ nõ excedunt, ꝙa nõ sunt nisi septẽ feriæ: & quandocunque est septimus cõcurrens, illo anno mẽses habent eadẽ principia, quæ in primo anno mundi seu sæculi habuerũt: quælibet enim feria distat per septenariũ à semetipsa. † Concurrentes etiam in hac linea demonstrantur. i. ij. iij. iiij. v. vj. vij. j. ij. iij. iiij. v. vj. vij. ij. iij. iiij. v. vij. j. ij. iij. v. vj. vij. ij. iij. iiij. v. vj. Nam primus annus cycli solaris, habet vnum cõcurrẽtem: secũdus, duos: tertius, tres: quartus, quatuor: quintus, sex, propter bissextum: sextus, septem: septimus, vnũ: quia vltra septenarium non proceditur: sed reuertitur ad vnũ: & ita debemus procedere vsq; ad xxviij. annos: tunc reuertimur ad primũ annũ cycli, & procedimus sicut prius. Vnde transcurrus .xxviij. annorũ, vocatur cyclus solaris, vel concurrentium: & dicitur cyclus quasi circulus, per similitudinem. Si aũt volumus scire, quotus sit annus cycli solaris, debemus diuidere annos Domini per xxviij. quoties possumus: & addere illis .ix. antè quàm diuidamus: quia quando Christus natus fuit, tãtum iam processerat ille cyclus: & quotus annus remanserit supra diuisionem annorum totus erit cyclus, & si nullus remanserit, tunc sumus in vltimo anno cycli solaris: vnde versus:

Annis adde nouem Domini partire per octo
Viginti, cyclus sic tibi notus erit.

8 Possumus etiã scire cõcurrẽtes † cuiuslibet anni, per literam dominicalẽ illius anni, sicut declarãt versiculi subsequẽtes: A sex, b quinque. c, quatuor. e, duo: tres d. Primus concurrens. f, litera septimus est. g, & sic de similibus. Hoc est dicere, ꝙ quando a, est

litera dominicalis, in illo anno sunt sex, pro cõcurrente: quãdo b. quinq;: quãdo c. quatuor: quando e. duo: quãdo. d. tres: quãdo. f. vnus: quãdo. g. septẽ. Inuento aũt cõcurrente, debemus iungere cũ regularibus mensis, cuius feriã Calendarum. i. introitum scire volumus, & quota fuerit illa summa, si nõ trãscẽdet septẽ: tota siue tali feria septimanæ ille mensis intrabit. Si verò trãscẽdat, septẽ, quorum fuerit reliduũ tota feria septimanæ ille mẽsis intrabit. Sicut aũt concurrentes: ita & dominicales literę variantur. Nam in primo anno cycli solaris est. f. litera dominicalis: in secundo. e. in tertio. d. in quarto. c. in quinto. a. tunc enim propter bissextum partranſitur. b. ꝙ in his versibus declaratur:

Fert ea, dux, cor amet gens, fautor, eum colunt bus,
Ars genus est de corde bono, gignit ferus ensis.
Dicta beant aqua gens, frons dat cunctis bonus author,

In his versibus sunt viginti octo dictiones, vigintiocto annis cycli solaris seruiẽtes, prima, primo: secũda, secũdo: & sic per ordinem sumpto initio à primo anno cycli, ita ꝙ quæcunque fuerit initialis litera alicui istarũ dictionũ, eadẽ erit litera dominicalis in illo anno, cui seruit illa dictio. Verbi graria: fert, est prima dictio, & seruit primo anno cycli solaris: & f, est prima litera: ergo f, est litera dominicalis in primo anno cycli solaris: & sic de aliis. Et no. ꝙ ille annus est bissextilis, cui deseruit aliqua dictio desinẽs in t, & ita primus annus cycli semper est bissextilis, cũ ei deseruiat dictio desinẽs in t, scilicet fert, & propter hoc prima litera dictionis desinens in t, nõ erit litera dominicalis illo anno cui seruit illa dictio, nisi à loco bissextili vltrà: quia litera dominicalis cũ bissexto simul mutatur. A Calẽdis verò Ianuarij precedẽtis ipsum bissextũ, vsq; ad locũ bissexti erit litera dñicalis illa, quæ immediatè sequitur in Calẽdario post illã quę deberet esse litera dominicalis: vnde in primo anno cycli, f, est litera dominicalis à loco bissextili vsq; ad Calend. Ianuarij sequẽtis. A Calendis verò Ianuarij præcedẽtis vsq; ad locũ bissexti, g, est litera dominicalis: & ita de aliis. Annus aũt cui seruit illa dictio sciri põt per rationẽ superius dictã de cyclo solari: nam ratio literæ dominicalis tunc currẽtis ratione simili incipit & finitur. Nunc † aliqua de indictione dicamus. Est aũt indictio, 9
spatium temporis quo Romanus Princeps tributum gentibus indicebat. Si autem volumus scire quota sit indictio, debemus addere tres annos annis Domini, & postmodũ diuidere annos Domini per quindecim, quoties possumus, & quotus annus remãserit, facta diuisione tota erit indictio: & si nullus supauerit, in vltimo anno indictionis sumus: & tunc ad primã indictionẽ

reuer

reuertimur:quia indictio nõ trãſcẽdit quindecim,vnde verſus:

Si tribus adiunctis Domini,diuiſeris annos.
Per te quinque datur indictio certificata.

De indictione plenius diximus in ſpeculo iudiciali, in tractatu de inſtrumentorum editione.§.j.verſi.poſt annos:& infrà,vbi de cyclis agetur.De æra ſupradictum eſt.

SVMMA.

1 *Dies eſt duplex.* 2 *Diei partes.*
3 *Dierum alia differentia.* 4 *Momentum quid.*

De die. CAP. VI.

1 LIcet † iam ſuperius in pleriſq; locis de die tactũ eſt & nihilominus hic ſpecialiter dicendũ eſt.Sciendũ eſt igitur q̃ duplex eſt dies.ſ.naturalis & artificialis ſiue vſualis: naturalis, eſt ſpacium,quo Sol ducitur circa totam terrã ab oriente vſq; in occidẽtem.ſ.ſpatium diei, & noctis: quod ſemper continet xxiiij.horas.Dicitur dies iſta à diis, quorum nomina Romani quibuſdam ſyderibus ſacrauerũt:vnde quælibet dies ab aliquo Deo antiquitus vocata eſt:vt à Ioue,& aliis,prout ſub ſeptimana dictum eſt:vel à ἄνα,quod eſt duo:qa continet duo tempora,noctem.ſ.& diem vſualem.Quando autem incipiat, dictum eſt in proœ.ſeptimæ partis.Artificialis eſt ſpatium quo Sol moratur ſuper noſtrum hemiſphærium,ab ortu Solis vſq; ad occaſum:& hic,ſecundũ Solis aſcenſum & deſcẽſum creſcit pariter & decreſcit.Dicitur aũt dies etiã claritas.Et dicitur vſualis,ſiue artificialis,quia ſolũ hoc tẽplus aptũ eſt vſibus & artificiis exercendis. Reliqua pars diei, dicitur nox à noceo:qa nocet viſui & vſui,& ideò vocata eſt dies à meliori parte ſine cõmemoratione noctis:iuxta illud:Et factũ eſt veſpere & mane dies vn⁹.Rur
2 ſus partes † diei ſunt tres,ſecundũ Iſid.ſ.mane,meridies & ſuprema.Mane eſt lux matura,& plena,nec iam crepuſculũ.Meridies dicitur quaſi medi dies.i.medius dies:vel quia tũc purior dies eſt.Suprema eſt poſtrema pars diei. Sero dicitur à clauſis ſeris.Noctis verò partes ſunt ſeptem.ſ.veſperæ,crepuſculũ,conticinium,intempeſtum,gallicinium,matutinũ,& diliculũ.Veſperum dicitur à veſpere,occidentali ſtella,quæ tenebras ſequẽtes præcedit:& dicũtur tenebræ quaſi tenentes vmbram. Crepuſculum,dicitur dubia lux.ſ.inter lucem & tenebras. Conticinium,eſt quãdo iam omnes ſilent.Intempeſtum,eſt mediũ noctis tempus,quando nil agi poteſt,& omnes ſilent quaſi importunum.Gallicinium,dicitur p̃opter gallos lucis prænuntios. Matutinum,eſt inter abſceſſum tenebrarũ & auroræ aduẽtum, Diluculum,dicitur quaſi incipiens parua diei lux & aurora,quę

Solem præcedat. Est enim aurora diei clarescẽtis exordium. Et nota, ꝙ dies alij † sunt syderales, in quibus sydera mouẽtur, & homines à nauigationibus excludũtur: alij præliales, de q̃bus in lib. Regũ: quibus Reges solẽt ad bella procedere: alij intercalares quos scimus duodecim mẽsibus supersesse: alij caniculares, alij solstitiales, alij æquinoctiales, de q̃bus iam præmissum est: alij fasti, in quibus aura fantur, alij nefasti eis cõtrarij, alij festi. i. festiui: vt dies azymorũ, alij profesti, quasi procul à festis: vt feriales, alij mali sunt, quoniã in eis plus solito homines affliguntur: vnde Apost. Redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt: & ecõtrariò sunt boni: alij Ægyptiaci, de q̃bus præmissum est: etiã dies salutis, in quo dñs venit ad saluãdum, est etiã dies iudicij in quo dominus veniet ad iudicãdum, qui erit bonis dies lætitiæ: malis aũt calamitatis & miseriæ. Momentum verò, est † minimum atq; angustũ tempus à motu syderũ dictũ est enim extremitas horæ in breuibus interuallis, cũ aliquid sibi cedit atq; succedit, secundũ Isidorum ὥρα, Græcum nomẽ est, & tamẽ Latinũ sonat, est enim finis temporis: quod autem horas continet dies naturalis dictum est in principio huius partis. 4

Rubricæ secundæ partis tractantis de anno lunari.

SEquitur secunda pars de anno lunari. In qua agitur primò quid sit annus lunaris: & quot dies contineat. Secũdò, de regularibus lunaribus. Tertiò de epacta. Quartò, de embolismo. Quintò de aureo numero. Sextò de termino paschali & aliarũ mobilium festiuitatum. Septimò, de cyclis.

SVMMA.

1 *Annus lunaris quid.*

Quid sit annus lunaris, & quot dies continet.

CAP. VII.

ANnus lunaris dicitur trib⁹ modis. Primo modo, annus † lunaris est spatiũ, quo luna circuit totũ zodiacũ: quod facit, in xxvij. diebus. & xij. horis. Secũdo modo, dicitur annus lunaris, spatiũ, quo luna circuit Solẽ ab vna ascẽsione vsq; ad aliã, & hoc facit in xxix. diebus. & xij. horis. Nam cùm luna separatur à Sole ad peragrãdum zodiacum, & posteà reuertitur ad eũdem pũctum, in quo dimiserat Solem, nõ inuenit illum ibi: quia Sol tãtum processit suo motu: quia luna laborat recurrere ad eum siue attingere ipsum duobus diebus, & tribus horis. Tertiò, dicitur annus lunaris, spatium xij. lunationum in anno cõmuni: & tredecim in embolismali: de quibus infrà dicetur. Cùm ergo lunatio quælibet constet ex xxix. diebus, & xij. horis: quia non curat ecclesia de minutis: & ex xij. horis præcedẽtis lunationis, & 1

ex

ex.xij.ſequentis conſtituitur vna dies naturalis,quæ ſemp lunationi præcedenti attribuitur, ita q̃ lunatio præcedentis menſis ſemper habeat.xxx.dies, & ſequentis.xxix.niſi aliud ſit, propter biſſextum,vel emboliſmum,vel ſaltum lunæ,vnde verſus:

Luna paris menſis,nunquam trigeſima fiet.
Impar triceno,nunquam niſi fine carebit.
Tempore Biſſexti Febri,triceſima Luna eſt.
Nam Iulij Luna,tunc eſt viceſimanona.

Par menſis dicitur, quia numerando à Ianuario per ordinem cadit in numerũ parem,vt Februarius,Aprilis,Iunius,Auguſtus, October, December:quorum lunatio ſemp eſt.xxix.dierũ excepto Februario,cuius lunatio eſt.xxx.quando eſt biſſextus. Impar verò eſt quando cadit in numerum imparem:vt Ianuarius,Martius,Maius,Iulius,September,& Nouẽber,quorum lunatio ſemp eſt.xxx.dierum, excepto Iulio, qui in vltimo anno cycli lunaris propter ſaltum lunæ habet tantum.xxix.Ex his autem.xij. lunationibus conſtituuntur trecenti quinquaginta quatuor dies in anno lunari:& ſic annus lunaris in xj. diebus excedit à ſolari: ex quo exceſſu omnis varietas ætatis lunæ conſurgit, ita quod vbicunq; fuerit luna prima in primo anno,fit in ſecundo.xj.propter quam varietatem duorum numerorum genera ſunt inuenta: regulares videlicet & epactæ:de quibus breuiter videamus.

SVMMA.

1 *Regularis lunaris quid.& nu.2.*

De regularibus Lunaribus. CAP VIII.

1 NVnc videamus † de regularibus. Et quidem regularis lunaris, eſt numerus inuariabilis, datus menſi ad inueniendum lunam in Calend. menſium ſingulorum. Habent autem ortum regulares ab illis quinque diebus, qui ſuperſunt in anno ſolari ſupra.cccl x.dies: vnde quinq; regulares dati ſunt Septembri,à quo annus lunaris ſumit initium. Regulares verò aliorum menſium ſic formantur: Iunge regulares menſis cum diebus eius, & ab illa ſumma ſubtrahe lunationem eius, & reſiduum quod remanſerit,erit regularis illius menſis:verbi gratia.September habet quinque regulares,& dies eius ſunt triginta,qui coniuncti regularibus cõſtituunt.xxxv.& lunatio Septembris eſt trigeſima: qua ſubtracta remanent quinque, quæ ſunt regulares ſequentis menſis, ſcilicet Octobris: & ſic de aliis vſque ad Septembrem. Nam Ægyptij ſuum annum incipiunt à Septembri:ideò nos an-
2 num lunarem incipimus à Septembri.De regularibus † traditur iſte verſus:

Dic e,g,bis i,k,bis: & poſt manet ordo.

Quaſi

Quasi dicat: Dic, e, bis, quæ est quinta in alphabeto. i. primis duobus mensibus annis lunaris dantur quinq; pro regularibus. Item dic bis, g, quæ est septima in alphabeto. i. tertius & quartus mensis habent septem pro regularibus. Item dic bis, i, quę est nona in alphabeto. i. quintus & septimus mensis habent nouem pro regularibus. Item dic bis, k, quæ est decima in alphabeto. i. sextus & octauus mensis habẽt decem pro regularibus. Et nota, ꝙ hic trãsitus de quinto ad septimum, & de sexto ad octauum, vt patet in formando in ipsos regulares: quia Ianuarius, & Martius. ix. & Februarius & Aprilis. x. habent: sed post manet ordo, id est, Maius xj. Iunius. xij. Iulius. xiij. Augustus. xiiij. habent.

SVMMA.

1 *Epacta, quid. Et qualiter designatur & inueniatur. nu. 2. & 3.*

De Epacta. CAP. IX.

SEquitur de epacta. † Est aũt epacta numerus variabilis, datus anno ad inueniẽdum Lunã in Calend. cuiuslibet mensis, & dicitur epacta ab ἐπὶ quod est supra, & aucta: quia est superexcrescentia anni lunaris à solari. Ideoq; annus primus cycli lunaris nullam habet epactam: quia nullus annus præcessit à quo vndecim accepisset. Secundus verò habet vndecim pro epacta, qa epacta oritur ab illis vndecim diebus quibus annus lunaris exceditur à solari, Tertius verò annus habet. xxij. quia semper adduntur. xj. si non transcendat. xxx. si verò trãscẽdat. xxx. abiectis. xxx. residuum erit epacta illius anni: & ideò in quarto anno, qa summa ascendit ad xxxiij. abiectis trigintatres, sunt epacta illius anni. Epactæ verò Græcè dicuntur, Latinè adiectiones annuæ lunares, quæ per numerum. xj. vsq; ad tricenarium in se reuoluũtur, quas Ægyptij ideò adiiciunt, vt lunaris emensio ratione Solis coæquetur. Luna enim iuxta cursum suum. xxix. semis dies lucere dignoscitur, & fiunt in annũ lunarem dies trecẽti. liiij. remanent ad cursum anni solaris dies. xj. quos Ægyptij adiiciũt. Absq; his nõ inuenies lunam quota sit in quolibet anno, mense, & die. Epactæ omniũ annorũ cycli lunaris, per hanc tabulam denotantur: ita quod hoc verbum nulla respondet primo anno, & singuli sequentes numeri respondent singulis annis cycli vsq; ad xxix. vt nulla. xj. xxij. iij. xiiij. xxv. vj. xvij. ix. xxj. xij. xiij. v. xvj. xxviij. xix. xxx. Sec hoc idem etiam ostenditur per hos versus.

Annis † adde nouem Domini partire per vnde 2
Viginti Lunæ cyclis, & inde patet.

Hoc vult dicere, ꝙ si volumus scire quotus sit annus epactalis, siue cycli: debemus diuidere annos Domini per decem nouẽ quoties possumus, & addere vnum: quia quando Christus natus fuit

tan

tantũ proc esserat ille cyclus: & quota fuerit summa, quæ remãserit, totus erit annus cycli epactalis: verbi gratia. Hoc anno computamus annos Domini mille. cclxxxvj. quorũ mille ducenti septuagintatres, sunt rectè per decem & nouẽ diuisi: supersunt tredecim de prædicto numero: addito ergo vno fiunt quatuordecim, vnde hoc anno est decimus quartus annus cycli lunaris, in anno sequenti erit. xv. & sic vsq; ad decemnouem: postea reditur ad primũ: & hoc verum est, secundũ illos, qui incipiunt cõputare annos Domini à natiuitate Christi: vel in Calẽdis Ianuarij: non autem secundũ eos, qui illos immutant in Calendis Septembris, & faciunt ibi diuisionem: nam tunc addendi sunt duo anni. Potest etiam & † aliter inueniri epacta, vt si summã, quæ remanet de præmissa diuisione annorũ Domini, per tres iuncturas pollicis numerus. Si enim numer⁹ finitur in prima iũctura, debemus demere vnum de ipso numero; si in secunda, debemus addere nouem: si in tertia, debemus addere. x. & ix. & summa inde prouenies est epacta: & hoc si triginta non transeat. Si verò transiret, abiectis triginta residuum est epacta. Vnde versus: 3

Deme vnum, post adde nouem, post dena nouémque.

Inuẽta agitur epacta debemus eam iungere cum regularibus mẽsis, cuius lunã volumus inuenire, & quota fuerit summa, inde prouenies tota erit luna in Calendis illius mensis: dummodo triginta non transeat: si verò triginta trãsiret, abiectis. xxx. residuum erit ætas lunæ: & si summa illa fuerit. xxx. in Calen. mensis, tunc luna erit triginta: si autem epacta nulla fuerit, puta in primo anno cycli lunaris, tunc ad inueniendum lunã sufficit regularis. Sed quoniam epactarum ratio quandoque fallit propter emboliſmum siue saltum lunæ: ideò de ipso breuiter videamus.

SVMMA.

1 *Emboliſmus quid.* 2 *Emboliſmalis annus.*
3 *Annus communis.* 4 *Epacta, vbi fallat.* 5 *Lunæ saltus. & nu. 6.*

De Emboliſmo. CAP. X.

1 CIrca emboliſmũ siue Lunæ saltum notandum est † φ ἐμβολίσμου Græcè, interpretatur Latinè superaugmentum, seu superexcrescentia anni solaris super lunarem. Quia ergo annus solaris excedit lunarem in xj. diebus ex illo excessu cõstituuntur septem lunationes in xix. annis cyli lunaris, multiplicatis illis vndecim diebus. Et dicuntur lunationes emboliſmales, quarũ quælibet est. xxx. dierum: & attribuuntur. vij. annis emboliſmalibus: ita φ in quolibet cyclo lunari sunt septem anni emboliſmales,
2 & xij. communes. Appellatur † autem annus emboliſmalis: quia quartadecima luna præcedentis Paſcha, vsq; ad quartãdecimam sequen-

ſequentis habet.xiij.lùnationes ſiue.xiiij. menſes lunares, id eſt, trecentos.lxxxiiij.dies:& iſte eſt annus ſancto Moſi diuinitus relatus.Communis verò habet tantùm.xij.lunationes.id eſt,trecentos quinquagintaquatuor dies:quorum diſpoſitiònes continet iſte verſus.

Cur fles has lachrymas,odioſum quare tyrannum.

In iſto verſu ſunt ſeptem dictiones ſeptem annis emboliſmalibus ſeruientes:prima,primo:ſecunda, ſecundo:& ſic per ordinẽ: ita ꝙ quota eſt prima litera alicuius iſtarum dictionum in alphabeto,totus annus cycli epactalis erit annus emboliſmalis: verbi gratia: Cur eſt prima dictio, & ſeruit.j.anno emboliſmali:& c, eſt prima litera illius dictionis,quæ eſt tertia in alphabeto: ergo tertius annus cycli lunaris eſt emboliſmalis: & ita de aliis hoc obſeruato,ꝙ hæc dictio has,debet ſcribi cum h.Et dicitur annus † cõmunis, quia ſæpè duo ita coniunctim incedunt, vt inuicem ſe in paſchali ſolennitate ſequantur:emboliſmalis enim ſemper ſolus eſt. Ordo autem iſtorum annorum cõmunium & emboliſmalium,patet in linea ſubſequenti.Communis cõmunis emboliſmalis:cõmunis cõmunis emboliſmalis:cõmunis emboliſmalis:communis communis emboliſmalis:cõmunis cõmunis emboliſmalis:communis emboliſmalis: cõmunis communis emboliſmalis.Habito autem anno emboliſmali, poſſumus ſcire,in quo menſe lunatio emboliſmalis contingat per hunc verſum:

Mobilis & Chriſtum modò liber habeto cœnum.

In iſto verſu ſunt ſeptem dictiones ſeptẽ menſibus ſeruiẽtes, in quibus cõtingunt lunationes emboliſmales in præfatis ſeptẽ annis:prima,primo:ſecunda,ſecundo:& ſic per ordinẽ:ita ꝙ quota erit prima litera alicuius iſtarũ dictionum in alphabeto, toto mẽſe illius anni,cui ſeruit,illa dictio,contingit lunatio emboliſmalis. Item,quota erit prima litera ſecundæ ſyllabæ in alphabeto,tota die menſis incipit lunatio emboliſmalis:verbi gratia:Mobilis eſt prima dictio,& ſeruit primæ lunationi,quæ contingit in tertio anno cycli lunaris: & m, eſt prima litera huius dictionis, & eſt.xij.in alphabeto:ergo in xij.menſe cõtingit lunatio emboliſmalis.Itẽ b,eſt prima litera ſecũdæ ſyllabæ,& eſt ſecũda in alphabeto:ergo in ſecunda die illius mẽſis incipit illa lunatio & ſic de aliis.Si autẽ velis plenius huius rei veritatẽ inquirere,recurre ad epactã,& regulares illi⁹ anni,de quo vis ſcire, & ita inuenies. Nunc † videamus vbi fallit epacta iũcta regularibus ꝓpter emboliſmũ ſeu ſaltum lunæ.Circa quod nota,ꝙ licet in cyclo lunari ſint ſeptẽ anni emboliſmales:vt ſuperius dictum eſt: non tamẽ fallit epacta,niſi in tribus,ſcilicet in viij.xj.& xix.vnde verſus: 4

Octa-

Octauo vndecimo, postremo fallit epacta.

In quo autem loco vel mense, vel quot locis fallit epacta, iuncta regularibus, his versibus denotatur:

Iulius vndenis, ter Maius, octo vicenis,
Bissextus nisi sit, Mars peccat: in vnde tricenis.
In totidem Maius, Augustus verò duobus.

Hoc est dicere, ℣ in viij. anno cycli lunaris fallit epacta cum regularibus in Maio & Iulio: quia in Calen. Maij cum luna deberet esse .xxviij. secundum epactam, non reperitur nisi .xxvij. propter emboliſmum. Item fallit in Cal. Iulij eodem anno: quia tũc luna deberet esse .xxx. secundum epactã, tamen non reperitur, nisi .xxix. propter emboliſmum, vbi credendum est emboliſmo, & non epactæ. Item in xj. anno fallit epacta: quia in Calen. Martij, secundum epactã deberet esse luna .xxix. sed propter emboliſmũ reperitur rãtum .xxviij. Veruntamẽ si in illo anno fuerit bissextus, tunc corrigitur ille error, quoniã propter bissextum additur vna dies. Item .xix. anno fallit epacta in duobus locis: nam secundum epactã luna deberet esse .xxix. in Cal. Maij, sed propter emboliſmum non reperitur nisi .xxviij. & in eodem fallit in Calen. Augusti, quia secundum epactã luna deberet ibi esse .ij. sed propter saltum lunæ ibi tertia inuenitur: quia lunatio Iulij quæ deberet esse .xxx. in illo anno est tantum .xxix. & hoc contingit propter errorem nostri computi: & tunc annus in ij. diebus exceditur à solari. De saltu ☽ Lunæ traditur iste versus.

Luna facit saltum, quintilis luce suprema.

Retrocedit enim Luna vna die, sicut diximus propter errorẽ nostri computi vt in sequenti anno in Cal. Septembris, Luna redeat, sicut debet: nisi enim saltus Lunæ colligeretur, contingeret error, in xiiij. cyclis diceretur Luna prima, quando esset pleniluniũ. Colligitur autem sic iste dies: quælibet enim lunatio ad hoc vt lunationes sint æquales, haberet .xxix. dies, & dimidium minus .iiij. momentis, & vna vncia, & vna atomo: sunt autem in cyclo ducenti trigintaquinq; lunationes: erũt ergo quater tot momenta, quæ sunt in vniuerso noningenta quadraginta, quæ diuisa per .xl. constituunt .xxiiij. horas & dimidiam. Posteà .ccxxv. vncię constituuntur .xix. momenta & remanent .vij. vnciæ: & ex .ccxxv. atomis constituuntur .v. vnciæ, quæ vnciæ cum .vij. prioribus faciunt vnũ momentũ: quod iunctũ ad .xx. momẽta præhabita, facit dimidiã horã: quæ iuncta cũ aliis .xxiij. & dimidiam facit vnã diem, quæ subtrahitur vltimo anno, à lunatione Iulij, & dicitur saltus Lunæ: potest etiam facilius hoc modo colligi, Annus lunaris cõstat ex .cccliiij. diebꝰ, minus vna hora & iiij. parte

vnius

vnius horæ.& lxxvj.parte quarta vnius horæ: ergo in xix.annis habentur.xix.horæ,& xix.quartæ horarum. & xix. lxxxvj.partes quartæ vnius horæ,quæ faciunt in xix.annis quartã partem vnius horæ:& ita erunt.xx.quartæ horarum quæ faciunt.v.horas, quæ iunctæ.xxiij.horis præhabitis,faciunt vnum diem. Est†igitur saltus lunæ quidam dies collectus in xix.annis ex eo superfluo quod datur lunationibus: & dicitur saltus lunæ,non q̃ luna magis saliat illa die,quàm alia,sed quia nos lunam computantes diẽ illam super quam in aliis annis lunatio Iulij dicitur.xxx. salimus siue prætermittimus, non computantes lunam in vltimo anno cycli decem nouennalis,nisi.xix.ideò autem subtrahitur dies illa à lunatione Iulij in vltimo anno cycli decemnouennalis: quia Iulius est vltimus in anno epactali, inter menses habentes.xxx. dies in lunatione: vnde vltimo anno lunatio Iulij non computatur trigesima,sed vigesimanona: & ideò aureus numerus illius anni, scilicet decemnouennalis, quamuis crescat, sequitur sine interuallo minorem,& per consequens in aliis mensibus sequentibus vsque ad Ianuarium, sicut infrà dicetur: saltus ergo lunæ facit duas lunationes pariter esse.xxix.dierum:ad præfatos ergo errores, facilius corrigendos inuentus est aureus numerus, de quo breuiter est dicendum. 6

SVMMA.

1 *Numerus aureus quid.Et cur sit dictus,& à quo inuentus.*

2 *Numerus aureus,vnde formetur.& nu.3.*

De aureo numero. CAP. XI.

AVreus numerus† est ille,qui ponitur in Calendario, qui in quolibet mense indicat lunam primam ad priuatos errores facilius corrigendos, inuentus. Et dicitur aureus numerus, per similitudinem: quia sicut aurum superat omnia metalla: ita iste numerus omnes alias rationes lunares excellit: quem Iulius Cæsar tanta tam diligentia dicitur inuenisse, qui incipiens à quocunque anno cycli lunaris, vbicunque inuenit lunam primam in primo anno cycli posuit, id est, in Calendario in latere extrinseco, iuxta literas feriales, scilicet in quolibet mense: & in secundo anno vbicunq; inuenit primam posuit secundam in quolibet mense:& in tertio.iij.& sic de aliis:& ideò in Calend.Ianuarij ternarius est numerus,quia ibi luna inuenitur tertio anno primo: nec ibi debet poni alius numerus, quàm ternarius,quia in nullo anno Calend.Ianuarij luna est prima, nisi in tertio anno cycli decẽnouenalis. In quibusdam †tamen Calendariis numeri ipsi designantur per literas alphabeti: nam pro vno interponitur ibi,a,pro duobus, b, pro tribus,c, & sic de aliis numeris & 1 2

lite-

literis,& seriatim vsque ad literam,r,quæ est decimanona in ordine alphabeti. Formatur autem aureus numerus ab illo ternario,qui ponitur in Calend. Ianuarij:nam istis tribus adduntur octo,& constituuntur vndecim,qui numerus debet poni in tertia litera Ianuarij. Item illis vndecim adduntur octo, quæ constituunt decemnouem, qui numerus debet poni cum interuallo in quinta litera Ianuarij. Item illis xix. adduntur octo, & sic sunt xxvij. Sed quia aureus numerus non transit.xix.ideò abiectis.xix. residuum,scilicet octo,debet poni immediatè post. xix. & sic per totum Calen. Patet ergo,quod quando maior numerus sequitur minorem:tunc debet inter vtrunque numerum dimitti vna litera,& quando minor sequitur maiorem, tunc nulla debet litera intermitti: vnde versus:

De tribus octo canens superet de dona nouemq;.
Maior sit ternus, Minor aureus esto secundus.

Veruntamen formatio illa fallit in omni mense, cuius lunatio est xxix.dierum,scilicet in Februario,Aprili,Iunio, Augusto, Octobri,& Decembri:in quibus post minorem numerum maior immediatè locatur sequitur † circa principium mensis, quod patet hoc versu:

Mense breuis Lunæ Februs est ars dat citò ganger.

In isto versu sunt sex dictiones sex mensibus deseruientes,quorũ lunatio est.xxix.incipiendo in medio versu, vbi dicit Februs: ita quod quæcunque fuerit initialis litera alicuius istarum dictionum super eadem litera in Calendario maior numerus sequitur minorem sine spatio,id est,nulla litera dimissa in illo mense,cui seruit illa dictio:verbi gratia: Februs est prima dictio, & seruit primo mensi,cuius lunatio est xxix,scilicet Febru. & f,est prima litera:ergo super primum,f,mensis Februarij maior numerus sequitur minorem immediatè:similiter super primum, e, April. & sic de aliis;sed super primum, g, Decembris, maior scilicet.xxiij. sequitur immediatè minorem, scilicet ij. & super eadem litera: quia ibi est duplex aureus numerus,quod designat geminatio huius literæ,g,in hac dictione,ganger. Item fallit in Iulio,& reliquis mensibus vsque ad Ianuarium,in quibus circa finem numerus xix.sequitur immediatè ad xj:numerum:vnde versus:

Iulius & reliqui,qui restant denam nouemq;,
Iungunt vndeno,sic est ratus aureus ordo.

Item sciendum est,q; quando xix.immediatè sequitur.xj.tunc octauus,qui sequitur,debet tertio loco poni:vnde versus:

Quando continuas vndenis dena nouemq;,
Maiori primus,tunc octonarius esto.

SVMMA.

1 *Paſchatis terminus.& nu.4.5.6.7.8.& 11.Et paſchatis claues.Et n.2.*
3 *Clauium ſedes vbi inueniantur.*
9 *Septuageſimæ inueniendæ terminus. Item Pentecoſtes.num.10.*

De termino paſchali. CAP. XII.

DE termino paſchali † triplex datur ratio. Prima per claues 1
Moſaicas. Secunda per ætatem Lunæ. Tertia, per tabulas manuales,de quarum qualibet videndum eſt.Sed primo de claui bus:& ideò dicendum eſt, quid ſit clauis,& vnde dicatur,& vnde habeat ortum,& ad quid inuenta fuerit:Clauis eſt numerus † va- 2
riabilis datus anno ad inueniendum principia quinq; mobilium feſtiuitatum.S.ſeptuageſimæ,quadrageſimæ, paſchalis , rogationum,& pentecoſtes:& ideò ſunt quinq; claues.& quælibet prædictorũ feſtorum habet xxxv. dies, in quibus ſemper celebrãtur. A ſedę autem cuiuſlibet clauis numerantur dies xj. vſque ad initium ipſorum xxxv.dierum,prout hîc infrà patebunt. Et dicitur clauis per ſimilitudinem:quia ſicut per claues oſtia reſerãtur : ita per talem numerum principia dictarum feſtiuitatũ nobis denotantur. Habent enim ortum iſtæ claues terminorum à xix.annis cycli lunaris, & vij.diebus ſeptimanæ: vnd prima clauis eſt xxvj. Claues autem aliorum annorum,ſic formantur : addamus enim ſemper clauí præcedentis anni xix. & ſumma inde perueniens erit clauis ſequentis anni,ſi non ſuperat quadraginta:ſi verò ſumma ſuperat quadraginta,abiectis xxx.reſiduum erit clauis ſequentis anni:verbi gratia:Clauis primi anni eſt xxvj.cui ſi iũgãtur xix. erunt xlv.vnde abiectis xxx.remanent xv.qui numerus eſt clauis ſequentis anni:& ita formãtur vſque ad xix.annos, per ordinem: quia non proceditur vltra xix.numerum : ſed reuertitur ad priorem:vnde cyclus clauium aurei numeri,& epactarum non differunt quantitate:differunt tamen principio, quia cyclus epactarũ, incipit à Septembri:cyclus autem aurei numeri & clauium à Ianuario:vnde ſi velimus ſcire,quotus ſit annus cycli aurei numeri & clauium,poſſumus ſcire per diuiſionem annorũ domini factã ſuperius in tit.de epacta. Inuento quotus ſit annus clauium, poſſumus ſcire,quæ ſit clauis illius anni per aliam hanc rationẽ:numerus enim ille, q remanet de diuiſione annorũ domini numerari debet p ſummitates quinq; digitorũ , inchoando à police, & ſi numerus terminatur in police debemus addere xxv. & ſumma inde proueniẽs,erit clauis illis anni:ſi verò numer⁹ finitur in indice,debemus addere xiiij.ſi in medio xij. ſi in annulari xix.ſi in auriculari vij.& ſi ſumma inde prouenies acceſſerit xl. adiectis xxv.p remanſerit,erit clauis:quæ additio his verſibus cõtinetur:

Virgin

Vigintiquinque tredecim plus esse tricenos:
Vnde vicena epa, digitis pro clauibus apta.

3 Sedes quidem † clauium nunquã inueniuntur in Calendario, nisi super hanc literã g, prima ergo Ianuarij g, est clauius septuagesimæ: vltima g, eiusdẽ mensis est clauis quadragesimæ, & secũda g, Martij, est clauis paschalis: tertia g, Aprilis, est clauis rogationum, vltima g, Aprilis, est clauis Pentecostes: vnde versus:

Vltima, g, prima Iani, Martisq; secunda,
Aprilis terna tibi signat, & vltima clauem.

Habita ergo claue anni, incipe cõputare à sede clauis, & comple illam, & diebus Calendarij per ordinem procedendo, & vbi terminabitur, ibi erit terminus solennitatis: ita ꝙ in proximo die dominico ibi sequenti erit initium solennitatis, cuius est clauis: sed rogationes incipiũt in sequenti die lunæ: & si fuerit bissextus
4 cuilibet claui est vna dies addenda. † Possumus etiam scire Paschales terminos per ætatem Lunæ, cuius rationem sequimur iuxta consuetudinem Iudæorum: de quo talis datur regula: Accipe lunam quæcunq; est in festo Epiphan. & perfice illam procedendo per dies Calendarij ordinatè vsq; ad quadraginta dies, & si fuerit bissextus, vsque ad quadragintavnum in proxima die dominica sequenti, erit initium septuagesimæ: vnde versus:

A festo stellæ numerando perfide lunam.
Quadraginta dies post Septuagesima fiet.
Bissextus quando fuerit, superadditur vnus.
Si cadit in lucem Domini, tunc sume sequentem.
Si cadit in feriam septenam, fitq; Bissextus.
Linque diem Domini primum, sumasq; secundum.

Habita ergo septuagesima, terminos aliarum mobilium festiuitatum facilè scire potes. Nam à septuagesima vsque ad quadragesimam, sunt tres integræ septimanæ, à quadragesima vsque ad Pascha sunt sex integræ septimanæ: à Pascha verò vsque ad diem lunæ rogationum sunt quinq; septimanę, & vnus dies: à Paschate verò vsque ad Pentecosten, computantur quinquies decem dies.
5 † Terminum quoque Paschalem his versibus scire potes.

Post Nonas Martis, vbi sit luna noua require,
Tertia lux Domini proxima Pascha tenet.

Rursus vbicunq; post xij. Cal. Aprilis luna decimaquarta reperitur in dominica proxima Pascha celebratur. Itẽ qualiscunq; luna fuit in Cal. Ianua. talem fac cum festo S. Benedicti, siue duodecimo Cal. April. & illam cõputes vsq; ad vigesimãquartam: & ibi
6 erit Pascha Hebræorum. † Rursus ab viij. Idus Martij, vsque ad Nonas April. sunt dies xxix. quocunque ergo illorum luna fuerit

prima computetur vsq; ad xiiij. & ibi erit Paſcha Hebræorum. Eſt etiã & alia ratio inueniendi Paſcha per ætatẽ lunæ: quoniã quãdo luna currit per vnum, erit Paſcha dominica prima poſt Nonas Aprilis: quando currit per duo, erit dominica prima poſt viij. Cal. Aprilis: quando currit per tres, erit dominica prima poſt Idus Aprilis: quãdo per quatuor, erit dominica prima poſt Nonas Apri. quando currit per quinq;, erit dominica prima poſt. xj. Cal. Apri. quando currit per ſex, erit dominica prima poſt iiij. Idus April. quando currit per ſeptẽ, erit dominica poſt iij. Cal. April. quando currit per octo, erit dominica prima poſt quartumdecimum Cal. Maij: quando currit per nouẽ, erit dominica prima poſt ſeptimũ Idus Aprilis: quando per decẽ, erit dominica prima poſt. vi. Cal. Aprilis: quando per vndecim, erit dominica prima poſt. xvij. Cal. Maij: quando per duodecim, erit dominica prima poſt pridie Nonas April. quando per tredecim, erit dominica prima poſt ix. Ca. Aprilis: quando per quatuordecim, erit dominica prima poſt ij. Idus April. quando per quindecim, erit dominica prima poſt Cal. April. quando per ſexdecim, erit dominica prima poſt duodecim Calen. Apri. quando per decem ſeptem, erit dominica prima poſt v. Idus April. quando per xviij. erit dominica prima poſt iiij. Idus April. quando per xix erit dominica poſt xv. Calen. Maij. Tabulas ſupermanuales nonnulli ad inueniendos Paſchales terminos confecere, ſicut Dionyſius, Iſidorus, & quidam alij, quas ad præſens duximus dimittendas, ne difficultas ſit nimium onerosa. Ad præſens igitur ſufficient carmina noſtra infrà ſcripta.

Eſſe grauem nobis bello carmen caueamus.
Bellum ſæpè gerens, etiam puto deiicit hoſtem
Mox animæ lucrum inuenies cum religioſis.

In his verſibus ſunt xix. dictiones xix. annis cycli lunaris ſeruientes, prima, primo: ſecunda, ſecundo: & ſic per ordinem: ſumpto initio à primo anno cycli: & quota fuerit prima litera dictionis in ordine alphabeti, quæ non deſinat in. m. tota die Aprilis computando à menſis principio, verſus finem, erit terminus Paſchæ Hebræorum, id eſt, Luna xiiij. & in proxima dominica ſubſequenti erit Paſcha noſtrum, ſicut in vj. parte ſub tractatu de Paſcha plenè dictum eſt. Ibi etiam patet quare ſuper v. Cal. Apr. ſcribitur in Calendario reſurrectio Domini. Si verò dictio deſinit in m. quota eius erit prima litera in alphabeto tota die Martij computando à menſis fine, verſus principiũ, erit terminus paſchalis Iudæorum: & in primo die dominico, q̃ poſteà occurrerit deſcendendo verſus finem erit Paſcha noſtrum: hoc cautius obſeruãdo, quia carmen, & caueamus, in præfatis verſibus debẽt ſcribi per k,

&

& hoſtē debet ſcribi per h,quæ in hoc loco pro litera reputatur. Poteſt & aliter Paſcha facilè inueniri:pone enim in Calēdario tuo in margine aureū numerū ſequētē, videlicet iuxta.xij.Cal. April.pone.xvj.iuxta.xj.Cal.pone.v.iuxta.ix. Cal.xiij. iuxta.viij. Cal.ij.iuxta.vj.Cal.x.iuxta.iiij.Cal.xviij.iuxta.iij.Calen.vij.item iuxta Cal.April.xv.iuxta.iiij.No.Apr.iiij.iuxta.ij.Non. xij.iuxta No.j.iuxta.vj.Idus.xix.iuxta.v.Idus.xvij. iuxta.iiij.Idus.vj. iuxta ij.Idus.xiiij.iuxta.Idus.iij.iuxta.xvij.Cal.Maij.xj. iuxta.xv.Cal. xix.iuxta.xiiij.Calen.viij.Volens ergo terminum Paſchæ inuenire,adde † vnum annis Domini tunc currētibus:poſteà diuide ipſos quoties poteris per.xix.& ſi diuiſio perficiatur in xix.ita ꝙ nihil ſuperſit:recurre,ad Calēdarium tuum,& in die illa,iuxta quā inuenies ſcriptū.xix.erit Paſcha Hebræorū,quod ſemper celebrant in xiiij.luna:& in ſequēti dominica erit Paſcha noſtrū: Si verò aliquid ſuperſit ſuper vltima.xix. puta quinq; vel x. vel xv.dies,tunc Paſcha Hebræorum erit in die illa,iuxta quam ſcriptum inuenies.v.vel x.vel xv.& ſic de aliis præmiſſis numeris & diebus,& in ſequenti dominica erit Paſcha noſtrum,quod nō poteſt eſſe ante.xj.Calen.April.nec poſt.vij.Calend.Maij:verbi gratia:Hoc anno computātur anni Domini mille.cclxxxvj.quorum mille.cclxxiij.ſunt rectè diuiſi per xix.ſuperſunt ergo.xiij. de præmiſſo numero quibus additur vnus,& fiunt.xiiij.vbi ergo inueneris in tuo Calendario hunc numerum,ibi erit hoc anno Paſcha Iudæorum,in ſequenti verò anno erit, vbi inuenies ſcriptum.xv.& ſic vſque ad.xix.poſteà verò reditur ad primum: & ſic perpetuò fiet. Per eundem † quoque modum poteris terminum ſeptuageſimæ inuenire. Pone enim in Calendario tuo in mergine iuxta xvj.Calend.Februarij, hunc numerum decimum octauum:item in eadem linea pone.xix.iuxta.xv.Calend. Febr.pone.v.iuxta.xiij.Calend.xiij.iuxta.xij. Calend.ij.iuxta.x. Calen.x.iuxta.viij.Calen.viij.iuxta.vij.Cal.vij.iuxta.v.Calē.xv. iuxta.iiij.Calen.iiij.iuxta.ij. Cal.xij.item iuxta Cal.Februarij, xix.item iuxta.iij. Non. Februarij. vj.iuxta.vj.Idus.iij.iuxta.v. Idus.iij.iuxta.iij.Idus.xj.iuxta Idus.xix. Diuiſis ergo annis Domini per.xix.vt præmiſſum eſt,vide qui numerus ſupereſt,ſuper xix.& vbi illum in ipſo Calendario inueneris,ibi erit terminus ſeptuageſimæ,q̄ ſemper eſt in lu.xj.& in ſequenti dominica, ſeptuageſimā celebramus,quæ nō pōt eſſe ante.xv.Cal.Febr.nec poſt.ix.Calē.Martij.Sic nec quadrageſima pōt eſſe ante.vj.Idus Febr.nec poſt.ij.Idus Martij.Eodē etiā modo † terminus Pentecoſtes inueniri pōt.Pone ēn in tuo Calēdario in margine, iuxta.vij.Idus Maij.xvj.iuxta vj.Idus.v.iuxta.iiij.Idus.xiij.iuxta.iij.

Idus.ij.iuxta Idus.x.itē iuxta.xvij.Calē.Iunij.xviij.iuxta.xv. Cal. vij.iuxta.xiij.Cal.xv.iuxta.xij.Cal.iiij.iuxta.x.Calen.xij.iuxta ix. Cal.j.iuxta.viij.Cal.xix. iuxta.v.Cal.xij.iuxta.iiij. Cal.vj.iuxta.ij. Cal.xiij.itē iuxta Cal.Iunij.iij. iuxta.ij.Non. xj.iuxta Non.xix. iuxta.viij.Idus.viij.Diuisis ergo annis Domini per xix.numerū illum,qui supererit,super decem & nouē,quære in præmissis locis Calendarij:& vbi illū inueneris,ibi erit Pēthecostes Hebræorum,quod semper est in Luna quarta:& in sequenti die dominica erit Pentecostes nostrū,quod nō potest esse ante.vj.Idus Maij, nec post Idus Iunij:sicut nec rogationes esse possunt ante.vij.Calen.Maij,nec post.iij.Calen.Iunij.Potest etiam Pascha aliter inueniri per hanc tabula † quinq; quindecim tredecim duo viginti duo decē triginta decē,& octo septē.xxvij. qndecim quatuor. xxiiij.xij.vnum xxj.nouem.xxix.decem & septē.Isti numeri repræsentāt quosdā dies Aprilis & Martij:in quibus cōtingit Pascha Hebræorū,cōputando dies illos à principio ipsorum mensium,ita ꝙ ipsi numeri à viginti infrà respondeāt Aprili à viginti supra Martio:hoc vult hæc dicere tabula,ꝙ in primo anno cycli lunaris est Pascha Hebræorum in quinto die intrantis Apr. in secunco anno eiusdē cycli est quintadecima die intrātis Martij:& sic de aliis,donec numeri ipsius tabulæ cōpleātur:postea reditur ad primū annum cycli.Qualiter aut inueniantur anni cycli,dictum est suprà,vbi agitur de epacta.Quare festa Saluatoris,excepto festo natalis siue natiuitatis,sint mobilia,dictum est in sexta parte sub festo natalis.Vltimò secundū Isidorū,sciēdum est,quod inter Latinos & Græcos,est varietas super termino festiuitatis Paschalis:quod prouenit,quia Latini à.iij.Non.Martij, vsq; ad tertiū Non.Aprilis primj mensis,Lunam requirunt,& si quindecima Luna dies dominica peruenerit:in aliam dominicā Pascha protrahunt:vt præmissum est.Græci verò obseruant primam Lunam ab.viij.Idus Martij,vsque in diem nonam April.

SVMMA.

1 *Cyclus,quid.*

2 *Cycli sex numeros,solaris, decemnouales,lunaris,epactales, magnus,& indictionalis,quos percurrit ibidem.& nu.3.4.5.6.7.*

De cyclo. CAP. XIII.

QVia in pleriq; huius partis locis de Cyclo mentio facta est:ideò de Cyclo aliqua dicamus. Notandum est ergo, † quod Cyclus est spacium aliquorū annorum in se redeūs,se- 1
cundū aliquos numeros:& dicitur quasi circulus,per duplicem syncopam.Est enim Cyclus vocatus,eò ꝙ in orbem digestus sit, & quasi in circulum dispositum ordinem complectatur annorū

fine

2 sine varietate, & sine arte. Sunt autem sex † Cycli. Primus sola-
ris incipiens in vj. Cal. Martij in festo Mathiæ, cõstans ex. xxviij.
annis cõtinẽs cõcurrentes & regulares solares, & dominicales,
3 & annos bissextiles & cõmunes. † Secundus Cyclus est decem
noualis, constãs ex. xix. annis: & incipit à Ianuario continẽs in se
4 aureum numerum, & claues terminorum. † Tertius est Cyclus lu-
naris incipiens similiter à Ianuario: habens. xix. annos: incipit au-
tem quarto anno cycli de cẽnouenalis, hunc inuenerunt Ro-
mani, vt scirẽt qua hora Luna à Sole accẽderetur: sed quia pro-
cessu temporis hæc inuẽtio falsificata est, nihil operamur secũdum
5 hunc cyclũ. Quartus est epactalis † incipiens. v. Cal. Septembris,
habens similiter annos, xix. continens in se regulares, & lunares
6 & epactas, & annos communes, & embolismales. Quintus † est
Cyclus magnus, cõstans ex quingentis. xxxij. an. vel secundum
alios quingentis triginta annis: secundum quem formatur tabu-
7 la Dionysij. Sextus est Cyclus † indictionalis constans ex. xv.
an. & continens indictiones. Romani enim, quia difficilè erat de
remotis mundi partibus venire singulis annis Romam ad solu-
enda tributa, per eos prouinciis indicta: statuerunt q̃ saltem sin
gulis quinquennijs soluerentur: ita quod primo quinquẽnio ap-
portarent pro tributo ferrum pro fabricandis armis. In secun-
dio quinquennio argentum, pro stipendijs militibus erogandis.
In tertio aurum pro simulachris fabricandis: & sic semper post
aurum, quod in ann. xv. ferebatur, incipiebat quinquẽnium: quo
ferrum iterum soluebatur: & sic erat quasi quidam circuitus tẽ-
poris: quia ergo Romani sic fieri indixerunt: ideò illi anni indi-
ctio nuncupati sunt: de quo dictum est suprà. Præmissum autem
spatium quinque annorum, vocatum est lustrum: quia venienti
bus nuntijs prouinciarum cum tributo, cum ceræis, & aliis præ-
tiosis sumptibus vrbem lustrabant.

Conclusio Operis. CAP. XIIII.

NImo in hoc opere diuina officia sufficienter existimet ex-
posita, ne forte opus extollendo humanum, diuinum im-
prouidi extenuet sacramentum: in diuinis nanque officijs Mis-
sæ, tot & tanta sunt inuoluta mysteria: vt nemo nisi per vnctio-
nem edoctus, ea sufficiat explicare: quis enim nouit ordinẽ cœ-
li: & ponit rationes eius in terra? Scrutator quippè maiestatis,
opprimetur à gloria. Ego verò non prævalens lippientibus ocu
lis Solem in rota conspicere, tanti mysterij maiestatem quasi
per speculum in ænigmate mihi visus sum intueri: nec penetrãs
ad interiora cœnaculi, sed præ foribus assidens in vestibulo egi
diligenter, vt potui, non sufficienter, vt volui. lxix. di. si officia in

prin.cum in humanis inuentionibus,nil sit ex omni parte perfectum.vij.q.j.nihil.Nempè propter innumeras atq; ineuitabiles negotiorũ Apostolicæ sedis iniũctas necessitudines,quotidie more fluctuum emergentes,quæ studentis & ad superiora tendẽtis obtundunt animũ:quasi perplexus atq; variis & ineuitabilibus irretitus nexibus,vacare ad plenum nequiui, vt vellẽ, quinimò vix valui meditata dictare,nedum eõcipere meditãda:nam uiusque animus ad plura diuisus, fit profectò ad singula minor. Quocirca non solum benignũ sedulo imploro Lectorem verũ etiam liberum desidero correctorẽ. Enimuerò negare nqueo, quin plura inserta sint in hoc Opusculo:quæ possunt iusto iudicio,nulla temeritate culpari.ix.di.negare.Verũ si quid fortè laudedignũ reperietur in eo,diuinæ gratiæ penitus adscribatur: nã omne datum optimum,& omne donum perfectum,desursum est,descendens à patre luminum.j. q.ij.quam pio. Si quid verò indignum insufficientiæ deputetur humanæ: nam corpus quod corrũpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem:aut siquidem propriè:aut eorum forsitassis,quorum dicta plerunq; potius recitando,quã approbando hic introducta noscuntur.Hoc enim tam ex diuersis aliorum libellis & commentariis more mellificantis apis, quã ex his quæ mihi diuina gratia propinauit fructuosè collegi:& hanc doctrinam interno fluentem nectare,velut fauum mellis in diuinis officiis speculari volentibus,diuino suffultus præsidio propinaui, hanc solum apud homines ex ingenti perpesso labore mercedem expectans,vt apud misericordissimum Iudicem pro peccatis meis deuotas orationes effundant.

FINIS.

RATIO

RATIONALE DIVINORVM OFFICIORVM IOANNE SELETHO THEOLOGO PARISIENSI Authore, Opus ab annis ab hinc ferè quadringentis conscriptum, nunc demum opera Cornelij Laurimani in lucem editum.

COR. LAVRIMANI VLTRAIECTINI PRÆFATIO AD LECTOREM.

NOn eram nescius, Pie Lector, quum hunc de Ecclesiasticis officiis librum typis primò exudendũ proposuissem, quin infinitos propè in me carbones excitarem. Nam tum velut apertis oculis fore satis prævidebam, vt noster hic qualiscunque labor in varias incurreret reprehensiones. Atque id quidem haud iniuria. Vt enim omittamus hoc, qui quantumuis piè satis de rebus istiusmodi ad Ecclesiam nimirum pertinentibus, sentiunt, non possunt tamen sese cohibere, quin & aliorum laboribus cẽsoriam virgulam quodammodò subducant, certè ab eorũ morsibus, qui innumera in dies nouorum dogmatum commenta excogitant, nullam mihi securitatem ausim polliceri. Hi sunt, quos se Euangelicos & Paulinos appellari non pudet, cùm in iis nihil minus sit, quam quæ in Euangelio præcepta sunt exequi, quæque à Paulo, qui non sine causa dictus est vas electionis, sunt tradita, recta ratione expendere. Quod adeò verum esse iam inde à multis annis per varios scriptores, eosque nõ minus pios quã eruditos, abundè ostensum est. Eò enim humana rediit audacia, ne dicã stultitia, eò, inquam, incõsiderata illa ac præceps quorundam hominũ libido lapsa est, vt non vereantur quadã peruicacia in se recipere, quod ab iis, quã lõgissimè abest. Ab horum itaq; virulentis impetitionibus, sat scio, tutus esse nõ potero, qui quod hac in parte fecimus, nunquam sint probaturi. Nam qua ratione ea probent, quę cum suis insulsis & perniciosis videãt pugnare institutionibus? Quæ nos huc sanis atq; euidentibus probata rationibus adducimus, hæc illi planè reiiciunt. Et quid verò reiiciant, si nouam sibi Ecclesiam inuenerint, & in ea nouas, si Diis placet, instituerint ceremonias. Sed per Deum immortalem, quod insaniæ genus esse poterit apertius, quã velle

magis ſapere Apoſtolis, qui noſtrã hãc præſentem Eccleſiam à Chriſto acceperunt, acceptam q; nobis quaſi per manus tradiderũt. Hi ergo multa mihi dicturi ſunt, multa in eo, quẽ proferimus cauillabũtur, ne eſſet qui illorum ineptias manifeſtè conuincat. Eius enim rei potiſſimũ gratia Authorẽ hũc in lucẽ emittimus, vt ſemel quã ridiculè rideãt, quæ in noſtra ſiũt Eccleſia, cõſtare poſſit. Clamabũt imprimis vetuſtũ eſſe, & q iam à tineis & blatis propemodũ conteſtus ſit, itaq; in tenebris obcæcatus, vt lucẽ intueri nequeat. Verũ nos omnẽ adhibuimus operã, vt ab huiuſmodi tineis ipſum vẽdicaremus: & omninò id fecimꝰ, vt iam lucẽ facilè agnoſcat. In ea, niſi qd mea me fallat opinio, tam feliciter & proſperè verſaturus eſt, vt non leue vulnus inde hæretici ſint accepturi, quod nullũ quantumuis efficax medicamẽtum fideliter ſatis curare poterit. Nõ quaſi plures nõ ſint, qui idẽ aut maius etiã præſtare queãt, ſed omnino hos nobis pſuademus, & cũ hic aliis etiã Eccleſiæ noſtræ propugnatoribus adiũctus ſit, & fortiorem & faciliorem multò in hæreticorũ aciẽ, ſi quã inſtruxerint, faciamus impreſſionẽ, vſque adeò, vt vel haſtã abiicere, vel arenã nobis cedere cogẽtur. Enimuerò ſanè optarim & complures alios huiuſmodi hæreticorum antagoniſtas quotidie exoriri, qui conſimilibus lacertis cum iis dimicare nõ ſubterfugerent, ſed validiſſimis rationibus, tãquã haſtis in manu collocatis, inanes eorum argutias perſtringere adorirẽtur. Nã ſi quid in me iudicij eſt, quod ſentio quã ſit exiguum, nõ arbitror alia ratione fieri poſſe, vt commodè horũ nouatorum obſtinata peruicacia cõprimatur, niſi ſemel cõmuni Marte eos ita ſacrarũ literarũ teſtimoniis velut enſibus cõfodiamus, vt poſtquã terga dederint, deinceps nihil noui redintegrare audeant. Qua in re Deũ Opt. Max. facilè adiutorẽ habebimus, ſi modò præliũ aggrediamur, ac cum pernicioſiſſimis Chriſtianæ Reipub. ciuibus, ceu publico certamine manus conſerere nõ defugiamus. Nũquam enim patietur Deus, vt quicquã detrimẽti ferat Eccleſia, cuius ille caput eſt. Quãquam verò nõ ignorem, quin ſemper ab Eccleſia cõdita varij ac multi extiterint Hæretici, ſed hoc ideò factũ eſſe certò credimus, vt ita Chriſtus noſtrã excitaret ſocordiam. Nũc verò quid dicemus? An nõ inerti luxu perditi adeò dormitamus omnes, vt permittamus ſacroſanctã noſtrã Eccleſiã, quã vnicè defenſare deberemus, à nautis, fabris, fullonibus, cerdonibus, palatronibus, tõſoribus, aucupibus, piſcatoribus, cetariis, coquis, farrorĩbus, eſſedariis, baiulis in foro, in cõpitis & luſtris, in compotationibus, in officinis, in tõſtrinis, publicè & priuatim, ita lacerari, ita capi, ita proſcindi & cõculcari, vt iam mille, ſi dicere

cere fas est, in ea nascantur hæreses. Nam nemo ferè est qui nõ nouam aliquã de ea excogitauerit opinionẽ. Sed quò feror? Certè hoc verè dicere possum, pie lector, nullum satis acerbum posse inueniri epiphonema, q̃ isti rei cõueniat. Quare, vt ad nos redeamus, haud dubiè, quicquid in huius operis editione præstiterim⁹, certi sumus, istiusmudi hæreticis ac nouatoribus non probatum iri. Sed quid adeò ad nos, si iis non placeamus, quibus nostra exosa ecclesia est, cui tanquã matri omne, vt par est, honorem deferimus? Nihil equidem hos moror, si quod res est ingenuè proferre liceat. Nihil, inquam, curo, si ab illis explodamur, modò à nostris hoc est, ab iis, qui verè ac piè de ecclesia vnica sponsa Christi & matre nostra sentiunt, recipiamur. Non enim hîc nobis cornea vlque adeò fibra est, quin ab horum vno, si fieri posset, magis laudari optemus, quã ab illiusmodi improbis hæreticis, & ecclesiæ corruptoribus decẽ. Fremãt ergo illi, q̃ me licet, quibus, vt diximus, nostra sordet ecclesia, qua tamen an aliquid charius, purius & sanctius esse debeat, nõ audim dicere. Quidnam enim potius fatendum est, quã si hic contemnamus, q̃ nobis totius nostræ salutis fons Christus, dũ hinc ad patrẽ emigraret, tanquã optimum q̃ habuit, pignus reliquit. Quid inquo contemnamus? Imò verò ne tam quidẽ simus incõsiderati, vt quicquã ea de re sinistri suspicemur, quã Christus iam crucis ligno suffixus in spõsam & charissimã vxorẽ accepit. Hãc equidẽ esse arbitror, de qua delicatulus ille puer Salomon mysticè hoc modo cecinit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te vlla. Formosa admodũ sit oportet in qua ne vnus quidẽ inueniatur næuus, quæq; ita omnibus formæ dotibus prædita est, vt nihil, q̃ ad eam rem faciat, deesse vnquam deprehẽdas. Talis est ecclesia, atq; ita sponsi sui virtutibus exornata, vt si qui eã contaminẽt, ac suis spurcitiis fœdè polluãt, morte potius sint piandi, quã vt vllã hic admittam⁹ excusationẽ. Quãlibet profectò ignarus nõ sim, serpentẽ illũ Leuiathã ita studiosè operã dare per suos administratores, tantosq; vndiq; nimbos & procellas cõcitare, vt hanc velut vnicã salutis nostræ naviculã ita semel tẽpestatibus queat inuoluere, quo tandẽ penitus immergeretur ac periret. Verùm hęc omnia ille frustra laborat, & quãdo pugnare in hac parte cũ deo nõ desinit, certè aduersus stimulum, q̃ aiunt, calcitrat. Ex his ergo quæ diximus, vel me deinceps tacente, quãtopere fuerit necessariũ, vt hoc opus de officiis Ecclesiasticis in apertũ produceretur facilè colligis. Si enim tam chara nobis ecclesia esse debeat, q̃ istud ipsum à nobis Christus exigit: si ea innumera omnibus proculdubio Christianis præstet beneficia, si nos de via lassos, & grauibus peccatorũ sarcinis

onustos.

onuſtos, aduenientes vltrò excipiat: ſi in ea, poſt æſtuantis animi pernicioſos ardores & deſperata vitæ ſqualentis, ſolatia blanda recipiamus refrigeria, ac delectabiles auræ ſuſurros ſentiamus: ſi denique ad eam tanquam amœniſſimum ſeceſſum lympidis fontibus ac ripis ſmaragdinis conſpicuum nos conferamus, vbi onere peccatorum depoſito tam dulci ac ſalubri cibo & potu refocillamur, vt quicquid moleſtũ ſit facilè iſthîc excutiatur, profectò eius ſiue leges, ſiue ritus, & ceremonias omnino negligere non poſſumus. Atqui hac quidẽ in re omnes facilè paſtores ac ſacerdotes habebo imprimis mihi beneuolos, quorum munus præcipuum eſt, in eiuſmodi ceremoniis ita populum & gregem ſibi cõmiſſum edocere, ne quid amplius in huſce addubitent. Nam ſi non id ignorare volumus, quod lippis & tonſoribus etiã notum eſt, certè hinc omnis proficiſcitur perturbationum in Republic. Chriſtiana colluuies. Et proh dolor, quam multi hoc tempore, cùm Paſtores, tum Sacerdotes reperiuntur, qui horum non ſolum ignari ſunt, verum etiã quos iſtiuſmodi addiſcere & piget & pudet. Sed hos quæſo, meminerint, quid illis loquatur Ezechiel: Et violabant, inquit, me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmentum panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarẽt animas, quæ non viuunt, mentienti populo credenti mendaciis: propter hoc dicit Dominus Deus: Væ paſtoribus Iſraël, qui quod infirmatum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis. Quid iſtud obſecro re? Dicã compendio: Quum magis curant quibus ciborum cupediis ventrem ſaginent, quàm qua ratione populi erroribus queant mederi. Nam tum demum hoc facere intelliguntur, ſi verbum Dei, & quæ ad animarũ pertinent ſalutem, populo non interpretantur, poſteaquam eos Deus animarum conſtituerit medicos, & paſtores eiuſmodi, qui dominicum gregem ex Dei ſententia, hoc eſt, vt voluit Hieronymus, ſcientia & intelligentia paſcant. Atqui profectò haudquaquam fieri poſſe exiſtimo, vt ea quis alterum doceat, quorum ipſe rudis ſit & ignarus. Benignè itaq; hi noſtrã qualemqualem accepturi ſunt induſtriã, ſi eam è re ſua eſſe aperte intellexerint. Violabãt, inquit Propheta, me ad populũ meum, cum minimũ potius, quid fortunati Coi aut Veneris iactus portendat, ſcire laborent, atque vtrum vinum meratius ſit diiudicare, quam eas addiſcere diſciplinas, quas cum maxima animarũ ſalute ad populum Dei fideliter transfundant. Sed væ iſtiuſmodi. Quemadmodum enim Ioſephus dixit ſuis fratribus ſe ad conſpectum ſuum illos neutiquam admiſſurum, niſi & minimũ fratrem ſecum adduxerint: Ita quoq; Chriſtus verus ille Ioſephus,

&c.

& cuius hic vmbram tantum expressit cum suis fratribus, videlicet sacerdotibus & sacrosanctæ ecclesiæ pastoribus expostulabit sanguinem, hoc est, animã eorum fratris minimi, eumq; ex manu ipsorum requiret. Quem quidem si adducere non poterunt, bone Deus, quàm malè cum iis agetur. Non equidem quenquã iudico, nec speciatim aliquem perstringo, sed si quid nequit, vt ait Comicus. Nam vt omittam cætera, oppido quàm turpè est ea ignorare, in quibus indies versamur. Non potest igitur opus hoc non ad eos maximoperè pertinere, quorum fidei Ecclesiæ gubernacula commissa sint. Hic enim præter rationem legitimè legendi cantandiq; officium diuinum, ritusq; & ecclesiæ ceremonias, luculentam sanè ad obscuriora quædam sacrarum literarũ loca explicationem nõ vulgaribus veterum Orthodoxorum testimoniis confirmatam habebunt. Porrò autem pleroſq; fore facilè crediderim, qui nos cuiusdam negligentiæ atq; inconstãtiæ insimulabunt, quasi parum considerate, quæ nos deceant, perpendamus, vt qui iampridem Iurisprudentiæ nomen dedimus, & in eius castris, hactenus militauimus, modò iis nos intermisceamus quæ sunt Theologorum. Fateor equidem me præter professionẽ facere, quod si peccare est, fateor id quoq;. Verùm, mea quidem sententia, omnis professio in iis siler, quæ communem spectant vtilitatem. Et certè vniuscuiusq; professio est, vt prosit quam plurimis, & obsit nemini. Nec verò is sum qui tantum meo tribuam iudicio, vt totus omne operis huius in lucem proferendi consilium ceperim. Cùm enim primò illud ad manus meas peruenisset, extemplo quibusdam amicis communicaui, quorum iudiciũ & doctrina non vulgaris vsqueadeò mihi perspecta fuit, vt non dubitarim, quicquid tandem mihi persuasissent, vel perpetuò no minis periculo, aggredi. Hi me non solum ad editionem adhortati sunt, verum etiam honestis monitis, ita me interdum oscitãtem & somniculosum excitarunt, vt hinc quoq; factum sit, quo opus hoc magis excultum prodire non potuerit. Dedimus itaque operam: vt author hic, qui iam propè quadringentis annis horridus, incultus, ieiunus & squalidus inter fœdissimas chartas à muribus penè totus corrosus delituit, iam tandem in manus eruditorum aliquãto tersior, ornatior ac politior veniret, iis sublatis mẽdis, quæ lectori nauseam parere potuissent. Quod sanè, quantis mihi constiterit laboribus, tum verius, lector, dixeris, quum singula attẽta lectione diligenter discusseris. Vetus enim ille codex manu scriptus, ita arctis ac pressis characteribus fuit exaratus, vt legere admodũ mihi fuerit difficile, vsqueadeò, vt sæpenumerò, si quam sentẽtiam elicere voluissem, debuerim profectò diuinare:

tamen

tamen siquidem me non lateat, quàm in huiusmodi rebus diuinatio sit odiosa, ne dicam periculosa. Dabis interim veniam, si quæ interdum vocabula occurrant minus latina, quæ eiusmodi sunt, vt mutari non debuerunt. Hic namque illud cogites velim, quod alibi libens feceris, nempè omnes artes peculiares suos habere dicendi modos. Nemo est, vel mediocriter eruditus, qui nõ facilè sciat ecclesiam quoque non solum sua habere vocabula, sed & quamplurimas dicendi phrases latinæ linguæ authoribus prorsus inauditas. Verùm hæ sunt istiusmodi, vt eas hic mutare si voluissem, non potuissem: & si potuissem, non voluissem, ne hîc mihi accidat, quod pluribus vsu venire solet, qui dum rem illustrare conantur, eam penitus peruertunt. Nec profectò quenquã offendere debet si hic interdũ dilutas ac vt videbitur, futiles inuenerit rationes, cum in nonnullis author hic non tam veras, quã pias ac vulgo familiares habere studuerit, cuiusmodi sunt de dissolutione stellæ à Magis visæ, & cur missa de defunctis celebretur feria secunda, atq; his similes aliæ: qua in re te etiam admonitum volui. Quare ad postremum vnum hoc rogo, piè Lector, vt nostram operam & industriam, si quam hic iudicaueris, æquo animo accipias, & eam solum promptitudinem benignè amplectaris, qua non passi sumus hoc opere diutius aliquem defraudari. Certò enim speramus, si non vtile, saltem minus molestum fore iis, qui sacris literis & pietati maximè operam dare consueuerunt, vt hinc ita deinceps ecclesiam studiosius amare, colere atque obseruare discant, quo ad æternam illam ecclesiam, cuius nostra hæc duntaxat adumbratio quædam est, queant suo tempore peruenire. Quod vt faciat Christus, etiam atque etiam oramus, quem in hac editione maximè honoratum optamus.

VITA IOANNIS BELETH.
ex Ioanne Trithemio

IOannes Beleth, Gymnasij Parisiensis olim insignis Theologus, in diuinis scripturis eruditus & in seculari Philosophia sufficienter doctus, ingenio promptus, sermone Scholasticus, inter Doctores sui temporis non ignobilis. Scribendo & disputando nomen suum ad posteritatis notitiam cum gloria deduxit. Scripsit enim non inutile opus de diuinis officiis, & sermones quoque varios. Verùm & alia non pauca scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt.

DIVIN

DIVINORVM OFFICIORVM, AC EORVMDEM RATIONum breuis explicatio D. Ioannis Beleth, à Cornelio Laurimano Vltraiectino castigata, & in lucem edita.

Proœmium ac breuis totius operis partitio.

IN primitiua Ecclesia prohibitum erat, ne quis loqueretur nisi esset qui interpretaretur. Quid enim obsecro prodesset loqui, si non intelligeretur? Certè nihil. Hinc illa laudabilis inoleuit consuetudo in quibusdam ecclesiæ partibus, vt pronunciato secundum literam Euangelio, statim vulgari illud populo exponeretur. Quid verò de nostris temporibus dicemus, si vix, ac ne vix quidem inueniatur quis quæ legerit vel audierit intelligat, quisque satis animaduertat, quæ viderit, aut egerit? Vnde profectò illud verè dicere possumus, quod olim propheta conquestus est: perit sacerdos quasi è populo vnus. Videtur ergo tacendum potius esse, quàm psallendum, silendum omnino, quam tripudiandum, si in hanc temporũ infelicitatẽ incidimus. Verùm enimuerò ne aliquando ora canentiũ ad tẽ Domine Deus turpiter claudantur, ad hoc damnum euitandum, triplex adhibebimus remedium, si primò de ecclesiasticis institutionibus, deinde de expositionibus diuinorum sermonum, ac tandem etiam de dierum ratiocinationibus quàm fieri potest breuissimè, dixerimus. Ac primum quidem ad eos pertinere poterit, qui modò incipiunt: secundum verò ad eos, qui iam profectum aliquem sentiunt: tertium deniq; ad illos qui ad perfectionem quandam peruenerũt. De his igitur breuiter & compendiosè deinceps dicamus vt per nos aliqua ex parte eorum consulatur ignorantiæ, qui quemadmodum de his rebus sentiendum sit, verè nesciunt.

De rebus specialiter Deo consecratis. CAP. I.

TAmetsi quidem rerum hanc vniuersitatem Deus, ad nostrũ maximè cõmodum, ex nihilo creauerit, vt hinc meritò, & sic vocetur omniũ dominus iuxta illud, Domini est terra & plenitudo eius: ab illa tamen vniuersitate quædam sibi specialiter retinuit. Quemadmodum enim illa in quatuor partes secari potestita hic à qualibet parte aliquid sibi propriè vendicauit. A locis, loca veneranda: à temporibus, dies festos: à rebus decimas, primitias, oblationes, & si quæ sunt alia, quæ donari solent: à personis denique, quas velut sibi dicatas habet, vt sunt ministri altaris, monachi, & moniales. De quibus sanè omnibus, videlicet

de

de locis,tẽporibus,rebus, perſonis ac earundem multifariis officiis,deinceps ordine dicemus. Et primò quidem de locis.

De loco. CAP. II.

LOcorum itaq; venerabiliũ alia ſunt orationi dicata,alia verò neceſſitati humanæ deputata. Loca humanæ neceſſitati deputata ſunt hæc:Xenodochiũ, nosocomiũ,gerotocomium,orphanotrophium,prototrophiũ,brephotrophiũ.Sic cum patres & religioſi Imper.loca quædã inſtituerũt,quo ſe reciperent peregrini,orphani,ſenes,emeriti,infirmi,imbecilles & ſaucij. Loca autem quæ orationi dicata ſunt, quædã ſacra ſunt,quædam ſancta, quædam religioſa.Sacra loca ſunt, quæ per Pontificem Deo ritè ſunt cõſecrata,& quaſi ſanctificata,quæ diuerſis appellãtur nominib⁹,præcipuè tamẽ his:eccleſia,ſacrariũ,ſanctuariũ,ſacellũ,templũ,oratoriũ,Dei tabernaculũ,monaſteriũ,cœnobiũ,κυριακὸν dominicalis, Domus orationis, baſilica,capella. Sed ignorandum non eſt,quin oratoriũ pro ipſa eccleſia interdum accipiatur, atq; etiã quiuis locus alius ad orãdum cõſtitutus, vocetur oratoriũ, cuiuſmodi in ſuis cœnobiis ſibi ſtatuerunt monachi.Sãcta verò, ſunt loca immunitatis circa monaſteria, ſub certæ pœnæ interminatione cõfirmata:quẽadmodũ apud noſtrã Lutetiã cernitur velut clauſtrum quoddã,in quo ſunt ædes canonicorũ.Nã cuiuſcũq; ſceleris reus ſit, ſi illuc tãquã ad aſylũ pfugerit, maxima ei præſtatur ſecuritas.Sic muri etiã & portæ ciuitatis, ac theatra vt ſancta eſſent,ſancitum eſt legibus,Poſtremò locus religioſus ille dicitur, in quo integrũ hominis cadauer ſepultũ eſt, vel tantum etiã caput.Corpus enim obtruncatũ niſi & caput adſit, locũ religioſum facere non poteſt. Quare, cũ hactenus de locis dictũ ſit illud vnũ adiici oportet,vt,quemadmodum eccleſia ſit ædificãda paucis declaremus. Facto enim loco fundamenti neceſſe eſt, vt Epiſcopus eum primò aqua luſtrali,quã benedictã vocant,aſpergat,ac tũ deniq; primũ fundamẽti lapidẽ,qui crucẽ ſibi impreſſam habere debet ipſe iaciat, vel iuſſu eius ſacerdos alius, ſi ipſe adeſſe nequeat.Et omnino quoque neceſſarium eſt,vt ædificetur verſus Orientem,hoc eſt,verſus Solis ortum æquinoctialem,nec verò contra æſtiuale ſolſtitium,vt nonnulli & volunt & faciũt.

De temporibus. CAP. III.

HIs igitur de locis ita breuiter expoſitis, dicendũ eſt de tẽporibus.Accipimus aũt hic tẽpora,pro diebus, quorũ alij ſunt feſti,alij ſolẽnes,alij verò profeſti.Ac profeſti quidẽ ſunt,ga nulla ſpirituali celebritate fulciũtur. At verò aliter Iudæi ſuos vocãt dies,aliter Ethnici,eorumq; Philoſophi,aliter demum Chriſtiani.Hebræi primũ diem appellant ſabbatum,qui præcipuus apud

eos

cos habetur. Reliqui omnes ab hoc denominati sunt. Vocant enim sequentẽ diem post sabbatum, primã siue alterã sabbati, & qui deinde sequitur secũdam sabbati, & sic de aliis, vsq; ad diem septimũ, qui illis vel septima sabbati, vel sabbatum sabbatorum dicitur. Apud Ethnicos verò, tam vulgus, quã Philosophi iisdem vtebantur nominibus, nisi quòd in iis diuersam inter se habuerint rationem. Vtrique enim primũ diem Solis appellabãt, secundum, Lunæ: tertium, Martis: quartũ, Mercurij: quintũ, Iouis: sextum, Veneris: septimũ, Saturni. Sed ideò hos vulgus ita nominabat: quia Solem, Martem, Mercuriũ & alios, deos esse arbitrabatur: Philosophi verò ob hanc causam, & planetarũ horum motibus humanæ vitæ natura constituatur. Proinde nomina hæc sacra scriptura haudquaquam recipit, quanquam passim in vsu habeantur. Christiani denique ab his longè aliter dies nominãt, propriis nimirũ appellationibus. Nam sabbatũ Iudæorũ vsque adeò non abiecerũt quin cũ iis illud libenter habere velint, partim ob Hebraici sermonis authoritatẽ, partim etiã ob interpretationis significationem. Sequentẽ verò diem, vocant diem dominicum, tum propter Christi resurrectionẽ, tum propter spiritus sancti è cœlis missionẽ: vel quia Ioannes Euãgelista in sua Apocalypsi sic ipsum nominauit. Ait enim ibi hoc pacto: Fui in spiritu in die dominico. Sed diem qui proximè dominicã sequitur, feriã vocãt secundam, itemq; & alios dies ad sabbatũ vsque. Dicuntur autẽ feriæ à feriando, non & à necessariis vitæ operibus sit feriãdum & abstinendum, sed quoniam toto vitæ nostræ tempore à vitiis feriari debeamus. Dies festi porrò sunt dies solennes, qui, vt soli seruarentur, quasi præscripto & quodã instituto recepti sunt. A Sole enim vel à solito solenne dictum est. Vnde solennia festa vocat ecclesia, quæ certa sunt obseruatione cõstituta. Atque hinc etiam venit solennitas, quæ quadripartita esse potest, videlicet festiuitatum, stationum, lætaniarum, & ieiuniorum. *Apoc. 1.*

De solennitate festiuitatum. CAP. IIII.

PRimò igitur de festiuitatũ solennitate agendũ est, quæ pluribus nominibus vulgo exprimi solet, nimirũ his festiuitas festum, celebritas, exitus, transitus, obitus, assumptio, depositio, dormitio, passio, dedicatio, natiuitas, natalis, vel natale & natalitium. Festiuitas dicitur, quasi festi sancti alicuius natiuitas. Natiuitas verò propriè appellatur festum illius natiuitatis, quæ est in carne & in mundo, ita vt hinc solum dicatur natiuitas Christi, B. Mariæ & Ioãnis Baptistæ, quod horum natiuitates duntaxat ab Ecclesia celebrentur. Natalis vel natale & natalitium vocatur sanctorum ex hoc seculo commigratio. Quia vt seculo &

mundo moriuntur, ita tunc cœlo nascuntur: Indifferenter autem tria hæc vocabula vsurpantur. Dicitur porrò transitus festum, ꝙ est de morte beatorũ, quum eorum animæ è corporibus exeũtes per varia loca sibi incognita transire debeant: nempè, si dicere liceat, per cœlum aërium, æthereũ, crystallinũ, donec peruenerint ad cœlũ empyreum. Obitus appellatur, quasi tum animis angeli veniant obuiam, cuiusmodi de B. Martino legitur. Passio autem nuncupatur, quasi tum maximè corpus patiebatur, cũ inde anima excederet. Quapropter fieri etiam potest vt vniuscuiusque obitus appelletur passio, quum ille discessus animæ ac distractio à corpore, non sine magno dolore fiat. Nec enim sine causa est, ꝙ diuus Hieron. in vitis Patrum de quodã viro sancto narrat, qui dominum rogauerat vt sibi vellet ostendere, quemadmodum è corpore exederet anima absque dolore & angustia aliqua. Nam cùm hîc quodam die fortè fortuna ab suo veniret tuguriolo, vidit iuxta viam pauperem quendam ante se miserè prostratum, ac iam animam agentem, cui aliquot, vt perspicuè videbat, astabãt angeli, qui eius expectabant animam, vt eam ad superos deportarent. Verum hi posteaquàm illic multum diuq; expectassent, vox missa è cœlis ad angelos ilicò audita est, Ad quid tandem moramini? Ad quam illi respõderunt Dominũ præcepisse, vt animam illius sine corporis anxietate educerent, quod certè facere non poterant. Haud iniuria ergo cuiusque obitus & passio dici potest. Assumptio verò propriè dicitur transitus B. Mariæ, & Depositio S. Ioannis Euangelistæ, qui viuus sepulchrum ingressus est, & se quasi in illud deposuit. Tandem etiam dormitio, mors appellatur sanctorum, quæ illis est velut optatissima quies. Sicut enim à somno validiores atque integriores surgere omnes soleamus: ita & sancti sine difficultate resurgent in corporibus glorificatis quasi e somno fuissent experrecti. Vnde illud est, quod Dominus de Lazaro dixit: Lazarus amicus noster dormit.

De festis. CAP. V.

FEstorum quædam sunt generalia, quædam particularia. Generalia sunt, quæ generatim ab omnibus celebrantur: vt festa trinitatis, B. Mariæ, natiuitatis Domini, Paschæ, Pentecostes, sanctæ Crucis, Apostolorum, Euangelistarum, S. Ioannis Baptistæ & Euangelistæ, Laurentij, Nicolai, Syluestri, Martini, &c. Festa autem particularia sunt, quæ tantum in vna coluntur prouincia, vt festum B. Hylarij, quod in Aquitania duntaxat obseruatur. Vel etiã quæ in vno fiunt episcopatu, vel in vna villa aut parochia, dicuntur festa particularia. Notandum interim obiter hîc est, in colendis festis dignitatem quandam & ordinem esse attẽdendum.

Festa

Festa etenim Trinitatis digniori cultu sunt celebranda, deinde festa B. Mariæ, præcipuè tamen Assumptionis, ac tandem quoque festa S. Crucis, quæ duo sunt. De aliis antè intelligenti facilè est iudicare. Quot sunt festa Trinitatis, tot B. Mariæ esse sciendum est. Causæ verò festorum quæ sint, & cur quædam non suo tempore, sed alieno celebrentur, sequentia commodius declarabũt.

De stationibus. CAP. VI.

DE letaniis quidem modò non incommodè dicẽdum foret, nisi de iis tum paulò opportunius essemus dicturi, cùm de festis iuxta temporum varietates tractabimus. Operæ preciũ igitur est, vt hoc tempore his supersedeamus, ac modò de stationibus agamus, vbi sex sunt consyderanda. Primò, quid sit statio, & quamobrem sic appellata: secundò, vnde initiũ sumpserit: tertiò, quot sint earum species: quartò quare huiusmodi solennitas stationum sit instituta: quintò, cuiusmodi sint perficiendæ: vltimò denique quæ sit differentia inter stationes, processiones & letanias. Et quidem statio, prout hoc in loco accipitur, est processio, quæ fit ad aliam Ecclesiam: vt Deo persoluantur gratiæ. Dicitur autem statio, quòd stantes Deo agimus gratias, non flexis genibus sicut in letaniis: nec in eis supplicationis vtimur vocibus, sed laudem Deo cantamus. Videntur tamen stationes à veteri lege ad nos fluxisse. Tum enim populus Iudaicus, atque etiam complures ethnici Hierosolymam conueniebant in maximis solennitatibus, veluti in Paschate & Pentecoste: vt in templo adorarent, ibiq; & munera offerrent, ac Deo tandem gratias pro innumeris beneficiis agerent. Ab hac ergo est consuetudine, quod etiamnum nostra Ecclesia obseruat: vt omnes pariter ab oppidis, villis, aliisq; locis, suburbiis in septimana Paschali & Pentecostes ad episcopalem ecclesiam conuenirent. Sunt item aliæ stationes, quæ à Romanis originem traxerunt, qui in eiusmodi frequenter admodum versabantur. Si quando enim diuersis temporibus se ab hostibus vndique obsessos animaduertebant, aut grauiora sibi imminere pericula, sanctorũ intercessiones implorabant, vt quic quid esset periculi tandem cessaret. Quo quidẽ facto processionibus ad eius sancti ecclesiam conueniebant, cuius patrocinio fuerant liberati, vt tãto beneficio dignas gratias Deo agere possent. Atque ita sanè fiebat statio ad S. Paulũ illo die, quo per eius subsidij inuocationem eos liberauerat Dominus. Et sic de aliis. Stationum autẽ duæ sunt species. Aliæ enim sunt generales, aliæ particulares. Generales sunt, quæ in iis duabus septimanis, quas modò diximus, ad maiorem semper ecclesiam fieri solent. Particulares verò sunt, quæ in diuersis ecclesiis, ex causa, quam statim attu-

simus fiunt. Quandoq; etiam fiunt stationes causa venerationis, nulla alia causa interueniẽte, vt quum in alicuius sancti festo ad alius ecclesiã itur processione à maiori. Rursus interdũ stationes fieri dicuntur, cũ ob eandem venerationis causam diebus festis ad diuersa progredimur altaria. Quare ex iis, quæ diximus, satis constare arbitror, quæ sit stationũ institutio. Quibus illud tamẽ addendum est, q̃ quemadmodũ Romani in sua ciuitate ad pericula euitanda stationes annuatim fieri statuerunt, sic quoque in aliis ciuitatibus ob similẽ causam suas instituerũt stationes. Non est profecto, q̃ multum anxij simus circa vestes, quibus in stationibus vti oportet, cum eiusmodi esse debeant, quales in choro quotidie haberi licet, hoc semper obseruato, vt illi tempori maximè conueniãt, quo fiunt stationes. Non hîc ieiunatur sicut in letaniis. Non hîc flectuntur, vt dictum est, genua, sed lætitiæ voces cantantur, nimirũ responsoria, vt dicimus, & antiphonæ, vel his quippiã simile. Fit nõnunquã vt dũ peragũtur stationes, in ea ecclesia, ad quã itur, missa celebretur, & interdum non. Vtvt tñ hæc sunt, absoluta stationis oratione semper vnde exierãt, reditur. Inter stationes verò, letanias & processiones hoc interest, q̃ stationes ex causis suprà dictis, eò, quo expositũ est, modo fiant letaniæ quæ supplicationes ac rogationes significãt: ad vitãda quidẽ fiũt pericula, atq; omne effugiendũ infortunium, sed nõ sine ieunio & veste humili aut habitu lugubri, vocibus in modũ supplicãtis. Vnde profectò letaniæ dicũtur supplicationes. Sed euidẽtius hęc omnia patebũt cum eadem plenius paulò pòst simus tractaturi.

De processionibus. CAP. VII.

PRocessiones deniq; duæ sunt: vna est, quã singulis annis obseruamus in Ramis palmarũ. Sic enim illã vocamus dominicã, quæ proximè præcedit Paschã. Atque hæc quidẽ illã repræsentat processionẽ, quæ Dño fuit exhibita à turbis Iudæorum, & pueris cum ramis palmarum, quũ insidens asinæ Hierosolymã veniret. Altera verò est, q̃ dominicis diebus celebramus in eius memoriam, quã discipuli Christo exhibuerũt ipso die Ascensionis, postquã cum eo simul ad montẽ Oliueti congrediebantur, vnde illis videntibus assumptus est. Non q̃ illud die dñico factũ sit, sed processio & omnis istius diei celebratio in diẽ dominicũ trãslata est: vt à populo tũc maximè ad ecclesiã cõfugiente & simul & solennius coli possit. *De ieiunio.* CAP. VIII.

NVnc videndũ est, quid sit ieiunium, vnde dicatur, de authoritate & laude, siue cõmendatione ieiunij, atq; eius multiplici distinctione. Primum sanè pertinet ad definitionẽ, alterum ad interpretationẽ siue originẽ, tertium ad cõfirmationẽ, quartum

ad

ad amorem, quintũ deniq; ad cognitionẽ. Ieiunium est cõmunis omnium membrorũ satisfactio: vt scilicet membra satisfaciant pro peccatis, quæ admiserunt, vt si gula peccauit, ieiunet ac sufficit. Qui solus est in culpa, solus sit in pœna. Si oculus, similiter. Vnde Hiere. Oculus meus deprædatus est animam meã. Et per fenestras oculorum meorũ mors intrauit in animam meam. Sic Augu. Oculo nihil nequius. Potest autẽ diei ieiuniũ, à ieiunio, ꝙ est inrestinũ quoddam; vt inquiunt anatomici, ꝙ in homine mortuo prorsus vacuum reperitur. Nam & nos itidem cum ieiunamus à vitiis omnino vacui esse debemus, idq; tam in animo, quã in corpore. Vnde plenius profectò August. super Ioannem ieiunium definit hoc modo, Magnũ & generale est ieiuniũ ab iniquitatibus & carnalibus voluptatibus abstinere. Hoc enim ieiuniũ omnibus numeris est perfectũ & absolutũ. Cui non absimile est, ꝙ Paulus ait: Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo. Nam ꝙ, vt sobriè viuamus, inquit, ad nos planè pertinet, ꝙ piè, ad Dominum, quod iustè, ad proximũ. Hinc pietas est cultus Deo exhibitus, cũ quo velut ex aduerso pugnat impietas siue idolatria. Quare multi in hoc vocabulo pietas errãt, dum in eo vulgo assentiuntur, ꝙ ille dicatur pius, qui è suis bonis libens pauperibus quippiam partiatur, contrà ille impius, qui quæ pauperũ sunt, ad se rapit. Verùm ne diutius quadã similitudine labamur, & vitia impietati confinia, & virtutes, quæ pietatis nomini non obscurè videntur respõdere, breuiter describemus. Multum sanè interest inter flagitiũ, facinus, atq; impietatẽ. Nam flagitiũ in nobismetipsis est: Facinus verò committitur in proximum: & impietas in Deum. Sic quoq; magnũ statuitur discrimẽ inter misericordiam, clementiã & pietatẽ. Vt enim misericordia maximè versatur circa naturã: sic clementiã esse dicimus erga iustitiam, pietatẽ erga Deum. Verbi gratia: Misericordia est, si quis ad suppliciũ aliquẽ iustè damnatũ duci videat, cui ita naturali inclinatione cõpatitur ac cõmouetur, vt ipsum à supplicio liberet. Quemadmodum etiam dicitur misericordia, si ꝙ pauperi est suffuratũ, ipsi restituimus. At verò clementia est, si quem iniustè punitũ viderimus, & nos periculis obiecerimus: vt per vim illum eripiamus. Pietas demum est colere deũ, idq; ex mero amore, q̃ Græci vocãt λατρείαν vel θεοσεβείαν: nos autem Dei cultum rectè appellare possumus.

Thren.3. *Hiere.9.* *Titum.2.*

De ieiunij authoritate. CAP. IX.

AVthoritas ieiunij triplex est. Habet enim authoritatem partim ab antiquitate temporis, partim à loci qualitate, partim denique à præceptorũ institutione, & maiestate. Ab antiquitate temporis, ꝙ statim post orbẽ conditũ in ipsa hominis creatione

esse cœperit, cũ dicebatur, De ligno scientiæ boni & mali ne co-
Gene.2. medas. A loci verò qualitate, qa in Paradiso fuit institutum. A præceptore, qꝑ non ab homine, sed à Deo ordinatũ fuerit. Rursus cõmendatur à tẽporibus & personis. Et à temporibus quidem, qꝑ in tempore ante legẽ, in tempore sub lege, & in tẽpore gratiæ ieiunium semper fuerit obseruatũ. Ante legẽ à Mose, sub lege ab Helia, in tẽpore gratiæ à Christo. Eius autẽ commendatio plena est exẽplis. Heua quãdiu abstinuit, virgo fuit incorrupta, mãsitque in paradiso. Sed quũ præceptum ieiunij violasset, exẽplo carnis sensit corruptionem, & sub viro est cõstituta, ac paulò pòst è Paradiso turpiter eiecta. Ad eũdem sanè modũ Adam simul atq;
Gene.3. ieiunium fregisset, ex deliciis Paradisi in hanc mortalitatis miseriam detrusus est. Moyses post ieiuniũ cum Deo locutus est. Helias similiter post ieiuniũ igneo curru in cœlũ subuectus est.
4.Reg.2. Hierosolyma à Sennacherib tẽpore Ezechiæ Regis & Isaiæ cen-
2.Par.32 tũ octuaginta quinq; milibus cœlitus vna nocte interfectis, fuit liberata, & ne inter cineratos fœterent, solus Sennacherib cum decem tantũ aufugit in Niniuem, vbi sexagesimo die pòst à propriis suis filiis fuit interemptus. Item, Iona iram Dei concionante, Niniuitæ in sacco & cinere ieiunium pœnitentiæ agentes cõsecuti sunt veniam. Sic quoq; Iosue filius Naue ieiunio, dum illud per integrum diem agebat ad Gabaon, Solis & Lunæ cursum cohibuit, & hostes suos superauit. Ab his itaq; personis ieiunium commendatur. A loco verò, qꝑ in Paradiso natum sit. Sequitur ieiunij distinctio.

De distinctione ieiunij. CAP. X.

IEiunium sic primò diuidi potest, quod aliud sit carnis, aliud mentis. Carnis est, cũ quis abstinet à cibis. Mentis verò quando quis ieiunat à vitiis. Vel etiam carnis ieiunium dici potest, si quãdo quispiam ob nimiã pinguedinem ieiunat, ne corpore supra modũ pinguescat. Verũm illud nullius virtutis est, adeoque dicendũ est potius esse attenuationis. Qua ratione & mentis ieiuniũ esse volumus cõtra luxuriã, ne similiter plus æquo pinguescat, ac in multis luxurietur. Secundò ieiunium & hoc modo distinguitur, aliud videlicet esse institutionis, aliud deuotionis, aliud paritatis, & aliud dispensationis. Ieiunium institutionis est. Quadragesima à sanctis patribus olim instituta. Quemadmodũ enim in lege veteri, sancti patres rerum suarum omnium decimas & primitias Deo reddere consueuerunt: ita nos quoque debemus ei decimas & primitias offerre, non solum ex rebus nostris, nempè ex frugibus, & aliis quæ possidemus, verum etiam est nobismetipsis, scilicet ieiunando, idque corpore quidem à ci-

bis,

bis, mente verò à vitiis. Est enim, vt statim diximus, carnis pariter & mentis ieiunium. Offerimus autem Deo ex nobis primitias & decimas, si quando benè operamur.

De institutione Quadragesimæ, & reliquis ieiunandi formis.

CAPVT XI.

INstituta igitur fuit quadragesima, pro dierũ decima. Sed cur potius quadragenario numero, quàm alio appelletur, euidẽs ratio est: cũ quadraginta dies in anno pro decima liquido possimus inuenire. Sicut Leuitæ ex decimis, quæ eis offerebãtur, summo Sacerdoti partẽ reddebant decimã: ita & nos decimam damus Christo verò Pontifici ex triginta sex diebus, q̃ sunt in decima trecentorũ & quadraginta dierũ, & ex sex horis cũ quadrãte, quæ sunt vltrà dies trecẽtos & quadraginta. Cũ ergò summatim sint dies quadraginta vnus & quadrans, ex quadraginta habemus pro decima quatuor, q̃bus cum aliis triginta & sex computatis, exurgunt quadraginta. Restat adhuc vnus dies & quadrans, quæ sunt horæ triginta, quarũ pars decima tres sunt horæ, pro quibus in sabbato Paschæ ieiunamus vsq; ad noctem. Sunt aũt in anno dies trecenti & quadragintasex, quorum decima pars trigintasex dies sunt, accepta decima quadrantis, pro qua voluit August. vt in vigilia Paschæ, eius diei Missa nocte celebraretur. Vnde est, quod in oratione, quam collectã dicimus, illo die legimus: Deus q̃ hanc sacratissimã noctem, &c. Dicitur ergo Quadragesima, quasi cũ decima quatuor. Diebus enim triginta & sex adduntur quatuor, q̃ sunt ex decima. Primus est sanctificationis, hoc est, mũdificationis, si sic dicere liceat. Quia tũc homo mũdatur & lauatur, tam anima, q̃ corpore. Reliq tres sunt primitiarum. Primus dierum quadraginta, est quarta quadragesimæ. Tres alij sunt, vt dictũ est, primitiarũ. Et certè ignorandum non est, tres dies ieiuniorũ in vnoquoq; tempore celebrari, qui appellantur primitiæ, quod ita de iis sit dispensatum. Proinde ieiuniũ dispẽsationis est, quod in magnarũ solennitatũ vigiliis fieri dicitur. Solebãt enim maiores nostri illa nocte, quæ proximè festũ præcedebat, vigilare, vnde & vigilias appellabant dies festa proximè præcedẽtes, ad quas cõueniebãt iuuenes & puellæ, cærores & lusores, sicut adhuc fit in plerisq; regionibus, vt in Pictauia, præcipuè in festis patronorũ ecclesiarũ. Sed quoniã multa inde nascebãtur incõmoda, institutũ fuit, vt in locũ vigiliarũ succederẽt ieiunia, vt eo demũ modo comessationes superfluæ & ebrietates, quæ crebrò cõtingebãt, tollerẽtur è medio. Quod in ea forma ab ecclesia ita dispensatũ accepimus. Si quis tamen ieiunaret & vigilaret, is vtique haud malè faceret.

Nihil enim vetat bonũ duplicare. Dicitur aũt huiusmodi institutio, dispẽsatio, quasi in diuersis (vt sic loquar) pẽtario. Nã ieiuniũ hoc fuit introductum in ōpensarionem vigiliarum, quæ idcircò fuerũt abrogatæ, ne crebræ illę comessationes atq; ebrietates posthac fierẽt. Aliquãdo tamẽ & canonici rigoris est dispensatio iusta de causa ab eo, cuius interest, facta relaxatio, quẽadmodũ etiã in hoc loco. Viderũt enim q̃ melius erat ieiunare, q̃ vigilare. Ieiunium porrò deuotionis est, si quãdo quis sua sponte ieiunat, vt in vigilia B. Martini, & B. Nicolai. Ieiunium paritatis est, quum in vigilia S. Iacobi, Bartholomæi, & aliorũ Apostolorum ieiunamus, q̃bus vt ieiunaretur, statutũ nõ est. Facimus tamen ex eo, q̃ omnes Apostoli in meritis ac præmiis pares sint. Quorum enim merita æqualia sunt, necessariũ planè est vt eorũ animę in cœlis sint æquales. Ob quã sanè causam ecclesia considerauit dignum esse, vt pariter omnes ieiunia haberẽt. Ex Apostolis autem sex tãtum ieiuniũ habẽt institutionis, quorum itẽ quatuor quum cõiunctim ieiunamus, quatuor duntaxat in vniuersum existunt Apostolorum ieiunia. Nam Petrus & Paulus vnũ communiter obtinẽt, quoniã eodẽ die passi sunt. Sic Simon & Iudas, q̃ ita simul duo ieiunia efficiunt: tertiũ habet Matthæus, & quartũ Andreas. Cur verò his, & nõ etiã aliis ieiunamus, ratio in promptu est. Vt hoc enim fieret in eorum vigiliis, ideò sancta ecclesia statuit, quò sicut illi pro Christi nomine passi sunt, & nos quoq; aliquo saltẽ modo cũ eis patiamur, si beatè cũ eis viuere optemus. Eadem ratione etiã de aliis Apostolis instituisset, nisi aliud quippiã impedimẽto fuisset. Impedimẽta aũt sunt hæc: Festũ Philippi & Iacobi, quod ipsis Calen. Maij habemus, quæ semper sunt inter Pascha & Pentecostẽ, q̃ sit tempus lætitiæ, & gaudij, ieiunãdum non est. Nec obstãt ieiunia, quæ in diebus letaniarũ siue rogationum occurrunt, cũ ea ob aliam fiant necessitatẽ, vt patebit dilucidius in sequentibus. Nã & tum ieiunatur ab aliquibus propter spiritũs sancti expectationẽ. Iacobus Zebedæi ab Hero de obtruncatus est in diebus azymorũ, ita vt neq; ieiunium habeat, neq; illi festum celebrari possit. Festum nãque eius, quod septimo Calendas Augusti obseruatur, non fit respectu illius passionis aut mortis, sed translationis. Tunc enim illi primò dedicata est ecclesia in Hispania, vt plenius ostẽdetur eo in loco, quo eius festum attingemus. Quod aũt non ieiunatur Bartholomęo, cuius festum est octauo Calend. Septembris, aliud est impedimẽtum. Fertur enim vno die fuisse excoriatus, & altero obiisse, quanquam in legenda seu vita eius illud minimè habeatur. Quod si ergo ita sit, necessarium foret, vt eius vigilia secundo

Act. 13.

die

die ante festum coleretur, quod esset cõtra normã aliorum ieiuniorum festiuorum. Vt de beato Thoma ieiunetur, nõ oportet, quia festum eius est in Aduẽtu Domini, in quo quasi cõtinuum ieiuniũ debemus obseruare. Barnabas propterea non habet ieiunium, q̃ non sit ex numero Apostolorum. Nec profectò dicitur Apostolus, nisi q̃, cùm erat Pauli socius, vt cæteri ad prędicandũ missus sit. Vnde illud: Segregate Barnabam & Paulum. Matthiæ ideò nõ est institutum ieiunium, quia festum eius in Quadragesima frequentius solet contingere, quãdo alioquin semper ieiunatur. Vel etiã ob eam rem, q̃ ex primitiuis Apostolis nõ fuerit, sed post Christi passionem per aliorũ electionem loco Iudę substitutus. De quo dicitur: Et Episcopatum eius accipiat alter. Festum deniq; B. Ioannis Euangelistæ semper celebratur tertio die post natiuitatem Christi, quo ieiunare nõ licet propter dies festos. Nihil interim vetat, quo minus omnium Apostolorum ieiunia possint celebrari. Optimè enim fecerit, q̃ ieiunauerit, sicut in vigilia beati Iacobi septimo Calend. Augusti ieiunant hi, qui ipsum colunt. Sed istiusmodi ieiunium vocatur paritatis, quod secũdum merita suscipitur: non institutionis. Est rursus ieiuniũ aliud inspirationis, aliud circunspectionis. Inspirationis ieiuniũ est, quale fuit in beato Nicolao, qui etiam infans in cunabulis bis in hebdomada ab vberibus matris abstinuit, ac tantùm semel mamillas quarta & sexta feria suxit: Ieiunium circunspectionis est, quando præ imminente aliqua tempestate, vel hostium periculo, vel simili aliquo infortunio ieiunamus. Deinceps verò ieiunium aliud est rationabile, aliud irrationabile. Rationabile appellatur, quod ipsa ratio facilè admittit, quum moderatè cibũ & potũ sumimus, ne inde corpus debilitetur. Vnde inquit Apostolus: Rationabile sit obsequium vestrum, non in comessationibus & ebrietatibus, &c. Irrationabile est, si quis velit ieiunare duobus aut tribus diebus continuis aut integra etiam septimana, cuiusmodi Deus non approbat, qui vt vitia mori cogantur, non autem vt natura dissoluatur, vult esse ieiunandum. Hinc illud ieiunium posse prohiberi, quod nonnulli continuant à cœna Domini vsq; ad Pascha, satis manifestum est. Sunt item aliæ ieiuniorum formæ, quas eadem breuitate perstringemus. Nam aliud reperitur qualitatis, aliud quantitatis, aliud numeri, aliud summæ exactionis, aliud alterationis vt sic dicam, aliud xerophagiæ. Qualitatis ieiunium vocamus, quũ carnis esum nobis in posterum indicimus. Quantitatis, quum quis ad certã mensurã sibi victum subtrahit, & omnino quantum quoque die comedat, quasi ponderatum habet. Ieiunium numeri est, si quando quis

Act. 1. *Psal. 108.* *Ro. 12. 13.*

ita secum statuat, vt quolibet die nõ nisi semel posthac cibũ capiat, vel bis, idq; ex eo, q̃ qui idẽ sæpius faciunt, sic ipsi se abiiciant ac prosternãt, vt nihil inter eos atq; inter bruta animantia planè intersit. Hæc enim vt ad pastũ nata sunt potissimũ, ita sæpius vnoquoq; die ventrẽ saturant. Bis sese reficere humanũ est, semel autem (vt fertur) Angelorum, Quare cùm sint, quibus semel duntaxat cum Angelis quoq; die vesci decretum est, huiusmodi ieiunium habere putantur. Sed tolerabilius hoc est, illud verò strictius, quod summæ dicitur exactionis, cuiusmodi habẽt hi, qui radicibus & herbis vescuntur, vt in deserto Ioan. Baptista, & in eremo Maria Ægyptiaca, quæ cum duobus tãtum panibus traiecit Iordanẽ, vitamq; austeram & solitariã egit annis quinque. Alternationis esse dicitur ieiunium, cũ quis alternatim ieiunat, nimirum si cum hoc die abstinuerit, sequenti comedat. Xerophagiæ adeò ieiunium, & si quando quis cibum comedit aridum. Dicitur enim xerophagia à ξηρὸς siccus, & φάγω, q̃ est comedo, quasi dicamus siccã comestionẽ, quale esse potest in pomis, pyris, castaneis, prunis, & id genus aliis. Quidã tamẽ siccam comestionem esse arbitrantur legumina eruda siue cocta, si modò absq; iure comedãtur. Postremò inuenitur quoddã ieiuniũ vanitatis seu simulationis, vt in hypocritis, q̃ ob fictam sanctimoniã ieiunãt, vt ab omnibus suspiciãtur: quoddã necessitatis, vt in mẽdicis, & quoddã virtutis, vt in iis q̃ veram corpori inducũt abstinentiã, quũ à culpa animis abstinẽt, quũ sese victu defraudãtes, cibum egenis benignè partiũtur, quẽ suis vẽtribus detrahũt, quũ denique sese esurientibus velint alios suis satiari epulis. De ieiunio igitur, eiusque multiplici distinctione hactenus.

De personis. CAP. XII.

POstquã de temporibus Deo spiritualiter dicatis huc vsq; à nobis dictum sit, res ipsa postulat, vt eodẽ modo de personis diuinis officiis addictis, hoc est, ecclesiasticis, deinceps dicamus. Ad cuius rei maiorẽ declarationẽ sciendũ est in primis tres esse sectas, quæ hominibus maximè probantur, quarũ vna est Ethnichorũ seu Paganorũ, altera Hebræorũ, tertia Christianorũ. Prima est erroris, secũda veritatis, tertia salutis. In prima naufragium patimur, in secũda à periculo q̃dem eripimur, sed in tertia saluamur. Prima rursum nos à Deo secat & separat, secũda illuminat, tertia autem penitus saluat & liberat. Verũ mos Paganorum cõuersus est in ritũ Christianorũ. Quæ Dei Opt. Max. mutatio sanè pulcherrima est. Christianorũ enim personæ tam seculares, quàm ecclesiasticæ ab aliis duabus sectis, nimirũ ab Hebræa atq; ethnica, desumptæ sunt. Quemadmodum enim apud

nos

nos duo sunt personarũ genera, laicales videlicet siue populares (λαϊκὸς enim populus est) & ecclesiasticæ: sic apud Ethnicos & Hebræos, à quibus nostrę habuerunt initium. Apud Ethnicos personæ seculares erant hæ: Monarcha, scilicet et Rom. Imperator, Patricij, qui & Senatores dicebantur, quorum arbitrio vniuersa ordinabãtur: Reges, Duces, Præsides, Præfecti, tribuni plebis, tribuni militum, prætores, centuriones, decuriones, quaterniones, tribuni, quæstores, ædiles, aulæ ianitores. In ritu verò templorum erant Archiflamines, flamines, sacerdotes in vtroq; sexu. Nanq; apud illos non aliter, atq; modò apud nos, erant & mulierum & virorum religiosi conuentus. Inter Poëtas erant carminum iudices, comœdi, tragœdi, historiographi. Apud Hebræos porrò eadem fuit personarum diuersitas. Erant enim quædam seculares, quædam verò cultui diuino in templis perpetuò addictæ. Et personæ quidem in templis erant hę: summus Sacerdos, & minores Sacerdotes, Leuitæ, nathinnæi, luminum emunctores, exorcistæ, ianitores vel æditui, & cantores. Inter seculares verò in primis dux populi erat ad regendum Moses, & sub eo, quos ipse ad consilium soceri sui Ietro constituerat, nempè erant hi: chiliarchi, hecatontarchi, pentecontarchi seu pentecosiarchi, & decarchi, hoc est, millenarij, centenarij, siue centuriones, quintagenarij, decani, χιλία enim millenarium numerum exprimit, ἄρχω Principẽ, vnde χιλιάρχος dicitur q præest mille. Sic ἑκατὸν significat centũ, vnde hecatontarchus est, cui centũ parent, & pentacõtarchus, cui quinquaginta. Nam πεντήκοντα quinquaginta sonat. Qui autem decem in potestate habet, rectè appellãtur decani, à δέκα decem, q̃ sint suprà denos. Apud Christianos quoq; personæ sunt partim populares, partim clericales. Populares non sunt diuersæ ab iis quas apud ethnicos esse dicimus, quãuis nõ vbiq;. Clericales sunt quæ administrant ecclesiã, dicunturq; ἀπὸ τοῦ κλήρου, quod sors interpretatur, quasi sorte sint electæ. In veteri nanq; testamento Sacerdotes sorte eligebãtur. Quemadmodum etiam ethnici sortitione vnum ex liberis suis ad clericatum eligebant. Possunt nihilominus dici clericales, quia ipsi accipiunt hæreditatem domini nimirum decimas & oblationes. Nam κλῆρος Græcis non solum est, quod nobis sors, sed & hæreditas. Est enim iis æquiuocũ, vno quoq; nomine duo hęc significat. Personæ autẽ clericales diuidũtur in monachos, quasi sint soli viuentes à μόνος solus & ἔχω habeo, quòd ab aliis seorsim soli habitare debeant, & ecclesiasticos. Quæ sit porrò personarum diuersitas inter monachos, equidem satis notũ esse existimo. Totum enim illud ab ordinum varietate petendum est, quàm alij albi siue candidi, alij nigri appellãtur.

De

De personis ecclesiasticis. CAP. XIII.

ECclesiasticarũ personarũ genera duo sunt. Aliæ namq; sunt dignitatis, aliæ ordinis. Dignitatis sunt, vt Papa, Patriarcha, Cardinalis, Primas, Archiepiscopus siue Metropolitanus, quod eiusdẽ est significationis, Episcopus, Archidiaconus, Archipresbyter. In choro sunt decanus, hypodecanus, cantor, subcantor, thesaurarius, scholaster. Ordinis personæ sunt sacerdos, diaconus, hypodiaconus, acolytus, exorcista, lector, hostiarius. Sunt autem in ordine septem gradus, ad designandã septiformem gratiã spiritus sancti cuius munere illorum ordinum officia exequuntur. Sed quoniã de ecclesiasticis personis iuxta nostrum tẽpus tractare proposuimus, videamus quemadmodum à veteri consuetudine tam Ethnicorum quàm Iudæorum ad præsentis ecclesiæ cultum facta sit personarum translatio, tum secundũ ordinem, tum secundum dignitatem. Ac primò quidem secundum ordinem, in veteri testamento erant sacerdotes, quales fuerũt filij Aaron, qui pro populo sacrificia offerebant. Erant præterea aliqui in populo Magistri, vt fuit Nicodemus. In horũ locum nostri successerunt sacerdotes, qui sacrificium altaris Deo pro nobis offerunt, quique ad hoc obligati sunt, vt verbum Dei populum sibi commissum doceant. Vocantur autem sacerdotes, quasi sacra dantes, & presbyteri, quasi seniores non quidem ætate, sed eruditione & moribus. Ordo diaconorum, id est, ministrorum (tantum enim sonat) vicem explent Leuitarum. Vt enim in veteri lege Leuitæ in sacrificiis inseruiebant sacerdotibus testamenti veteris: Ita hi in sacramento altaris ministrant sacerdotibus noui testamenti. Hypodiaconi in locum Nathinæorũ sunt substituti, qui sic dicebantur, q̃ in humilitate seruiebãt. Quemadmodum enim hi sub Leuitis sacra administrabant: sic illi subdiaconis, vnde & hypodiaconi sunt appellati. In templo erant emunctores luminum, qui cãdelas & accendebant & extinguebãt. Hi sunt in nostra ecclesia quos acolytos & ceroferarios dicimus, qui cereas cãdelas & thuribulum portãt ac præparãt. In tempore veteris legis exorcistæ, id est, adiuratores, ex doctrina Salomonis dæmones ab hominibus abigebant: sed & nos similiter exorcistas habemus qui illos exorcizãt, qui efficiẽdi sunt catechumeni, nimirum cùm ab iis adiurãdo expellunt dæmones. In templo erant cantores: apud nos sunt lectores siue anagnostes. Ostiarij in nostra ecclesia vicem supplẽt templi ianitorũ. Officium enim ianitorũ erat templum claudere & aperire, mũdos recipere, immũdos excludere. Ostiariorũ autem officium est catechumenos baptizando, & pœnitentes per Episcopos iam reconciliatos in ecclesiã introducere.

Quomodo personæ dignitatis à veteribus ad nos fluxerunt.

CAPVT XIIII.

VIdendum modò est, quemadmodum dignitatum personæ à veteribus ad nostram ecclesiam peruenerint. Et Dominus quidem Papa, id est, Pater patrum vel custos patrũ, summi Pontificis, qui in lege fuit, personam gerit, veluti Romanus Imperator, Monarchæ, Senatoria potestas, & Patriciorum dignitas, quæ forsitam apud Iudæos obseruabãtur, etiamnunc in nostra ecclesia permanet in tribus Patriarchis, scilicet Anthiocheno, Alexandrino, & Constantinopolitano. Primates, qui tribus Archiepiscopis præsunt, vel præesse possunt, Regem exprimunt, cuius potestas ad tres se extendit ducatus. Metropolitani siue Archiepiscopi comparãtur Ducibus, qui pluribus præsunt Comitibus. Nam & Archiepiscopi pluribus Episcopis præesse dicuntur. Episcopi habent similitudinem Comitum. Coëpiscopi, quorum iam abolita est dignitas, Præfectis adæquãtur. Abbates imitãtur tribunos militum: Cancellarij, Prætores: Archidiaconi, centuriones, decani, decuriones: Archipresbyteri loco sunt Aduocatorum: Presbyteri, ædilium: Diaconi, quaternionum: Hypodiaconi, tribunorũ: deniq; Exorcistæ, quæstores repręsentãt: Ostiarij, aulę ianitores: Lectores, carminum recitatores: Acolyti, carminum scriptores.

De rebus quæ Deo potißimum debentur. CAPVT XV.

NVnc autem quod quartò à nobis fuit propositum aggrediamur, vt videlicet, quæ res Deo spiritualiter debeantur, breuiter exponamus, & abundè satis pateant. Sunt etenim decimæ, primitiæ, vota, sacrificia, oblationes & donationes. Primitiæ à primis hominibus initium habuerunt. Legimus enim Cain & Abelum è frugibus suorum laborũ primitias Deo obtulisse, sed Abelum agnos & Cain segetum manipulos. Horum tamen alter, quia & iustè & læta fronte optimum quodq; obtulit, Dei gratiam abundè demeritus est, eiúsque grex in fœtura maximæ fœcunditatis abundauit, ob quam rem innocens sub Christi figura primus martyr extitit. Alter verò, quoniam iustè primitias non soluebat, cùm pessima quæque daret, Deo displicuit, primúsque in peccatum parricidij aut homicidij incurrit, quod laboris sui prouẽtum non habebat expectatum. Eodem modo & populum Israëliticum ex omni suo labore Deo primitias dedisse, ex Dei præcepto accepimus. Quare ipsa ratio exigit, vt & nos Christiani similiter faciamus. Quid autem & quomodo dandum sit, satis cumulatè docet nos euentus Abeli Caino. Profectò non possumus eius non meminisse, & à Deo omnia accepimus, & quicquid habemus, quod ab ipso sit profectum, ita vt vel ob id æquum sit ei prim

ei primitias offerre,& quodãmodo de acceptis beneficiis referre gratias.Sed si quæratur cui dandæ sint primitiæ, & in qua etiam quantitate,facilè respondemus eas sacerdotibus esse largiendas. Quod ita tamen accipiendum non est,quasi necesse sit eas his solis dandas esse,ac non etiam aliis.Nam Eremitis & iis,qui in terrarum abditis latent & inclusi sunt,aliisq; religiosis,si placuerit, dare possumus.Nec verò certa & determinata in his quãtitas est, adeò vt quantum visum fuerit,& non vltra largiri liceat. Si modò ex affectu charitatis proficiscatur. In veteri lege præceptum est vt ex omnibus bonis darẽt decimas, ꝙ ex omnibus deus sibi decimam voluit, quam tribui Leui in celebratione sui officij appropriauit. Sic nos vtiq; similiter facere debemus. Quòd si verò à laicis iniustè possideantur, nihilo tamen minus eas tenemur soluere.Nec sanè licitũ est iis conuenire,aut de his dispẽsare,sed illos tantisper reddere,donec deus iniustam eorum possessionem in melius emendauerit. Proinde si quis decimam retinere præsumpserit, certè ille transgressor & præuaricator præcepti diuini iam factus est & mortaliter peccauit. Arq; etiam qui hoc fecerit sciat se non solum decimam retinere, sed quod & nouem alias partes iniustè non dubitet possidere. Tantum est non reddere, quod ad Deum pertinet.

De votis & sacrificiis. CAP. XVI.

VOta nostra Deo debemus. Vnde illud:Vouete & reddite, &c.Sed votorum aliqua sunt necessitatis, aliqua spontaneæ voluntatis. Necessitatis sunt,quæ sunt fidei annexa,cuiusmodi in baptismo facimus,dum nos fidem Christi obseruaturos, & satanę operibus planè abrenunciaturos vouemus.Sic necessitatis voto adstringimur ad obseruationem decem præceptorum.Atque hæc quidem vota omnino mutari nõ possunt,sed perpetuò sunt obseruanda. Vota spontanea, nonnulla sunt discreta, nonnulla indiscreta.Indiscreta,sunt vota puerorum,dum necdum suæ sint potestatis,sed parentum. Atque huiusmodi licitè omitti possunt, si videatur expedire,vel parentibus,in quorum potestate sunt cõstituti,placuerit contraire.Sic vota mulierum indiscreta appellantur, quum sunt in potestate virorum. Verbi causa:Si aliqua puella,quæ nondum esset nubilis, & ad annos suæ pubertatis adhuc non peruenisset,perpetuam vouisset castitatem,& paulò post parentes eam,vt Matrimonium contraheret, cogere vellent, & posset vtique nubere,nec teneretur voto satisfacere. Sic eodem modo,si alicuius vxor marito ignorante votum fecisset de Hierosolymitana profectione,posset maritus eã, si vellet,rẽuocare, ꝙ sub eius manu sit constituta. Sed contrà vxor in eo casu maritum non

tum non reuocaret, nisi ipse vouisset castitatem. Illud enim neutri illorum permissum est, nisi quatenus in hoc vtrique consentiant. Alter igitur sine altero castitatem vouere non potest, nec debet, cùm alter alteri debitum persoluere obligetur. Verum nõ in huiusmodi solùm personis votorum indiscretio intelligitur, sed quandoque etiam in prouectioribus, & quæ omnino liberæ sunt, vota fiunt indiscreta, quæ pœna potius digna sunt, quàm vt ad effectum producerentur. Quale esse potest, si quis illud se facere voueat, quod perficere nullo pacto possit, vel ex quo ita debilẽ suam efficeret naturam, vt periculum sit, ne oneri succumbat, & sui ipsius occisor habeatur. Certè quæcunq; vota cum consilio & animi ratione facimus, ea perpetuò sunt obseruãda, nec vllo mutanda tempore. Cùm autẽ in lege veteri multiplex ageretur sacrificium, vt in Leuitico habetur, in Christianorum seu fideliũ ecclesia vnum duntaxat celebratur sacrificium, scilicet corporis & sanguinis Domini, de quo quoniam in sequentibus latius dicturi sumus, cùm officium Missæ exequemur, modò supersedeamus.

De oblationibus & donationibus. CAP. XVII.

NVnc de oblationibus. Sicut in lege veteri populus Hierosolymam ad magnas quasdam solennitates conueniebat, nimirum ad Paschatis, Pentecostes, & Scenophegiarum festa, vt orarent in templo vbi etiam ex debito vniuersi offerre obligabantur. Ita omnes Christiani ex institutione sanctorum Patrum tenentur offerre iuxta modum suarum facultatum, in quatuor principalibus festiuitatibus, nempè natali Domini, Paschate, Pẽtecoste, & in festo omnium sanctorum, vt indè sibi victum habeant sacerdotes. Præterea offerre debent, quo Paschalis illa candela cerea ematur, quoque cùm oleum tum cera ad ecclesiæ illuminationem comparetur. Alias autem nemo ad oblationes compellendus est. Si tamen fiant, spontaneæ sunt, quemadmodum & illæ, quæ post confessiones dari consueuerunt. Quòd verò in quibusdam ecclesiis vendantur sepulturæ, & pro campanarum pulsatione donationes exigantur, perinde est, ac si ecclesiæ sacramenta venderentur.

Quid officium & quotuplex. CAP. XVIII.

CVm ergo hactenus, vt propositũ erat, de locis, temporibus, personis & rebus Deo spiritualiter dedicatis, expositũ sit, sequitur vt de eo, quod quintũ & vltimum in propositione fuit, nimirum de ecclesiasticis officiis deinceps dicamus. Et primò quidem videndum est, quid sit officium, secundò vnde dicatur, tertiò quẽadmodum de eo agendum sit. Officium est, vt ab Isidoro definitur, proprius vel conueniens vnius cuiusq; actus, secundum leges

& mores ciuitatis,vel instituta professionis.Alia enim officia hãbent monachi,alia canonici,alia solitarij atq; Eremitæ, & sic de aliis. Dicitur autem officium, vt in lib.officiorum inquit Hiero. quasi efficium. Consentaneum enim est,vt suum officium vnusquisq; efficiat.De officiis agẽdum hic est partim generaliter,partim verò particulariter. Sunt enim quædam generalia officia & vniformia,quæ toto anno obseruantur, vt sunt horarum preces. Vesperæ,completoria,ac nonnullæ Missæ & matutinæ.Sunt autem quædam specialia,quæ pro varietate temporum & solẽnitatum distãtia variantur.Pro varietate temporum,quoniã alia Paschali tẽpore celebrãtur,alia in quadragesima, alia in æstate, alia denique in aduentu. Pro diastemate seu distantia solennitatum quum aliter fiat in hac solennitate, aliter in alia. Nã in ipso Paschate tres tantùm lectiones recitantur,in Natali verò nouem.

De officio generali. CAP. XIX.

DE generali officio primò dicendum est, idq; hoc ordine, vt primò quid canendum & psallendum sit videamus:deinde à quo fuerit institutũ officium ecclesiasticum:tertiò ad quid cõducat.quamobrẽ & quãdo sit ordinatum:quartò denique à quo fuerit canonizatum & cõfirmatum.Et in primis quidẽ dicimus generaliter nihil esse cantãdum aut psallendum,aut etiã legendum q̃ à summo Pontifice nõ fuerit approbatũ. In primitiua ecclesia diuersi diuersa cantabant,quisq; pro suo libitu,ita tamen si illud, quod canebãt ad diuinã laudem pertineret. Pleraq; tamẽ officia obseruabãt quæ ab initio erãt constituta, vel à Christo,vt oratio dominica,vel ab Apostolis,vt Symbolum. Posteà ecclesia velut scissa est per varias hæreses & scismata.Quod quidẽ cùm vidisset Theodos.Imp.qui suo tempore omnes hæreses extirpauit,negotium dedit Damaso Pontifici,vt aliquem sapientem & catholicũ ad se accerseret,qui ecclesiasticum officium ordinaret. Præcepit igitur Damasus Hiero.viro trium linguarum peritissimo, vt qui ad eam rem non erat idoneus,vt quædam officia ecclesiastica in certũ ordinẽ redigeret.Habitabat autẽ tum tẽporis Hieron.Bethleemiæ cum Paula & Eustochio atq; aliis virginibus religiosis,posteaquã iam anteà Romæ sub septem Apostolicis viris habitauerat.Ordinauit ergo hic quantũ ad psalmos attinet,q̃ quibus dieb⁹ canerentur.Sed & Euãgelia & Epistolas atq; alia officia in ordinẽ quendã redegit,vt quid quoq; die cantandũ esset,semel constaret.Nam oẽs ferè cantus composuit,iis exceptis, quos alij ecclesiæ doctores posteà adiecerunt. Hieron.itaq; cùm opus istiusmodi absoluisset,misit Romam,vbi à Damaso Papa fuit approbatũ, & in communi concilio canonizatum. Postremò Papa Damasus

sus eam dedit operi authoritatem, vt posteà semper in omnibus ecclesiis obseruaretur, quem admodũ in eo erat ordinatũ. Quare ostensum modò est à quo officia ecclesiastica fuerint instituta, qua de causa, quando, in quem finem, & quis ea canonizauerit.

De ipso officio. CAP. XX.

HIs ita consideratis, operæprecium est vt ipsum officium persequamur ordientes ab officio noctis. Hic enim ordo aptus & conueniens est ne à luce ad tenebras veniamus, sed potius à tenebris prodeamus ad lucem. Sciendum igitur est olim tempore primitiuæ ecclesiæ vsu receptũ fuisse, vt nocte ter surgeretur ad diuinum officium celebrandũ: primò, circa primum somnũ habita ratione eius temporis, quo vulgus se quieti dare consueuit: Secundò circiter mediam noctem: Tertiò paulò ante diem, hoc nimirum ordine, vt cùm nocturni finiti essent, & lectiones cum suis responsoriis perlectæ, priusquam luceret aurora apparente, cum pulsu campanarum decantarent, Te Deum laudamus, & sic deinceps laudes matutinas. Ad primã nocturnam surgebant tantùm ministri ecclesiæ, qui cùm tempestiuius iuissent cubitũ, iam dormierant. Sed quoniã frequenter hoc nocturnæ vocabulo vtimur: nõ incõmodè fecerimus, si quid per illud significetur, exposuerimus. Accipitur ergo nocturna nocturnæ, pro hora, & nocturna nocturnorũ, pro ipsis officiis. Vel nocturna nocturnæ psalmi appellantur, qui dominicis diebus dicũtur, antequam recitantur lectiones. Similiter etiam illi, qui diebus profestis dicuntur, vt in secunda feria: Dominus illuminatio, &c. atq; ita de reliquis. Nocturnæ nocturnarũ, dicuntur tempora, quibus psalmi cantantur. Nocturni nocturnorũ, vocantur nouẽ psalmi, & nouẽ lectiones cum suis responsis. Nunc igitur pergamus. In solennitatibus ad secundam nocturnã pariter surgebant ministri & coniugati, tam viri quàm mulieres. At tertiam tandẽ nocturnã communiter surgebant omnes. Sed posteà charitate erga Deum algescente, cùm feruor ille cultus diuini in hominibus tepesceret, ita vt iam pigriores essent, quàm vt statis illis horis ad officium nocturnum surgerent tam ministri ecclesiæ, quàm cæteri: consultũ est, vt media saltem nocte omnes surgerent, iuxta illud Prophetæ: Media nocte surgebam, &c. atque ita tum cõtinuò integrũ noctis officiũ absoluerent. Quod quidem etiã nunc pleriq; religiosorum conuentus obseruant. Verùm & hæc institutio breui abiit in desuetudinem, quum iam conuiuiis & luxui magis vacabant, quàm Dei seruitio. Quapropter iterum aliter statutum fuit, vt vel tempore nocturnæ vltimæ vniuersi circa diei crepusculũ surgerent. Nunc autem eò diuini cultus ratio demersa est, vt citius surgant pueri, *Psal. 123.*

quam miniſtri eccleſiæ,& prius cantent paſſeres, quã ſacerdotes. Adeò amor ille Dei in hominibus penitus refrixit. In memoriã & recordationem primæ illius tam laudabilis conſuetudinis, etiamnum eccleſia æſtiuali tempore nocturnũ officium celebrat, tempore nimirum primæ nocturnæ,q; nos vigilias vocamus,tametſi verò aliquando tempeſtiuius. Fit autem illud duplici nomine,vel ad veterum cõmendationem,vel ad noſtram ipſius exhortationem, vt videlicet ſciamus quàm illi eſſent ſobrij in officiis nocturnis tempore hyemali, quod, quum ter quaque nocte ſurgerent,breuitas noctis æſtiualis,haud quaquã tardabat. Quotus autem quiſque noſtrũ eſt, qui iam Sole radiante ad illud officium alacriter ſurgere queat? Vſque adeò hic ſponſi videmur Penelopes,nati in medios dormire dies. Sed quid dico de officio nocturno? Quot ſunt numero,qui diurnum rectè curent officium? Certè,ſi quod res eſt,loqui liceat, admodũ pauci. Verum ne quis dubitet quibus feſtis vetus illa obſeruetur conſuetudo,ſciendum eſt in tribus illis vigiliis,ſcilicet Ioannis Baptiſtæ, Petri & Pauli,& aſſumptionis B.Mariæ. Quoniam hæ ſunt præcipuè ſolennitates,quas in æſtate habemus.

Cùm ter nocte ſurgebant. CAP. XXI.

CAuſa verò & ratio quare ter nocte ſurgerent, huiuſmodi adferri poteſt, quod quadam ſimilitudine maiores noſtri ad hoc moti fuerint. Quemadmodum enim ij, quorum ciuitas ab hoſtibus obſeſſa eſt,facilè ab incurſione interdiu, cùm communes vires conferunt ſeſe defendere poſſunt, & non verò noctu, ob id noctem ternis diuidere ſolent excubiis, vt in prima quiete vigilent omnes,quod illud tempus ſit periculoſiſſimum,ac paulò poſt tantum ij circa muros permanent,quorum primò ſit vigilare vſque ad conticinium: deinde verò vt illi ſurgant, quorum eſt ſecũdo loco excubias agere,& pernoctare ad galli cantum vſque, atque ita demum & tertij vigiles ſurgant,donec iam dies ſit. Sic ſancti Patres ſimilem excubandi viciſſim conſuetudinem ſumpſerunt ad tutandam ſacroſanctam eccleſiam, quæ vna eſt omnium fidelium ciuitas,quã diabolus impugnat quotidiè, quamq; vt ſemel ſubuertat conatur modis omnibus,idq; præcipuè noctibus,quando nobis maximè inſidiatur. Nox enim peccatis turpibus apta eſt,furtis,adulteriis, & compluribus aliis, quum homines ſperant fore clam, & minus habent pudoris. Hinc eſt: Qui malè agit,odit lucem. Nam ſicut aperta eſt lux,ita nihil opertum relinquit: ſed cõtra,nox vt eſt obſcura,ſic erubeſcere neſcit. Quare profectò nocte accuratius excubare debemus contra inimici latentis inſidias,ne iis ad turpia impellamur.

De repræsentatione trium temporum. CAP. XXII.

ILlud quoq; notandum est, quod in his trium nocturnarum officiis, tria tempora repræsentamus, tempus scilicet ante legem, tempus sub lege, & tempus gratiæ, quorum quodlibet tribus variatur distinctionibus. Temporis ante legem prima fuit distinctio ab Adam vsq; ad Noë, secunda à Noë vsq; ad Abraham, tertia ab Abrahã vsque ad Mosen. Tempus verò sub lege has habuit distinctiones: A Mose vsque ad Dauidẽ, à Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis, à transmigratione vsq; ad Christũ. Dẽnique prima distinctio temporis gratiæ, fuit tẽpus Apostolicæ & Euangelicæ prædicationis: secunda tempus impugnationis, ꝙ omnes peperit hæreses: tertia tempus pacis, quãdo omnis est hæresis penitus extincta. His distinctionibus ita semel connumeratis, inuenimus nouem fuisse temporũ diuersitates, quas non obscurè in numero Psalmorum quos in officio nocturno cantamus, inuenimus. Diebus enim festis vsurpamus nouem Psalmos, nouem lectiones, nouem responsoria, cum nouem versibus. In vno quoq; nocturno tres sunt Psalmi, tres lectiones, tria respõsoria, tres versus. Interim tamen sciendum est, nouenarium Psalmorũ, nouenarium lectionũ, nouenariũ responsorium, cum totidẽ versibus, pro vno eodemq; accipi, quantũ ad mundi figuram attinet. In his temporũ diuersitatibus, quas modò enumerauimus, optimè vigilarunt sancti Patres, bonis operibus sedulò incumbentes. Quod quidem nos, vt eorum meritis quadã ratione similes efficiamur, in officio nocturno sub nouenario numero Psalmorum, lectionum, &c. in laudẽ Dei exprimimus, excitando nos mutuò ab insidiis diaboli. Atque ideò sanè in tribus nocturnis nouẽ dicimus psalmos & lectiones cum cæteris, vt Trinitati in primis placeamus, ac nouem ordinibus Angelorũ queamus associari. Nec verò ab re est, ꝙ hæc nocte potissimum facimus, quum præsens hæc nostra ciuitas, ecclesia nimirum, velut vmbra quædam sit cœlestis istius ecclesiæ, ad quam diuina gratia perueniemus. Celebratur autem officium hoc trium nocturnorum diebus maximè dominicis, in solennitatibus Trinitatis, & in festis sanctorum: ideò quoniã certò credimus illos Dominicæ resurrectionis, quã dies Dominica significat, gaudia iam eos esse consecutos. Simili ratione in eorum festis nouem psalmos cum totidẽ lectionibus ac responsoriis proferimus, quo eas nouem ordinibus Angelorum associatos esse ostendamus. In noctibus verò istorum dierum qui solennes non sunt, psalmi duodecim, quos vulgus dietam vocat, cum sex antiphonis canũtur, ac tres lectiones, totidemq; responsiones recitantur ea ratione, ꝙ horæ duodecim diei adscribãtur,

& totidem nocti. Quo quidem fit, vt pro vnaquaque noctis hora psalmum Deo offeramus, quo à nocte erroris & à mentis nostræ cæcitate, ad quam nos per peccatum primi parentis detrusit diabolus, per innumeram Dei misericordiam liberemur. Sex antiphonæ designant sex opera misericordiæ, quæ si rectè obseruauerimus, ab huius noctis tenebris ad veram lucem, id est, Christum haud dubiè perueniemus. Ob id autem hîc duos psalmos coniungimus, vt per eos ostendantur laudes & opera nostra sine charitate nihil valere, quæ consistit in dilectione Dei & proximi, inter quos nullum est medium. Verùm duos psalmos ita connexos propterea vna absoluimus Gloria, quia laudes nostræ tunc sunt Deo acceptæ, quando in charitate persistimus. Tres postremò lectiones, tres cõnotant ætates: videlicet, pueritiam, iuuentutem, & senectutem. In his enim ne à diabolo seducamur, optimè vigilando Dominum laudare tenemur.

De ordinatione S. Benedicti. CAP. XXIII.

BEatus Benedictus multò aliter noctis officium instituit. Non quòd à superiori ecclesię institutione dissentiat, sed ob aliam causam, quemadmodum statim dicemus. Nec sanè in quoquam ei est contradictum, sed quicquid fecisset, fuit approbatum & corroboratum à B. Gregorio. Cùm enim hic vir sanctissimus, & qui spiritu sancto illuminatus esset, verè habebatur, creditum fuit q; alio pacto officium non instituisset, nisi idem à spiritu sancto accepisset. Beatus itaque Benedictus ad perfectioris vitæ culmen aspirans, sex psalmos in nocturno primo cantari & quatuor lectiones cum quatuor responsoriis instituit, totidemq; in secundo, vt per hoc nobis duplicem vitam, contemplatiuã & actiuam apertè innueret. Nam senarius numerus psalmorum vitam nobis indicat actiuam, in qua sanè conueniens est sex opera misericordiæ exercere, si ad perfectionem vitæ contemplatiuæ fœliciter peruenire velimus, quæ itidem, vt per quatuor Euangelistas, ita hîc per quatuor exprimitur lectiones. In tertio porrò nocturno tria cantica in laudem Trinitatis cantari instituit, à qua nobis omnem vitæ perfectionem dari certò credimus & speramus. Finiuntur autẽ illa cantica per Alleluya, q; est cœlestis lætitiæ canticum, vt per hoc euidenter notetur Trinitatem dignam cœlesti laudẽ, nec ad eam plenè, perfecteq; laudandam satis sufficere laudem humanam. Quæ verò quatuor sequuntur Euãgelicæ lectiones, significant laudatores Dei debere per doctrinam quatuor Euangelorum, quatuor insigniri virtutibus, adeò vt hinc per quatuor responsiones designetur laudantiũ alacritas. Sed ne, dũ hoc agunt, totũ illud bonũ sibi adscribãt, verũ vt potius laudi diuinæ

omne

omne attribuant,& se seruos Dei in omnibus esse agnoscant,cõmodè subiungitur: Te Deum laudamus. Posteà legitur Euangelium,ꝙ denarium connotat,id est vitam æternam,quæ videlicet laudantibus dignè reddetur. Per hymnũ qui sequitur,nimirum: Te decet laus,&c.gaudium,quod post laborem in denarij remunerationem habebũt sancti,denotatur. Sed quoniã officium monachorum nihil ad nos pertinere videtur,tantùm de eo hactenus dixisse sufficiat,& nostrum propositum persequamur.

De pulsu campanarũ & matutini temporis initio. CAP. XXIIII.

CVm ecclesię ministri ad nocturnũ officiũ surgunt,quẽadmodũ in castris,vigiles sese turbis excitant,ita hi primo pulsant cãpanas,in signũ fidelibus vt pnoctẽt, & sese aduersus insidiantẽ diabolũ muniãt,ac suũ creatorẽ laudibus extollãt,per quẽ à peccatorũ tenebris & ab iniquitate dæmonũ se fore liberandos certissimè sperãt. Quemadmodũ verò pulsandũ sit in magnis solennitatibus,diebus dominicis,festis minoribus, & aliis diebus priuatis,oportunius dicetur aliàs. Dũ igitur pulsantur campanæ,ecclesia aperta est,quã simulatq; ministri ecclesiæ ingressi sunt, debent se ante omnia ad sanctorũ altaria conferre,ibiq; pressa voce prostrati eos implorare quatenus & se,& suũ gregẽ eorũ auxiliis benè vigilãdo à principe tenebrarũ valeãt custodire, & perpetuò in diuinis laudibus pseuerare. Sed quoniã cãpanarũ mentionem fecimus,facilè illud nobis concedetur,si ꝙ mysteriũ hîc lateat, detracto velut cortice aperiamus. Campana enim significat concionatores,q; perinde nos ad diuinas orationes adhortantur. Lignum verò ꝙ vltra campanæ caput protenditur, crucẽ declarat Domini,& cauilla (sic enim ferrũ illud pensile vocant,ꝙ Græci rectius ῥοπαλον nominãt,cuius pulsu campana sonũ reddit)mentem concionatoris. Nã vt cãpana pulsari nõ potest nisi mediante cauilla,ita quoq; inutilis ille est concionator, qui mente non sit præditus. Cæterũ chorda quæ campanæ appenditur, sacrã exprimit scripturã. Quia sicut chorda ex tribus potissimũ cõficitur funiculis, sic triplex omnino esse dicitur scriptura, nẽpè historica, allegorica,atq; æthica. Quòd autẽ campana eleuetur ac deprimatur indicio nobis est sacram scripturã loqui aliquando altè & aliquãdo submisse. Iam ergo redeamus,vnde diuerti cœpimus. Pulsatis cãpanis hebdomadarius (ita eum appellamus, cuius est tota hebdomada in choro administrare officiũ) alta voce incipit: Domine labia mea aperies,id est,aperi,vt sit enallage temporis. Domine,inquã,aperi,& os meũ annunciabit laudem tuã. At non & anteà apertũ os habuit,quũ orabat? Habuit quidem, sed is est loquendi modus: nõ enim dicitur apertũ os habuisse, quãdiu sum-

missa voce orabat, sed tũc aperuisse, qñ illius vox apertè incœpit audire. Vel necdum os aperierat ad laudandũ Dominũ, licet aperuisset ad orandũ. Vel etiã tangit religionẽ sacerdotũ primitiuæ ecclesiæ, qui quũ irent cubitũ signaculo crucis se muniebant vocem cõprimentes ad tempus vsq; matutinũ, & tunc demum vocibus in laudẽ Dei prorũpebant. Sed quia hoc habet homo à Deo, q̃ ipsum laudet, ideò ab ipso petit, vt sibi os aperiatur, inquiens: Domine, labia mea aperies. Verum enimuerò quũ diabolus semper odio habeat laudẽ Dei, & hominẽ tunc acerrimè impugnet, quando se Dominũ laudare promittit, ne laudator Dei à diabolo superetur, cui haud facilè est resistere, diuinum implorat auxiliũ, cùm ait: Deus in adiutoriũ meũ intende. Vndè profectò etiã nunc moris est, vt tunc crucis fiat signaculũ. Tum diuino fretus auxilio, q̃ semper præstò adest illud inuocantibus, fœliciter auspicatur promissam laudẽ non solũ patri, vel filio, vel spiritui sancto, sed toti Trinitati, cùm inquit: Gloria patri & filio & spiritui sancto. Inchoata ad eum modũ Dei laude, cantor, q̃ est quasi prẽco ecclesiæ, vel eius vicarius, alios adhuc ante altare suis orationibus insistentes ad laudandum Dominum hortatur, quum ait: Venite exultemus Domino, &c. In quo Psalmo etiam quædam causæ quamobrem Domino exultandum sit, continentur.

De hymno, & de iis, quæ ad tertiam vsque nocturnam fiunt.

CAPVT XXV.

FInita exhortatione, quæ ob id appellatur inuitatorium, q̃ cæteros ad laudẽ Dei inuitet, sequitur ipsa laus, videlicet hymnus, qui ideò stando canitur: vt in erectione corporũ ostendamus quàm in laudando Dominum corda sursum erigere debeamus. Quia nisi mens linguæ consonet, certũ est vocẽ quantũuis clamosam Deo nõ placere. Antiphona, quæ sequitur, quæq; suauiter modulando canitur, mentis deuotionẽ, quam in laudando Dominũ habemus, designat. Verum ideò illa primò incipitur, & finito Psalmo, qui ei modestè accinitur, tota cantatur, quia tunc rectè laudem nostrã modulamur, si ex bona mentis deuotione incepta, simili deuotione absoluatur. Antiphonæ autem sunt quasi quædam cantilenæ ad animorũ recreationẽ diuinis laudibus insertæ. Versiculus, qui posteà cantatur, significat, q̃ tunc ab officio psalmorum nos ad officium lectionum vertimus. A pueris hic canitur, vt tum demũ intelligamus nostrũ Deo placere seruitiũ, si cum innocẽtia hoc agamus. Posteà dicitur dominica oratio, quæ inter alias orationes habetur maxima, authoritatis priuilegio. Atque hæc ideò dicitur, vt per eam tentationes diaboli reprimantur. Cùm enim diabolus sentit nos velle legere lectiones, in

quibus

quibus ſanctorum victoriæ ab iis contra ipſum obtentæ recitantur, vel quæ ad morũ inſtructionem & virtutũ informationem maximè legũtur, tũc acrius impugnat nos. Quare ne ab ipſius impugnatione deuincamur, orationi magis, quã voci incumbimus. Vltima aũt pars orationis aperta voce recitatur. ſ. Et ne nos inducas in tentationem, vt pareat, ad quid illa dicatur oratio, ne videlicet qui lecturus eſt, id elationis gloria faciat, atq; ita per diabolum ſeducatur, & auditorum mẽtes lectionis intellectu ac profectu per ipſius phãtaſticas tentationes defraudentur. Tunc itaq; lector ad librum accedit, ac priuſquã legere incipiat benedictionem tanquã legendi licentiã petit à ſacerdote inquiens: Iube Donne benedicere. Per quod innuitur neminẽ debere in Eccleſia legere, niſi petita venia, vt iuſſus ſit, vel ad hoc ante conceſſus. Sed animaduertendũ eſt, eum, qui lecturus eſt, hic Donne dicere, non Domine: quoniã ad hominem loquitur, qui vt eſt ſemiplenus & imperfectus reſpectu noſtri Domini, ita ſyncopato vtitur vocabulo. In fine verò lectionis plenè inquit: Domine hoc modo: Tu autem Domine. Quòd præter cæteros maximè obſeruãt monachi, quum dicũt Donnus Abbas, nõ Dominus Abbas. Hinc etiã eſt, quod famuli Dominis ſuis inſeruiẽtes, ſi quando illis pocula porrigũt, non debeãt vtrunq; genu flectere, ſed dũtaxat alterũ, nempè ſiniſtrũ, per quã partẽ ſignificatur corporalis ſeruitus, quæ tantũ debetur hominibus, & nõ ſpiritualis. Nec eſt acclinandũ Principi ſæculari recta facie, ſed ab aure ſiniſtra capite flexo. Finita igitur lectione adiũgit lector. Tu aũt Domine, non Donne: vt qui perfectũ alloquitur Dominũ, & omnino talem qui perfectò & pleno vocabulo dignus eſt. Nec illud ſanè ad lectionem pertinet, aut præmiſſæ lectioni continuatur, ſed lector abſoluta lectione dirigẽs ſermonẽ ad Dominũ & ſeſe excuſans inquit: Tu Domine miſerere noſtri. Quorum verborũ ſentẽtia hæc eſt: Domine forſitã ego peccaui in legẽdo modulatè pronuncians humanæ laudis cupiditate, & fortaſſis etiã peccauerũt auditores, q̃ variis cogitationibus fuerint intenti & lectioni debitum non tribuerint auditũ: ſed ô tu Domine miſerere noſtri. Quod aũt à cunctis generaliter reſpondetur: Deo gratias, pertinet ad lectionem, & vox eſt eccleſiæ gratias Deo perſoluentis. Ac ſi dicerent: Deus pauit nos verbis ſalutis, quæ ſunt animæ cibus, de quo beneficio viciſſim nos Deo agimus gratias.

De tertia nocturna. CAP. XXVI.

IN tertia nocturna ſimiliter recitãtur lectiones, ſed de homelia Euangelij. Quare autem hoc fiat, hæc eſt ratio: q̃ tertia nocturna declaret tẽpus gratiæ, vt prædictum eſt ſuperius, quo

tractabantur Euangelica. Notandū interim hic est fuisse quoddam tēpus, quo veritas Trinitatis ab hæreticis maximè impugnaretur, sed tandē hæresi cōfutata atq; eiecta, ac populo ad veritatis cognitionē reducto ordinauerūt sancti Patres vt nona lectio de Trinitate legeretur cū suo respōsorio. Quod quidem ali quandiu fuit obseruatū, sed posteà tamē neglectum. Cùm enim ecclesiæ lectionē de Trinitate legere nō fuerat necesse, vniuersis iam Christianis sanè credētibus, eā legere omisit, sed eius respōsorium retinuit. Inde est, ꝙ in æstate Dominicis diebus nouum semper Responsoriū de Trinitate cātamus. Quanquā tūc propriè responsorium nō dicitur, ꝙ præmissæ lectioni non respondeat. Nā respōsoria lectionibus, quibus subiungūtur, semper debent respōdere, ita vt inde sic sint nominata. Quemadmodum & versus appellātur, quasi iis finitis vertūtur responsoria. i. reuertātur & iterum cantentur, vel saltem eorū particula aliqua. Atque ita soluitur quæstio illa musicæ quæ fit de versibus secūdi toni, q terminātur in c. cū secundus tonus semper in d. finiatur. Dicimus enim ꝙ istic nō est finis, sed in repetitione Responsorij. Potest tamē dici ꝙ cōmune appelletur responsoriū, non ꝙ præmissa respōdeat lectioni: sed illi, quæ de Trinitate legi solebat. Absolutis nocturnis ecclesiæ lumina accenduntur, & pulsantur campanæ, atq; alta voce canitur: Te Deum laudamus. Quo quidem significatur lætitia & gaudium eius mulieris, quæ incēsa lucerna, drachmam quā perdiderat, inuenit. Quod aūt istius cantici finis, videlicet: Per singulos dies, & alij versus qui sequuntur, paulò altius canātur, designat vicinarum congratulationē, qua mulieri ob repertam drachmam congratulabantur. Nam & cōpulsatio earundem repræsentat conuocationem.

De officio diurno. CAP. XXVII.

POst noctis officium, agendū est de diurno, quod in septem partitur distinctiones, videlicet in laudes matutinas, horam primam, tertiā, sextam, nonam, vesperas, & cōpletorium. Missa etenim ad officium tertiæ vel nonæ spectat. Nam his duabus horis Missa regulariter celebratur. Quòd aūt dici officium septem horis distinctum agimus, à Propheta habemus, qui ait: Septies in die laudem dixi tibi. Sed cur quæso septies? Quia quum nocturnum officium misericordiæ tempus exprimat, quo genus humanum à diabolo obsessum miserè seruabatur, optimè sequitur, vt dici officium tempus designet nostræ redemptionis, aut nostræ liberationis factæ per Christum solem iustitiæ, qui claritate suæ diuinitatis tenebras nostras illuminauit, atq; ex diaboli seruitute nos extraxit, ita vt inde septies quoque die laudes Deo cante-

Psal. 123.

mus.

mus,quoniam nos tantũ boni munere ſeptiformis gratiæ ſancti ſpiritus accepimus.Quandoquidẽ verò à tenebris peccatorum per viam pœnitẽtiæ ad vitæ libertatem peruenitur,hinc natũ eſt vt diebus profeſtis,ſeu feriis ad laudes matutinas caneretur pſalmus ille pœnitentialis, nimirum:Miſerere mei Deus.Diebus autem feſtis excepto Quad rageſimę tempore:Dominus regnauit, decorem.De quo vt de pſalmis aliis dicetur poſteà.

Cur ſepties in die laudemus Dominum.

CAPVT XXVIII.

EST & alia ratio quamobrẽ ſepties in die laudemus dominũ, ꝙ quilibet dies vniuſcuiuſq; repræſentet ætatem. Nõ quod eam omnis homo habeat,ſed quã haberet,niſi peccaret.Hæc autem ſeptem habet varietates,infantis,pueri,adoleſcẽtis,iuuenis, viri,ſenis,& decrepiti.Per matutinas laudes repræſentatur infantia,per primã pueritia,per tertiã adoleſcẽtia, per ſextam iuuentus,per nonam ætas viriilis,per veſperas ſenectus,per cõpletoriũ ætas decrepita ac finis humanæ vitæ. In his profectò omnibus ætatibus creatorẽ laudare tenemur. Quod aũt infantiæ noſtræ tempore Dominum laudare poſſimus,euidẽs nobis facit argumẽtum B.Nicolaus,qui quarta & ſexta feria matris vbera virtute abſtinẽtiæ non ſugebat. De aliis ætatibus ſatis eſt manifeſtũ. Sunt itẽ quãplurimæ aliæ rationes,quare iſtarũ horarum tẽporibus dominum præcipuè laudamus.Rubeſcẽte diei aurora cantamus laudes matutinas,quæ matutinæ nuncupantur, à mane quod bonũ eſt,ſi lumen eſt bonũ,atq; nihil eſſe melius luce videtur:bonum igitur eſt mane,quũ eo tẽpore nobis lumẽ redditur. Appellantur verò laudes,ꝙ officium laudẽ potiſſimum ſoner diuinam,quã ei damus,quoniã à tenebris erroris nos ad lucẽ veritatis reduxit.Hoc igitur tẽpore laudes Deo canimus, quia eiuſmodi hora mundum creauit,& Angelos,qui ſtatim atq; conditi ſunt,ſuaui cantu ac modulamine creatori ſuo laudes iubilarunt, Eodem quoq; tempore populum Iſraëliticũ per mare Rubrum tranſduxit incolumen ac Ægyptios ſubmerſit.Rurſus eadem hac hora Chriſtus victor à morte ſurrexit.

De aliis ſex horis. CAP. XXIX.

SEquitur de aliis ſex horis,ſub qbus itẽ ſex aliæ comprehenduntur.Diei itaq; duodecim horæ attribuuntur, & totidem nocti.Sub prima hora duas cõplectimur,ipſam videlicet primã & ſecundã:ſub tertia tres,ipſam tertiã,& quartam & quintam: ſub ſexta itidẽ tres,ipſam ſextam,ſeptimam & octauã:ſub nona duas,ipſam nonam & decimam : veſpere repræſentant vndecimam,completorum duodecimam. At roget aliquis cur potius

hisce diei horis diurnum celebretur officiũ, scilicet prima, quã secunda: tertia, quàm quarta vel quinta: sexta, quàm septima, aut octaua: nona, quã decima? Quoniã istæ horæ quibusdã insigniũtur priuilegiis. Prima enim hora Christus Pilato à Iudæis traditus fuit, & à morte resurgens prima hora Mariæ Magdalenę apparuit. Prima hora visus est in littore septem discipulis piscãtibus, quibus dixit: Pueri habetis aliqd pulmenti? Hora verò tertia crucifixus est linguis Iudæorũ & flagellatus, eademq; hora spiritus sanctus ipso die Pentecostes discipulis fuit datus. Sexta hora Christus pro nobis ligno crucis clauis affixus est, atq; eadẽ quoque hora ipso die Ascensionis cũ discipulis discubuit. Nona hora exclamans spiritum emisit, & lanceatus è latere corporis sui duo nobis eduxit Sacramenta, aquã videlicet baptismatis & sanguinem redemptionis ac saluationis nostræ. Vespere de cruce depositus est, qua item hora in vltima cœna cum discipulis suis cœnauit, vbi illis Sacramentum corporis & sanguinis sui tradidit, quod nobis saluberrimum testamentum hinc discedens reliquit. Eadem rursus hora duobus suis dispulis proficiscentibus in Emaus in fractione panis fuit agnitus. Postremò in completorio patrem pro suis discipulis orauit, qua etiam hora in sepulchrum positus est.

Ioan. 21.

De psalmis qui hisce horis cantentur. CAP. XXX.

QVi psalmi hisce horis & quæ cantica debeãt vsurpari, equidem satis notũ esse puto. Quia verò ad aliã spectent editionem, ac nos de generali officio hoc tẽpore tractare proposuerimus, paucis quæ hic sunt præcipienda tradamus. Sciendũ ergo est generaliter in matutinis laudibus sex psalmos semper cãtari, atq; in aliis horis similiter, per quos sex opera misericordiæ designãtur, quibus operarij in vinea Domini laborantes intenti necessariò esse debent, quæq; si piè ac mundo corpore exerceamus, à seruitute diaboli liberati ad vitæ libertatem proculdubio perueniemus, & pro mercede fidelissimi laboris denariũ diuinũ, hoc est, sempiternã vitam recipiemus. Sanè notãdum hic venit quod in laudibus matutinis duos coniungimus psalmos, scilicet: Deus, Deus meus ad te de luce vigilo: & Deus misereatur nostri, quos vna tantum Gloria finimus. Sed quare hoc fiat huiusmodi potest ratio adduci: Quoniã alter horum Dei significat dilectionem, alter verò proximi, quæ duę dilectiones vsque adeò inter se sunt annexæ, vt vna sine altera in Christiana perfectione intelligi nequeat. Ad hymnum autem trium puerorum, scilicet: benedicite omnia, &c. Gloria patri non adiungimus, quòd propter eiusmodi fidei confessionem in caminũ ignis sint

coniecti. Quo quidē facto maximè derogatū est Trinitati. Vel q eius hymni postremus versiculus idem significat cum Gloria patri, ne quid in sacris scripturis superuacaneum reperiatur. In matutinis verò laudibus nō iubilamus nisi in vltima tantū antipho na. Nam cum per laudes, Domini intelligamus resurrectionem, in qua nil penitus desiderauit beatitudine & immortalitate iam consecuta, certè nullo hic opus est iubilo, qui rei alicuius significat desiderium. Nec etiā in cōpletorio, q octauam cōnotat resurrectionem. Non q post resurrectionem iubilus esse desinat, quā do verius cum ipsis angelis creatori nostro iubilum simus cantaturi, sed q tum suam amittet significationem, qua alicuius rei dicitur esse desiderium. Tum enim nihil desiderabimus, vt inquit Dominus: In die illa non interrogabitis quicquam. Dictis itaque ad eum modum psalmis cum antiphona, legit sacerdos lectionē quam alio nomine appellamus capitulum, quoniā ex capite epistolæ istius diei sumitur. Legitur autem absq; Iube Domne bene dicere, & absq; sacerdotali benedictione, q Prælatis Ecclesiæ sacerdotibus proprium sit eam semper legere, qui legendi veniam non petunt, quum eam aliis dare debeant. Nec est quod quis nobis obiiciat, si in nocturnis (quod ferè fit) sacerdos lectionem legerit, an etiā sit necessarium veniam postulare ac dicere, Iube Domne benedicere, q eius sit benedictionem & licentiam dare? Dicimus enim, q si hoc pacto lectionem legerit sacerdos, eum præter officium suum facere, cùm sit lectoris. Verum si hic non adsit, tum facilè permittitur vt vel sacerdos, vel clericus sacerdotis, vel etiam quispiam alius ordinis minoris tanquam lecturus dicat: Iube Domne, atq; ei benedictio à sacerdote reddatur: Absoluto capitulo non subiungit: Tu autem Domine, quia ratio postulat vt sacerdos sit perfectus, & qui suggestionibus diaboli haud facilè succumbat. Sacerdos igitur in persona Domini per capitulum nos sensu admonet, atq; hortatur ore, vt in fide perseueremus, & operibus misericordiæ perpetuò incumbamus.

De Hymno & aliis sequentibus. CAP. XXXI.

DEinde canitur hymnus, per quē lætitia quam ob assecutā habemus libertatem, exprimitur. Sed quia Christus nobis hāc lætitiam acquisiuit, ne ingrati de beneficio accepto videamur, in laudem illius finito hymno prorumpimus, & quia nos liberauit, gratias ei referimus alta voce cantando, Benedictus Dominus Deus Israel. Et quare obsecro. Quiā nos visitauit existentes in miseria, & fecit redemptionē plebi suæ. Hoc absoluto cāntico cum antiphona, quæ notat dilectionem quam in laudando Dominum habemus, ait ad populū sacerdos: Dominus vobiscū. Quod sanè

sumptum

ſumptum eſt ex libro Ruth. Sic enim legitur. Boos & Obed ſuos ſalutaſſe meſſores. Ac ſtatim à populo reſpõdetur: Et cũ ſpiritu tuo. Quod ex epiſtolis Pauli ſumptũ eſt. Ac ſi ſacerdos diceret: Laus noſtra ſit acceptabilis Deo, & gratam ſibi accipiat, ac nos premio vitæ remuneret. Cũ aũt populus reſpõdet. Et cũ ſpiritu tuo, idẽ eſt, ac ſi diceret: Tu pro nobis preces ad Dominũ effundes, ſed quia illas preces tantũ approbat Deus & exaudit, quę ex bono animo procedũt, ipſe, ſine quo nullum bonũ eſt, ſit & cum ſpiritu tuo. Tum ſacerdos quaſi ſuæ bonitati diffidens inquit ad populum: Oremus. Quod humilitatis & euitãdæ arrogãtiæ gratia dicitur, q.d. Orate ſimul mecum, vt quod poſtulamus, citius impetremus. Tunc dicit orationẽ, eaq; dicta reſpondet chorus: Amen, quaſi dicat. ita nobis fiat, quẽadmodũ orasti. vel, feliciter tua ſit oratio peracta. Sumptũ aũt eſt, Amen, ex Apocal. Ioãnis. Atq; ad eundem modum rurſus populũ ſalutat ſacerdos, repetitq; quod anteà dixerat: Dominus vobiſcum. q.d. Si gratiam Dei impetraſtis, in ea perſeuerate. Et iterum reſpõdet populus: Et cum ſpiritu tuo, quaſi polliceatur: Oraſti pro nobis, & nos viciſſim pro te oramus. Tum pueri canunt: Benedicamus Domino. Quod ex Pſalmo tertio acceptum habemus: Quibus rurſum chorus reſpõdet: Deo gratias, ꝙ Apoſtolo acceptum referimus. Eo aũt ſignificatur, ꝙ vſq; ad finem vitæ in innocẽtia Deo inſeruire debeamus, ac illi benedicere pro beneficiis gratias perſoluẽdo. Vltimò ſequuntur ſuffragia ſanctorũ. Nam quãdiu quidẽ viuimus, tãquam in lubrico ſolo & fragili glacie ſumus cõſtituti, indieſq; cum dæmonibus vehemẽtiſſime confligimus, ita vt ſanctorum ſuffragiis non poſſimus nõ indigere. Poſt ſuffragia repetitur: Benedicamus Domino, non à pueris, ſed à ſacerdote, quẽadmodum etiam in Completorio & magnis ſolennitatibus in quibuſdam eccleſiis à maioribus. Quo quidem ſignificatur nos fore in æterna beatitudine cum Domino perfectos laudatores. In hac enim vita perfecti eſſe non poſſumus.

De officio altaris. CAP. XXXII.

NVnc de officio altaris dicamus. Et primò quidẽ de ſacerdotũ indumentis, eorundemq; ſignificatione, ac deinde quid officiũ Miſſæ, quid introitus, quid ve tropi nominentur, occurrit exponendũ. Cætera verò breuiter ordine veluti in ſumma quadam perſtringemus. Res enim ardua eſt, & quę ingenij noſtri vires facilè excedit. Sacerdos ergo tanquam aduocatus & pugil cum antiquo hoſte pugnaturus, veſtibus ſacris quaſi armis induitur. Sandalia enim pro ocreis aſſumit, ne quid maculæ, vel pulueris affectioni etiam inhæreat. Sic Amictu pro galea caput

conte

contegit: pro lorica totum corpus cooperit Alba, cingulum assumens pro arcu, & subcingulum pro pharetra. Vocatur autem subcingulum quidda in stola, quod ligatur cum cingulo. Quum stola collum circundat, quasi hastam contra renitentem vibrat. Manipulo pro claua vtitur: casula quasi clypeo protegitur: manus armatur libro pro gládio. Atque ita instructus, ad postremum per confessionem diaboli renunciat dominio.

De confessione sacerdotis ante missam. CAP. XXXIII.

SAcerdos enim priusquam cantet missam, confessionem pronunciet oportet. Nam, vt inquit Salomon, vir sapiens in principio sermonis accusator est sui. Debet autem peccata confiteri generaliter, nec mensuram excedere. Sic itaque ad certamen munitus contra spiritualia nequitiæ in cælestibus, & pro sedanda Iudicis ira in subditos ad altare procedit, & populus quasi pro suo pugile oraturus diebus profestis, terræ prosternitur. Quum verò cantat orationes, & reliqua recitat, tum quasi totis viribus aduersus diabolum pugnat. Nam cum & casulam in humero plicat, velut gladium contra hostem præparat, ita vt, quum Euangelium legitur, diabolus tanquam gladio percutiatur. Sub finem autem pax datur, quo quies populo hoste deuicto ac prostrato nuncietur. Exinde redeundi data licentia populo, Deo agit gratias, ac quisque ad sua reuertitur.

De officio missæ. CAP. XXXIIII.

OFficium missæ siue missa, appellatur totum illud, quod à principio vsque ad finem dicitur, nempè ab introitu vsq; ad Ite missa est, cuius mens & sententia hæc est: Ite ad Christum & ipsum sequimini, quia missa est pro vobis hostia ad Dominũ placandũ. Quandoq; tamen restrictius & quasi specialius pars, quæ prima canitur nimirũ introitus, officiũ missæ appellatur, quæ sic dicta est, q̃ isthuc mittatur Angelus. Distribuitur autem missa in quatuor omnino partes: in obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones. Est enim missa omnis obsecrationis, postulationis, & gratiarum actionis. Prima pars extenditur vsq; ad offertorium, altera vsque ad finem Dominicæ orationis, cum Amẽ respondetur, tertia vsq; ad cõmunionẽ, quarta vsq; ad finẽ. Ac prima quidem est catechumenorũ vel neophitorũ quod ferè idem est, cum catechumenus appelletur nouiter instructus siue sit baptizatus, siue nõdum etiam, & Neophitus quoq; nouiter instructus siue baptizatus, siue non. Amplius enim aut diutius eis interesse non licet, non aliter atque Iudæis aut ethnicis, quòd nec dum sint membra ecclesiæ. Ob quam sanè causam diaconus è Pulpito alta voce dicere debet: Exeant catechumeni foras. Hinc

est

est quod pars ista nominetur missa, ab emittendo, quoniam tunc foras mittuntur. Cœpit autem illud originem ab eo, quod de Domino dicitur: Iesus autem non credebat eis, sciens quid esset in homine. Nam per catechumenos illi significatur, de quibus hoc dictum est. Vocatur itaq; missa totum illud officium, quod est ab introitu, vsq; ad, Ite missa est, quanquam & interdum missam appellamus ea verba, quibus corpus Domini conficitur.

De introitu, tropis & linguis, quibus Missa celebrari potest.

CAPVT. XXXV.

INtroitus verò dicitur, quod sacerdos missam auspicaturus primò ad altare debeat intrare, sicut Episcopus qui extrà chorum quandoq; diebus festis Dei armis induitur. Dum enim canitur introitus, intrat ad altare. Quamobrem etiã diebus profestis bis cani solet, in solẽnitatibus verò ter. Quãdoq; intermiscẽtur tropi. Dicitur autem tropus à Græcis, quod nobis est conuersio, quoniã istîc quædã fieri solent conuersiones. Animaduertendũ hîc est, tribus linguis missam celebrari, Hebraica, Græca, & Latina, q̃ titulus Christi iam in cruce pendentis scriptus fuerit Græcè, Hebraicè, & Latinè. Vnde est quod in vnaquaque missa harum trium linguarum aliquid apponatur. Et ab Hebræa quidem, q̃ sit præstantissima: Alleluya, Amen, Sabaoth, Osanna. Alleluya quoniam à diuersis multis modis exponitur, quos & alibi sufficienter diximus, nũc præterire volumus. Iuxta interpretationem tamen Hieronymi, quæ omnium est optima, interpretatur: Laudate inuisibilem. Quid Amen sit, satis cõstat. Sabaoth est exercituũ siue militarum virtutũ & victoriarum. Osanna deniq; est, salua obsecro. Et vbi quæso? In excelsis. Osi, id est, obsero, anna, id est, salua. Inde osanna, quasi osianna, ex corrupto & integro.

De Kyrieeleyson, &c. CAP. XXXVI.

SEquitur Kyrieeleyson & Christeeleyson, &c. quod ideò Græcè canitur, vt ostendatur Ecclesiã primò in Græcia cœpisse, ac inde Romam posteà delatã fuisse, vnde reliqua sunt Latina. Cãtatur autem ter propter patrem & filiũ & Spiritum sanctũ continuò, idq; ternis vicibus vt simul dicatur nouies, propter nouem ordines angelorum quibus associari petimus. In quibusdã ecclesiis additur *ẽuans*: quasi dicant: ô Domine miserere nostri. Solennibus diebus sequitur hymnus de Euangelio, siue Euangelicus: Gloria in excelsis Deo: quod anteà solum ad missam dicebatur. Reliqua verò B. Hylarius Pictauiensis Episcopus apposuit, scilicet: Laudamus te, & cætera quæ sequuntur, quæ etiã ad missam cantari instituit. Verum enimuerò tum illud cõsuetum est, quũ festum agitur Apostolorum, martyrum, confessorũ & eorum in

quorum

quorum honorem ecclesia est dedicata, quæcunq; etiam illa sit. Eo autē finito sacerdos salutat populum, inquiens: Dominus vobiscum. Quæ salutatio ex veteri sumpta est testamento, nimirū vt dictū est, ex libro Ruth, pertinétq; ad minores sacerdotes. Est enim & alia videlicet: Pax vobis, quæ vt est sumpta ex Euangelio, ita solū spectat ad Episcopos, & qui iis sunt superiores. Quò sanè illud expresse innuitur, quod nouum testamentum dignius sit testamēto veteri. Responsio verò populi: Et cum spiritu tuo, ex Apostolo in epistola ad Titū desumpta est. Cùm deniq; ait, oremus, vniuersalem ad se colligit Ecclesiā, quasi esset syndicus aliquis in persona multorum loquēs. Hoc enim syndicus significat. Lōga vetustate cōprobatum est, quod oremus dicimus. Antiqui enim præmisso oremus ex tēplo orationē cōmuniter subiungebāt. omissa oratione, illud tātum, videlicet oremꝰ reseruauimus.

De oratione, & quoties se in missa vertat Sacerdos.

CAP. XXXVII.

ORatio siue collecta statim subsequitur, quantūuis collecta propriè vocetur oratio illa quæ fit in processione, quū populus & vniuersus clerus ab vna ecclesia procedit ad alteram. Tum enim sacerdos aut Episcopus collecta omni multitudine, istiusmodi oratione super populum vti solebat, quæ propriè dicebatur collecta. Nunc autē oratione illa prætermissa tātum (vt diximus) oremus retinuimus. Notādum obiter hīc est sacerdotem in qualibet missa se quinquies cōuertere & septies populū salutare. Primò in ipso exordio: Secundò in Euangelio, quod non in altari, sed in assere vel aliquo lectorio versus Aquilonem legi oportet plicata in humero casula, quod diaconi tum fungatur officio. Tertiò cum ad dextrū cornu altaris reuertitur, vnde venerat, dicto symbolo, si fuerit solēnitas: tum enim se cōuertit ad populū. Quartò post offertoriū, cū inquit: Per omnia secula seculorū, & cōsequenter: Dominus vobiscū, sed non vertit se. Nam vt dici solet, nemo qui ad aratrū manum applicuerit, retrorsum respectare debet. Quintò cū ait. Pax Domini sit semper vobiscū, nec tum se conuertit. Sextò post cōmunionem, & vltimo in fine. Quod autem ad orationem attinet, sciendum est nūc vnā legi oportere, nunc tres, nunc quinq;, nunc septem, sed non vltrā. Et vnā quidē propterea quod vna sit Epistola atq; vnū Euangeliū, vel propter Dei vnitatē. Tres verò propter trinitatem. nam & Deus numero gaudet impare, vel quia dominus ter in passione orauit. Sic quinque legi possunt propter quinquepartitam Christi passionē, vel quinque eius vulnera. Verùm septem ideò, quod septem in oratione nostra Dominica habeamus petitiones, vel etiam propter

septem

ſeptem dona ſpiritus ſancti, quæ apud Iſaiam numerantur. Septenarium enim numerum nullus excedere debet.

De epiſtola, graduali, alleluya, & proſa. CAP. XXXVIII.

DEinde legitur epiſtola, quæ eſt ſermo abſentis miſſus ad abſentem, à Græco verbo ἐπιςέλλειν, quod mittere ſignificat, ſic appellata. Tales ſunt Petri, Pauli, Iacobi, & Ioannis ad varios miſſæ, quæ hoc in loco vt plurimũ legũtur. Sed ſi contingat (contingit autem ſæpè) vt vel ex Apocalypſi vel eſt Prophetis aliquid hic legatur, nihilominus dicetur Epiſtola, idq; ob eam cauſam, quod tum euangeliũ quodammodo mittatur. Summoperè autẽ cauendum eſt, ne quis Epiſtolã legere præſumat, niſi ſit hypodiaconus, aut diaconus aut etiam ſacerdos. Melius enim eſt vt ſacerdos legat etiam ſi cantet miſſam, quam acolytus. Poſt Epiſtolam verò cantatur reſponſorium cum ſuo verſu, ſiue Graduale, vt vocant. Appellatum autem eſt Graduale, quod à minoribus in gradibus ante altare vel à maioribus etiam diebus profeſtis cani ſolebat: In ſolẽnitatibus verò in altioribus, hoc eſt, in pulpito etiam à pueris. Vel quia gradatim cãtatur, vel quia de gradu ad gradũ procedere debemus, hoc eſt, de virtute in virtutẽ aſcendere. Dictum eſt idem Reſponſoriũ, q̃ verſui reſpondeat, qui item à vertendo nominatus eſt, quoniã nos ad orientem vertimus, vel quoniam verſus ad reſponſum ſit regreſſio, aut ad officium aliud, vt in matutinis. Poſteà ſequitur alleluya, cuius interpretatio modò expoſita eſt ſecundũ Hiero. In huius fine neumatizamus, hoc eſt, iubilamus, dum finem protrahimus, & ei velut caudã accinimus. Eſt enim differẽtia inter neuma neumæ, & pneuma pneumatis. Neuma fœminei generis eſt iubilus, ſicut in fine antiphonarũ, pneuma verò neutrius generis eſt Spiritus ſanctus. Poſteà verſus dicitur, vnde ſimiliter conuerſio fit ad Alleluya. Sequitur deinceps Sequentia, quam nos proſam appellamus. Fertur Notgerus Abbas apud ſanctũ Gallum natione Teutonus primò ſequentias cõpoſuiſſe, atq; eas poſtea in eccleſia cantari inſtitutum fuiſſe p Nicolaum ſummum Pontificem. Poſt hunc autẽ dicitur Hermãnus Contractus inuentor aſtrolabij feciſſe duas has: Rex omnipotens die hodierna. & Sancti ſpiritus adſit nobis gratia, &c.

Hic Epiſcopus fuit Leodiẽſis. Circiter annum 850.

De Euangelio. CAP. XXXIX.

FInita ſequentia legitur Euangelium, quod triplicẽ habet inchoationẽ: Vel per initium ſancti Euãgelij ſicut in principio quatuor euãgeliorum: Vel per, In illo tẽpore: Vel per aliam determinationem regię aut alterius alicuius magnæ poteſtatis, vt, Fuit in diebus Herodis, & Anno quintodecimo Imperij Tyberij Cæſaris. Dicitur autẽ Euangeliũ ab εὖ benè, & ἄγγελος nuncius,

quaſi

quasi dicatur bonum & lætum nuncium. Proinde verò Euangeliũ aliquãdo esse dicitur secundum historiã, quandoque secundum allegoriã, quandoque secundum personã, quandoque secũdum partem, & quandoque etiã secundũ totũ. Secundum historiam, vt illud: Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome, &c. atque illud etiã quod cantetur in natali Domini ad secundã missam de pastoribus. Secundũ allegoriã cuiusmodi illud quod in assumptione B. Mariæ legi consuetũ est de Maria Magdalena & eius sorore Martha, nimirum: Intrauit Iesus in quoddã castellũ, &c. Quia cũ per Mariã Magdalenam vita significetur contemplatiua, per Martham verò, quæ administrabat, vita actiua: hoc Euangelio docetur in B. Maria virgine vtriusque vitę fuisse consummationem, cõtemplatiuę scilicet & actiuæ. Secundũ personã Euangelium canitur, vt in festo B Thomæ Apostoli, vbi dicitur Thomas vnus de duodecim, &c. Secundum partẽ, quemadmodũ est in festo S. Crucis. Tum enim illud recitatur Euangelium, quod est de Nicodemo propter eius extremã particulam, quæ eiusmodi est. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis. In hoc autem verbo Christus suam indicauit passionem & sui corporis in cruce exaltationem. Quocirca Euangeliũ hoc in quo hæc continetur particula, legitur in festo sanctæ crucis. Secundum totum denique cuiusmodi est exiguum illud, quod in circuncisione Domini obseruatur: Postquam consummati sunt dies octo. Animaduertendum ergo hic est, quod diebus festis vna dũtaxat cãdela cerea præcedat diaconũ, quũ ad legendũ Euangelium accedit. Nec id quidem iniuria, Cùm per illud primus Christi significetur aduentus, qui humilis fuit & occultus, vt quem præuenit vnus tantum præcursor, videlicet Ioannes Baptista, qui fuit verbi lucerna. Festis verò diebus candelæ duæ præcedunt cereæ: quod in secundo aduentu, qui solennis erit & manifestus duo sint præmittendi præcursores Helias scilicet & Enoch. Vel ideò etiam quoniam Dominus ante faciem suam binos coniunctim misit discipulos ad prædicandum. Illud quoquæ diligenter notandum est, quo simulatque Euangeliũ iuchoatur, vniuersus populus, tam clerici quàm laici, tam qui illud profert quàm qui audit, crucis signum imprimere debeat in fronte, in ore & in pectore. In fronte, quòd locus sit pudoris & verecundiæ. vnde impudicos homines effrontes dicimus, quasi sine fronte. Per hoc ergo quod fronti signum crucis imponimus, euidenter ostendimus nos non erubescere, quòd credamus in crucifixum, & èum habemus Deum & Dominum, qui à Iudæis atque ethnicis nobis exprobratur.

Vnde me hercle Apostolus: Nos autẽ prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidem scandalũ, Gentibus verò stultitiam. In ore autẽ ideò, vt significemus nos audacter crucem Domini prædicare. Denique in pectore ob eã causam, quo nos paratos esse pro Christi nomine pati ingenuè ostendamus. Rursum in hoc, q̃ os & pectus cruce signamus, apertè innuimus, nos audacter ore fateri & corde credere Christum crucifixum, cuius liber legitur Deum & Dominum nostrum esse. Sacerdos itaq; vel Diaconus Euangelium lecturus signat se in ore, fronte & pectore, quasi dicat: non erubesco crucẽ Domini, sed eã ore prędico & corde credo. Libro quoque crucẽ imprimit, tanquã si dixerit, hic est liber crucifixi. Posset autẽ hoc loco quæri, quemadmodum crucis signũ fieri debeat à dextra ne in sinistram, an verò à sinistra in dextrã? Ac non nulli quidem sunt qui crucẽ à sinistra in dextrã fieri velint: atque ex huiusmodi versu sumpserunt authoritatẽ: Egressus est à patre, &c. A patre venit filius in mundum, & ideò crucẽ inchoamus à parte superiori, per quã designatur pater. Sed quod à patre absque vlla intercapedine in mundũ venit, per quẽ sinistrã partẽ intelligimus ideò postquã à superiori parte descendimus, statim à sinistra in dextrã pergimus: nã & postea ad patrẽ ascendit, quod designat dextera. Alij verò putant, quod à dextra in sinistrã fieri debeat, quia Christus à dextera in sinistram id est, à patre veniens, diabolũ per crucẽ repulit, qui per sinistrã significatur. Dicto igitur Euangelij titulo, respondetur ab omnibus: Gloria tibi domine. Proposito namque Euangelio ad legendũ, in quo agitur de gloria partim Dei, partim nostra quatenus videlicet Christus diabolũ vicit, ac nos redemit, & victor ad patris gloriã ascendit: auditores Euangelij lætantes ad laudem sui creatoris inquiunt atq; exclamant: Gloria tibi Domine, quasi dicant: Gloria tua, quæ nobis in hoc Euangelio prædicatur in æuũ nobis sine fine permaneat, semperq; crescat & augeatur. Lecto iã Euangelio, quisque dicere debet, Amen. Vel vt alij volunt, recitato Euangelio statim dicamus oportet: Deo gratias, quemadmodũ post quãlibet lectionem siue capitulum. Sed melius est vt dicatur: Amen. ac nos cruce contra diabolum muniamus, ne ipse sermones Domini ex pectore nostro rapiat. Necessariũ etiã planè est: vt dum legitur Euangelium, velamina capitum deponãtur. Euangelica enim prædicatio omnia legis velamina demouit, atque homines, qui prius Dominũ in ænigmate quodãmodo & quasi per transennã videbant, modò ipsam veritatem aperta legis cognitione videre & intelligere fecit. Viri itaque aperto capite Euangeliũ audire debent, vt quinque sensus ad audiendũ magis

fiant

fiant idonei. Inde est quod clerici non nutriant lõgos capillos, sed altè tonsos vt rectius ac perfectius possint audire. Verùm enimuerò propterea coronã habent, vt demõstretur inter eos & Dominum nullum esse medium. Non ergo longos habeant capillos clerici, si per longitudinem capillorum significetur multitudo peccatorum. Mulieres verò debẽt audire Euangeliũ recto ac velato capite, etiã si sit virgo, propter pomum vetitum. Et si eueniat vt virgo capite sit aperto, vt velamen non habeat, necesse est, vt mater aut quæuis alia mulier capiti eius pannum vel simile quippiã imponat. Itémq; erecti stare debemus, donec Euãgelium pronũtietur, aut capite inclinato, si modò non sedeamus, nisi cogente necessitate. In lege quidem præcipiebatur, vt dum comederent agnum Paschalem, baculos in manibus tenerent: nos verò diacono legente Euangelium baculos deponimus. quod Christo prædicante legales obseruantiæ sint depositæ.

Quid Symbolum quando canendum, & quot sint numero.

CAP. XL.

POst Euangelium statim debet subiungi Symbolũ fidei, scilicet: Credo in vnum Deũ patrẽ, &c. si solennitas fuerit. Nec tamen in omni solennitate, sed in eorum tantũmodo festis, quorũ in Symbolo fit mentio, vt in festo Trinitatis, in Natali. Circunciſione, Epiphania, Paschate, Ascensione, Pentecoste, in festo omnium sanctorũ, Transfigurationis Domini, B. Mariæ, & omnium Apostolorum, S. Crucis, & omnibus diebus Dominicis. In aliis autem solẽnitatibus dici non debet. Nec verò in solennitate Angelorum cãtari solet, quia illi non credunt, imò iam sciunt, quũ plenã & perfectam habeant scientiam. Nec præterea cani consuetum est in solennitate duorum Euãgelistarũ, qui nõ fuerunt Apostoli, scilicet Lucæ & Marci. Sunt qui dicunt Symbolum dici debere in festo B. Ioannis Baptistæ, quia tum fuit commemorata Christi natiuitas. Sed eadem ratione qualibet die fit mentio B. Mariæ, adeóq; omni die canendum foret. Nonnulli etiam putant, quòd in eorum festiuitatibus cãtari debeat, qui illud cõposuerunt, atque eius rei gratia huc illud adferunt, quod in Euãgelio Ioãnis inuenitur, quod nimirum in dies fides Apostolorum crescebat propter miracula quæ fiebant, quanquã alibi authoritas habeat, fidẽ nõ habere meritũ, cui humana ratio præbet experimẽtum. Pronũciato Symbolo sub finem ipsius debet fieri signum crucis, quoniã verbum est Euangelicum, non secus atque ipsum Euangelium, nisi quod sit verbum abbreuiatum. Vnde dictũ est de eo: Verbum abbreuiatũ faciet Dominus super terram. Et hoc modo: Veniet verbum abbreuiatũ super filios Dei. Simili-

ter quoque in omnibus verbis euãgelicis ſignũ crucis fieri oportet quemadmodum ſub finem orationis Dominicæ, Gloria in excelſis, Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, quæ omnia perinde atque Euangeliũ ſtãdo audiri debent. Notandũ eſt quatuor eſſe Symbola: primũ, quod à cunctis communiter in quotidiana oratione dicitur, & quod Apoſtoli ſimul compoſuerunt. Secundum eſt, quod in prima recitatur: Quicunque vult ſaluus eſſe, quod ab Athanaſio Patriarcha Alexandrino cõtra Arrianos hæreticos cõpoſitum eſt, licet plerique eum Anaſtaſiũ fuiſſe falſo arbitrentur. Tertium eſt, quod Conſtantinopolitana ſynodus edidit, videlicet quod in miſſa hactenus cani conſuetum eſt. Quartum eſt, quod ex Niceno Concilio prodiit. Scripſit verò B. Hilarius Pictauienſis Epiſcopus librum de ſynodis, in quo & illud compoſuit, ac legi oportet in omni ſynodo vel totum vel ſaltem eius aliqua particula. Ex quo ſanè liquidò apparet, quam illi errent, qui aliam ibi legunt lectionem.

De offertorio. CAP. XLI.

DIcto ſymbolo cantatur offertoriũ ſiue offerenda: vt aliqui dicunt. Appellatur autẽ offertoriũ ab offerendo, quia tunc offerimus. Sed neceſſario hîc conſideraudũ eſt: tria omnino eſſe quæ offerre debemus: primò, noſmetipſos, ac deinde ea, quæ ſacrificio ſunt neceſſaria ſcilicet panẽ, vinum & aquã, & ſi qua ſunt alia ſacrificio apta. Obiter tamen hic dicere poſſumus panem hunc quaſi nominatum eſſe à Græco vocabulo πὰν παντός, quod omne vel totum ſignificat. Quoniam cũ hîc; tũ in futuro ſæculo panis iſte tota vita noſtra eſt. Vinũ autẽ à vite ſimili ferè modo deducere licebit, cui Dominus in Euangelio ſe cõparat, hoc pacto inquiens: Ego ſum vitis vera. Nec denique ignotum eſſe puto aquã ab æqualitate dictã eſſe, quia per hoc ſacramẽtum nos angelis æquales fore certò & credimus & ſperamus. Quãquam verò interdum aqua ſignificet populũ. Vnde: Aquæ multæ populi multi. Quia nec ſanguis ſine ſalute populi, nec ſalus populi potuit eſſe ſine ſanguine. Tum verò aqua benedicitur, quãdo admiſcetur vino: ſed haudquaquã vinũ, quoniã peculiarẽ ſuam expectat benedictionẽ. In quibuſdã eccleſiis in magnis ſolennitatibus præcioſa offerũtur eccleſiæ vtẽſilia, & in altari ponũtur vel in locis cõpetentibus. Tertiò demũ ſequuntur manuales laicorũ oblationes. Clerici enim nõ offerũt, niſi in exequiis mortuorum & in noua celebratione ſacerdotis. Nã inhumanum videretur, ſi ij offerre tenerẽtur, qui ex oblationibus viuũt aliorũ. In offertorio nulla ratione permittitur ſacerdoti vt pixidem aut aliud huiuſmodi manu teneat, quo omnem auaritiæ effugiat ſuſpitionẽ.

Ioan. 15.

De

De sacrificio. CAP. XLII.

SAcrificium dicitur quasi quo sacrũ efficitur. vbi cognoscendũ est, quod olim sacrificium ab Apostolis & viris Apostolicis in primitiua ecclesia vasis ligneis ac vulgaribus vestibus celebrabatur. Tum enim erãt (vt dici solitũ est) lignei calices & aurei sacerdotes. Nunc verò est ecõtrà. Paulo tamẽ post Seuerinus Papa instituit idẽ vitreis fieri vasis. Sed quia erant fregilia, Vrbanus Papa voluit, vt argenteis vel aureis sacrificaretur, vel etiã ob paupertatem stãneis quæ tamen nõ facilè æruginãtur. Hostia secundũ Hebræos ab ostio nũcupata est, quia ad ostiũ tabernaculi offerebatur. Secundũ Ethnicos verò ab hoste deriuata est. Nã hostibus à domitis (vt ille ait) hostia nomẽ habet. Dicta est etiã victima à vincẽdo, & imolatio, q̃ isthîc Christ⁹ sacramẽtaliter imoletur, qui in veritate semel pro peccatis nostris in cruce est imolatus. Appellata autẽ est imolatio à mola, qua in sacrificiis conteri solebat genus quoddã fruméti, quod far vel ador dicitur. Vnde: Et adorea liba per herbas. Ponebat enim inter cornua altaris vel animalis cultro isthîc facto foramine. Mola verò in altari dicitur pars media sub qua reliquiæ sigillantur, & cui in dedicatione ecclesiæ crux inprimitur, atque vbi corpus Christi consecratur.

De secunda parte missæ. CAP. XLIII.

IAm verò secunda pars missæ quæ propriè missa appellata est, proximè sequitur, nimirũ quã orationis esse diximus. Nam prima pars, de qua hactenus dictum est, vocatur obsecrationis: Hęc ergo pars missę: vt missam appellemus totum officium ab introitu vsque ad ite missa est, si strictim accipiatur, proprio nomine missa appellata est. Habet autem ea quatuor distinctiones. Prima dicitur secreta, altera præfatio, tertia canon, quarta oratio dominica cũ sua præfatione. Atque hæc quidẽ pars extenditur vsq; ad dominicæ orationis finẽ. Sed libera nos à malo, Amen, quod tacitè à sacerdote proferri debet. Hîc itaque considerandũ est tot debere dici collecta, eodémque ordine, ac de eisdem in secreta post communionem, quot præcesserunt in obsecratione ante Epistolã in exordio missæ, nec plures, nec etiam pauciores, hoc semper obseruato, ne vltra septenariũ numerum progrediatur. Summoperè itẽ cauendũ est, quod si fortè collecta pro defunctis intermisceatur, ne finalis, sed penultima vel ante penultima dicatur. Quoniã finis ad suum debet referri principiũ. Ad postremũ generaliter cognoscendum est, quod in missa pro defunctis nulla debeat pro viuis oratio intermisceri, hac tamen communi excepta: Deus qui viuorum dominaris simul & mortuorum.

De secreta. CAP. XLIIII.

SEcreta dicitur, quia secretè pronuntiatur, cùm tamen olim alta voce diceretur, ita vt ab omnibus facile laïcis teneretur. Cõtigit ergo vt quodã tempore pastores panẽ super lapidem quendam ponerẽt, qui, dum huius secretæ verba proferrent, in carnẽ cõuersus est, & forsitan transsubstãtiatus, vt sic loquar, in corpus Christi. In quos diuinitus facta est acerrima vindicta. Nam ad vnum omnes percussi sunt diuino iudicio cœlitus misso. Ex quo quidẽ facto statutũ fuit: vt posthac tacitè ac submisse diceretur. Aut ideò sanè occultè & quasi sub silentio dicitur, ne scilicet vilescat, sicut ob eandem causam sacræ literæ dicuntur esse obscuræ. Aut tandem ne à laïcis cognoscatur ita vt hinc triplex silentij sit ratio. Cùm autẽ ait sacerdos, Orate fratres, statim incipit orare: & nos similiter hoc audientes secretò orare debemus, ac duos psalmos canere nẽpè: Exaudiat te Dominus, & sequentẽ. Sed quãdo interim dicit: Orate fratres, perinde est ac si diceret: Dominus vobiscũ tacitè, cùm sese vertat ad populum. Quare meminerimus sacerdotẽ, se quinquies ad populũ conuertere dicendo Dominus vobiscũ, propter quinq; apparitiones, quæ fuêre ipso die Paschatis. Et quia vna apparitio fuit non manifesta, quando apparuit B. Mariæ Magdalenæ: vt plerique sentiũt, ideò occultè & quasi sub silẽtio ait Dominus vobiscum, tunc cùm apertè satis dicit: Orate fratres. Per omnia secula seculorum, id est, per secula sibi mutuo succedentia. Vel dicuntur secula per antonomasiam, sicut Cãtica Canticorum. Quæsitum est, cur secretò dicantur orationes, quæ sequuntur post oblationes. Sed nos ideò hoc fieri respõdemus, q; Iudæi post suscitationẽ Lazari, statim Iesum voluerunt occidere, qui sese occultauit in ciuitate Ephrẽ in sollicitudine, & à prædicatione ac miraculorũ operatione penitus quieuit & tacuit in sabbatum vsque, quod est ante dominicam in Ramis palmarum, quo venit in domũ Simonis leprosi, & apertè prædicauit. Atque hoc quidem expresse indicat sacerdotis illa vocis exultatio, qua inquit: Per omnia secula seculorũ. Cui subditur, Amen. propterea, vt quæ à sacerdote dicta sint, liquidò confirmemus, quia per Christũ seculum creatũ est. Amen nanque nomen Dei est. Vnde in Apocalypsi, Ego sum Amen, testis fidelis. Subiungitur porrò Dominus vobiscũ, ac deinde, Sursum corda, quæ scilicet sursum habere debemus ad Dominum in cœlestibus, non in terrenis, vt nõ quæramus benedictionem Esau, quæ vt caduca ac debilis est, ita in terrenis planè sita est. Idem prorsus nobis manifestè significant episcopi sandalia, quę cum superius sint aperta, iis admonemur: vt semper corda hactenus erecta ad Dominum, cumq; inferius sint solida, volunt vt habeamus in terrenis mentem omni-

Ioan. 11

Apoc. 3.

no obtusam, quasi nõ debeamus quærere benedictionem quæ in terrenis est, sed benedictionem Iacob, quæ est in cœlis. Posteà sequitur: Gratias agamus Domino Deo nostro. Quia pro omnibus beneficiis, quæ ille in nos benignè contulit, gratias ei meritò rependere debemus. Inuenitur autem ibi quædam figura ad similitudinem nostrorum Delta, D scilicet, vndique clausum, quod in parte præcedenti V nostrum complectitur, quod in summitate apertum est, in quorum parte media tractulus per transuersum ducitur, vtrãque in modum crucis partem copulans. Quod quidem non sine causa factum est. Per delta enim circulariter clausum, diuina figuratur natura, quæ nec principium nec finem habuit. Per V exprimitur humana Christi natura, quæ principiũ in Virgine habuit, sed fine carebit. At verò tractulus in medio vtrãq; partem coniungens, crux est, per quã humana sociantur diuinis.

Fortasse huiusmodi figura depicta fuit in libris veterum. ⊕

De Præfatione. CAP. XLV.

PRæfatio dicitur, quasi prælocutio, quæ est ad ministeriũ præparatio. Notantur enim isthic nouem ordines Angelorum, quos ibi præsentes esse certò credimus. Maiestas quoque de qua hîc fit mẽtio, appellata est quasi maior stans, vel maior potestas. Sciendum verò est in Missa decem esse in vniuersum præfationes, primam de Trinitate, alteram de Natali, tertiam de Epiphania, quartam de Quadragesima siue ieiunio, quintam de Cruce Domini, sextam de Resurrectione, septimam de Ascensione, octauam de Aduentu spiritus sancti, nonam de Apostolis, decimam & vltimã de B. Maria virgine. Post canitur ter, Sanctus, Sanctus, Sanctus, quòd sumptum est ex veteri testamẽto. Ait enim Isaias se vidisse Dominum super solium excelsum, & Seraphim clamantia: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sed quod sequitur: Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis, acceptũ est ex Euangelio, ita vt, cùm illud cantatur, signum crucis fieri debeat. Postremò hîc cantica Angelorum canimus, quia per hoc sacrificiũ terrena iungi cœlestibus non dubitamus; & ideò cum eis in excelsis saluari clamamus.

Vndecima esse potest cõmunis illa de sancta Trinitate

De Canone. CAP. XLVI.

DEinceps verò sequitur Canon, ita enim Græcis dicitur, nobis autẽ regula, ꝙ per eam regulariter sacramenti huius fit cõfectio. Nuncupatur etiã actio, quia tunc cum Deo nostra agitur causa. Quamobrẽ & in festis stantes oramus: in profestis verò vel ieiuniis prostrati. Sub silẽtio tribus de causis dicitur. Primò, quoniã Deus non oris, sed cordis clamorẽ intendit: vnde & Mosi dixit: Quid clamas ad me? cùm tamen ipse taceret. Nihilominus tamen proferimus verba, ne quæ perimus, aut quæ petere

debemus, penitus ignorare æstimemur. Secundò ob id submisse Canon dici oportet, ne, si alta voce esset proferẽdus, iongo clamore deficiamus. Vel tertiò ob hanc rationem, ne tanti mysterij per vsum quotidianum, verba vilescant, & in locis cõpetentibus passim indiscretè pronuntietur, atq; ita tandẽ extinguãtur ac pereãt, quemad modũ paulò antè de pastoribus narratũ est. Prohibitum enim est per decretũ, & sub anathemate datũ, vt nullus nisi hæc sacris vestibus, ex libro in altari consecrato, hæc verba proferat. Dicit ergo sacerdos: Te igitur clementissime pater, &c. Alloquitur dominũ, tanquã præsentẽ. Incipit autẽ à litera Thau, T, quæ in modum crucis effecta est. Quoniam per Christi passionẽ hæc omnia in cruce sunt cõpleta, habentq; suã efficaciã. Vnde profectò est, ꝙ isthic crucifixi imago adpingi debeat. Sequũtur posteà multa, vt sunt nomina Apostolorũ, Martyrum, Pontificum, Virginum, qui omnes pro Christo nostro se sacrificio exposuerunt. Atque item alia quædam sequuntur, quæ nobis explicare non licet, nisi fortè solis sacerdotibus, & ideò de illis tacebimus. Vnũ hoc tamen addemus, nulli hîc concessum esse aliquid vel detrahere vel addere, nisi quandoque nomen illorum, pro quibus specialiter aut nominatim offertur sacrificium.

De oratione Dominica. CAP. XLVII.

NVnc dicendum est de oratione Dominica, in qua continentur septem petitiones. Quod autem præmittitur, est quasi beneuolentiæ captatio. Tres priores ad futuram vitam pertinẽt: Quatuor posteriores quæ sequuntur, ad præsentem. Media autem, vt nonnulli volunt, à cõmuni sumi potest, ita vt ad vtrãque referatur, quam videlicet dicimus. Panem nostrum quotidianũ, quem ἐπιούσιον Græci, segola Hebræi, nos appellamus aut supersubstantialem, aut egregium, aut etiam familiarem. Sed animaduertere oportet, quum sacerdos ait, Oremus, præceptis, &c. nos debere prostratos orare vsque ad finem orationis Dominicę, si dies fuerint profesti. Si verò festum sit, aut dies Paschalis, certè non prostrati, sed stantes orare debemus, ac respondere: Sed libera nos à malo, Amen. Quòd autem Dominicam hanc orationem non tacitè aut sub silentio dicat sacerdos, ratio est, quoniam ex Euangelio petitum est.

De Pace. CAPVT XLVIII.

POsteà inquit sacerdos: Pax domini sit semper vobiscũ, quod spectat ad tertiã partem Missæ. Notandũ tamen est, ꝙ tacitè hîc sacerdotẽ quandã orationẽ dicere oporteat, quæ in Ambrosiana ecclesia apertè pronuntiatur. Accepto itaque pacis osculo ab ipsa eucharistia, vt quibusdã placet, vel vt censent alij, ab ipso sepulchro

pulchro & altari, impartit illud diacono aut ſubdiacono, vt per eos deſcendat ad alios. Sed cauendũ eſt, ne ab ipſis viris tradatur mulieribus, ne forſitã laſciuiæ quippiã in animũ aut carnalitatis clãculũ ſubrepat. Agnus Dei ter canitur. Hic eſt ille verus Agnus declaratus & adũbratus in Paſchali, de quo ſic habetur in Euangelio: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ter autem ideò canitur, vt eius corpus triforme intelligatur: illud videlicet quod in cœlo eſt glorificatũ: myſticum, quod etiam nũ in terra ambulat: & quod in ſepulchris vſque ad extremũ Iudicij examen quieſcit. Bis dicitur cum miſerere nobis, tertiò cũ dona nobis pacem. In cœna verò Domini ter debet dici, cum miſerere nobis. Sed horum neutrũ adiungitur in Miſſa pro defunctis, verũ ter cũ Dona eis requiẽ. Vbiq; obſeruandũ eſt, vt non cõtinuò, ſed interpolatè ac ſeiunctim cum oratione interpoſita dicatur. ἀγνὸς verò Græcè dicitur purus & pius, quia ſola pietate, vt pura hoſtia nos redemit. Vel ab agnoſcendo, q̃ ſicut agnus ſolo balatu matrẽ cognoſcit, ita Chriſtus in paſſione matrẽ ſuã cognouerit, ac virginem virgini cõmendauerit. Atq; hinc quoq; eſſe poteſt, q̃ ter canatur Agnus Dei. Quoniã Chriſtus pendens in cruce patrẽ ſuũ cognouit, ei vſq; ad mortẽ obediendo, & eadem cruce ſuffixus agnouit matrem ſuã, eamq; virgini cõmendauit, ac tandem etiam ibidẽ humanũ genus redimendo agnouit. Quod autem hîc bis repetitur, Miſerere nobis, & tertio variatur per Dona nobis pacem, totum illud ex veteri teſtamẽto deprõptum eſt, vbi cùm clamarẽt ad Dominũ, dicere ſoliti erant: Parce Domine, parce populo tuo, ac ſubiungere tertiò: Ne dederis hæreditatẽ tuam in opprobriũ. Quũ igitur dicimus, Agnus Dei qui tollit peccata, expreſſe Ioannem Baptiſtam imitamur, qui ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Illud certè ignorari non debet, olim in primitiua eccleſia ſingulis diebus, qui canoni Miſſæ intererant ſolitos fuiſſe communicare. Sed poſteà creſcente multitudine fidelium, fuit inſtitutum vt tantum dominicis diebus communicaretur. Quod etiam paulò pòſt, cùm obſeruari non potuit, abiit in deſuetudinem, ac tertia ſubſecuta eſt inſtitutio, vt ſaltem ter quoque anno, in Natali, Paſchate & Penteceſte omnes Chriſtiani euchariſtiam ſumerent. Inuento tamen triplici remedio, vt ſingulis nimirum diebus oſculum pacis daretur, ac dominicis diebus eulogia, id eſt, panis benedictus & conſecratus, quod in Quadrageſimã & temporibus abſtinentiæ deputatis ſalúd ieiunio obſeruari non potuit. Quarè tunc huiuſmodi fuit promulgata inſtitutio, vt collecta diceretur ſuper populum ſub finem Miſſæ, dicendo: Inclinate capita veſtra Deo, cùm videlicet minor aliquis ſacerdos cele-

brat. Sed si episcopus, inquiet Humiliate vos ad benedictionem.

De vltima parte Missæ. CAP. XLIX.

VLtima pars Missę modò sequitur, quę dicitur gratiarum actio, atque incipit à cõmunione. Vocatur autem cõmunio, quasi participatio, quam ideò canimus, vt per eam cum sanctis diuinæ gratiæ participes efficiamur. Appellatur etiam completio, quoniam per illam missa, vt sic dicam, compleretur. Tribus verò modis finitur missa, primò per Ite missa est in solennitatibus, quod est quasi abeundi licentia, acsumptum est ab Exodo. Non quidem secundum verba, sed iuxta mentẽ & rei intelligentiam, quando Israëliticus populus ex Ægypto permissu Pharaonis egressus est. Vel etiam quãdo è Babylonica captiuitate permittẽte Cyro, ad propria regressus est, Deo referens gratias. Sic & nos accepta benedictione vltima, ad cœlestem patriam remeare debemus, vbi in gratiarum actione semper feliciter viuemus. Dicitur autem, Ite missa est, quoties cantatur, Te Deum laudamus, Gloria in excelsis, & Alleluya. Pronuntiato Ite missa est, oportet nos respondere: Deo gratias, quæ vox est gratulantis. Secundò verò diebus profestis, dicitur Benedicamus Domino, ac petitum est ab Apostolo, Tertiò, denique in Missa pro defunctis: Requiescant in pace, quod ex sola cõsuetudine generali natum est. Cùm ergo dicitur, Ite missa est, debet sacerdos vultum dirigere ad populum: quando autem Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, versus Orientem. Necesse tamen est, vt hæc tria à sacerdote vel diacono tantum proferantur. Sed in prima Missa natalis Domini, non debet dici: Ite missa est, ne videatur populus licentiam habere redeundi.

Quibus horis celebretur Missa. CAP. L.

TRibus horis tantũmodò regulariter Missa poterit celebrari; tertia nimirũ, sexta & nona. Et quidẽ tertia ideò quòd tum linguis Iudæorum sit crucifixus, dum instãter clamarẽt: Crucifige, crucifige eum, pertuleritq; ludibria, maledicta, conuicia, alapas, flagra, insultantiũ sputus, & coronã spineam. Sexta verò ob eam causam, quòd tum in crucẽ actus sit, ac tolerare debuerit clauos rigidissimos & pocula felle tincta, vt sic tandem pro nobis immolaretur. Nona demũ, quia tunc animũ exhalauit ac spiritum patri cõmendauit. Poterit tamen fieri, vt ante primã in dominicæ resurrectionis memoriã Missa celebretur, quod vicarij faciunt, & post primam ante tertiam in eius rei commendationem, quòd Christus inter primam & tertiam traditus fuerit Pontio Pilato Iudæis vociferantibus: crucifige eum, ipso tacente. Cantatur ergo Missa, diebus festis hora tertia, profestis sexta, & nona in quadragesima,

ac

ac aliis diebus ieiuniorum. Nec tamen omnium, quia in ſabbatis ieiuniorum quatuor temporum valdè ſerò celebrari & poteſt & debet propter ſacros ordines: quòd etiam ad ſequentem ſpectet dominicam. In ſabbato Paſchæ & Pentecoſtes ſerò canitur propter cereæ candelæ, quam cæreum nominamus, cõſecrationem, quod ex eo facilè perpẽdi aut colligi poteſt, vbi dicitur: Hæc nox eſt, atque ex iſta oratione, Deus qui hanc ſacratiſſimã noctẽ, &c. Ipſo verò die natalis Domini prima Miſſa cantatur nocte. Poteſt tamen licitè cantari ſummo mane. Sed tamen prima & tertia prius abſolutis. Sic itaque ab illis horis excipitur dies qui Domini natiuitati ſacer eſt, cùm noctu prima canatur. Nec id quidem ſine cauſa: vt poſteà dicemus. Atque etiam ſabbatum Paſchæ & Pentecoſtes, quoniam tum temporis expreſſe dicimus: Hæc nox eſt, &: Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem. Excipiũtur denique dies ieiuniorum propter ſacros ordines.

Quæ Miſſæ quibus diebus debeant celebrari.

CAPVT LI.

NVnc dicendum eſt quæ Miſſæ quibus diebus debeant celebrari. Fuit enim quoddam tempus, quo dominicũ officium necdum erat ordinatũ, ac variæ paſſim hæreſes pullulabant. Quo quidem factum eſt, vt prima feria, ne diuinum officium periret, de trinitate, ſecunda de charitate, tertia de ſapiẽtia, quarta de ſpiritu ſancto, quinta de Angelis, ſexta de Cruce, ſeptima de B. Maria virgine cantaretur. Sed poſteà ſancitum eſt vt ceſſante cauſa & illud ceſſaret, quod vrgente neceſſitate factũ fuerat. Quapropter ſanè dominico officio ordinato ſtatutum eſt, vt prima feria ſuum peculiare haberet officiũ de Trinitate, & ſecunda de Angelis, q̃ tum creati in bonis gratuitis fuerint, ac lux diuiſa à tenebris, hoc eſt, boni angeli à malis. Nam eo tempore mali ceciderẽ, & boni fuerunt confirmati. Sed prima feria fuerunt angeli creati & in bonis naturalibus cõſtituti. Cantatur autẽ alia de cauſa pro defunctis, vt nimirum iis adhibeamus ſuffragium Angelorum: eodem quoque die Miſſa pro defunctis celebratur, quoniam, vt pleriq; aiunt, feria prima refrigeriũ habẽt ij, qui ſunt in purgatorio, ſtatimq; altero die pòſt ad pœnas ſolitas & ad laborem redeũt: ita vt eo die, quo eorũ laboribus aliquo modo ſubueniatur, Miſſa pro illis cãtetur. Tertia autẽ feria oportet repeti introitum Miſſæ diei dominici. Præterea inſtitutum quoque fuit, vt quarta feria ieiunaretur, ideoque dominici diei Miſſa tum caneretur. Sed & quinta feria ſimiliter dicere cõuenit officiũ diei dominicæ, videlicet introitũ, Epiſtolam atque Euangelium, q̃ dies Iouis maximè cognata ſit diei dominicæ. Eiuſmodi enim die fieri ſolebat

pro

processio in memoriã Ascensionis Domini, quæ posteà in diem dominicam, vt suprà dictum est, fuit translata. Porrò autem sexta feria agitur de Cruce, & septima de B. Maria virgine, ꝙ non temerè ita constitutũ accepimus: Miraculosum enim habet initiũ. Nam quum olim Constantinopoli in quadã ecclesia imago beatæ Virginis haberetur antè quam velum quoddam dependebat, quo tota ea cooperiebatur, contigit vt sexta semper feria velum hoc à vesperis ab imagine, nullo mouente decideret, & diuino miraculo quasi deferretur in cœlum, ita vt iam plenè ac perfectè ab omnibus conspici posset, ac deinde tursus in sabbato vesperis absolutis ad eandem imaginem descenderet, ibíque permaneret vsq; in proximum diem Veneris. Hoc ergo miraculo sæpius viso sancitum est, vt semper illo die de B. Maria in ecclesia caneretur. Potest tamen & aliam habere rationẽ, cur sabbato die officiũ cantetur de B. Maria. Nam cùm ipsa nobis sit porta regni cœlorum, quod per diem dominicam cõmodissimè figuratur, certè ideò de illa solennizamus eo die, qui dominicam proximè præcedit. Hactenus igitur officium missæ explicuisse satis sit, si intellexerimus neminem debere vno eodémq; die duas celebrare missas cũ vno sacrificio, vel cum duobus, sed vnã cum sacrificio, & aliã siccam. Quare, huic rei finẽ imponemus, si duas adhuc quæstiones paucis enodauerim, quarũ vna est, an sacerdos ante veseras comedat, nec posteà possit dormire, die postero debeat aut possit missam celebrare? Nam ipsum non debere apertè respondemus. Sic altera est, possit ne celebrare secundam missam in eo casu, quo in præcedenti, dum manus abluerat, aliquantulũ aquæ degustauit? Certè enim & illud vetitũ esse sciendum est. Nunc ergo ad alia.

De conso. dist. 1. ca. tribus.

De Vesperis. CAP. LII.

IN vesperis à nobis cantantur quinq; psalmi, qui sumus imperfecti, propter quinq; sensus, vt videlicet quòd per quinq; sensus corporeos commissum est, per quinq; psalmorum cantionem penitus demittatur. Hinc notandũ est nos eadem ratione quinque digitis pectus tundere, quam quinq; canimus psalmos. Monachi verò, in quo se perfectiores esse ostendunt, tantũ quatuor dicũt. Quicquid enim quadratũ est in quãcunque partẽ vertatur, manet semper idẽ, firmũ ac solidũ. Ad eundẽ sanè modũ perfectus, quocunq; loco aut quocunq; tempore, semper idem atq; immobilis permanet. Finitis psalmis parua sequitur lectio sine Iube donne, & sine Tu autẽ domine, hoc est, capitulum, ac deinde responsorium vel eius loco versus, cũ hymnis & antiphona, ac deinceps Magnificat. Plerunq; tamen hymnus B. Mariæ, videlicet. Magnificat, loco hymni ponitur, vt præterea nullus alius canatur.

tur. Sequitur tandem collecta, quam orationem diximus. Volumus autem, vt huc vsq; à nobis factum est, consuetis & ecclesiasticis, vt qui officia tradamus ecclesiastica, deinceps vti vocabulis. Sciendum ergo est, quod de eodē die, eodémq; festo parua debeat cantari lectio. Vbi gratia: Si de præcedenti dominica vnū, & reliquum: si de sequenti vnū, & reliquum. Animaduertendum præterea est, quod, quando fuerit solennitas nouem lectionum, illius vesperæ totæ debent celebrari, vt in festo B. Stephani & B. Ioannis Euangelistæ. Post vesperas necessariò dicitur collecta de sancto, cuius est festum sequens, vel antiphona cum Magnificat. Vnum tamen excipitur, festum videlicet S. Siluestri, quod etiāsi nouem habeant lectiones eius tamen vesperæ sunt festi sequētis.

Quot Psalmi canantur in completorio.

CAPVT LIII.

QVatuor psalmi cantantur in completorio ad significandam perfectionem. Cùm enim quodammodo ostēdimus peccata, quæ per quinque sensus corporeos pernicioſissimos satellites admiserimus iam esse quinq; psalmis præcedētibus remissa. Alia ratio est, quòd diabolus semper nostro insidietur calcaneo, ita vt posteà nec loqui cū aliis debeamus, nec aliud dicere nisi orationes. Quod monachi diligenter obseruant, qui postea non bibunt. Putat enim diabolus se vicisse si tunc vicerit. Quare vt breuiter quæ hic restare vidētur, percurramus, post psalmos sequitur capitulum & versus, & deinde hymnus, eóque finito, antiphona ac nūc dimittis. Postea verò dominica legitur oratio ac fidei nostræ symbolum, quibus posteà quā nos collectā annexuimus, statim subiungi oportet Benedicamus. Atq; hoc quidē in vesperis, vt à puero canatur omninò consentaneum est, vt per hoc demonstretur nos esse pueros, nimirum ad laudes Deo referendas.

Quomodo finiendæ sint orationes. CAP. LIIII.

VT autem euidēs habeatur & plena cognitio quēadmodum orationes, quas collectas vocamus, sint terminandæ, prius nosse oportet, quin eis sermo interdū ad patrem dirigitur, interdum ad filium, interdum ad spiritum sanctū, & interdum etiam ad totam Trinitatē. Quando ad patrem, rursus considerandū est, num ita ad eum sermo sit institutus, vt fiat mentio ad patrem de filio, vel spiritu sancto, an verò nec. Et quidē si in oratione, quæ dirigitur ad patrem, fiat mentio filij multum interest scire, illáne fiant ante partem finalem, an ipso fine. Quæ ideò diximus, quod secundum has diuersitates, diuersimodè orationis finis existat. Si ergo dirigatur sermo omninò ad Patrem absq; mentione filij & spiritus sancti finietur hoc modo: Per dominū nostrum Iesum Christum

Christum filium tuum, qui viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen. Si de spiritu sancto mentio ibi fiat, dices: in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus, cæteris remanentibus. Si verò fiat mentio filij, ante finalẽ partem, dicetur: per eundem dominũ, &c. vt suprà. Si contrà in ipso fine dicemus tantum: Qui tecum viuit & regnat, &c. Quemadmodum videri potest in hac collecta B. Stephani: Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrũ in beati Leuitæ & Stephani sanguine dedicasti, tribue quęsumus, vt ipse pro nobis perpetuus intercessor existat, qui pro suis etiã persecutoribus exorauit dominum nostrũ Iesum Christũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorũ. Amen. Si ad filium oratio instruatur, vt in hac, Excita Domine potentiã tuam & veni: ac in aliis de aduentu Domini, finietur hoc pacto: Qui viuis & regnas cũ Deo patre, &c. Si autẽ ad spiritũ sanctũ, dicemus sic: Qui cum patre & filio viuis & regnas vnus Deus, &c. & ad Trinitatem ita: Qui in trinitate perfecta viuis & regnas, &c. At verò in exorcismis, & quę fiunt ad pueros efficiẽdos catechumenos, ac fontes consecrãdos, quandoq; fit aqua benedicta, & in id genus multis aliis, dicetur sanè hoc modo: Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculũ per ignẽ. Hoc autem ideò fit, quia nulla vox ita terret diabolũ, atque hæc qui vẽturus est, &c. vsq; adeò vt statim fugere cogatur, simulatq; vocẽ hanc audierit. Maximè enim præter cætera iudicium ignis extimescit, quod certus sit se post diẽ Iudicij æterno igne punitũ iri. Quare ob eandem causam voluit D. Gilbertus, vt simili modo finirẽtur orationes in officio mortuorũ. Verũ ei cõtradicit vulgare nostrũ Collectarium, affirmãs dici oportere: Per dominum nostrũ, &c.

De diuersitatibus officiorum. CAP. LV.

IAm ergo dictũ est hactenus de ecclesiasticis officiis generaliter, ita reliquum modò sit, eorundem explicationem latius per totius anni seculũ aggredi. Nam pro temporũ varietate ipsa variantur officia. Sed operæpreciũ me facturũ existimo, si priusquã ad ipsam expositionẽ veniã, distinctio quatuor temporũ præmittatur. Vt ergo solaris noster annus quatuor temporũ potissimum successione dilabitur, scilicet Hyemis, in qua semina iaciuntur: Veris, in quo semina prodeunt: Æstatis, in qua ad messem albescunt, & falce succiduntur: Autumni, in quo per ventilationem grana à se mutuo separantur, & in horrea reponuntur, paleæ autem comburũtur. Ita quoq; magnus vitæ præsentis annus durãs ab initio vsque ad finẽ seculi, quatuor temporũ varietate mensurantur. Fuit enim tẽpus quoddã deuiationis in humano genere,

ab

ab Adamo videlicet vsque ad Mosen, quò declinauerũt homines à cultu diuino ad Idolatriã. Tunc enim homo reliquit dominum suum creatorẽ, ac lapidibus & manuũ suarũ operibus dixit: Tu es Deus meus. Hoc tempus haud malè cõuenit nocti & hyemi. Quia sicut nox aut hyems, nihil lucis habet, nisi contingenter & ex accidenti, vt ex igne vel candela. Sic tempus istud planè erat cæcitatis & ignorantiæ. Alterũ item tẽpus fuit reuocationis, nimirum à Mose vsq; ad natiuitatẽ Christi, quo edocti fuêre homines per leges & Prophetas de aduẽtu Christi, de euitatione peccati, & vnius Dei dilectione. Tum dixit Deus Israëli: Audi Israël, Deus tuus, Deus vnus est, illũ solum adorabis, & illi soli seruies. Tertiũ verò tẽpus fuit regressionis, siue recõciliationis, vel iustificationis quod fuit à natiuitate domini vsque ad ascensionẽ eiusdem: per quẽ facta est gratia hominibus, & prædicatio Euãgelij. Quartum deniq; tẽpus est peregrinationis, quod ab ascensione domini fuit: & duraturũ est vsq; ad finẽ Iudicij, vbi erit consummatio seculi. Hæc eadẽ tempora solẽt aliis nominibus appellari. Tempus enim deuiationis dictũ est tẽpus culpæ & pœnæ. Nam propter deuiationẽ homo subiectus est culpæ, & propter culpam pœnæ. Tẽpus reuocationis nuncupatũ est tẽpus doctrinæ & prophetiæ. Et quidẽ doctrinę propter decalogũ, per quẽ Deus humanum genus docuit, inquiens, Audi Israël, Deus tuus, Deus vnus est. Prophetiæ verò, quoniã tum huiusmodi salutare accepimus vaticinium: Ecce virgo concipiet. Tẽpus proinde reconciliationis appellatur gaudij & lætitiæ, ac denique peregrinationis, tempus luctus & pugnæ. Vnde profectò necessarium est, vt pugnemus aduersus carnem nostrã, mundũ atque aëris potestates. Maximè verò contra carnẽ, vtpotè quod multa cum nobis sit familiaritas, ac nulla sit pestis sæuior quã hostẽ habere domesticũ. Præterea tempora hæc possunt cõsiderari secundũ principales partes diei, vt sunt nox, quæ ad tẽpus spectant deuiationis, mane ad tempus reuocationis, meridies ad tẽpus reconciliationis, vel regressionis, vesperum ad tempus peregrinationis. Atque horũ quodque proprium modo perpẽde epitheton, vt Nox est obscura, & qui à veri Dei cultu aberrabant, erãt cæci. Elegãter sanè quadripartita hæc temporum diuisio in homine notari potest. Antè siquidẽ baptismum nascitur homo & fit filius iræ: in baptismo renascitur, ac filius gratiæ: dehinc benè operatur, & iustitiæ efficitur proles, cũ feruore quodã charitatis Deũ diligit in primis, & proximũ: tandẽ cum Christo simul regnabit per mortẽ transiens ad vitã æternã, factus modò hæres æternitatis & gloriæ. Atque in qualibet præmissarum partiũ expositiõe possunt intelligi Hyems, Ver, Æstas,

& Au

& Autumnus, Eadē quoque tēpora designātur per quatuor principales Christi actiones, quæ sunt huiusmodi: Natiuitas, passio, resurrectio, aduētus ad iudiciū, cū omniū horū appēdicibus adeò hæc humano generi cōueniunt. Christi igitur vita nostra est doctrina: Christi actio, nostra est lectio: vniuersa deniq; Christi conuersatio, nostra est instructio. Dixi autē cū suis appēdicibus quia ad natiuitatē pertinēt circūcisio, apparitio, baptismus, purificatio: ad passionē referuntur ieiuniū, tētatio: Ad resurrectionē, in cœlū ascensio, & S. Spiritus missio: Ad aduētum tandē iudicij spectant transfiguratio & miraculorum operatio. Efficacior enim fuit, ac plus potuit, post mortē, quā ante trāsfigurationē & tunc demum nobis ostendit quid simus futuri. Passio cōparatur Hyemi: Natiuitas Veri: Resurrectio Æstati: Iudiciū Autūno, quādo sedebit vetustus ille dierū tenēs ventilabrū in manu sua permundabit aream suam, &c. Itē rursus Christi natiuitas cōparatur & cōcordat tempori reuocationis propter Prophetas, qui eā multis modis prædixerunt: passio tempori deuiationis: resurrectio tēpori regressionis propter lætitiā: aduentus Iudicij tēpori peregrinationis, quia huiusmodi tēpus durabit vsque ad extremū diem iudicij. Vndè Propher. Ego miser & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hæc ergo tempora magni istius anni cōsiderans ecclesia in seruitium Dei transformauit, pro qualitate eorū & varietate singulis annis laudabili vtens officiorum diuersitate. Sed cùm ita faciat ecclesia, maluit incipere à tempore reuocationis, quàm à tempore deuiationis. Quare incipit: Ad te leuaui animā meā aspiciēs à lōgè, &c. Quandoquidem nos etiamnum quasi per speculum & cancellos aspicimus. Et durat vsque ad natiuitatē domini. Toto igitur tempore aduentus vsque ad natale domini, ecclesia reminiscitur temporis reuocationis, quæ facta est per legem & Prophetas malagma vulneri apponens. Atque ideò tunc legit Isaiam, qui quum incurabile vulnus vidisset, dixit: Omne caput languidum est, & omne cor mœrens. &c. Et rursus non est malagma apponere, &c. Malagma autē est genus emplastri, quod epithema appellatum est. Tū ergo inchoatur graduale: Ad te leuaui, ac si diceret: Tempore deuiationis homines leuabant manus, & corda ad opus manuum suarū, atque agebāt lapidi & ligno tu es Deus meus. Ego verò ad te leuaui animā meā Deus meus, &c. Atq; ita sanè à tempore reuocationis militiæ suæ auspicatur officia, non à tempore deuiationis ne videatur incipere ab errore. Benè itaq; rem ipsam obseruat. sed ordinem non sequitur, quod frequenter etiā faciunt Euāgelistæ. Quare si bonā quærat valetudinem, optētque quàm optimè curari, omnino fuit necessarium, vt à Medicis inciperet.

De

De cæteris temporibus. CAP. LVI.

TEmpore verò ſeptuageſimæ, quæ eſt à dominica, vulgò appellata, Circundederũt me, vſq; ad octauã Paſchæ, recolit eccleſia tẽpus deuiationis. Vnde eſt, quod tum legitur liber Geneſeos, vſque ad Regũ, vbi de exceſſu agitur primorũ parentũ, & multorũ aliorum, qui omnes cataclíſmate aut diluuio ſunt ſubmerſi. Breuiter ergo tum temporis eccleſia orat, flectit genua, ac ieiunat. Tempore autem Paſchali, quod eſt Paſcha, vel potius ab octauis Paſchæ, vſque ad octauas Pentecoſtes, tempus gaudij meminit, & reconciliationis, quippè in quo legatur Apocalypſis, vbi fit mentio de noua ciuitate Hieruſalẽ, & Epiſtolæ canonicæ cum Actibus Apoſt. Hinc pauca ſibi eccleſia indicit. Nõ ieiunat, à genu flectione ceſſat, albis vtitur veſtibus, ternario numero pſalmorum & lectionum cõtenta eſt, cum tribus reſponſoriis ac totidẽ verſiculis. Ab octauis demum Pentecoſtes vſque ad aduẽtũ Domini, recolit tempus peregrinationis. In hoc eſt nobis perpetua pugna & lucta aduerſus tres, vt dictum eſt, infeſtiſſimos hoſtes mundũ videlicet, carnem & diabolum. Mundus eſt hoſtis ſophiſtic', caro hoſtis domeſticus, diabolus hoſtis antiquus. Nullus tamen iſtorũ hoſtis eſt efficacior ad nocendũ, quã inimicus noſter familiaris, ſcilicet caro, quã fouemus indumentis, & reficimus alimentis, cui tanquã iumento tria debentur: cibus ne deficiat, onus vt manſuefcat, virga vt non indirectè ſed directè incedat. Propter huiuſmodi pugnã ſignificandã, legit tunc eccleſia librũ Regũ, in quo agitur de pugna. Et quia in pugna maximè opus eſt ſapientia, ideò cõtinuatur liber Salomonis. Sed quoniã cum pugna nihil rantoperè habere debeamus, atque patientiam, appoſitè profectò Iobi liber ſubiungitur. Deinde porrò & Thobiæ liber ſequitur propter ſingularem miſericordiã, quam in hoc certamine requirimus. Cui deinceps quoque ſubiungimus librum Iudith, Ruth, Heſter, propter fortitudinem, iuſtitiã & temperantiam. Verumenimuerò quũ adhuc frequens ſit lucta, neceſſariò annectitur liber Machabæorũ, in quo crebra eſt aduerſus ſuperbiã conflictatio. Nam deuictis omnibus vitiis, reſtat etiam vincenda ſuperbia. Roget ergo modò aliquis ſub quo illorum temporum contineatur illud quod eſt à natali Domini vſque ad ſeptuageſimam? Verùm facilè iſtiuſmodi quæſtioni occurremus. Nam & ei non inelegãter per quoſdam ſatisfactũ eſſe accepimus. Eius itaque pars vna continetur ſub tempore regreſſionis, quod eſt tempus gaudij, vt dictum eſt, à Natali vſque ad octauam Epiphaniæ. Vnde in quibuſdam eccleſiis albis tam diu vtuntur veſtimentis, ſicut tempore paſchali, & neque

fũc ieiunatur, neque flectũtur genua. Pars verò altera, quę est ab octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimã, complectitur sub tẽpore peregrinationis, & leguntur duodecim epistolæ Pauli, vbi agitur de labore eius, quẽ luctando ac pugnando pertulit. Nec verò quantumuis ipso die Natiuitatis Domini Isaias legi soleat credẽs diem illum pertinere ad tẽpus reuocationis. Et enim hoc, alia consideratione, & ante Euangelium in nocturnis & ante Epistolã in Missa, quod videlicet velut basis columnæ supponatur vt per vtrunque testamentum natiuitas Christi perhibeatur.

Quis ordinauerit officia ecclesiastica, de quibusdam diebus.

CAP. LVI.

HÆc autem ecclesiastica officia, vt dictũ est, instituit B. Hieronymus rogatu Damasi Papæ, & quæcunque etiã alia ex veteri & nouo testamento leguntur in ecclesia. Gregorius tamen quosdam cantus apposuit, Gelasius quosdã hymnos, & alij alia. Tempore siquidẽ Theodosij Imperatoris inordinatè psallebant. qui rogauit Damasum Papã, vt curaret sapienter ordinare officiũ ecclesiasticũ. Quod diligẽter ille effecit, vt suprà diximus. Sũt autẽ in prædictis tẽporibus dies quidã duplices: vt potè siquando duo simul festa concurrant, in quibus illud obseruandum est, quod in morali philosophia dici solet, Cede maiori, & locum da melioribus. Hoc est, vt excellẽtius celebretur officium, ac dũtaxat de minori fiat communio ipso die, & suum officium reseruetur in crastinum: vt de Petro & Paulo in quibusdam ecclesiis diebus dominicis: Nam primò quidem celebratur de Petro, q; Princeps fuerit Apostolorũ, sequenti verò die de Paulo. Sic de quibusdã alis in diebus dominicis, ita vt dominica debeat quiescere, ac postèa in hebdomada peragi. Quemadmodum sanè factum videmus in testamento veteri. Cùm enim Salomon templum dedicasset duodecimo die mensis, quo occurrebat scenophegia, celebrauit dedicationem templi septem diebus continuis, & post dedicationem distulit scenophegiam. Sunt præterea à dictis temporibus quædam principales dominicæ, quibus cætera cædunt festa præter Pascha & Pẽtecostẽ, quæ præter resurrectionẽ & S. Spiritus missionẽ sunt aliis lõgè superiores. Atq; earũ quidẽ aliquæ vt sunt præstantiores & solenniores, ita in iis mutantur officia cuiusmodi sunt dominica in principio aduentus & septuagesima, ac illa quæ est in octaua Paschæ. Aliquæ verò non sunt ita præstãtes, quales duæ hæ sunt, videlicet, quã vulgari nomine appellamus: Lætare Hierusalem, & Dominica in Ramis palmarũ. Nam si contingat dies Annuntiationis in Ramis palmarum, aut ipso die resurrectionis, de eo penitus tacebitur, ac die sabbato,

qui

qui præcedit dominicam, quam in Ramis palmarũ vocatam diximus, vniuersum Annunciationis fiet mysterium. Ipsum enim sabbatum ius suum maiori facilè cedit. Ad eundẽ sanè modum si eueniat, vt in ipsa Domini passione fiat festum dedicationis, certè omni iure eius mysterium celebrabitur in hebdomada sequẽti: vt in Ascensione, si idem festum fuerit, Necesse enim est, vt in aliud tempus differatur.

Quomodo officia ecclesiastica fieri debeant, & qui sint eorum libri. CAP. LVIII.

VT igitur ab euentu incipiamus, atq; ita de ecclesiasticis officiis per totius anni circulũ tractare pergamus, duo in vniuersum nobis sunt diligenter in iis præcauenda, ne videlicet coactè fiant & indiscretè. Coacta esse nõ debent iuxta Prophetã qui ait: Voluntariè sacrificabo tibi, &c. Sic Obal qui & Berseleel appellatus est, dicitur spontaneè ædificasse templũ Domino. Quam quã verò sint, qui putant duos fuisse Obal & Beseleel, & vtrunque spontaneum in tempore indiscretè prohibẽtur esse, quia immundũ est pecus, quod ruminat, & non findit vngulã. Fissio autem vngulæ accipitur pro discretione. Qui ergo spõtanea sacrificia facit & discreta, eum diligit Dominus. Hinc statutum est à sanctis maioribus, quemadmodum Deo seruiremus discretè. Statuerunt enim in vnaquaque hora lectionẽ. Verbi gratia: In matutinis & in Missa instituerunt Epistolas & Euãgelia, in aliis horis paruas lectiones, quæ dicuntur Capitula. Sed quoniam in lectione & cãtu vniuersum ferè versetur officiũ ecclesiasticũ, operæpreciũ est scire quinque esse libros lectionũ in Ecclesia, ac tres cantus, scilicet Graduariũ. Antiphonariũ, & Trophonarium: Antiphonarius à digniori nomen sumpsit, hoc est, ab antiphonis, cùm & in eodem libro cõtineãtur Responsa & Versus. Legitur enim in tripartita historia, Ignatius Patriarcha Antiochenus audiuisse Angelos cãtantes Antiphonas in mõte, qui exinde quasdam Antiphonas in ecclesia cantari instituit, & psalmos iuxta Antiphonas tonizari. Vnde etiam Antiphonæ sunt appellatæ respectu psalmodiæ responsum, historiæ. Et cùm anteà confuse & quasi chorea cantarentur Psalmi & Antiphonæ, statutum est à maioribus, vt seorsum chorus sederet & alternatim caneret, id est vt vna pars chori vnum psalmi versum caneret, atque illa aliũ. Incipit ergo Antiphonarius hoc modo: Aspiciẽs à longè. Tametsi verò non sit Gregorianum, hoc est, à Gregorio compositum, sed solummodo ab alio quodam monacho appositum. Quamobrem quidẽ non deberet meritò procedere ea quæ Gregorius cõposuit. Vsu tamen receptum est: vt ab omni ecclesia diceretur.

Nec facilè profectò est, quæ longo vsu inoleuerint emendare aut mutare. Cætera verò sunt S. Gregorij.

De reliquis libris. CAP. LIX.

SEcundus liber est gradarius, ita à gradibus appellatus, eò q; diebus festis in gradus ascendi debeat atq; istic cãtari in ambone. Dicitur autem, ambonis ab ambio ambis, eò q; locus ille ambigitur gradibus, vel ab ambo ambæ, ambo, quòd nimiũ duę sint viæ istic, hoc est, in pulpitio, quod situm est ante eum locum, vbi recitatur Euangelium. Oportet itaque sint ibi duo paria graduum, vnũ à sinistris, quo fiat ascensus: alterũ à dextris, quo descensus fiat iuxta illud: Per aliam viam regressi sunt in regionem suam. Diebus aũt profestis canitur in medio chori ante gradus altaris. Eius libri principium est: Ad te leuaui. Tertius liber dicitur Trophonarius, à Græco nomine τροπὸς, quod est conuersio. Nam à fine regredimur ad principium cantus, vnde & trophium zona nominatur q ab vno latere vertatur in aliud, circumeundo vsque ad vmbilicũ. Est autẽ Trophonarius liber, in quo cõtinentur ij cantus, qui cum introitu Missæ cantari solent, & maximè quidem à Monachis, cuiusmodi sunt tropi, Sequentiæ, Kyrie eleyson, & Neumæ. Tropi dicuntur, quia prius canitur versus, ac posteà eleyson: & iterũ versus, & eleyson deinde. Hic etiam notandum, q semel diximus, neumã fœminei generis absq; p, accipi pro iubilo: pro spiritu autem sancto dicitur Græcè hoc pneuma, pneumatis, Hebraicè ruath, Latinè spiritus. Vnde quidem in Prosa: Descendet in te sanctũ pneuma. Postremò, trophonarius non habet certũ principium, quod ad placitũ canatur. Nemo enim tenetur potius hoc vel illud Kyrieeleyson in aliquo festo dicere, quum aliud. Contrà verò Antiphonarius certum habet, nimirũ hoc: Aspiciẽs à lõgè: quemadmodum Graduarij principium est: Ad te leuaui. Ab aduentu enim incipit ecclesia.

Mat. 2.

De quinque libris lectionum. CAP. LX.

NVnc de quinq; libris lectionũ videamus. Et primus quidẽ est bibliotheca à βίβλιος, quod liber est, & θήκη positio. In eo enim totũ continetur vtrũque testamentũ. Atq; hinc propter excellentiã, tanquã si dignior & maior esset, solus omniũ librorum materiæ nomẽ retinuit. Fiebant enim omnes libri ex biblo: Vnde bibliopolę: vẽditores librorũ appellantur. Vel rectius ideò liber hic dictus est bibliotheca, q instar cuiusdã bibliothecæ multos & varios libros cõplectatur. Secũdus verò liber est passionarius, qui tamen plures sunt. Tertius est legẽdarius. Quartus homeliarius. Quintus deniq; sermologus, siue liber sermonũ. Redeamus igitur ad primũ, & singulos paulò accuratius examinemus. Bibliotheca

bliotheca vox est ambigua & homonyma, siue vt nũc loquũtur: æquiuoca. Vno nanque nomine & locũ vbi libri reponũtur, nẽpe armariũ significat, & volumen aliquod magnũ cõpactũ exomnibus libris noui & veteris testamenti. Sunt autẽ vigintiduo volumina veteris testamenti, quæ ibi continentur, & octo noui, scilicet Euãgelistæ quatuor, Epistolæ Pauli, Apocalypsis, Epistolæ canonicæ, & Actus Apost. Volumina veteris testam. sunt quinque libri Mosis, videlicet Pontateuchus, qui propriè apud Iudæos dicitur thoral, id est, lex, vel libri legis, super quos iurant illi, vt nos super Euãgelia tanquã sanctoria in nouo test. Sunt præterea: qui hoc pacto enumerãtur: Iosue scilicet: Iudicũ, cuius extrema pericope pars est libri, Ruth, Samuël, Malachim, quæ duo volumina vnũ reputamus, videlicet Regum, quod tamen quatuor habeat partitiones vel distinctiones. Posteà in vno volumine sequũtur alij quatuor: Isaias: Hieremias, Ezechiel, & Danid. Sub vno volumine cõprehenduntur duodecim Prophetæ minores propter nimiam breuitatem. Nouem quę deincepts sequũtur reputãtur hagiographa, ita tamen vt sint authẽtica, numerũ liber psalmorũ, liber Iobi, tres libri Salamonis scilicet parabolę, siue mauis dicere prouerbia, ecclesiastes, & cãtica cãticorum: liber Paralipomenõ, Iudith & Hester. Quatuor tandẽ enumerãt apocripha, librũ videlicet Thobię, Machabæorũ, Philonis, cuius principiũ est, Diligite iustitiam, & Iesu filij Sirach, qui sic incipit: Omnis sapientia à Domino &c. appellaturq; etiã ecclesiasticus. Verũ hos quatuor quidem non recipit, ecclesia: tamen eos approbat, quod argumentum ferè habeant librorum Salomonis, etiam si eorum authores pro certo ac verè non sciat. Alios duos credimus Esdram composuisse, qui totam bliothecam veteris testamenti restituit, cùm à Babyloniis esset combusta. Nos itaque bibliothecam nostram, scilicet vetus & nouum testamentum diuersis temporibus legimus iuxta varias historias singulis mensibus, vt sic tandem cum totius anni circulo vniuersa absoluatur. Vnde equidem non ignoro quin illud in aduentu Domini primò sit assignandum & declarandum, sed facilius & dilucidius apparebit si ab alio tempore incipiat assignatio.

Quid legi debeat in Septuagesima. CAP. LXI.

IN septuagesima ergo legimus totũ pentateuchũ, quoad dies isti sunt, videlicet quindecim ante Pascha. Atque quatuor omnino cantantur historiæ, nimirùm ex libris Geneseos, & quartus de Exodo. Primus liber Mosis est Genesis, in quo agitur de origine mundi: secundus Exodus in quo de exitu agitur populi Israëlitici ex Ægypto: tertius Leuiticus; quartus est Numeri:

quintus Deuteronomius, hoc est, lex altera, cuius velut quandã tradit anacephaleosin siue recapitulationem. Per illos autem dies quindecim vsq; ad Pascha legitur Hieremias & liber Baruch notarij eius: vt quidam testantur sub eodẽ volumine. Et quidẽ Hieremiæ Threni siue lamentationes recitãtur per triduũ illud ante Pascha, quod appellamus tenebras. Dicuntur autẽ Threni, eò ꝙ tripliciter exponãtur à Paschasio, scilicet historicè, allegoricè & tropologicè. Vel à mõte Threnaro, vbi primò auditæ sunt animarum lamentationes. Vel ideò etiam Threni appellati sunt, quòd in iis post tertium quenque versum litera sit alphabeti. Scriptũ enim est opus illud quadruplici alphabeto, hoc est, in eo quater ipsum alphabetũ de integro repetitur. Vel denique, quod verius esse puto, hæ lectiones propterea dictę sunt Threni, ꝙ lamentationes contineant. Apud Græcos nanque Θρῆνος planctus est. Sic itaque historia, quæ quindecim illis diebus narratur, sumpta est partim ex libro Hieremiæ, partim ex passione Domini in Euangelio. Nunc transeamus ad octauam Pentecostes, vt ordinem veteris testamenti simili ratione persequamur.

Quid legi debeat ab octaua Pentecostes vsque ad natale Domini. CAP. LXII.

TVnc ergo vsq; ad calendas Augusti legitur Samuel, Malachim, id est, liber Regum, & Paralipomenon cum historia: Deus omniũ. Solet tamen in octaua Pentecostes cantari & legi De Trinitate, quantũuis Alexander Papa interrogatus an etiam fieri debeat, dixerit se nescire diẽ peculiarem de Trinitate, nec de vnitate. Sed officium eius præcipuè propter hæreticos institutũ fuisse credimus. Quare hic vsque ad Calendas Augusti meminerimus, ꝙ paulò antè cauẽdũ esse præcepimus. Si enim festum erit die dominica, securè mutabimus historiam. Similiter si secunda feria, si tertia, si quarta Calendæ fuerint mensis Augusti, præcedenti dominica historiam liberè mutabimus. Si verò quinta, sexta aut septima, idem facere poterimus dominica sequẽti. Atque hanc tanquã generalẽ habemus regulam. Quod si deniq; mensis Calendæ fuerint die profesto, illa dominica mutabimus historiam, quæ Calendis sit proximior, siue ea præcedat, siue subsequatur. A Calendis igitur Augusti vsque ad Septembrẽ legũtur tres libri Salomonis, & duo Sapientiæ, qui sunt apocryphi, ita vt media pars Cantici cantic. reseruetur vsque ad Natiuitatẽ B. Mariæ in Septẽbri, atq; altera legatur in eiusdẽ Assumptione. Nam sermones qui ibi sunt, vt: Cogitis me, ô Paula & Eustochium. &: Approbatæ consuetudinis est, &c. Potius in triclinio, seu refectorio legi debent. Tunc cantatur historia: In principio Deus,

ante

antequã terrã,&c.quod ad recreationẽ pertinet.Nam iſtud aliud in principio,quod eſt in ſexageſima,ſpectat ad creationẽ. Proinde à Calendis Septẽbris legitur Iobus per quindecim dies, & per quindecim alios dies Thobias,Eſdras,Iudith,& Heſter cũ hiſtoria:Peto Domine. In Octobri legitur liber Machabæorũ cum hiſtoria:ô Adonay Domine Deus,&:Adaperiat Dominus.In Nouẽbri,Ezechiel,Daniel,duodecim Prophetæ,cum hiſtoria: Vidi Dominũ.Denique in Decẽbri Iſaias totus vſque ad natalem Domini, niſi quod tranſire debeat idẽ lector id quod ipſo natali legitur,vt populus Gentiũ:Conſolamini:Conſurge,& quod recitatur in Epiphania,vt:Surge illuminare Hieruſalem.Hæc nanque pertinent ad Chriſtũ iam natum: Cætera verò quæ in Aduentu legũtur ad Chriſtũ naſciturũ.Atque hinc eſt, quod illa oporteat prætermitti vſque ad natale, quoniã tunc noua,audiri debẽt. In ieiuniis tamẽ quæuor tẽporum,quæ ſunt in aduentu, & in vigilia natiuitatis Domini nihil Iſaiæ legitur, quoniã proprias habẽt lectiones,& propria officia.Vnde & alia ieiunia ab his tanquã magis ſolennibus officia petere ſoleant.Quare autẽ hæc habent & non illa,ratio eſt,q olim Pontifex Rom. hiſce ieiuniis ordines conferre conſueuit:Sed ſi feſtũ Thomæ euenerit in ipſis ieiuniis, dicet eccleſia lectiones de ſancto & non de ieiunio.Ita enim vſus inoleuit.Hoc ipſum tamen Romana eccleſia nõ obſeruat,vt quæ ſex recitet lectiones de ieiunio,& tres vltimas de homelia Euangelij ipſius feſti.In aduentu aliquãdo tres ſunt hiſtoriæ,aliquando quatuor ſi ipſe fuerit quatuor hebdomadarũ, quod rarò fit. Et tantum quidem habemus de veteri teſta. modò videamus de nouo. Ab octaua Paſchæ vſque ad Pentecoſten legitur Ioannis Apocalypſis tribus ſeptimanis, & Epiſtolæ canonicæ duabus ſequentibus vſque ad Aſcenſionem,quæ numero ſunt ſeptem.Prima eſt Iacobi Alphæi, tres ſequentes Ioannis Euãgeliſtæ quinta & ſexta Petri principis Apoſtolorum,ſeptima denique Thaddæi, qui & Iudas appellatus eſt frater Simonis.Ab aſcenſione Domini vſque ad Pentecoſten leguntur actus Apoſtolorũ:Primũ quidem,&c.Hiſtoria eſt.Dignus eſt Domine ad omnia prẽmiſſa.Ab octaua Epiphaniæ,vſq; ad ſeptuageſimã legũtur quatuordecim Epiſtolæ Pauli tã quæ ſunt miſſæ ad perſonas quatuor,quã quæ ad decẽ eccleſias,vt ad Titũ Corinthios.De Euãgeliis & Pſalmis dicetur ſuo loco.Ad hũc ergo modũ de vtroque teſtamẽto diſpoſitũ ab eccleſia habemus. Notãdũ interim obiter hîc eſt quatuor modis finiri lectiones,videlicet per: Tu autem Domine Hæc dicit Dominus, conuertimini ad me & ſani eritis: & in Threnis Hieremiæ per Hieruſalem Hieruſalem conuertere ad Dominũ

Deum tuum, atque vltimò in lectionibus mortuorum, per: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, Cuius tamẽ rei vſus in eccleſia admodũ rarus eſt. Sed nos dicimus non quid fiat, ſed quid fieri debeat. Cæterũ homeliarius, quẽ quartum librũ eſſe diximus, legitur in natali & in feſtis ſanctorũ, qui propria habẽt Euangelia, vt in feſto B. Thomæ, in Paſchate, Pentecoſte cũ ſuis feriis, actandẽ etiã recitatur diebus dominicis. Octo verò dies Paſchæ cõputantur cũ Septuageſima, quòd illa ſeptima ſit ſeptimana à Quadrageſima, per quã idem deſignatur, quod per Septuageſimã, in cuius ſeptima decade filij Iſrael acceperunt redeundi licentiã & iã quaſi liberi erant, ideoque diebus illis cantica lætitiæ inclamãtur. In ſabbato aũt in albis, geminatur Alleluya, quoniã finitur Septuageſima. Quo quidẽ ſignificatur abſoluto præſentis huius vitæ curſu nos duplicem accepturos ſtolam, quam ad noſtram illã Hieroſolymam peruenerimus. Vocatur auẽ ſabbatũ iſtud in albis, quòd in Paſchali ſabbato baptizati tũc albas veſtes deponebant, quas octauo die ſumpſerant. Proinde verò libri Paſſionarij leguntur in ipſis diebus Martyrum. Sed horum aliqui teſte Gelaſio, apocriphi ſunt, vt de B. Gregorio, de Quirico, & Iulita martyribus, ac qui omninò eiuſmodi ſunt, vt eos cõpoſuiſſe ferantur hæretici, ob quorum infamiam ab eccleſia interdicuntur. Quod autẽ ſint canonizati, ſub loco dicetur. Nec quidẽ omnes homeliæ ſunt approbatæ, vt quædã ſunt Origenis, qui ad hæreſin declinauit. Quædã tamen eius leguntur ab Hieronymo caſtigatæ, ſed in iis ſubticetur nomen authoris propter infamiam hæreſis. Quemadmodũ etiã Salomonis nomen in lectionibus ſupprimitur ob notã idolatriæ, & Moyſis propter hæſitationẽ, quã habuit ad aliquas contradictiones, quia Dominũ exacerbauit. Non enim dicitur. Lectio libri Geneſis Moſis legiſlatoris, ſicut dicimus, Lectio libri Apocalyſis Ioan. Apoſtoli. Nonnulli tamen hoc pacto in principio Homeliarum dicendũ eſſe exiſtimãt: Homelia Origenis ab Hieronymo caſtigata. Atque in ſequentibus quaſi hoc modo: Homeliã eiuſdẽ. Sunt autẽ ferè hi qui Homelias poſteris reliquerunt: Auguſtinus, Gregorius, Beda & Origenes. Breuiter ergo paſſiones legi debent in feſtis martyrũ: legendæ in feſtis, qui propria habent Euangelia, vt in beati Thomæ, tres vltimæ lectiones ex homeliis ſint oportet. atque aliæ ex paſſionibus. At verò legendarius appellatur liber, qui vitas & obitus tradit confeſſorũ, cuiuſmodi ſunt Hilarij, Martini & aliorũ quos ſacroſancta Eccleſia confirmauit, ita vt in eorũ feſtis iſtiuſmodi liber neceſſariò legatur. vltimò tandem liber ſermonũ, qui & ſermologus nominatur, legi cõuenit ab Natali vſq; ad octauã

Epipha

Epiphaniæ, quos Leo Papa & complures alij compoſuerunt. Sed idem liber legitur in purificatione beatæ Mariæ virginis, & præter feſta alia etiam ipſo die omnium ſanctorum. Proinde præcipuas homelias compoſuerunt Gregorius & Beda, qui tamen nullas, præterquam eas, quas ante Auguſtinus ediderat, compoſuit. Namque ille hoc vnum de ſuo addidit, quòd eas ſuis verbis quodammodo veſtiuit, vſqueadeò, vt quum in Auguſtino verba duntaxat eſſent diſputationis, in Beda ſint verba ſermonis & lectionis.

De libris cantuum. CAP. LXIII.

NVnc redeamus ad libros Cantuũ, idq; iuxta dies Aduẽtuũ. Primum itaque reſpõſum ſequitur tres verſus, quod ſi per vniuerſum annum vagemur, nõ amplius fieri liquido cõperiemus. Fit enim illud propter tria tempora antiquorũ patrum. Aduentum Chriſti expectãtium. Ac primũ quidem tempus fuit ab Adamo vſque ad Noë, nempè ad diluuium. Secũdum verò vſq; ad Moyſen. & tertiũ vſq; ad Chriſtum. Et ꝙ terna fiat in eodem reſponſo repetitio, prima videlicet ab altiori, ſecunda à minus remoto, & tertia rurſum à minus remoto & minori cauſam habet huiuſmodi. Eo nanque modo oſtẽdimus patres primi tẽporis remotius ab aduentu Chriſti abfuiſſe, quàm patres ſecundi vel tertij, atq; iterũ longius fuiſſe patres ſecundi, quã tertij. Sic quoque tria ſunt tempora patrũ nouitiorum ſecundum Chriſti Aduentum expectantium. Nam horum primũ fuit eccleſiæ primitiuæ de Iudæis ad fidẽ conuerſis, & ſecundum modò præſto eſt, ſimulatque Gentiũ ſiue ethnicorũ facta eſt introductio. Sed tertium erit, quũ omnis Iſrael ſaluabitur. Magis ergo remoti ſunt, aut potius fuerunt primi quã vltimi, vt hoc pacto, ad vtrunque aduentum gloria hæc accõmodari poſſit. Gloria patri tribus verſibus tandem ſubiungitur, ꝙ omne noſtrum deſiderium & ſeruitium ad trinũ Dominum ſit referendum. Non enim iſthîc fit repetitio alicuius partis, ſed totius reſponſorij, quoniã poſt hoc hanc præſentem vitã omnia tempora conſummabuntur. Tunc Deus erit omnia in omnibus, hoc eſt, conſummatio omnium & ſufficientia. Verũ enimuerò de qualitate officij videamus: déque temporis reuerentia, continentia & abſtinentia. Ad qualitatem pertinet, quid tenendum ſit vel omittendum. Et quidem quid tenendum ſeu obſeruandũ ſit iã aliqua ex parte docuimus, addimuſq; ſub finem Aduentum cani debere ſeptem antiphonas ſecundi toni, & vnãquamque iuxta ordinẽ ſuo die vſq; ad Natale. Quæ quidem omnes vel ob id ſecundi toni ſunt, quod geminam nobis ſignificent dilectionem, Dei videlicet & proximi, vel

etiam propter duas naturas in Christo. Sunt autē septē, propter spiritum septiformem, quo illuminati erant duo qui Christum expectabant. Sciendum tamen est, his septē antiphonis quæ sunt de Sacramento, additas esse duas alias, vnam videlicet de beato Thoma, aliam verò de beata Maria virgine.

Quæ omittenda sunt in aduentu. CAP. LXIIII.

OMittenda sunt in Aduentu, vt in Septuagesima, quædā cantica lætitiæ, quēadmodum Te Deū laudamus, Gloria in excelsis, Ite missa est, Verùm enimuerò cùm tēpus istud partim sit lætitiæ, nō subticetur Alleluya, sicut in Septuagesima ꝙ tempus totū mœroris est. Quare cōsiderare poterimus, tria ista sese mutuò sequi quidē, sed non semper. Quædā enim ecclesiæ in cathedra B. Petri, etiam si sit in Quadragesima festū istud, dicunt: Te Deum laudamus: cæteris verò laudibus tacitis. Quia hoc cātico solemus vti ad introniſandos aliquos in suas sedes. Nam & eodē die Petrus in cathedra Antiochæna fuit constitutus. Rursus Gloria in excelsis, & Ite missa est, dicitur ipso die solenni cœnæ si Episcopus præsens sit, & celebret officiū de tribus olei, sed Te Deum laudamus, non dicitur, quoniam surgitur ad tenebras. Ob quam etiam causam subticetur in Psalmis & in responsoriis hisce diebus Gloria patri, quia tunc multum dehonestata est trinitas, maximeq; illo triduo. Item in prima missa natalis domini, canitur Gloria in excelsis, nec tamē dicimus, Ite missa est, donec & tertia missa sit absoluta. Alioquin enim recederet populus, & non audiret matutinas: Vnde nonnulli sacerdotes reseruant collectā siue orationē finalem primæ missæ donec cantentur matutinæ, ac postea dicāt & cōcludunt missam cū Benedicamus Domino. Deinde verò incipitur missa secūda, & pari modo finitur, vel per, Ecce cōpleta sunt, in quibusdam ecclesiis ne populo licentia abeundi detur, sciatq; se adhuc debere tertiā audire missam, sub cuius finem exprimitur, Ite missa est, quę laus pertinet ad resurrectionē, sicut Gloria in excelsis ad natiuitatē. Atque hæc quidē est ratio, quamobrē vtrunque in Aduētu subticeatur, ꝙ tūc vtrūq; auidè expectetur, sed Te Deū laudamus ideò tacetur, vt cū maiori ardore resumatur ipso die festo: vel, quia nondū præsens est quem expectamus, cū ad præsentes hoc cātico vti soleamus. Sic & pro Dominus regnauit, dicitur miserere mei Deus. & cātica illa, quæ sunt Annæ, Moysis, Abacuc, atque alia quæ isthīc sunt, vt Ego dixi, & Audite cœli, quæ per singulas hebdomadas dicuntur. Horæ verò B. Virginis, idcircò subticentur, ꝙ totū illius temporis officium ad eius laudē fit. Hinc etiā animaduertendū est, ꝙ in festis nouē lectionū, si quæ sunt, in Aduētu, ad tertiā debeat celebrari

missa

missa solennis, cum Gloria in excelsis, &, Ite missa est. Vnde etiã in plerisque ecclesiis nigras cappas deponunt ad missam illã tanquam in Paschali tẽpore, nec genua tunc flecti debẽt. Missa verò absoluta cappæ reso muntur, & sexta ac nona cantata auspicatur missa de ieiunio, atq; tum diaconus [illegible]onunciare debet ad huiusmodi missam, & in omni tẽpore ieiuniorũ: Flectamus genua exceptis feriis his, quæ Pẽtecostẽ proximè sequũtur, in quibus propter reuerentiã festi cãtica lætitiæ non subticentur, scilicet Alleluya, Te Deũ laudamus, atque Ite missa est. Proinde verò neque hîc vllius sancti cõmemoria fieri oportet, siue Christi aduentum præcesserit (cùm eius temporis omnes ad inferos descenderint, vnde & pro eis nõ solennizat ecclesia) siue secutus fuerit Christi Aduentum cùm eorum singulis diebus hic cõmemoratio fieri debeat. Ecce Dominus veniet, &c. antiphona est, quę canitur post Benedicamus Domino, & sequitur oratio huiusmodi Conscientias nostras quæsumus Domine visitando purifica, vt veniẽs Dominus noster Iesus Christus cum omnibus sanctis paratam sibi in nobis inueniat mansionẽ. qui tecũ, &c. In antiphona ponitur, omnes sancti eius cum eo, & in oratione, cum omnibus sanctis, ita vt hinc necessarium non sit fieri speciatim aliquorum sanctorum cõmemorationem. Sed oportet intelligamus, hanc orationẽ pertinere ad secundum aduentum, qui efficitur in mente hominis, cùm videlicet legitur: Vt veniẽs Dominus Iesus Christus paratam sibi in nobis mãsionem inueniat. Verùm tunc addi non debet cum omnibus sanctis. Nam si illud adiiciatur, iam ad tertiũ aduentũ videbitur pertinere. Est enim aduentus Christi triplex. In carne, in mente, qui singulis diebus in humanis animis cõtingit per spiritũ sanctum, & tertius in maiestate, qui aduentus erit in die iudicij. De secundo aduentu, qui fit in humana mente, inquit Salomõ: Domine, mitte sapientiã tuã, vt mecũ sit, & mecum laboret. Est rursus & alia ratio, quæ eiusmodi est, vt duos nobis significet aduentus, nimirũ: Excita Domine potentiã tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis &c. Ad primum aduentum pertinet, cùm dicitur: Te protegente mereamur eripi: ad secundum verò, cùm legimus: te liberante saluari.

De temporibus quibus non debent nuptiæ celebrari.

CAPVT LXV.

IN Aduentu non debẽt celebrari nuptiæ, sicut nec in Septuagesima, q̃ huiusmodi tempora orationi potissimũ sint deputata, ac tunc potius ab vxorio lecto quilibet debeat abstinere, quàm eidẽ adiungi. Pari modo faciendũ est in sacris solẽnitatibus cum earundẽ feriis, sicut in Pascha & Pẽtecoste. Et certè quidem die-

bus

bus quoque dominicis, ac in festis Apostolorũ præcipuè cõtinendum est. Solennitates nanq; instituta sunt, vt liberius vacari possit orationi. Verùm enimuerò rustici contra libentius illis diebus cõueniunt, vt vacent potationi. Sed in omnibus his, cautũ oportet esse sacerdotẽ Sæpenumerò enim accidit, vt mutũ pecus doceat animal diuinũ, hoc est, laicus clericum. Ac generatim quidẽ obseruandũ est, ꝙ quocunque tempore abstinetur à nuptiis, abstinendũ sit ab amplexu coniugis, si nisi quando ob fragilitatem incõtinentiæ poscat debitũ ab vxore, vel illa à viro. Illud enim exigenti persoluendũ est, quia vir, vt inquit Apostolus, nõ habet potestatẽ suæ carnis, sed mulier, & contrà. Secundũ has ergo rationes, non debent nuptiæ celebrari, etiã tribus illis septimanis, quæ festum S. Ioannis Baptistæ præcedunt. Verùm hoc in quibusdam ecclesiis iampridem in dissuetudinẽ abiit. Fuit tamen ratio, quare ecclesia constituerat ieiunandã esse. Quadragesimã ante festum S. Ioannis, sicut ante Natale. Sed propter fragilitatẽ humanam, duæ illæ Quadragesimæ redactæ sunt in vnã, atque illa tunc bipartita fuit in tres septimanas præcedentes Natalem, & tres præcedentes festũ S. Ioannis. Quoniam igitur tempora hæc orationi sint maximè dedicata, quã ideò instituimus, vt ad cœlos perueniamus, quod tamen efficere non possumus sine duobus aliis, scilicet ieiunio & eleemosina, quæ ad cœlos hominẽ facilè deferunt, ideò ordinatũ est ieiunium: vt quod nobis remanserit propter ieiunium pauperibus erogetur, ideoque & sponsus debet abstinere à lecto vxoris: vt liberius ac cõmodius vacet orationi. Atque ita non fiunt nuptiæ à prima dominica Aduentus, vsque ad Epiphaniã, nec etiam fierent nisi ad octauã vsque Epiphaniæ nisi Dominus nuptias tum sui præsentia, tum miraculo decorasset. Præterea in Aduentu sciendum est, quemlibet ve sum dici posse, si sit de Aduentu, vt: Egredietur Dominus de loco sancto suo in maiestate sua, & veniet ad iudicandum. Et: Veni Domine ad liberandum nos, quod potest dici de quolibet Aduentu. Aduentus enim qui fuit in carne, liberauit animas nostras à seruitute diaboli. Aduentus verò in mente liberat animas à peccato. Aduentus denique in maiestate, liberat corpora. Postremò obiter notãdum est, festum B. Luciæ hic adiunctum habere Italicè *charthar*. Quia tunc maximè carnes solent deponi, quemadmodum secunda dominica Septuagesimæ dicitur vulgo carnispriuium.

De festis & ieiuniis Aduentus. CAP. LXVI.

DEinceps modò videamus de iis, quæ accidunt Aduentui, vt de eius festis & ieiuniis. Et in primis quidem hîc cognoscamus, si festũ S. Andreæ contigerit prima dominica, id persequendum

dum esse ij. feria. Idem obseruari volumus, de quolibet festo tam Apostolorũ quã martyrũ, si contingant dominicis priuilegiatis, quos paulò post cõmemorabimus. Sic quoque si festũ eiusmodi ipso dominico cõtigerit: & vigiliã habeat, eius secunda feria celebrabitur officiũ eritq; ieiuniũ in sabbato, si videlicet inofficiata sit vigilia, id est, si propriũ habeat officiũ. Item si qualibet alia dominica ex priuilegiatis, festũ Apostoli, vel præcipuè alicuius martyris, vel alterius sancti, qui propriũ habeat officiũ euenerit, restat videre, an septimana sequens sit inofficiata, hoc est an proprium singuli eius septimanæ dies habeant officiũ. Quòd si non habeãt, illius dominicæ officio supersedebimus, atque eius loco festum hospitis, id est, sancti aduenientis ad dominicam celebrabimus: si verò habeat, manente officio dominicæ festũ transferetur ad secundam feriã, atque hoc pacto dies dominica interdũ cedit festo, interdũ verò non. Et quidẽ quare? Quoniã ibi officiũ renouatur. Proinde ieiunia quatuor temporũ, in tertia septimana Aduentus oportet celebrari. Aduentus autẽ debet viginti & vnum diem, id est tres septimanas integras habere, præter vigiliã Natalis Domini. Cùm ergo aduentus semper incipiat à die dominica, si etiam simili die videlicet, dominica Natalis Domini contigerit, necessarium est, vt Aduentus protrahatur quatuor hebdomadis. Alioquin vigilias Natalis Domini, & ieiunia quatuor temporũ concurrerent, quorũ vtrunque peculiare habet officiũ, & ad diuersa pertinent tẽpora. Nam vigilia spectat ad tempus gaudij, cùm nõ sit de Aduentu, sed de natiuitate, quare ad eundẽ modũ non haberet Aduentus viginti & vnum dies, excepta, vt dicimus, vigilia. Si autẽ contigerit Natalis Domini in ij. feria, vel deinceps vsque ad dominicã, tunc præter dies viginti & vnũ, facilè habebimus diẽ, quo faciamus vigiliã, quia ipso die dominico, qui proprium officium non habet, celebrabitur vigilia & alleluya canetur propter dominicam. Sed ieiunabitur sabbato præcedenti, tam pro ieiunio quatuor temporũ, quam pro vigilia Natalis Domini. Quantum verò attinet generaliter ad ieiunia, cognoscendũ est, cum ieiunia vernalia primò instituta sint in prima septimana Veris, æstiualia in secunda Iunij, Autumnalia in tertia Septembris, Hyemalia in quarta Decembris, id omne propter multas confusiones, quæ inde nascebantur abrogatũ esse & regulariter definitum, quo tempore eorũ quodque fieri debeat: Et de hyemalibus quidem dictũ est, & semper in tertia septimana aduentus fiant. Sed de aliis regulariter sciendum est, quod in prima septimana Quadragesimæ semper incipiant vernalia, in septimana Pentecostes semper æstiualia, autumnalia veterem seruent institutionem, cùm semper

inter

in tertia ſeptimana Septẽbris fiant. Cauẽdum interim diligẽter eſt, ne in cõputatione illarũ ſeptimanarum fallamur. Nam ſi calendæ illius mẽſis, hoc eſt, ipſe mẽſis incipiat prima feria, vel ſecũda vel tertia, vel etiã quarta tum illa eius mẽſis ſeptimana cõputabitur, & in ea quæ eſt à illa tertia, fiẽt ieiunia. Si verò mẽſis incœperit quinta, vel ſexta, vel ſeptima feria, tres illas ſeptimanas numerare ordiemur à ſequẽti dominica, & eodem modo in tertia fient ieiunia. Etq; ita ſanè dies præcedentes quo ad computationem ſeptimanarum planè erunt inutiles. Sic igitur huiuſmodi habemus regulam, vt ab illa dominica, quæ propinquior fuerit Calendis Septembris, id eſt, pridie menſis ſemper numeranda ſit prima ſeptimana, ſiue ſubſequatur, ſiue præceſſerit.

De anniuerſariis mortuorum, & vigiliis ſanctorum.

CAPVT LXVII.

DE anniuerſariis verò mortuorũ dicemus, quod ſi cõrigerit dominica die, vel alia quauis celebri ſolẽnitate, nõ debeant mutari, & in ſequentẽ diẽ differri, quẽad modũ de feſtis ſanctorum diximus, ſed potius fiant die præcedẽti, vt ſitius ſuccurratur eorũ pœnis, quas igne purgatorio ſufferunt. Vt enim ſancti non indigẽt noſtro auxilio & beneficio, ita cæteris defunctis omnino eſt neceſſarium. Omni tempore poteſt celebrari miſſa pro defunctis præſente cadauere, niſi Paraſceue. Tunc enim nõ debet corpus Chriſti immolari, nec miſſa cantari ſed die craſtino, id eſt, ſabbato poterit miſſa pro eo cani, & corpus ſepeliri. Pari modo etiã faciendum eſt, ipſo die Paſchæ. Si enim quis tunc moriatur, poſtero die miſſa eſt celebrãda ſeruato corpore tantiſper ſuper terrã. Nã fieri nõ debet vt ſepeliatur abſq; miſſa. Porrò autẽ de vigiliis ſanctorũ generaliter dicimus, quod ſi propriam habeãt collectã in miſſa, eã debere dici ad veſperas. Et ſi dominica, ſit in vigilia, dicemus veſperas de dominica, & poſt alias de ſancto, vel cũ Magnificat legimus duntaxat collectã, vt Moguntina facit eccleſia, & monachi: vel cum ſola antiphona dicemus orationem ſiue collectã de feſto, ſi propriã & peculiarem non habeat vigiliam, cui ad poſtremum ſubiungemus: Benedicamus Domino.

De vigilia natalis Domini. CAP. LXVIII.

SEquitur vigilia natalis Domini, quæ propriã habet miſſam, & propriã in ea collectã, quæ itẽ in veſperis dici debet, quod idẽ obſeruatur in aliis vigiliis. Sin contrà fuerit, hoc eſt, ſi vigilia peculiare officium non habuerit, collecta in veſperis de ſequenti feſto dici oportet. Cãtantur ergo in vigilia natalis Domini hi Pſalmi: Laudate pueri Dominum, Laudate Dominum omnes gẽtes, Lauda anima mea Dominum, Laudate Dominum, quoniam bo-

nus

nus, Lauda Hierusalem Dominum, sed in completorio: cani debet hymnus. Veni redemptor Gentium.

De natiuitate Domini. CAP. LXIX.

NVnc de ipso die Natiuitatis agamus, quo ante primos nocturnos, tres pannos super altare poni consuetũ est, ad declarationẽ trium temporum, singulisq; nocturnis vnum auferri. Et primus quidẽ niger erat, pro tempore ante legem: Secundus sub candidus, pro tẽpore reuelationis, & tertius rubeus pro tempore gratiæ, propter dilectũ spõsum candidum, & rubicundum. Poteris alibi facilè inuenire, quemadmodum veteres interploratæ, & diuersis vicibus ad nocturnos surgere solebãt, videlicet in conticinio, nocte media, & in antelucano. Post tertiũ nocturnum incenduntur lumina ecclesiæ, & recitato Euãgelio. Liber generationis, cantatur, Te Deum laudamus, ad cõsignandã congratulationem, quæ facta fuit ob inuentam drachmã quam mulier perdiderat, in cuius inueniendæ gratiã ea lucernã incendit totamq; domum euerrit, hoc est, ecclesia triumphans ex inferno per Christum omnino extrahitur. Quatuor autẽ illo die leguntur Euangelia, vnũ Matthæi, alterum & tertium Lucæ, quartum Ioannis, vt de Natiuitate Christi quatuor testes perhibeãt testimonium. Quanquã sanè duo, vel ad summũ tres sufficere possunt, cùm in ore duorũ vel trium testium stet omne verbum. Quamobrẽ verò Isaias legatur in primo nocturno, suprà à nobis ostensum est. Verùm diligenter hîc animaduertere debemus, trium præcipuè scripturas hoc tẽpore in ecclesia frequentari magis quàm aliorũ. In primis nimirum Danidis Prophetæ qui fuit homicida, proditor, & adulter: Deinde Matthæi Apostoli, qui & Publicanus dictus est, & hoc ipso nomine infamis. Post emò Pauli Apostoli, qui persecutus est ecclesiam. Quod quidẽ non absque ita institutũ fuit, ne videlicet desperent alij, quantumlibet peccatores, propter facta præcedẽtia, eleemosynas vel orationes Deo displicere, quin si pœniteant certò sciant se veniã facilè consequi posse, quantumuis graui noxa perplexi sint. Post Te Deũ laudamus, dici oportet à sacerdote iam è vestiario egresso, Confiteor, atque inchoari prima missa, vbi de æterna Christi generatione obscura, & ignota agitur. Quo quidẽ fit vt illa etiã nocte cani debeat. Absoluta verò illa dicuntur laudes, & finiuntur eadẽ oratione cum missa, vt hanc atque illas idẽ planè officiũ innuere exprimamus. Apparente aurora, statim incipitur secunda missa, in qua agitur de cõpletione siue impletione promissorũ de Christo nascituro. Vnde profectò sic illam auspicamur: Lux fulgebit, cùm illucente die, ac matutino apparente inchoëtur. At dixerit hîc semicoctus aliquis

gram

grammaticus ergo deberet ibi esse lux fulgens, quod verũ non est, quia tũc rubet. Sed intelligendũ est, vt diximus, de impletione promissorũ, quasi dicamus tum lux fulgebit, cùm Christus aduenerit, qui vera & æterna lux est, cumq; omnia quę de eius aduentu iam multo tẽpore dicta sunt, cõplebuntur. Proinde hæc missa, vt & ante dictũ est, finitur hoc modo Ecce cõpleta sunt, &c. Prima ergo pertinet ad generationẽ ex patre sine matre, videlicet æternam: Secunda ad eam, quæ fuit ex matre sine patre, vt temporalem: Tertia autem quasi cõpacta, & coniuncta est, tradit enim vtranque. Nam quod in eius exordio dicitur: Puer natus est nobis, ad tẽporalem spectat generationẽ: ad æternã verò euangeliũ Ioãnis: In principio erat verbũ. Pars tamen illius Euãgelij postrema, nimirũ: Verbũ caro factũ est, &c. ad temporalem natiuitatẽ referenda est. Dicitur autem huiusmodi duplex natiuitas, vt nos haud obscurè intelligamus natiuitatẽ Christi terrestrem nobis procul dubio contulisse natiuitatẽ cœlestem. Vnde illud est, quod in festo B. Stephani dicitur: heri natus est Christus in terris, vt hodie Stephanus nasceretur in cœlis. Denique neumæ quæ fiunt in missa, gaudiũ repræsentant, quæ potius per e, vt Kyrie, vel per a, vt alleluya fieri solent, quam per alias vocales, vt per has significemus gaudium spirituale quod restitutũ est nobis in partu virginis, cùm facta est immutatio huius vocabuli, Eua salutante Angelo, & dicente Aue Maria. Eius enim nominis, scilicet Euæ significatio manserat vsque ad salutationem Angeli. Hanc autẽ significationem, nempè luctus Adæ & Euæ, nascentes exprimunt pueri, si nimirũ puella nascatur profert, vt vulgus quidem existimat e, cum masculus a. Ille igitur neumæ repræsentant dolorem, quem nobis contulit transgressio Adami & Euæ. Sed gaudiũ planè restitutum est in B. Virgine cui non dictum est Eua, sed Aue.

De festis Natiuitatem sequentibus. CAP. LXX.

DEinceps sequitur ordine conuenienti, vt de iis festiuitatibus modò tractemus, quæ Christi natiuitatẽ proximè sequuntur. Debent ergo vesperæ Natalis primò integrè celebrari, ac posteà conueniunt diaconi, quasi in tripudio, cantantq; Magnificat cũ antiphona de S. Stephano, sed sacerdos recitat collectam. Nocturnos & vniuersum officiũ crastinum celebrant Diaconi, quòd Stephanus fuerit diaconus, & ad lectiones cõcedunt benedictiones, ita tamen, vt eius diei missam celebret hebdomadarius, hoc est, ille cuius tum vices fuerint eam exequi. Sic eodẽmodo omne officium perficient sacerdotes ipso die beati Ioannis, quod hic sacerdos fuerit, & pueri in ipso festo Innocentium, quia Innocẽtes pro Christo occisi sunt. Sed ignorãdum non est, passionem beati

Stepha

Stephani factam fuisse in Augusto, illo die, quo eius celebratur inuentio, & cõtra inuentionẽ eiusdem fuisse postero die natiuitatis Domini. Verùm enimuerò cùm dignius & præstantius sit festum Passionis Inuentione, idcircò translatũ est ad tempus natalis Domini. Vel etiam ob hãc rẽ, quod eo eodẽ hoc die dedicata sit basilica. Poterit tamen & alia esse ratio, quoniã Stephanus post domini passionem pro Christo primus martyriũ perpessus est, quod nasci dicitur in cœlis, cuiusmodi natalem nobis Christi natiuitas in carne contulit. Consentaneum ergo fuit vt natiuitati Christi continuaretur natale S. Stephani, quo per hoc notaretur, natiuitatẽ vnam sequi ex illa. Vnde etiam est, quod in ipsius vita legitur: Heri Christus natus est in terris, vt Stephanus hodie nasceretur in cœlis. eodem ferè modo de festo S. Ioannis Euang. censendum est, quod quũ ille dies quo se depositit in foueã post celebrationem sacrorũ natalis fuerit sancto Ioanni Baptistæ, hic tamen cum illi cessit, de quo dictum erat à Domino: Inter natos mulierum non surrexit maior, &c. atq; festum huius translatum est ad tertiũ diem Natalis Domini, vt omnes suos comites haberet sponsus, qui rubicundus est, & candidus. Vel ob id etiam, quòd eo die ipsi dedicata sit basilica: vel tandem quia eo die insularus est: Fuit enim Patriarcha Ephesinus, Tunc autem scripsit Euangelium de quo Beda inquit: Quòd si paulò altiùs intonasset, vniuersus mundus vix capere potuisset, ita vt hinc quoque Hieronymus cum vocitet vocẽ Aquilæ Simili ratione Innocentes nõ statim quidẽ quarto die post passi sunt, sed quarto die anno reuoluto. Quandoquidẽ cùm Herodes à filiis suis accusatus erat, debuit Romã proficisci, ibiq; corã Augusto Cæsare causam suã defendere, ita vt simulatq; causam obtinuisset, ac iã rediisset, immane istud facinus perpetrauerit, omnes interimẽs pueros à bimatu & infrà. Credebat enim puerũ natũ magnũ fore, cui astra famulabantur, & timebat, ne per illũ regnum suũ admitteret de quo plenius in Matthæo legitur. In festo itaq; Innocentium penitus subticentur cantica lætitiæ, quoniam ij ad inferos descenderunt. Si verò contingat eorum festum die dominica, tũc nullũ subticetur, propter diẽ resurrectionis. Nec etiã in illorum octauis aliqua cantica lætitię supprimuntur, vt significemus gaudium, quod accepturi sunt in octaua, id est, in resurrectione.

De circunciſione. CAP. LXXI.

IN circunciſione duo ſimul facta concurrunt, partus ſcilicet & partus, propter octauas. Vnde ſanè eſt, q̃ eo die duas miſſas ce celebrare debeamus: primam de beata Virgine, ſcilicet, Vultum tuum, aliam de octauis, nimirũ: Puer natus eſt nobis, & dicitur

illo die Euangelium Lucæ: Postquam impleti sunt dies octo, &c. Sunt nonnulli alij, qui tria hùc festa concurrere arbitrentur, de B. Virgine, de octauis, & de Circuncisione. Nã etiam si tum circuncisus non fuisset, nihilominus tamen fierent octauæ. Sed quoniam modò de octauis mentionem fecimus non incommodum erit, si eas paulò plenius persequamur. Sunt enim nonnullæ octauæ institutionis: vt sunt eorum, qũi habent vigilias, nonnullæ deuotionis, cuiusmodi fieri possunt in honorem cuiuslibet sancti: Nonnullæ etiam venerationis, vt sunt ea quæ solius Dei esse dicuntur. Nam octauæ Natiuitatis, Paschæ & Pentecostes sunt venerationis Christi. Sunt item & octauæ significationis: vt Innocentium, per quas nostra significatur resurrectio, quo quidem fit, vt tunc lætitiæ siue laudis canantur cantica. Nã tametsi quidem ad inferos descenderint, resurgent tamen nobiscum in gloria. Quanquam nihilominus & de quibusuis aliis sanctis octauæ significationis dici possunt. Totum interim tempus, quod est ad purificationem vsque tractat infantiam saluatoris, ita vt hinc aliorum sanctorum commemorationes fieri non debeant, & quidem maximè sanctæ Crucis, iuxta illud vulgare dictum: Non coques hœdum in lacte matris.

Vide Innocẽtium Papã. II. Cẽst. 79.

De festo Hypodiaconorum. CAP. LXII.

FEstum hypodiaconorum, quod vocamus stultorũ, à quibusdã perficitur in circuncisione à quibusdam verò in Epiphania, vel in eius octauis. Fiunt autem quatuor tripudia post Natiuitatem Domini in ecclesia, Leuitarum scilicet sacerdotum, puerorũ, id est, minorum ætate & ordine, & hypodiaconorũ, qui ordo incertus est. Vnde fit, vt ille quandoq; annumeretur inter sacros ordines, quandoque non, quod expresse ex eo intelligitur, quod certum tempus non habeat, & officio celebretur confuso.

De Epiphania. CAP. LXXIII.

POst hæc sequitur dies apparitionũ siue Epiphaniarum, quæ plures leguntur fuisse eodẽ die, annis tamen diuersis. Quarũ quidem vna effecta est per stellam decimotertio die à Natiuitate Christi. Atque hæc propriè dicitur Epiphania, à Græco verbo ἐπιφαίνομαι, quod est appareo. Altera verò facta est per vocẽ Patris, eodẽ die anno trigesimo, & appellatur θεοφάνια à θεὸς, quod, nobis est Deus. Tertia denique nominata est Bethania, nomine cõflato ab Hebræo & Græco, videlicet à Beth, quod domus est, quæ item alio anno eodem die contigit. Apparuit enim in domo per transformationẽ aquæ in vinũ. Atq; hæ quidẽ tres Epiphaniæ legũtur in Euãgelio tanquã eodẽ die factæ. Quartã addidit Beda in cõmentariis in Lucã, eodem die fuisse factã anno reuoluto,

luto, videlicet quæ fuit de refectione panũ, dicitúrque phagipha-nia φάγω quod est comedo. His omnibus manifestatus est Christus esse Deus Quatuor ergo festa sunt vno die. Si quæratur qua ratione tã citò Reges venire potuerint, cũ ipso die Natiuitatis primò eis stella visa sit, ita vt difficile fuerit ab exteris regionibus spacio dieꝝ tredecim itinere terrestri venire Hierosolymam. Sed huic nos bifariã respondere possumus, quòd nimirum vt plerique affirmãt, eis antè Natiuitatem stella apparuerit: vel quòd, vt alij putant, Dromedariis venerint. Est autẽ Dromedarius animal paulò minoris staturæ, quã Camelus, cum tamen cursu sit multò velocior. Potest enim vno die tantũ itineris conficere, quantũ equus diebus tribus. Si rursum roget quis, quoniã stella euanuerit, respondebimus iterũ duobus modis, quòd vel ceciderit, vt quibusdam placet in puteum, vbi etiamnum facilè sit conspicua iis tantum, qui sunt virgines: vel quòd, vt alij opinãtur, in priorem materiã sit dissoluta. Cæterum ipso festo Epiphaniæ ad primũ nocturnũ non dicimus. Venite, idque duplici de causa, tũ quia Reges ad adorandũ Christũ non inuitati venerũt, tum ne videamur Herodem imitari. Ipse enim omnes regni sui sapientes ad consilium conuocauit, non vt Christum adoraret, quemadmodum falso dicebat, sed magis vt ipsum perderet. Ab eadem profectò ratione & hoc profectũ est, quod triduo ante Pascham osculum pacis nõ damus, vt proditori Iudæ nos dissimiles esse ostendamus. In secundo autem nocturno ad sextam antiphonam canimus, Venite exultemus, quia in sexta mundi ætate gentes ad Christi fidem peruenerunt, quarum primi fuerunt tres illi Reges, qui ad Christum adorandum è regnis suis profecti sunt. In tertio denique nocturno cantamus antiphonam Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & Psalmum, Deus noster refugiũ, ordine Psalmorum retrogrado, quod amplius in toto anno non fit, nisi in festo omnium sanctorum. Sed quare tunc fiat, dicetur alibi. Ideò tertio nocturno, quia tertio tempore, id est, tempore gratiæ Fluminis (baptismatis scilicet) impetus, ciuitatem Dei, nempè sanctam militantem ecclesiam, lætificat, hãc mundando & ab omni labe purgando: vt ad septimam ætatem quiescentium feliciter peruenire possit, vbi tum plenius ac cumulatius lætificabitur. Et quoniã quidem Dei ciuitas in ætate septima, quiescentiũ quasi plenum recipiet statum, cum ab omni pœnalitate eximetur & sui conditoris gratissimo fruetur aspectu, ideò istiusmodi Antiphona septimo loco cantatur. In tertio nocturno Alleluya propterea frequentamus: vt in tertio tempore per baptismatis lætitiam aduenisse monstremus. Ad hunc ergo modũ incipi debent ma-

tutinæ: Domine labia mea aperies. Deinde sequitur hymnus si sit monachalis ecclesia, Si verò non exemplo subiungitur: Afferte Domino filj, &: Deus noster refugium. Ad postremum igitur, vt progrediamur ad cætera, silè suspicãdum est reges nõ venisse solos, sed eos secum magnũ aduexisse Principũ comitatum.

De euangeliis apparitionis. CAP. LXXIIII.

SVnt autẽ tria Euãgelia huius festiuitatis, vnũ de baptismo, scilicet. Factũ est cùm baptizaretur, secũdum de Magis, nempè. Cùm natus esset Iesus, tertiũ de nuptiis, atq; hoc quidem legitur dominica sequenti. Cæterum illud nos latere nõ debet, duo Euangelia de Christi generatione legi nocte, alterũ videlicet in Natiuitate, alterũ verò in Epiphania. Quoniã vtraq; Christi generatio erat nocte, hoc est, obscura & quæ primorũ patrum sensibus percipi non poterat. Vna generatio fit descendendo, altera ascendendo, & vna sit carnalis, altera spiritualis. In vna Ponitur, Genuit, vt carnalis & tẽporalis generationis exprimatur successio: in altera ponitur, Qui fuit, vt donetur spiritualis generationis adoptio. Prima terminata est in virginis partu, secunda inchoata est per baptismum. Inter octauas Epiphaniæ & Septuagesimam, legunt quidam responsoria de Psalmis quæ sic dicuntur, quoniam lectionibus debent respondere & conuenire, cùm tamen Psalmi non debeant legi nisi illo triduo ante Pascham.

Cõciliatio Luca & Matthæi circa genealogiã Christi.

De festis sanctorum. CAP. LXXV.

NVnc ergo ad festa proximè sequentia breuiter transcurramus. Ac de B. Agnete quidem, cuius vitã cõposuisse dicitur Ambro. hoc solũ scire sufficiat, & octauas non habet institutionis. Cætero quin octauas habet alterius significationis causa. Eius autem solennitas celebrari cœpta est propter quoddã miraculum quod octauo die suis contigit parentibus, ad eius tumulũ lamentantibus: In festo B. Pauli cantantur quidam versus cum antiphonis, quemadmodum etiam fit in festo B. Laurentij & B. Stephani. Paulus enim plus omnibus laborauit in concionando & prædicando. Laurentius grauius cæteris passus est, & Stephanus pro fide Christi primus martyr extitit. Idem etiam fieri oportet de B. Maria, quod priuilegiata sit in virginitate, quia virgo virginum & fuit & dicta est.

De dominica post octauas Epiphaniæ.

CAP. LXXVI.

DOminica post octauas Epiphaniæ canitur: Omnis terra adoret te. Quare autem hoc fiat, rationẽ tradũt huiusmodi. Cũ enim Augustus vniuerso orbi imperaret ad gloriã Romani Imperij huiusmodi edictũ proposuit & promulgauit: vt quoque

anno

anno è singulis mundi ciuitatibus Romã aliquis veniret tãtum terræ secum adferens quantum cõplexu pugni comprehendere posset. Quod quidem ideò factũ est, vt per hoc certò atq; euidenter constaret omnes subiectos esse Romano Imperio. Sed postea cum ex illa terra factus esset quasi monticulus quidã, in hoc à Romanis ad fidẽ conuersis: ecclesia in honorem Dei fundata est illa dominica. Ad cuius dedicationẽ Christiani ex diuersis regionibus conuenerunt. Quia ergo ex omni terra factus est mõticulus ille in quo huiusmodi ecclesia sit collata, ideò in dedicationibus illius diei cantatur officium: Omnis terra adoret te, &c.

De septuagesima, sexagesima, quinquagesima, & quadragesima. CAP. LXXVIII.

POstquàm dictum sit de illo tempore, quod est inter natalem Domini & Septuagesimam interdictum, ordo postulat, vt deinceps de ipsa Septuagesima & eius gratia, de Sexagesima. Quinquagesima, & Quadragesima dicamus, idq; hoc potissimũ ordine: Primò quid significent, secũdò vbi incipiant & vbi finiantur, tertiò de earum institutione & quartò de officiis. Septuagesima igitur repræsentat tempus deuiationis siue pœnæ & culpæ. Vnde statim ipsa prima dominica incipit legi historia libri Geneoseos, & legitur vsque ad dominicã, quæ præcedit eam dominicã, quæ in Ramis palmarum appellata est, vbi agitur de deuiatione & errore primorum parentum. Deponimus hîc etiã Alleluya, in quo sciendũ est illud nonnullos facere sabbato eo, quòd præcedit ad horam sextam, nonnullos ad nonam, nonnullos ad vesperas, nonnullos etiam nocte ad nocturnos, non nullos deniq; ipsos die dominico ad primã, quæ quidem varietas nata est varia dierum inchoatione. Sunt enim quædam nationes, quæ diem auspicantur à meridie, eumque finiunt meridie diei sequentis: Alij verò ad nonã, & terminant in sequentem nonam: alij rursus à vesperis, & eum deducunt in alias vesperas, qui rectius faciunt: alij denique inchoant à media nocte, & sequenti nocte media eundem finiũt, quod etiamnum obseruatur: secundũ decreta Romanorum. Si enim quis alteri pactũ fecerit ad certũ diem, nõ videtur pactum fuisse ante mediam noctem sequentem, si ei tum satisfecerit. Sunt nonnullæ ecclesiæ, quæ cum magno tripudio deponunt Alleluya. Inchoatur autem Septuagesima à dominica qua cantatur, Circundederunt me, & finitur sabbato in albis, quod est post Pascha. Et vt nos simul de omnibus expediamus, Sexagesima incipit sequenti die Dominica post Circundederũt me, & terminatur in quarta feria post Pascha. Quinquagesima quoque inchoatur tertia Dominica post Circundederunt me, &

ipso Paschate finitur. Quadragesimã verò auspicamur dominica qua canitur in ecclesia, Inuocauit me, atque eandem finimus in cœna Domini. Septuagesima autem dicitur, quod septies decem habeat dies. Verum enimuerò hæc Septuagesima dierum, quam præsens obseruat ecclesia, implicat nobis septuaginta illos annos, quibus Israel fuit in seruitute Babylonica. Nam quemadmodũ illi deposuerunt sua organa, dicentes: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ita & nos quoque deponimus cantica laudis. At verò posteà sibi data à Cyro sexagesimo anno redeundi facultate, cœperunt lætari, quemadmodum & nos in sabbato Paschæ resumimus & cantamus Alleluya, eorũ inuenio lætitiam, quam ipsi habuerunt ob redeundi licentiã sibi præsti tã. Sed quemadmodum illi in apparatu reditus, suas colligendo sarcinulas multũ laborauerunt: sic nos quoque post Alleluya huiusmodi statim tractũ subiungimus: Laudate Dominũ, quo laborem significamus. Illi rursus quemadmodũ cum lætitia redeũtes, itineris tamen labore vexabãtur: ita nos per totã Paschalem septimanã Graduale cũ Alleluya cantamus. Per Graduale enim laborem exprimimus, per alleluya lætitiã. Præterea vt illi patriã ingredientes plenã acceperunt lætitiam: sic nos sabbato quo Septuagesima terminatur, Domino canimus Alleluya. Et profectò tã nostra dierũ Septuagesima, quã illorũ Septuagesima annorũ quasi quædam historia est, qua totum humani generis exiliũ ab Adamo vsque ad finẽ mundi quodãmodo figuratur, quod reuolutione septẽ dierũ peragitur, & sub septem annorum milibus cõcluditur: vt per septuaginta dies vel septuaginta annos intelligamus septuaginta annorum centenas. Ab initio enim vsque ad Ascensionem septẽ millia annorum cõputamus. Exinde verò quicquid tẽporis sequitur vsq; ad finẽ mũdi sub septeno millenario cõprehendimus: cuius terminũ solus Deus nouit. Quemadmodũ ergo filij Israel septuagesimo anno per Cyrum à captiuitate babylonica fuerint liberati: sic nos per Christũ in septima mundi ætate vel in septimo millenario à seruitute diaboli sumus redempti, restituta nobis innocentiæ stola per remissionem baptismi. Atque hinc est, quòd in sabbato Paschæ vnũ Alleluya cãtamus iam spe æternę quietis & recuperatione patriæ gratulãtes. Israel laborabat in apparãdo reditũ, & in redeundo: nos quoque in ecclesia præsenti pro satisfactione decẽ præceptorũ legis laborare debemus. Sed cũ finito tẽpore nostri exilij ventũ erit ad patriã, tum vtraq; stola decorabimur, cùm videlicet corpus & anima simul glorificabuntur, quod significatur per duo Alleluya, quæ sub finem Septuagesimæ decantantur. Obiter ergo nota, quòd

*Psal. 136.

Septua

Septuagesima incipit à mœrore, & finitur cũ gaudio, sicut psalmi pœnitentiales, vt vocãt. Septuagesima verò sonat sexies decẽ, & significat tempus viduitatis ecclesiæ, ac mœrorẽ eius propter absentiam sponsi. Licet enim Christus sit nobis præsens secundũ diuinitatẽ, iuxta illud: Vobiscum sum [illegible]sque ad cõsummationẽ sæculi, tamen secundũ quod est homo, in cœlo est, & sedet ad dexteram patris, id est, patri est coëqualis. Vnde ipse ait: Nondum enim ascendi ad patrem meũ, hoc est, nondum sum et coëqualis, vt vos opinamini. Dantur hic tamen spõsæ in remediũ & consolationem sex opera misericordiæ, quæ sunt: pascere esurientem, potum dare sitienti, visitare infirmum, vestire nudum, hospitio pauperem excipere, & peregrinum: quibus septimum ex Tobia additur, nimirum mortuos sepeliri. Hæc sunt data spõsæ, vt in eis se exerceat, vtque per eorum, & decalogi obseruationem, sibi mereatur sui sponsi ianuam aperiri, & illius suauissimo amplexu frui. Sic Quinquagesima dicta est quasi quinquies decem, significatque tempus remissionis, quemadmodum in lege veteri annus quinquagesimus dicebatur annus remissionis. Vnde hoc tempore maximè cantatur psalmus quinquagesimus, scilicet: Miserere mei Deus, qui est pœnitentiæ & remissionis. Hoc igitur tempore ieiunamus, vt peccatorum remissionem obtineamus. Postremò Quadragesima commendatur potissimum à loco institutionis, vt dictum est, à tribus temporibus, & a personis, quæ in illis ieiunarunt. Ab institutione, quoniã in Paradiso fuit instituta, quando Deus Adamo prohibuit ne comederet de fructu ligni scientiæ boni & malis. A temporibus verò & à personis, quoniam in tempore ante legem à Mose fuit ieiunatum, in tempore legis ab Helia, in tempore gratiæ à Christo.

De institutione prædictorum CAP LXXVIII.

VIso quid prædicta significent, de eorum institutionibus sub se quenter agamus, & primò de Quadragesima. In primis ergo videndũ est, quare vocetur Quadragesima, cùm potius dici deberet decima, q̃ sit dierũ decima. Verũ hoc ita factũ est ex cõsuetudine Ethnicorum siue Gentiliũ. Quẽadmodum enim Hebræi ex omnibus suis bonis decimam partẽ dabant, ita Gentiles quadragesimam, & tales reditus vocabant quadragesimã, vel decimã. Iuxta similitudinẽ igitur Regij Esci vel relonei, aut Romanæ exactionis dierũ decimã, quã Deo persoluimus, quadragesimam appellamus. Tametsi quidẽ non habeat nisi triginta & sex dies decimas, & incipiat quadragesima, vt dictum est, dominica qua cantãtur Inuocauit me. Sed quia Christus ieiunauit quadraginta diebus, & nos debemus esse illius imitatores, additi sunt

quatuor dies, vt similiter quadraginta dies ieiunemus. Atq; eriã id ò quadraginta dies ieiunamus, vt diebus illis quadraginta à Pascha vsque ad Ascẽsionem quos in lætitia acturi sumus, non excedamus, quin Christũ caput ad cœlos cõsequi valeamus. Similiter sentiendũ est de Quinquagesima. Cùm enim clerici considerabant se præcedere populum ordine, rati sunt æquũ esse, vt & sanctitate præirent. Quare duos dies addiderũt & à die dominica ante Inuocauit me, incipiunt ieiunare. Atque ita instituta est Quinquagesima. Vel ideò etiam quinquaginta dies in pœnitentiã ducim⁹, vt peractis quinquaginta diebus lętitiæ post Pascha, ipso die Pentecostes digni habeamur qui spiritus sancti gratiam suscipiamus. Verũ Septuagesimæ institutio huiusmodi sumpsit initium: Melchiades Papa & S. Siluester statuerunt, vt bis quoq; sabbato comederetur, ne propter abstinentiã & afflictionem carnis quam sustinuerant sexta feria quæ omni tempore ieiunabatur, & adhuc debet ab omnibus ieiunari, natura debilitaretur. In redemptionem ergo sabbatorum illius temporis, addiderunt vnam septimanam, & sic instituta est Sexagesima, quæ tantum protenditur vsque ad quartã feriam post Pascha. Sic quoque aliam habet originẽ Septuagesima. Nã quũ propter veneratiõnẽ diei Ascẽsionis, in qua natura nostra cœlos ascendit exaltata vel vltra choros Angelorũ, statutum est à sanctis Patribus, vt quinta feria semper celebris haberetur. Sed quum nos eadem die nostra melius procuramus, factum est vt illã diẽ secundũ antiquã consuetudinem solenniter non obseruemus. Pro illis ergo rursus vnã septimanã Sexagesimæ addiderũt, incipientes ieiunare à Circundederunt mẽ. Atque ita instituta est Septuagesima, quæ, vt dictum est, vsque ad sabbatum post Pascha protenditur.

De officio istorum temporum. CAP. LXXIX.

HIs ita breuiter consideratis, videndum est de officiis istorũ temporum generaliter. Sciendum igitur est, quòd quædam hoc tempore omninò intermittuntur, quædam variantur, & quędam pro aliis mutantur: intermittuntur tria cantica laudis, scilicet, Alleluya, Gloria in excelsis, & Te Deum laudamus, excepto tamen quòd in Cathedra beati Petri canimus: Te Deum laudamus, quum hymnus ille intronizandorum proprius sit, & ideò eum cantemus. Quemadmodum in die cœnæ, (quod etiã excipitur) Gloria in excelsis dicimus, & Ite missa est, atque ipso sabbato Paschæ similiter Gloria in excelsis Deo, sed non Ite Missa est, nec Te Deum laudamus. Alleluya à Septuagesima vsque ad Pascha nõ proferimus, sed voces quasdã loco eius vsurpamus. In principiis enim precum horarum, Laus tibi Domine

Rex

Rex æternæ gloriæ: & in antiphonis, ac responsoriis pro Alleluya dicimus, In æternum. In Missa loco Alleluya cum suo versiculo, canimus tractum, vt nos dicimus. Quanquã verò vox hæc. Laus tibi Domine, &c. videtur æquipollere voci huic Alleluya, magnũ tamen inter vtramque statuitur discrimen, quòd vox hæc Alleluya angelica sit illa humana: atque hæc maiorem habeat authoritatem propter Hebraici sermonis dignitatem, illa verò minorem, ob Latinæ linguæ inopiã, & paupertatem. Atque in his quidem generatim obseruãdum illud est, quod duo hæc Flectamus genua, &: Inclinate capita, sese mutuò comitentur, neutrumq; dici debeat die dominica.

De variatione officiorum. CAP. LXXX.

VAriantur verò officia vt cùm iste Psalmus: Dominus regnauit, qui est psalmus lætitiæ, ac cani consuetus est primus in laudibus, hoc tempore non cantatur, sed loco eius: Miserere mei Deus qui psalmus est pœnitentialis. Cantatur tamen diebus dominicis ad primã, vt per hoc significetur nihil debere in psalterio prætermitti, quin totum per septimanã saltem legatur, quod antiqui vno die facere solebant. Ad primã quoque propter eandem causam canitur: Confitemini Domino, quo innuitur pueros debere instrui, vt in Ramis palmarũ sciant Domino laudes decantare, quoniam hic psalmus ad illum præcipuè diem pertinet, idq; potissimũ ob hunc versiculũ: O Domine saluum me fac, &c. Hoc tempore splendidas & ornatas vestes debemus omnes deponere, atque assumere vestes humilitatis. Tẽpore quoque Quadragesimæ carnes deponi debẽt & intermitti, tam solidæ quàm liquidæ. Sunt autẽ duo genera carnis liquidæ: Alia enim est artificio liquida, vt eliquata per frixurã nempè sagina, alia verò naturaliter, vt sunt casei & oua. Ait enim Hieron. contra Iouian. Ouum & caseus nihil aliud est, quàm caro liquida. Sed quæritur cur hoc tempore pisces comedere liceat, ac non itidẽ carnes? cur nõ in quouis ieiunio perinde pisces, atque carnes, nobis, omnibusq; religiosis sint interdicti? Atque ratio quidem hæc esse poterit, quia Deus aquis non maledixit. Sciebat enim per aquas baptismatis ablutionem fore peccatorum, ita vt elementum hoc meritò sit præstantissimum, quod facilè est animadvertere q̃ abluat sordes, ac spiritus Domini ante mundi cõstitutionẽ ferri solitus sit super aquas, quẽadmodum nobis scriptura recenset. Sed terræ maledixit Deus in opere hominis: inde est, q̃ omne genus carnis, quod in terra versatur, tam quadrupedia, quàm aues in ieiuniis comedere non liceat. Quanquã enim aues quædam versantur in aëre, quædam in aquis, quæ vel in his, vel extra eas nascantur, magis

tamen dicuntur morari in terra, & ad naturam terræ pertinere. Vnde merito dicitur cùm quidam pisces sint, qui ex vna parte habeãt formam piscis, & ex alia formam animalis quadrupedis, vt porcus piscis, canis piscis, lupus piscis, qua parte piscis videtur potest in ieiunij comedi, qua verò non, haud quaquam.

De festis quæ sunt in principio septuagesimæ, & primò de Purificatione B. Mariæ. CAP. LXXXI.

NVnc dicendũ est de duobus festis, quæ in principio Septuagesimæ quandoque cõtingunt celebrari, de festo videlicet B. Mariæ & S. Blasij. Festum autem B. Mariæ tribus nuncupatur nominibus. Dicitur enim vel purificatio B. Mariæ, vel cãdelaria, vel ὑπαντὴ Domini: Purificatio B. Mariæ appellatur, quoniam illo die, qui est quadragesimus à Natali Domini, venit ad templũ virgo Maria secũdum consuetudinẽ legis, vt purificaretur. Non quòd immunda esset, sed propter partum more aliarum mulierum. Non enim erat obnoxia legi, quæ hoc pacto præcipit: Mulier si suscepto semine masculũ pepererit ab ingressu templi immunda erit diebus triginta tribus, à consortio hominum septem. Beata autem virgo Maria non pepererat ex suscepto semine, iuxta illud Non ex viri semine, &c. voluit tamen legis consuetudinem obseruare, quoniam non venit Christus legem soluere, sed adimplere. Quare autem candelaria vocetur aliam authoritatem non habet, sed potius fluxum est ab antiqua consuetudine Ethnicorum siue Gentilium. Erat enim antiquitus Romæ consuetudo, vt circa hoc tempus in principio Februarij vrbem lustrarent, eam ambiendo cum suis processionibus gestantes singuli candelas ardentes, & vocabatur illud amburbale. Atque ita ab huiusmodi cõsuetudine illud quod fiebat ab Ethnicis in vsus indiscretos circiter initium Februarij, à Christianis modò fit in festo beatæ Mariæ ad laudem & venerationem ipsius. Vel ideò candelas portamus, vt per hoc imitemur sanctas virgines, quarum beata virgo Maria caput est, vt nimirum accensa nobis lampade castitatis, cum ea templum gloriæ ad verum sponsum ingredi mereamur. Vel etiam appellata est candelaria, propter multitudinem candelarum & significationem, quæ in eis est. In candela enim est cera, ignis & lignum. Cera connotat carnem Christi & virginitatem, ignis spiritum sanctum, lignum deitatem in carne latentem. ὑπαντὴ Domini, ideò dicitur hoc festum, quòd Simeon atque Anna prophetissa Christo venerint obuiam, cùm à suis parentibus adferretur in templum vt præsentaretur. ὑπαντὴ enim obuiatio siue præsentatio dicta est.

De festo S. Blasij. CAP. LXXXII.

Alte

ALterum huius temporis festũ est Blasij. Fuit autem hic sanctissimus Medicus, qui multo tempore in rupe quadam latitans hominibus ad se venientibus medebatur, atque eos sanabat. Simili ratione, si quę sua animalia ad eum ducebant ægrota, ea ilicò curabat. Tandem cùm factus esset Episcopus vrbis Sebastę captus fuit & in carcerem inclusus, in quem pia quædam mulier cibum ei multo tempore cum candela attulit. Cùm autem ille mortis suæ diem iam imminere præsciret, dixit huic mulieri, vt quandiu viueret, singulis annis ipso die obitus sui candelam in eius memoriam offerret, Deus ab infirmitatibus, eam tutaretur, atque in magna prosperitate conseruaret. Quod quidem ita factum est. Multi ergo similiter ita fecerunt si fortè infirmarentur, & valetudinem receperunt. Inde apud omnes passim in consuetudinem abiit, vt si fortè ex dentibus laborat, vel ex aliqua alia sui parte, vel etiam si sua ægrotarent animalia, offerrent in eius honorem candelas.

De Cathedra S. Petri. CAP. LXXXIII.

HOc item tempore celebrari solet Cathedra S. Petri, tam quę Romæ fuit, quæq; tempore posterior est, quàm illa, quæ fuit Antiochiæ. Verùm illa quæ fuit Antiochiæ, solennior profectò est alia, vt vel huius diei collecta quæ est de incathedratione Antiochiæ facta, abundè testatur, diciturq; festum B. Petri epularum. Fuit enim consuetudo veterum Ethnicorum, vt singulis annis mense Februarij certo quopiam die epulas ad parentum suorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones consumebant, cùm inde non minus falsò quàm ridiculè animæ refici credebantur. Putabant enim huiusmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus absumi. Hæc autem consuetudo atque huiusmodi falsæ opinionis error à Christianis vix extirpari potuit. Quod quidem cùm viri sancti animaduertissent, ac penitus illam consuetudinem extinguere voluissent, instituerunt festum de Cathedra S. Petri, tam de illa quæ fuit Romæ, quàm quæ Antiochiæ, idq; illo eodem die quo abominanda illa ab Ethnicis fiebant, vt solenni hoc festo prauæ istius consuetudinis festum omnino extingueretur. Vnde etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est beati Petri epularum. Atque hîc obiter intelligamus, veteres dicere solitos fuisse animas esse quando etiamnum in humanis corporibus essent instituta, manes appellari, si quando forent apud inferos: spiritus, verò cùm ad cœlos ascendissent: atque vmbras, quando adhuc recens erat sepultura, siue quando circa tumulos errabant.

Hæc omnia Durãdus in suũ trãstulit Rationale, vt vel ipse fatetur.

De festis generaliter quæ tempore fiunt Septuagesimæ.

CAP.

CAPVT LXXXIIII.

VT autem de omnibus magnis ſolennitatibus quæ infra Sepruageſimam celebrantur, ſiue ipſo paſſionis tempore, ſiue antè, nos ſimul expediamus (vt ſunt tria illa feſta prædicta beatæ Agathæ, S. Matthiæ, Annunciationis Domini, S. Gregorij, & ſi forte contingat feſtum ipſius patroni eccleſiæ vel eius anniuerſarij vel Paſcha alicuius annotinum) dicimus generaliter quod cãtica laudis, ſcilicet Te Deũ laudamus, Gloria in excelſis, & Ite miſſa eſt, & alia, quæ ſi aliis temporibus contingerent, cantarentur, in iis cani debet præter Alleluya. Nam huiuſmodi feſta ad Paſcha letempus generatim videntur pertinere. Si verò hîc obiiciatur, quod in Annũciatione Domini, Gloria in excelſis, quod canticum eſt proprium Natalis Domini, & Ite miſſa eſt, quod propriũ eſt reſurrectionis, & Te Deum laudamus, quod gaudium drachmæ inuentæ deſignat, cantari non debeant, quoniam hæc in Annuntiatione Domini illa tempora non habebant, dicimus breuiter, quod etiamſi natalis Domini, vel paſſio, vel drachmæ inuentio, necdum revera erant, tamen iam certò fore ſperabantur. Nam hoc feſtum eſt quaſi fons & initium feſtorum Chriſti. Vocatur autem Paſcha annotinum, quando aliquis diem, quo baptiſma ſuſcepit, annuatim celebrat, atque eo tum ipſius diei Paſchæ officium integrè cantari debet, præter Alleluya, ſi accidat tempore Quadrageſimæ. Sed certus interim ſis eccleſiam Lugdunenſem & Mediolanenſem vbi Ambroſius Archipræſulatum obtinuit, tempore paſſionis nullam celebrare ſolennitatem, verùm duntaxat facere commemorationem.

De officio Quadrageſimæ ac litera laicorum.

CAPVT LXXXV.

QVoniam de officio Quadrageſimæ hucuſque generaliter tractatum eſt, nunc deinceps de eiuſdem officio pro tempore agendum eſt. A dominica igitur, quam dicimus: Iſti ſunt dies, vſque ad Paſcha, verſiculus ille videlicet Gloria patri, qui ad laudem pertinet Trinitatis, in officiis planè ſubticetur. Quoniam ab illa dominica incipit paſſio Chriſti celebrari, in qua tota Trinitas à Iudæis quaſi dehoneſtata videtur. Qua etiã ratione fit, vt in cãrico trium puerorum, ſcilicet Benedicite, verſiculus ille nunquã canetur. Quia tunc Deo magna facta eſt dehoneſtatio, quando tres pueri, qui ipſum maximè colebant, Idola plurimũ execrantes conjecti ſunt in caminum ignis. Maximè verò idem iſte verſiculus triduo illo ante Paſcham ſubticetur, quod tum demum Trinitas maximo affecta ſit dedecore. Nam prẽterquam quod in primis de nece Chriſti hîc agitur, nunc verberatur, nunc fœdè con

conſpuitur, alapis cæditur, nunc etiam crucifigitur: vnde Iſaias: Vidimus, inquit, eum non habentem ſpeciē neque decorem. Horarum quoque initia, & lectionum tituli tunc planè ſupprimuntur, nempè Deus in adiutorium, & lectio libri, &c. quia Chriſtus Caput noſtrum à nobis ſuſtollitur [illegible]ta præſentiam carnis. Ad lectiones non petuntur benedictiones, neque dantur, quoniam paſtor Chriſtus, qui gregi ſuo benedicat, iam non adeſt. Vel ideò benedictio non petitur, nec tu autem Domine dicitur, quod Apoſtoli his diebus nec ad prædicādum miſſi ſint, nec inde redierint. Vt ergo hoc ſignificemus, nec Iube Domne, dicimus, nec Tu autem. Illud quoque conſiderandum eſt q̄ in Quadrageſima duæ recitentur præfationes, vna ieiunij & altera paſſionis. Ea quæ eſt ieiunij à primo ieiunio cantatur vſque ad Dominicam in Ramis palmarum. Illa verò quæ eſt Paſſionis, ab eo die cani incipit vſq; ad Paſcha. Sed abſurdè fortaſſe alicui factum videbitur, q̄ dominica die iſtiuſmodi cantetur præfatio, cùm non ſit dies ieiunij. Verum dici poteſt, quod etiā ſi illo die non ieiunetur numero, qualitate tamen, hoc eſt, cibo carnali ieiunatur, quēadmodum etiam diebus aliis. Sed quoniam ea quæ à nobis dicta ſunt, ad clericos maximè pertinere videntur, nunc pauca dicenda ſunt de laicorū ſcriptura, quæ in duobus potiſſimum conſiſtit, nempè in picturis & ornamētis. Nam vt ait Greg. q̄ clerico litera, id laico eſt pictura: picturarū igitur aliæ ſunt ſupra eccleſiam, vt gallus vel aquila: aliæ extra eccleſiam, vt in fronte forium bos & leo: aliæ intra eccleſiam, vt ſunt icones, ſtatuæ, figuræ, & diuerſa alia picturarū genera, quæ in veſtibus, vel in parietibus, vel etiā in vitris depinguntur. Verum de his omnibus poſteà ſuo loco dicetur, hoc vno tamen modo obſeruato, vt ſciamus ſaluatoris noſtri imaginē tribus hiſce modis aptius & cōueniētius in eccleſia depingi, vt videlicet, aut in throno ſedeat, aut in crucis patibulo pendeat, aut etiā in matris ſuæ gremio cōquieſcat. Ornamenta verò in tribus conſiſtunt, in ornamento videlicet eccleſiæ chori & altaris: & ornatus quidem eccleſiæ conſiſtit in cortinis, aulæis, pallis, ſericis, purpureis, & conſimilibus. Ornatus verò chori, in dorſalibus, vt vocant tapetis & ſuſtratoriis. Ornatus denique altaris, verſatur in velamentis, crucibus, capſis, textibus & philacteriis. Et etiā ornatus perſonarum, quæ vel cantant in choro, vel altari inſeruiunt. Sed de his & ſimilibus dicimus, omnia illa quæ ad ornatum pertinēt, tempore Quadrageſimæ debere abſcōdi, vel remoueri, vel etiam contegi. Nec crux quoque illo tempore niſi cooperta in eccleſia portari debet. Duo tamen vela retinentur, quorum alterum ponitur per chori circuitum, alterum ſuſpenditur inter altare & chorum

chorum, vt non appareant quæ sunt intra sancta sanctorũ. Quo quidem significatur mentibus infidelium diuinarum scripturarum intelligentiam nondum esse apertam. Hæc duo vela diebus dominicis complicantur, quòd hi dies ad tempus Paschatis pertineãt. Sic quoque ad primas tenebras quartæ videlicet feriæ ante Paschа, vbi de morte Domini agitur, omnino renouẽtur, quoniam eo mortuo velum templi scissum est, ita vt tunc quæ intra sancta sanctorũ delituerant, primò omnibus fuerint manifesta.

Quomodo sit pulsandum in Quadragesima.

CAPVT LXXXVI.

NVnc quemadmodum in ecclesia pulsandum sit, paucis etiã exponamus. Quod vt melius pateat, primò sciendũ est sex esse instrumẽtorum genera, quibus pulsatur: tintinabulum, cymbalum, nola, nolula campana, & signa. Tintinabulum pulsatur in triclinio & in refectorio: cymbalũ in choro, nola in monasterio, nolula in horologia, campana in turribus, cuius diminutiuũ Hieronymus ad Eustochium in cœnobium esse ait: Quousque cãpanula in claustro pulsabitur. Signa autem pro quibus pulsandis instrumentis accipi possunt, vt quibus quippiã significetur. Generaliter ergo cognoscẽdum est, q̃ non debeamus in tota Quadragesima diebus profestis compulsare, nec depulsare, (liceat enim hîc vulgaribus & consuetis vti vocabulis) sed simpulsare, id est, simpliciter pulsare ad horas vel matutinas. Atque in benè constitutis ecclesiis ad primam pulsatur duabus campanis, vna ad inuocandum, altera ad inchoandum. In tertia autem pulsatur tribus iuxta horarum numerum, quæ sub illa cantantur, vna ad mutandũ, altera ad congregandum, tertia ad inchoandum. Pari modo fit in sexta & nona, sed & eodem ordine eædem campanæ pulsantur simpliciter ad matutinas. Ad missam verò & ad vesperas duabus pulsatur campanis. In minoribus autẽ ecclesiis solummodo pulsandum est simpliciter. Diebus verò dominicis & in solennitatibus, prout in aliis temporibus compulsatur. Sed de his in sequentibus latius dicturi sumus.

Quare non ieiunemus eo tempore quo Christus ieiunauit.

CAPVT LXXXVII.

SOlet autem quæri, cum in hac Quadragesima Christi ieiunium imitemur, cur non eo tempore etiam ieiunamus, quo Christus dicitur ieiunasse? Tradit enim scriptura, q̃ ieiunare statim cœperit simulatque esset baptizatus. Verùm quadruplex est ratio, quamobrem Paschæ ieiunium nostrum continuamus. Prima est, vt si volumus cum eo resurgere, debeamus etiã nos pati cum eo, q̃ pro nobis ipse passus sit. Secunda causa est, vt per hoc

Israẽ

Israëliticos filios imitemur, qui eo tempore primò ex Ægypto egressi sunt, & posteà eodẽ tẽpore exierũt è seruitute Babylonica. Quod inde profectò facilè probatur, quia tam illi, quã hi statim celebrarant Pascha, atque egressi sunt. Tertia est huiusmodi, q̃ quandoquidem feruor libidinis, tempore Veris nos magis solear incendere, tum tẽporis maximè ieiunamus, vt corporis æstus refrenemus. Quarta est, quoniã post ieiuniũ statim debemus Christi corpus accipere, vt mysticè Paschalia capiamus sacramenta. Hoc est quemadmodũ filij Israël priusquã comederent agnum sese affligebant, & agrestibus lactucis vescebantur. Ita debemus nosmet prius per pœnitentiã affligere, vt digni habeamur comedere agnũ vitæ. Animaduerte interim, q̃ si in quadragesima concurrant duo officia, quos dies duplices vocamus, necessariũ esse, vt cantetur officium ad tertiam de festo: absque genu flexione, officium veri ieiunij ad nonam, non sine curuatione genu.

De diebus priuilegiatis. CAP. LXXXVIII.

POst hæc verò tradendum est, qui dies sint velut priuilegiati, qui hoc potissimum tempore comprehenduntur. Sunt enim priuilegiati dies quatuor quartę feriæ, quatuor sabbata, tres dies dominici, vna quinta feria, vnáq; sexta feria, atque vna integra septimana. Quartæ feriæ sunt hæ: Prima est qua nos incipimus ieiunare in Quadragesima, secunda septimana, sequenti, tertia in hebdomada post Lætare Hierusalem, quarta in vltima septimana. Quatuor verò sabbata hæc sunt: sabbatum primæ septimanæ, quando celebrantur ordines, sabbatum quartæ, sabbatum quintæ & sabbatum in vigilia Paschæ. Sic dominicæ dies sunt hæ tres, Inuocauit me: Lætare Hierusalem, & dominica in Ramis palmarum. Sed quinta feria est in Parasceue. Septimò denique priuilegiata est vltima septimana Quadragesimæ, quæ vel ob id maior dicitur, quòd maius & prolixius habeat officium. Vel appellatur quoque pœnosa, quia tum maximè corpora & vina nostra punire debemus. De priuilegiis ergo istorum dierum ordine prosequamur.

De prima quarta feria. CAP. LXXXIX.

PRima quarta feria quatuor insignitur priuilegiis. Primũ est, q̃ tunc incipiamus ieiunare, idq; ideò facimus, quia Christus quarta feria, vt legitur, suũ auspicatus est ieiuniũ, quod diligenter perscrutãti verũ esse satis apertè cõstabit. Natus enim est die dominico, ita vt si quis diligenter exinde cõputet annos vsque ad trigesimũ, iuxta rationes cõputi, facilè inueniet eum tertia feria fuisse baptizatũ, ac sequenti die deserti intrãs ieiuniũ inchoasse. Secundũ priuilegiũ eiusdem diei est, quòd confessiones illo die

in

in ecclesia audiantur, & iudicia confitentibus imponantur. Tertium autem, quia tunc cineres in signum humilitatis capitibus imprimuntur. Quartum denique est, quod illa die eiusmodi fit processio, qualem per vniuersum annum amplius fieri nõ contingit. Pœnitentes enim tunc ab ecclesia cũ processione & cruce eiiciuntur, vt ipso die cœnæ Domini eandem recipiantur. Nam tũc pœnitentes ab ecclesia ideò eiiciuntur & repelluntur, quo Adami & Euæ exulatus propter esum pomi repræsentetur.

De secunda quarta feria & tertia. CAP. XC.

QVarta feria sequens ob id priuilegiata est quod tum ij, qui sabbato sequenti ordinandi sint, ex sacris literis interrogentur atque examinentur, probentúrque num idonei etiam satis sint ad suscipiendos ordines. Inde profectò est, quod duæ lectiones ad Missam leguntur, vna voce naturali vel nocturnali, hoc est, graui ac præsta, altera verò communi. Prior vetus testamentum significat, posterior nouum, vt per hoc declaretur eos, qui suscepturi sunt ordines, vtriusque testaméti peritos esse debere. Atque illud quidem tanquã generalem regulã habemus, q̃ quotiescũque quarta feria duæ lectiones ad Missam leguntur, sequẽti sabbato possint ordines celebrari. Cæterum tertia quarta feria, in eo habent priuilegiũ, quod illo die in ecclesia instructio & examen fiat eorũ, qui in sabbato ante Pascha sint baptizandi. Fit autem instructio illa in hunc modũ: Qui baptizari volunt conueniũt ad portas ecclesiæ, fœminæ à sinistris, mares à dextris: atque à diacono, vel sacerdote interrogantur, an velint baptizari, autidem percontatur à susceptoribus. Exorcista tamen debet prius interrogare, num etiam abrenuntient sathanæ, & omnibus eius põpis, ita vt puer, si sit adultus, respondeat se abrenuntiare, si non adultus, pro eo susceptor. Verũ nullus in susceptorem admitti debet nisi orationem sciat dominicam, & minus symbolum calleat, quod tenetur suos docere filios. Nec verò Christianus censeri debet, nec ad testimonium aliquod admitti secundum decreta, qui horũ ignarus est. Quare omnino necesse est, vt illud ex susceptoribus sacerdos inquirat. Alioqui enim si nesciãt, recipi nõ debent, nisi fortè promittant, quod quam fieri potest citissimè illa addiscent. Tunc demum acolytus scribit eorũ nomina, qui volunt baptizari: vnde etiã hic notarius est appellatus, q̃ baptizandorum scribat nomina. Postquam igitur à sacerdote satis in fide sint instructi, atque exorcistæ super eos fecerint adiurationes, ab ostiario in ecclesiã introducuntur: & in naui ecclesiæ constituuntur, masculi quidẽ à dextris, fœminæ verò à sinistris. Duo tamẽ intra sancta sanctorum deducuntur, masculus videlicet & fœmina,

2. q. 7. nõ potest. & seq.

quo

quo significatur aliquos ex baptizandis fore saluos. Atque tum denique leguntur oratio dominica & minus symbolum Græcè & Latinè, propter earũ linguarũ dignitatẽ. Sũt enim cæteris dignio res: Græca vtiq; propter sapientiã, Latina autem propter potentiam Romanorum. Posteà verò quatuor recitantur lectiones & quatuor Euangeliorum initia, tandemq; inchoatur Missa, cuius cantato offertorio, archidiaconus vel diaconus pulpitũ ascendit, & clamat alta voce: Si quis, inquiens, est hîc cathechumenus, exeat foras. Isti enim connotant, vt supra expositum est, illos de quibus dictum est: Iesus autem non credebat se illis. Ipse enim sciebat quicquid esset in homine. Atque ita tum omnes catechumeni exeunt foras, quod septies eodem modo de illis agitur antequam baptizentur.

De quarta feria. CAP. XCI.

ILla autẽ quarta feria, quæ est post dominicã Lætare Hierusalem, in eo est priuilegiata, quod tunc duæ legantur lectiones, quoniã sabbato sequenti celebrãtur ordines. Sic quarta feria vltimæ septimanæ, nimirũ ea, quæ est ante cœnam, priuilegiũ obtinet, quia duæ item lectiones tunc leguntur, idq; ob eam causam quod illo die Christus triginta denariis fuerat diuenditus quem admodum Ioseph triginta argenteis. Non enim seruus maior domino est, nec discipulus suo magistro. Ab hac ergo quarta feria sumptum est, vt omni quarta feria ieiunare & abstinere à carnalibus semper debeamus. Ex quo quidem fit, vt post sextã feriam, hîc dies pœnitentibus in abstinentiam semper iniungatur.

De sabbatis priuilegiatis. CAP. CXII.

SAbbatum primæ septimanæ & quartæ, ideò gaudent priuilegio, quòd in iis celebrentur ordines. Verùm hîc scias in omnibus festis Apostolorũ & Dominicis diebus fieri posse ordines videlicet minores: maiores verò non vtique, nisi in sex tantũmodo sabbatis. Et quidem in illorũ primo plures leguntur lectiones, inter quas vna est, quæ quandiu canatur, nullus sedere debet. Hæc nimirũ est hymnus ille triũ puerorũ, qui pro fide Trinitatis ab eis iã in fornace cõstituti cãtabatur. Ad hunc ergo hymnum genua flectere nõ decet, vt isti sua flectere noluerũt coram Nabuchodonosoris statua, sicut multi fecerant Principes alij. Similiter in Parasceue genua non flectimus ad orationem quæ fit pro Iudæis, ob derisionem eorum, qui dum Christum deridebãt, inquiebant: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. In sabbato ante Lætare Hierusalem, recitatur epistola Susannæ. Nam tum fit statio Romæ in monasterio beatæ Susannæ virginis. Atque ita etiam ob similitudinem quandam Euangeliũ

est de muliere deprehensa in adulterio, quã Dominus liberauit. Ecce quomodo concordãt Euangeliũ & Epistola, vt cõueniunt & multa alia. Sabbatum verò, quod est ante Ramos palmarum, hinc suum accipit priuilegiũ, quod eo tẽpore Dominus Papa eleemosynas largiatur, hoc est, vt ipsũ faciat mandatũ, quod deberet facere ipso die cœnæ. Sed quia tunc non posset propter prolixum eius diei officiũ, ideò illud hoc sabbato cõmodè facit. Aut certè hinc maximè priuilegiũ habere videtur, quoniam eo die Dominus in domo Simonis leprosi pransus est Martha ministrante, & quo Maria pedes eius lachrymis suis lauit, ac propriis terfit capillis, vnguentumq; in capite eius fudit. Meminerimus tamẽ ex omnibus mandatis Dei, hoc solũ antonomaticè dici mandatum quod Christus maiori exhibitione illud obseruari atque obsequi præceperit, cùm suis discipulis pedes lauarer, inquiẽs: Si ego laui vobis pedes Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et cũ quadã interminatione, qua Petro interminatur: Si nõ, inquit, lauero tibi pedes, nõ habebis partẽ mecũ. Quare propter huiusmodi præceptũ vacat sabbatũ illud ab officio. Hinc nata est illa authoritas, q̃ si quis fuerit adeò negotiis intricatus atque oppressus, vt difficulter possit vacare orationi & eleemosynæ simul, saltẽ mutet cũ oratione eleemosynam, & contrà. Sabbatũ denique ante Pascha inde priuilegiatũ est, quòd tũ celebrentur ordines, catechumeni baptizentur, & candela illa cærea Paschalis consecretur. Verùm eadem Missa communis esse oportet diei & ordinibus, pluresque tum recitantur lectiones.

De Dominicis diebus priuilegiatis. CAP. XCIII.

SEquitur de diebus dominicis: & quidem prima dominica Quadragesimæ in hoc est priuilegiata, quoniam inde inchoatur ipsa Quadragesima, quæ repræsentat tẽpus illud, quo morati sint atque hæserint in deserto filij Israël. Sicut in illi ist hic morati sunt per quadraginta duas mansiones manna cibati: ita nos quoque ab hac dominica vsque ad Pascha per quadraginta duos dies à deliciis corporeis abstinẽtes verbo vitæ reficimur, & orationi vacamus: vt per Christũ in terrã viuentium introducamur, queadmodũ illi introducti per Iesum Naue filiũ, siue per Iosue in terrã promissionis. Tria notãda sunt in populo Israëlitico, scilicet: Peregrinatio, quæ fuit in Ægypto, quando Iacob & filij eius profecti sunt in Ægyptum. Captiuitas quæ in Babylone cõtigit: atque horũ duorũ nos meminimus. Tertium fuit dispersio, & adhuc est per vniuersum orbẽ. Cuius quidem nos mentionẽ nõ facimus, quia ab illa nunquã reuocabuntur, quæ facta fuit Tito & Vespasiano. Vnde dictum est: Tradam eos in manu, de qua nõ

pote

poterunt surgere. Dominica verò Lætare Hierusalē, quæ septima est à prima dominica Septuagesimæ, ob id priuilegio insignita est, ꝙ libertatē nobis exprimat redeundi, quæ fuit cōcessa filiis Israël in Babylonia anno sexagesimo, quāquam plenè obtinuerunt anno septuagesimo. Ex quo sanè totum eius diei officium de lætitia est, vt partim illorū exprimamus lætitiam, partim etiam nostram, quam finitis septem ætatibus, à mundi exilio liberati habebimus, cùm cœlestem Paradisum, quæ verè patria nostra est, intrabimus.

De Dominica in Ramis palmarum. CAP. XCIIII.

DOminica in Ramis palmarū ob triplicē rationē meruit priuilegiū. Primò ꝙ eodem die filij Israël terrā promissionis ingressi sint, & siccis pedibus Iordanē transierint. Sic enim contigit: ꝙ eo anno tot fuerunt dies vsque ad Pascham, quot sunt ab hac die dominica. Secundò autē ideò, quoniam hoc die veniens Iesus à Bethania in Hierosolymā maximo honore exceptus sit, quo etiā die vendentes è tẽplo potentissimè eiecit, quod eius diei priuilegiis tertia est ratio. Hic dies tribus nuncupatur nominibus. Dicitur enim dominica in ramis palmarum, ꝙ illo die rami palmarū in processionibus deportentur in significationē illorū, quos filij Israël statuerūt in via Christo iam veniente. Vel quos etiam deferimus in figurā ramorū & florū virtutū, quos portare debemus, si quādo ad Christū ibimus. Cùm autē palmas non habemus, laurū vel buxū, ꝙ perpetuò suo virore virtutes connotent, deportamus: vel flores etiā, qui simili ratione virtutū significant. Hoc ergo die magnā & insignē exhibemus processionem, ad designādum, quod Dominus veniet ad nos, & ducet nos ad æterna tabernacula. Post processionem oportet veniamus ante crucifixum, ac dicamus. Benedictus: nec ideò alia processio cessare debet, sed fieri ante tertiam. Obiteritaq; hîc cōsidera vxorem Loth in salis effigiem fuisse mutatam & transformatam, quòd retrò respexisset: vt scilicet nos cordiret atque instrueret, ne retrò eamus. Nam, quemadmodum ait scriptura, nullus qui ad aratrum manum adiecerit, retrò debet respectare.

De quinta feria. CAP. XCV.

FEria quinta, quæ cœna Domini appellata est, quatuor insignitur priuilegiis, quorum primum est pœnitentium iam in ecclesiam redeuntium. Tunc enim ecclesia ad se recipit pœnitentes, quos antè primo die ieiuniorum eiecerat. Recipiuntur autem pœnitentes in ecclesiam & separantur à malis non pœnitentibus: quinta potissimum feria, quòd Deus volneres fecerit quinta feria ex aquis. Qua ratione etiā fit, vt quòd quasdam

in aquã remiserit, significemus malos in carnalibus rebus sese oblectantes, & q; quasdam in aëra sustulerit, intelligamus bonos atque eos, quos delectant cœlestia. Secundũ priuilegiũ est, quia nouũ testamentũ tum incæpit, & vetus fuit terminatũ. Tertium autẽ priuilegium huius diei est oleí consecratio. Verũenimuerò tres sunt potissimum in ecclesia Dei sacræ vnctionis species, chrisma, oleum infirmorũ, & oleũ quo vngantur baptizati. Chrisma conficitur ex balsamo mundissimo, atque oleo purissimo. Nãque oleũ claritate alios liquores facilè superat, & balsamum odore. Quòd autẽ oleũ alio liquore sit clarius, hoc pacto ostendi potest: Nauta quandoque mittit anchoram in mare, & si fortè illa lapidi affigatur, ita vt extrahi non possit, tunc natua illuc descẽdit, habens os suum plenũ oleo in eum vsum, vt si fortassis nõ possit lapidẽ illum videre, cui anchora adhæret, ob turbulentã & tenebrosam aquam, effundit oleũ. Quo facto tanta isthic nascitur claritas, redditurque aqua tũ perlucida propter oleum effusum: vt lapidem nauta facilè videre queat. Chrisma initiũ traxit à veteri testamẽto. quãdo Dominus præcepit Mosi vt cõficeret chrisma, quo vngeret tabernaculum in dedicatione, & arcam testamenti: Atque Aaron & sacerdotes illo similiter vngebantur, & reges. Moses tamen non legitur vnctus fuisse, nisi vnctione spirituali, quemadmodũ & Christus. Voluit nihilominus Christus materiali nos inũgi vnctione: vt per illã materialem consequamur spiritualem. Inungitur enim quilibet chrismate bis in vertice à communi sacerdote, & in fronte ab Episcopo. Cęterum ideò bis, quia post resurrectionem duabus vicibus datus fuit spiritus sanctus, tum etiam quando Christus insufflauit discipulis, inquiens, Accipite spiritum sanctum, tum etiam quando missus est eis idem è cœlo in igneis videlicet linguis. Cũm igitur aliquis istiusmodi oleo sancto inungitur, necesse est, vt illud fiat in scapulis, & in pectore potissimum. Ac in scapulis quidem ideò, ne laborem suum frustrà expendat in vana, sed sit robustus ad legis onus fideliter portandũ. In pectore verò, vt suscipiat intelligentiam mãdatorũ Dei. Proinde oleo, quod vocatur infirmorũ, inunguntur ægri atque infirmi. De qua sanè vnctione ait B. Iacobus in sua epistola.

Iacob. 5. Si quis infirmatur adducat sacerdotes & orent super eum, & inungant eum oleo sancto, & alleuiabitur eius infirmitas, si nimirum ei expediat & vtile sit, & remittentur ei peccata, videlicet venialia, vel si non fuerit in mortali peccato. Potest tamen fieri huiusmodi inunctio per vnum sacerdotem: sed hoc fieri nõ debet si plures possint adesse. Quartum demùm huius diei priuilegiũ est mandatum. Est autem differentia inter hoc mandatum & illud,

illud, quod fit ſabbato præcedenti. Illud enim fit à Prælatis & eccleſiæ Magnatibus, repreſentatq; illud, quod fecit Chriſtus: hoc verò quilibet ſacerdos facere debet, idq; hoc modo: Primò oportet vt reficiant pauperes, ac poſteà parum comedant, nec vltrà tamen quàm conſuetum eſt. Deinde debent ſurgere à menſa, ac pauperũ pedes lauare. Quo facto poſſunt ſeſe ad menſam recipere, atque iterũ comedere, quod ieiuniũ non frangit, ſed interrompit. Non enim debet quiſpiã eo die bis comedere, ne ieiuniũ frangatur, tam reſpectu vnius horæ, quam totius ſeptimanæ: Quamuis tamen & in multis locis ita fiat. Eſt autem iſte dies omni alia ſolennitate ſolennior, exceptis tamen ſolennitatibus Trinitatis, vſque adeò, vt qui poſſint ſolẽnes veſtes induere, debeant non ſecus atque in aliis ſolẽnitatibus. Quocirca etiã hoc die omni lætitiæ cantica canuntur, quemadmodũ in cæteris ſolennitatibus, præter Alleluya. Nec dicitur verò Dona nobis pacem, ob eam rem, quod nocte ſequenti oſculo Iudas Chriſtum tradiderit. Atque hîc animaduerte tempus recreationis incæpiſſe ab illa hora, qua Adamus è Paradiſo eiectus fuit, & adhuc eſt, duratq́ vſque ad vniuſcuiuſque obitum. Quo quidem patet maius eſſe recreare, quàm creare, ita vt hinc etiãdictum ſit grauius eſſe ac maius ex impio facere pium, quàm creare cœlum & terram, ac maius fuiſſe Paulum ſuſcitare in mente, quàm Lazarum in corpore. Itemque & hoc animaduertas Natale Domini feſtũ eſſe patris, quum per eum pater innotuit mundo. Quanquam verò, q̃ feſtum patris eſt, feſtum etiam ſit filij, & ſpiritus ſancti. In hoc enim, quod dicitur Verbũ, intelligitur pater verbi. Aut etiam hac alia ratione, q̃ filius patrem omnibus manifeſtauerit. Paſcha autem eſt feſtum filij, quia tunc à mortuis reſurrexit, & verus Deus apparuit. Pentecoſte verò feſtum eſt ſpiritus ſancti. Iſtarum tamen ſolennitatum quælibet, feſtum dicitur totius Trinitatis. Indiuiſa enim ſunt opera Trinitatis, ſed ita tamen, vt quædam magis videantur propria eſſe vni, quàm alteri.

De ſexta feria priuilegiata. CAP. XCVI.

SExta deinceps feria quæ & Paraſceue appellata eſt, in eo gaudet priuilegio, q̃ hoc die Chriſtus paſſus ſit. Quare etiam ab hac ſexta feria omnes aliæ ſextæ feriæ ſuum habent priuilegium, ſicut à ſequenti dominica omnes aliæ dominicæ. Paraſceue autem interpretatur præparatio, quod tum Iudei cibos ſuos ſoliti ſint præpare, quibus veſcebantur ſabbato, cùm eis ſabbato quicquam præparare interdictũ ſit. Porrò aũt ipſo die Paraſceues vno duntaxat ferculo veſcimur, quoniam Chriſtus illo die vnum ſibi ſolummodo comparauit, videlicet latronem. Vnde ipſe dixit: *Pſal.130.*

Singulariter ſum ego donec trāſeam. At quæritur, cur iſtū diem celebremus in mœrore, triſtitia atque abſtinētia, quum ſoleamus ſanctorum paſſiones in gaudio celebrare. Verùm hoc ideò fieri reſpondemus, quod ſancti ſtatim, ſimulatque perpeſſi ſint martyriū ad cœlos aſcenderint: Chriſtus verò deſcēderit ad inferos. Sed quum iam tartara fregit, & ſanctorū animas inde reduxit, dieque tertio reſurrexit, ideò tum maximè lætamur. Hinc etiam eſt, quod ſanctorū patrū paſſiones, qui ad infetos deſcenderunt, non celebramus. Solet hîc etiā nonnullis quæri, quum aſinæ inſidens Chriſtus honorificè ſuſceptus ſit, & in cruce videatur dehoneſtatus, cur potius adoremus crucē quàm aſinam. Verum facilè illud diſcuri poteſt, quum honor iſte, quē in aſina accepit, terrenus fuerit, nec curandū ſit de terrenis, ita vt nec hinc quicquā de aſina curādum ſit. Per crucem verò ruptus fuit ac deſtructus murus ille peccatorum, qui erat inter nos & dominū interiectus. Chriſtus enim ſatisfecit pro nobis. Vnde certè nullus recenter baptizatus, etiam adultus, ſi vel maxima commiſerit peccata, vllo eorum tenebitur, neque ſecundū pœnam, neque ſecūdum culpam: tenetur tamen habere contritionem. Quemadmodum ergo gladius Dauidis, quo Goliam obtruncauit, multo tempore ſeruatus fuerit, & in honore habitus: ita etiā crux Domini, quæ per illum gladium quodāmodo figuratur. Tandem quoq; conſideremes huius diei officium carere capite, quod Chriſtus caput noſtrū tum è nobis ſublatus fuerit. Caret enim inuitatorio, vt non imitemur peruerſam illā imitationē, quam fecerunt Iudæi quando conſiliū inierunt, quomodo Ieſum caperent in ſermone, eumq; morti traderent. Inde etiam eſt, quòd non damus oſculū pacis alicui, propter oſculū Iudæ, nec aliquē ſalutamus: quia cum quadā ſalutatione Iudas Chriſtum tradidit, inquiens: Aue Rabbi. Verū ideò ſigna dedit illis Iudas, qui Chriſtū cæperunt, ne Iacobum pro eo caperent, qui illi admodum erat ſimilis, vt hinc etiam frater Domini dictus ſit. Nota ergo Iudam dixiſſe: Tenete eum, quaſi dixerit: Fortiter eum ligate, & tenete, quia alioquin poterit manus veſtras facilè euadere. Credebat enim eum eſſe fortem propter illud, quod ipſe viderat, cùm vendentes & ementes è templo eieciſſet. Præterea viderat, quemadmodū illorum manus euaſiſſet, qui ipſum volebāt apprehendere, vnde dicitur: Et tranſiens per mediū illorū ibat. Cauſa autem quamobrem Iudas vendidit Chriſtū & tradidit, fuit huiuſmodi: Odium recēs ſuſceperat in Ieſum propter vnguentū quod Magdalena in caput eius fuderat. Ipſe enim erat Domino à loculis, quos portabat. Quum autem moris eſſet apud veteres, vt qui

huiuſ

huiusmodi fungeretur officio, pro mercede sua decimã partem haberet eorum, quæ in Dominorum loculos ponebantur, æstimauit Iudas vnguentũ quod beata Maria Magdalena fuderat, trecentos valere denarios. Vnde est, quod ipse dixerit: Vt quid perditio hæc? potuit enim istud, &c. Cœpit ergo secũ cogitare, quo pacto in Christo recuperare quod amiserat in vnguento, ita vt, quum trecentorũ denariorum decima sint triginta denarij, ea summa ipsum vendiderit, ac tradiderit. Non debet quoq; officium mortuorũ habere inuitatorium, nisi corpore præsente, nec in missa dici, Dona nobis pacẽ, neq; per vniuersum officium, Gloria patri, quia sequitur & imitatur exequias sui saluatoris. Sex itaque huius diei sunt priuilegia. Christi imolatio, inferni expoliatio, mortis conculcatio, humani generis redemptio, Paradisi apertio, & scripturarum manifestatio. Vbi animaduertendum est, quòd Christus sua passione non tantũ illos redemit, qui tum erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur sinus Abrahæ, verum etiam omnes homines futuros, qui sancta morte vitam erant finituri, Nec sanè omnes homines, qui in inferno erant extraxit. Vnde Ose. prophera: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Scripturarum hodie facta est manifestatio, quia scripturæ veteris testamenti, quæ prius erant obscuræ, hodie sunt declaratæ. Vnde Dominus: Consummatum est, inquit, quasi dicat, omnia quæ de me hucusquè scripta sunt, modò sunt impleta, quod scandalũ est Iudæis, stultitia Gentibus. Crux igitur Domini multis modis in veteri test. fuit præfigurata. Dictum est enim angelo percutienti Ægyptum. Quãcunque domum intraueris, in ea occide omnes primogeniros, tam paruulos, quam senes: tã viros, quã mulieres. Sed ficubi scriptum fuerit Tau, nõ intrabis. Tau verò signum est crucis, ita vt omnis dãnabantur, nisi per signũ crucis saluantur. Sic Moses in deserto serpentem æneum erexit, & omnes qui eum intuebantur, statim à morsu serpẽtum sanabantur. Serpens æneus similitudinẽ habet serpẽtis nec est verus serpens. Similiter Christus habuit similitudinem carnis peccatricis, sed non veræ peccatricis, vt potè qui nũquã peccauerit. Dictũ est item Danieli ab angelo: Duæ erunt septimanæ, & post septuaginta septem occidetur Christus dux noster. Ita apertè Moses: Die, inquit, ac nocte erit vita nostra pendens, & videbitis & non cognoscetis. Verum profectò est quod nocte pependerit, quia tenebræ factæ sunt à sexta hora, &c. Quod autem die, certum est. Item Hieremias ait: Ponens filiã pharetræ in renibus meis. Filiam, inquã, pharetræ, id est, lanceã. Itemq;: Cõgregabo omnes gẽtes, & erit signum eis Tau. T. quod crux est Domini.

Num. 21.

Dan. 28.

4. Re. 20.

Psal. 101. Sic rursus: Ezechias conuertit faciem suã ad parietẽ. Et Dauid: Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur
Hier. 2. laudabit Dominum: hoc est, nouus populus, nimirũ gẽtilis. Atq; in alio loco alius. Plantaui, ait, vineam meam electam, & versa est in amaritudinem. Et quare quæso? Quia dederunt in escam
Psal 68. meam fel. & in siti mea potauerunt me aceto. Quemadmodum
Psal. 21. etiam alibi inquit Dauidi: Partiti sunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Quanquã hoc de tunica Domini, inconsutili dictum videri potest. Sed eodem in loco idem
Ibidem. expressius: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Quoniam vsque adeò eum in cruce extenderunt, vt omnia eius ossa facilè dinumerari potuissent. Sic postremò & Isaias ait: Et erit principatus eius
Psal. 9. super humerum eius. Nam Christus portauit crucem, in qua triumphauit, ita vt vulgo dici consuetum sit, Cyrenęum quidem crucem portasse, sed non sicut homo & Deus.

Cur non conficiatur corpus Christi in Parasceue & de ordine eius officii. CAP. XCVII.

CORpus Christi non cõficitur hoc die quatuor de causis. Prima est, quia Cristus hodie pro nobis re vera immolatus est & veritate veniente, debet cessare figura, ac ei dare locum. Secunda, quòd istiusmodi die re ipsa ecclesiæ sponsus sublatus sit. Descendit enim ad inferos. Tertia est quoniam tum temporis velũ tẽpli disruptum est, & cornua altaris sunt transuersa, ita vt nobis non esset vbi corpus Christi conficeretur. Quarta, quia Moyses dixit in Exodo: Alius pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Alius, id est, Christus. Sequitur vt de ordine officij huius diei dispiciamus. Nam primò legentur duæ lectiones ex veteri testa. vna ex Rege, altera ex Prophetis, scilicet ex Oseæ, idque sine titulis. Deinde verò tractus, quem vocant, canitur vnus quatuor versuum, alius pluriũ, post quem legitur passio etiam sine tit. Quaquidẽ absoluta fiunt orationes pro omni gradu ecclesiæ, hoc est pro gẽtilibus siue ethnicis, pro Iudæis, pro hęreticis, & pro schismaticis. Atque ita deinceps crux extrahitur, ac cum cater in genua procidimus cantando ter Græcè ἅγιος & Latinè Sanctus Deus, &c. cum tribus versibus. Postea verò Dominicũ corpus, quod reseruatum fuit ipso die cœnæ, altari imponitur, & cantata dominica oratione cũ præfatione præposita, scilicet: Oremus præceptis salutaribus moniti, &c. communicatur, ac deinde verò psalmi vesperorum cantantur cum oratione: Respice Domine. Atque ita tandem officium terminatur.

Quare ita huius diei officium sit institutum. CAP. XCVIII.

His

His itaque historicè prosecutis, quid significent deinceps videamus. Quod enim duæ lectiones legãtur, declarat Christum passum fuisse pro duobus potissimum populis, Hebræo nimirũ, & Gentili. Sed earũ vna ex lege sumpta est, videlicet ex Leuitico, altera ex Prophetis, nempè Oseæ, quia Christi passio & à lege fuit antè præfigurata, & à Prophetis prædicta, & à Patriarchis sub velamine quodã nobis reuelata. Abraham enim carnem Christi tectim imolauit, cùm arietem sacrificaret. Sic Abel quoque cùm agnũ in hostiam offerret. Quæ ita fuerunt Christi figura tanquã velamine tecta, vt intelligi non potuissent, nisi explicarentur. Assimilatus est præterea in Prophetis, vnde Dominus: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ. Recitantur autẽ lectiones cum passione sine titulo q̃ caput nostrũ videlicet Christus nobis auferatur. Per tractũ quatuor versuum intelligimus hominem Christi passione fuisse redemptũ, qui ex quatuor cõflatus est elementis. Hinc est, q̃ Christus nõ in cœlo, neque in terra sit crucifixus, sed in medio, hoc est, in aëre. Fecit enim pacem inter cœlestia & terrena, atque etiã inter ipsa terrestria pacem conciliauit, posteaquam erant simultates & inimicitiæ inter vnũ hominẽ atque alterũ, sed maiores tamen erant inter angelũ & hominẽ. Ipse verò Christus in omnibus per crucẽ pacem cõposuit, q̃ quæ inter se disiuncta ac discreta erant coniunxerit, & ex duobus vnũ fecerit, Est enim lapis angularis. Aut etiã quatuor illi versus tractus significant quatuor partes crucis, quæ similis est vltimæ literæ alphaberi Hebræorũ, videlicet Tau. quæ sonat, si intepretetur, signũ: Omnia volumina vet. legis significarunt crucem Domini. Hoc ergo die quatuor in vno tractu versus dici debent, ad declarandas quatuor partes crucis, sicut & quinque dicũtur in quarta feria, quod quinquies Christus sanguinẽ suũ effuderit: Primò in circũcisione, secũdò in oratione, tertiò in flagellatione, quartò in crucifixione, quintò cum esset lanceatus. Tractus qui prolixior est, repræsentat magnũ istud bellũ Dauidis cõtra Goliam: Nam & Christus noster Dauid hodie magnũ Goliam, id est diabolũ, debellauit. Quædã Ecclesiæ tractum canunt, videlicet. Qui habitat, &c. quia Christus à diabolo primũ latenter fuit tẽtatus velut à basiliſco quopiam latitante sub petra, sed posteà in passione tanquam à forti leone acriter fuit vexatus, quod per hunc versum facilè exprimitur: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Passio legitur ideò, quia tum Christus re ipsa patiebatur. Cùm autem ventum est ad illum locum: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserũt

ſortem, tunc duo hypodiaconi duo mantilia vel duos alios pãnos altari impoſitos, auferunt, ꝙ quatuor illi milites qui Chriſtum crucifigebant ex duabus eius veſtibus ſibi indumenta confecerunt, hiſtoriam ipſam repræſentantes. Aut certè remotio pannorum fugã ſignificat Apoſtolorum qui erant quaſi veſtes Chriſti. Petrus enim ad vocẽ vnius ancillæ ipſum negauit, & Ioãnes nudus aufugit. Tertia veſtis, quæ in altari relinquitur, deſignat veſtem Domini inconſutilem nõ fuiſſe ſciſſam, vel partitã, ſed ſortitione vni cõtigiſſe. Vnitas enim eccleſiæ non poteſt, nec vnquã potuit ab hæreticis & ſciſmaticis ſcindi, cũ nulla ſit ſapientia aduerſus Dominũ. Chriſtus cùm in cruce pateretur, & maxima animi anguſtia affligeretur, prolixè orauit decãtans decẽ pſalmos, ſcilicet: Deus, Deus meus reſpice in me. vſque ad: In te Domine ſperaui, donec peruenisſet ad iſtũ verſum: In manus tuas Domine cõmendo ſpiritum meum, quo emiſit ſpiritum. Quare & nos quoque poſtquã paſſionẽ recitauimus, quæ Chriſti anxietatẽ & dolorem exprimit, oramus. Quantumuis ſanè mos iſte orãdi infrequẽs & inſolitus ſit, Vſu enim iampridẽ receptum eſt, vt diebus aliis ante Euãgelium dicãtur orationes. Verùm hoc die contra fit ordine permutato, quod & in initio à nobis dictum eſt, quò quædã officia in Quadrageſima tranſmutari oſtenſum eſt. Orauit autem Chriſtus pro tribus, pro ſe, inquiẽs: Pater clarifica filiũ tuum: pro ſuis, aiens: Pater pro eis, quos dediſti mihi rogo & pro illis etiam qui crediturí erant in eum, dicens: Pater non tantũ pro eis rogo, ſed pro omnibus illis qui credituri ſunt in me. Ex quo ſequi videtur ꝙ non debeamus orare pro illis, quos ſcimus non eſſe ſaluandos, veluti pro eis qui in inferno remanſerunt, & pro Iuda, qui deſperauit. Sed & nos ſimiliter oramus, partim pro nobis, partim pro omni gradu eccleſiæ, ſcilicet pro neophytis, Gentibus, Iudæis, hæreticis, & ſchiſmaticis, vt eis Deus gratiam ſuam infundat, & fidem catholicã conuertat, flectentes quidem genua pro aliis, verum non pro Iudæis, quoniam illi illudentes Chriſto genua flexerũt. Obiter ergo hîc animaduertere id, quod legitur ante genuflectionẽ non eſſe orationẽ, ſed adhortationẽ, quemadmodum eſt (oremus) & quaſi quandam oſtenſionem pro quibus ſimus oraturi. Quod verò poſteà dicitur, oratio eſt. Item rurſus animaduertere tres fuiſſe illuſiones, quas Iudæi genibus flexis Chriſto exhibuerunt. Et quidem prima fuit, velata eius facie in atrio Pontificis. Altera verò prætorio. Quoniam illo tradito Iudæis à Pilato vt ipſum crucifigerent milites ſpineã plectentes coronam flexis genibus illudebant ei. Quod quamuis à Iudæis factum non fuerit, aſcribitur tamen illis, ꝙ cauſam præſtiterint.

Tertia

Tertia denique illusio fuit, cùm prætereũtes illi iam in cruce pendenti dicebant: Vah, qui destruis, &c. Contra illas tres illusiones nos ante crucis reuelationẽ tres præmittimus adorationes cùm dicimus ter hagyos, &c. quasi ter honorantes illusum propter nos, idq; duabus linguis, quia tertia adhuc silet. Hinc igitur & illud norandum venit, q̃ cùm multa sint genera linguarũ, tres tamen potissimũ existant principales, prima, Latina, propter nobilitatem & dominiũ Romani Imperij, secunda Græca, propter sapientiã, tertia Hebræa: vtpotè q̃ cæteratum linguarum mater sit. His autẽ tribus linguis descriptus fuit titulus Domino in cruce. Quare præter reliquas linguas hæ tres solũ in missa vsurpantur, dum in ea canimus Græcè Kyrieeleyson, Hebraicè Alleluya, &c. Latinè. Aduersus tres Iudæorũ accusationes in Christũ, dicimus nos tres excusationes in persona saluatoris, scilicet: Populo meus, vbi Christus exprobrat illis sua beneficia, liberationes videlicet ab Ægypto, regimen in deserto, introductionẽ in terram optimã. Quasi dicat Christus: Tu accusas me, quòd tributum dari negauerim, deberes potius gratias agere, quia te liberaui à seruitute Ægypti: Tu accusas me quòd regem me fecerim, verùm satius foret, quòd gratias ageres de eo, q̃ splendidè & regulariter te in deserto pauerim. Tu denique me accusas, quòd dixerim me filium esse Dei, sed gratitudinis signum potius exhibe, quòd tibi dederim terram lacte, & melle manantem. His ergo ita dictis, crux aperta ac nudo profertur, ad significandum omnia quæ fuerant obscura, tunc fuisse manifesta, & saluatur crux hisce verbis. Ecce lignum, &c. quoniam per crucem omnibus salus reformatur ac restituitur. Posteà autem adoratur, id est, cũ reuerentia osculatur. Solus enim Deus adorandus est, & cætera illius causa veneranda. Crux ergo adoratur ideò, vt ostendamus nos debere humiliter facere, quod illi fecerunt superbè. Osculata cruce, dominicum corpus altari apponitur, & tunc sacerdos cum præfatione præposita, videlicet. Oremus præceptis, &c. quam addidit beatus Gregorius, cantat orationem dominicam. Quoquidem repræsentatur antiqua Apostolorum cõsuetudo, qua in celebrandis missis vtebãtur. Olim enim Apostoli hæc tantum verba proferebant, quæ dixit Dominus. Hoc est corpus meum, &c. Et, Hic est sanguis noui testam. &c. quibus ipsi Apostoli posteà addiderunt orationem dominicam. Atque hæc est consuetudo Apostolorum hîc repræsentatur, eo modo quo antiquitus celebrabatur, sed Gelasius Papa, Gregorius & Celestinus multa tandẽ addiderunt vt suprà dictũ est. Facta autem cõmunione, statim cantantur vesperæ cũ oratione, & tam missa, quàm vesperæ vnà finiun-

tur

tur collecta. Hoc ita peracto, crucifixus in ſuum locum reponi debet. Ante quẽ neceſſe eſt, vt chorus pſalmos pſallat, etiam Epiſcopus vel loco ipſius vicarius eius, idq; tantiſper vſque ad horam illam, qua Chriſtus reſurrexit, Atque ita tum celebrare debet myſterium de reſurrectione. Primò namque prouenit labor, ſecundò clamor, tertiò autẽ exauditio, vnde Pſaltes ille: Ad Dominum, inquit, cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me. Quare & nos oporter eius eſſe imitatores.

De duabus partibus ſacramenti. CAP. XCIX.

NVnc dicendũ eſt, quare vna pars Sacramenti ſcilicet corpus ſub ſpecie panis reſeruetur die cœnæ, & altera pars ſcilicet ſanguis ſub ſpecie vini nõ reſeruetur, ac duæ quidẽ ſunt cauſæ, quamobrẽ corpus reſeruetur. Prima eſt, ne fortaſſe quiſpiam ex hac vita ſine viatico diſcedat, quod euenire poſſet niſi reſeruaretur, atque inſtitutũ ita eſt ab Innocentio Papa. Secunda eſt, quòd illis tribus diebus maximè omnes ij religioſi, quibus neceſſitas eſt, debeant cõmunicare. Quare oportet vt ſacramentũ illud reſeruaretur. quoniã eo die cõſecrari non debet: vt ſuprà oſtenſum eſt. Cur autẽ ſacramentũ vini non ſeruetur, triplex eſt ratio. Prima eſt, quia cùm vinũ liquidũ ſit, non poſſet tam benè reſeruari, quin quadam negligentia facilè queat labi: Secunda eſt, quòd duos ſacrificiorũ ritus ſuis temporibus approbauerit Deus, veterem legis, videlicet ſuo tempore, & nouum hoc tempore. Hos duos ritus ſignificãt panis & vinum, licet vtraque res ſit noui ſacramẽti, panis nempè nouum, & vinum veterem. Nec mirum videri debet, ſi per rem noui ſacramẽti vetus ſacrificiũ ſignificetur, cùm & cõtrà inueniatur, rem. Videlicet veteris teſt. declarare nouum. Nam quartis feriis ſeptimanarum quãdo ordines celebrantur duæ lectiones ex veteri teſt. recitantur, quarũ altera quæ ſub nocturnali tono exprimitur, vetus ſignificat teſtamentum: altera verò quę ſub tono communi, nouum. Ex eo itaque, quòd vinum non reſeruetur, oſtenditur vetus ſacrificium ceſſare debere. Tertia ratio eſt, quòd idcircò non reſeruetur, quia Chriſtus dixit in cœna: Amen dico vobis, quòd amodò non bibam de hoc genimine vitis, donec bibã illud vobiſcum nouum in regno patris mei. Si quis autem roger, num iſtud vinum, quod eo die in cõmunione ſumitur, ex dominici corporis contractu conſecretur, quãuis compluriũ ſcripta illud aſſerere videantur, nos tamen veritatem magis ſequentes, & ea quæ ſancti patres tradiderunt, dicimus vinum illud omnino non eſſe conſecratum ex illo cõtractu, ſed ſanctificatum. Eſt enim differentia inter conſecratum & ſanctificatum. Conſecratum dicitur quod in conſecratione, vt ita dicam, tran

transſubſtantiatur. Sanctificatum verò eſt, quod per verborum ſanctificationem efficitur ſanctum ſine aliqua transubſtantiatione, vt aqua luſtralis, quam ideò benedictam dicimus. Rurſus ſanctificatum dicitur, quod à tacturi ſanctificatę magis efficitur referendum. Si autem diceretur, quod ſolo contactu vinũ vel aqua conſecraretur, magna profectò inde ſequeretur rerũ perturbatio & cõfuſio. Sic enim cõtingeret [illegible] non poſſe lauari, indeq; efficeretur, vt iam ſexcenti panes vnius hoſtiæ contactu, ſine verbo poſſint conſecrari: & ſi vna aliqua gutta aquæ luſtralis ſeu benedictæ in ſtagnum vel puteum, qui ex lacunis ſcaturit, infunderetur, aqua illa perpetuò benedicta manaret: atque eiuſmodi infinita alia incommoda ex ea re naſcerentur. Iam etiam prætereo ſi dominici corporis tactu vinũ conſecraretur, contra decretũ fieri quod prohibet, nec hoc die cõſecratio fiat. Quòd autem hîc quæritur quamobrem Chriſtus diſcipulis prius corpus ſuum dederit myſticum, quàm in veritate illud offerret, diſcuſſum ſatis apud alios eſt. Aduertendum ergo hic eſt, & repetendum, quod paulò antè à nobis dictũ eſt, vt potè ſecundum triplicem Chriſti crucifixionem quæ hoc die re ipſa facta eſt, tribus horis, tertia videlicet ſexta & nona per vniuerſum annum miſſas celebrandas eſſe. Hora enim tertia crucifixus eſt linguis Iudæorum arentium. Tolle, tolle, crucifige eum. Hora ſexta in cruce poſitus fuit, & nona expirauit, quapropter hæ horæ ad celebrãdas miſſas canonicè ſunt inſtitutæ, quæ Chriſti immolationẽ myſticè repræſentãt. Diebus enim feſtis cùm à libidine eſt abſtinendum, miſſa debet tertia hora celebrari: profeſtis, ſexta, & in ieiuniis nona, ſin aliter fiat certè canonicum & regulare non eſt. Exceptis interim iis temporibus, quibus nocte miſſa celebrari debeat, vt in natali Domini & in ſabbato Paſchæ. Miſſa enim quæ tunc celebratur, non ad ſabbatum pertinet, ſed ad diem reſurrectionis. Vnde etiam nunc Romæ & per vniuerſum Rauennenſium archiepiſcopatum, ſub quo & Bononienſis eccleſia cõtinetur, tunc miſſam non celebrat vſque in noctem. Quòd autem ſic fieri debeat, ſatis ipſa oſtendit oratio, quæ tum dicitur: Deus qui hãc ſacratiſſimã noctẽ, & illud quod in cærei, quẽ vocant, benedictione canitur: hæc nox eſt. Sic itidẽ quotieſcunque ordines cõficiuntur, nocte miſſa celebrari debet, quoniam officium maiorum ordinum ad diem ſpectat dominicam. Sed quia à ieiunio incipere oportet, ideò in ſabbato poſt veſperas illud inchoamus, & ad noctem vſque protelamus.

De officio tenebrarum. CAP. C.

NVnc verò conſiderandum eſt, quamobrem tribus noctibus continuis officium, quod tenebræ appellantur celebremus, quem

quemadmodum ad illud officium pulsandum sit, quare, & quot candelæ accẽdantur, & quomodo eæ extinguãtur, & deinde etiã de officij qualitate. Posito itaq; Christo in cruce tribus horis fuerunt tenebræ, à sexta vsque ad nonã, ita vt cõplectamur sextam & nonã, dum Sol patiebatur eclypsim, non quidem naturalem, sed miraculosam, quanquã iam infideles iuxta naturã ita accidisse mentiebantur. Quamobrem sanè propter tanti illius miraculi memoriã, per noctes tres illas horas repræsentamus. Ad officium tenebrarum non campanis pulsandum est sed ligneis tabulis. Campanæ enim significant vt dictum est, concionatores. Atque ideò campanis non pulsatur, quia concionatores, hoc est, Discipuli Domini non solum nomen eius non prædicarunt, sed & negauerunt, vt Petrus, & fugerunt. Scriptum est enim: Percutiã pastorem, & dispergentur oues gregis. Vnde Dominus vidẽs eos ad fugam paratos ait: Quem quæritis? q.d. Si me quæritis, sinite eos abire. Magnus tamen ex ligno editur sonus. Tabula lignea Christum significat, qui in ligno clamabat, prædicabat, & orabat dicens: Pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Pulsatur igitur ligno, quòd tum solus Christus extitit concionator.

De numero candelarum. CAP. CI.

Dicendum modo est de cãdelis, atque hîc quidẽ in numero diuersitas est. Quidam enim septuaginta duas accendunt, quidã vigintiquatuor, quidam quindecim, quidam etiam duodecim, quidã nouem, & quidam septem. Sed hi tamen omnes non absque mystica significatione hoc faciunt. Nam septuaginta duę candelæ septuaginta duos Discipulos significant, quorũ prædicatio siue concio in morte Christi extincta est. Vel ad designandum quod Dominus septuaginta duabus horis in sepulchro quieuerit per synecdochẽ, quẽadmodum dicitur tribus diebus & tribus noctibus, in corde terræ latitasse. Vel septuaginta duas nationes, & septuaginta duo genera linguarum. Vigintiquatuor candelæ quæ prius accẽduntur, & postea extinguntur, hunc versiculum: Gloria patri & filio, &c. significant, qui vigintiquatuor vicibus in nocturnis festiuitatum cantari soleat & in hoc officio omnino taceatur, quoniam laus Trinitatis, ad quam pertinet versus ille in morte Christi videtur extincta. Quindecim candelæ duodecim Apostolos & tres Marias significant, qui omnes laudem Dei tunc subticuerũt. Sed Apostolis tamen fugiẽtibus, tres Mariæ, vt quæ minus metuebãt, circa eum, quo vt poterãt, versabãtur. Vnde legitur: Pelli meæ cõsumptis carnibus adhæsit os meũ, & derelicta sunt rantummodo labia circa dentes meos, id est, mulieres quæ sunt quasi pellicula quædam. Duodecim candelæ, duodecim expri

primunt Apostolos. At verò nouē, humanum genus significant, quod propter peccatū suum à consortio nouē ordinum angelorum semotum est, & à vera luce exclusum. Per septem candelas, septiformis spiritus sancti declaratur gratia, quæ in cordibus Discipulorum penè fuit extincta. Vt autem de numero cādelarum sit, omnes manu cæreā debent extingui. Et quidem per manum cæream intelligitur manus illa, quam vidit Baltazar Rex Assyriorum scribētem in pariete verba huiusmodi. Mane thetel phares, quæ sic exposuit Daniel: Mane, id est, enumerauit, thetel, appendit, & phares diuisit. Hic ergo sensus est: dicit Dominus: Numerani tempus regni tui, & operatua bona & mala, & appendi & inueni plus mali quàm boni, atque ideò diuidetur regnum tuum in Persas & Medos. Quod vtique factum est per Cyrum & Darium: Quemadmodum igitur regnum illud propter mala opera Regis extinctū fuit, & diuisum in perpetuū: ita quoque regnum Iudæorum, propter peccatum in morte Christi cōmissum diuisum est, & in posterū penitus deletum. Vel quod melius est, manus cærea repræsentat manum Iudæ, quæ fuit cærea, id est, ad malum flexibilis, per quam Christus rex noster, & lucerna vera, traditus fuit & extinctus, quantū in ipso fuit. Atque ita per manū cæream significatur illius manus, de quo Christus ait: Qui mecum intingit manū, &c. Vt enim hæc extinguit lumen, ita illa verum lumen extinxit, quantum in se fuit. Aliquando verò plures candelæ sine certo numero incenduntur, nec obseruatur aliquis numerus, ita vt vel quælibet mulier aut vir suam isthîc sibi accendat. Per quas candelas significātur Prophetæ & alij sancti Patres, qui propter Christum lumen mundi venturum annuntiantes atque aliis verba salutis concionantes, & prædicantes variis vexati pœnis mortui sunt & extincti. Nec verò omnes candelæ simul extinguuntur, sed successiuè nunc hæc, nunc illa. Quoniā discipuli nō simul ab eo recesserunt, sed paulatim cùm vnus decessisset, abiit & alter. Vna tamen quæ in earum medio est collocata, non extinguitur, sed absconditur & occultatur, posteà quæ in apertū profertur, ac eius luce omnia Ecclesiæ lumina rursus accēduntur. Hic est Christus, qui licet videretur secundū corpus extinctus, secundum diuinitatē tamen viuebat, quæ illis erat occulta. Hic enim paulò post resurgens cum luce clarissima se suis Discipulis manifestauit, quando in eorū mentibus charitatē iam propemodū extinctā sua illustratione iterū inflammauit. Nunc de ipso officio prosequamur, quod vniuersam Christi sonat passionem. Primus ergo versus, à quo noctis officium alioqui incipi consueuit, nempè: Domine labia mea aperies, subticetur quòd

Mat. 26.

Christus

Christus caput nostrum à nobis auferatur. Sic nec Deus in adiutoriũ dicimus, quia nostro pastore percusso nos illius oues à quo petamus auxilium non habemus. Inuitatorium autem ideò non exprimitur ne per hoc prauum istud Iudæorũ consilium contra Iesum factum quodammodo imitemur, sed potius vt ipsum per inuitatorij silentiũ detestemur. Ad lectiones quoque benedictio neque petitur, neque datur, quia pastor qui gregi suo benedicat modò non adsit. Vel quia per Iube Domne significantur illi, qui eunt concionatum, & per Tu autem, illi qui concionandi munus obierunt, & inde reuersi sunt. Sed nec hi, nec illi tum aderant, siquidẽ aufugerant. Debent ergo dici lectiones etiam lamentando, & maximè illæ quas Threnos appellamus Hieremiæ, qui defleuit sanctum illum regem Iosiam. Luget ecclesia etiam tunc passionẽ & mortem Domini. Sed quia propter peccata nostra ipsum amisimus, si cundẽ volumus recuperare, certè vt ad pœnitentiam conuertamur, ideò sub finẽ lectionum per hunc versiculum, scilicet Hierusalem Hierusalẽ conuertere ad Dominum Deum tuũ, eò admonemur. Leguntur Threni Hieremiæ: hoc est, lamentationes, si verbũ verbo interpretemur, quæ ita à Trenaro monte sunt appellatæ, vbi animarum lamentationes, quæ isthic puniuntur, sæpius audiuntur. Possunt tamen ideò vocari Threni, quod semper post tertium quemque versum sequatur litera ex Hebraico alphabeto. quod vniuersum in illis lamentationibus quater ordine ponitur, idcircò autẽ Hieremiæ lamentationes legimus, quoniam sicut ille deplorauit mortem Iosiæ, & destructionem gentis suæ futuram, ita nos deploramus mortem Christi.

De expositione trium quæ præterea in eiusmodi officio obseruantur. CAP. CII.

REstant deinceps tria inquirenda: Primò quamobrẽ in hoc officio noctis antiphona quæ ad Benedictus canitur, atque etiã totus psalmus tam alta voce, & quasi terribili cãtetur: deinde verò quare quidam tropi huius officij fine lamentabiliter dicantur. Postremò cur tribus hisce noctibus ipsum officiũ noctis alta voce, quasi terribili & manifesta decantetur, diurnum autem tacitè ac voce omnino dimissa. Verum enimuerò quod antiphona ad Benedictus, & ipse etiã psalmus extinctis candelis voce eleuata, & velut horribili canatur significat tumultũ cohortis, quam cum gladiis & fustibus secũ Iudas adduxit, quãdo Christum tradidit. Per nocturnum autem officium tenebrarũ declaratur prophetia Prophetarum, & per diurnũ, prædicatio siue concio Apostolorum. Quapropter officium noctis alta voce canitur, quia Prophetæ apertè quæ de Christo erant ventura prædixerunt, &

quod

quod illis spiritus sanctus dictabat omni semota formidine nunciauerunt. Sed diurnum officium submissa voce cantatur, quod Apostoli aut omnino tacuerunt, aut certè occultè prædicauerint, & cõcionati fuerint. Continet autem cohors quinquaginta milites qui ob id tanto numero cũ Iuda missi sunt ad Christum capiendum, quoniã Iudæi verebantur, ne populus, qui eũ libenter audiebat, si hanc proditionem [illegible]erit suas interponeret partes ad ipsum liberandũ. Aut certè ideò, quia facilè opinabantur eũ esse fortissimum, & omnino talẽ, ad quem capiendum pauci non sufficerent. Videbant namque dominica præcedenti ipsum solũ flagello ex funiculis cõfecto omnes vendentes & ementes porrò è templo eiecisse, ac numulariorum mensas fortiter euertisse. In quo quidem facto præterea viderant fulgorẽ quendam, quasi quoldam radios igneos, ex ipsius facie exire. Porrò autẽ tropi, id est, versus illi, qui tribus istis noctibus in fine officij cum Kyrie eleyson, & Domine miserere, velut lamentabiliter decantantur significant lamẽtationes, & dolores mulierum, quæ propter cognationem Iesum ab Galilæa fuerant secutæ. Inter quas erant Maria Magdalenæ, Maria Iacobi, & Salomæ plorãtes iuxta sepulchrum. Tropis cantatis in quibusdam ecclesiis ad terrã procidentes dicunt, Miserere mei Deus, & Collectam, videlicet: Respice quæsumus Domine super hanc filiam, &c.

De purgatione pauimenti. CAPVT CIII.

POst hæc dicendum est, cur. v. feria ecclesiæ pauimentũ mundetur & altaria denudentur, ac deinde quamobrẽ eadem feria ipsa altaria vino & aqua lauentur, atque asperis ramis, præsertim taxi aut buxi quasi fricentur. Ad primum quidem prompte intelligendum, oportet cognoscamus ecclesiam esse corporalem, aliam spiritualẽ. Corporalis est domus, in qua diuinum officium perficitur. Spiritualis verò est, velut conuocatio quedã fidelium. Sicut enim ecclesia corporalis lapidibus ex diuersis locis cõgregatis constituitur: ita quoq; spiritualis ecclesia ex diuersis conuocatur hominibus, ita vt hinc ecclesia ipsa appellata sit conuocatio. Quanquam nomẽ illud proprius ac verius spirituali ecclesiæ conueniat, quã corporali. Homines enim cõuocantur, non lapides. Sæpenumerò tamen fit vt nomen eius, quod significatum est significanti attribuatur. In ecclesia igitur spirituali, sunt pauimentum Christi pauperes, hoc est, pauperes spiritu, qui in omnibus sese humiliant vt hinc propter humilitatem pauimento maximè assimilentur. Quare obiter notemus tria esse genera paupertatis, quorum primum paupertas dicitur necessitatis, quæ est in egenis: Alterum simulationis, quæ in hypocritis est.

Tertium autem vocatur paupertas ſpiritualis, quæ conſiſtit in bonis. Prima paupertas tolerabilis eſt, ſecunda deteſtabilis, tertia laudabilis, ita vt omnibus iis benefaciendum ſit propter Dominum. Nec ſanè vllus ſit fortunæ reſpectus quantũ ad primam paupertatẽ, vel cauſæ quantũ ad ſecundam, ſed naturæ hominis. Pauimentum ergo eccleſiæ mundat ille, qui pauperibus propter dominum pedes lauat cæteraq; miſericordiæ opera exhibet.

De nudatione altaris. CAP. CIIII.

SEquitur de nudatione altaris, quæ pars eſt in eccleſia dignior vſque adeò, vt ſi altare remoueatur, ac rurſus ædificetur tota eccleſia iterũ ſit conſecranda. Verũ contra, etiam ſi eccleſia remoueatur, hoc eſt pars eius aliqua aut plures altari immoto, eccleſia non cõſecratur, ſed alia ſanctificatione mũdatur. Altare enim Chriſtũ ſignificat. Præcepit namque Deus in lege: Altare de terra facietis mihi. Altare de terra eſt Chriſtus natus de virgine. Vnde dicitur: Veritas de terra orta eſt. Hæc eſt terra, quæ dedit fructũ ſuum, fructũ ſublimẽ, Chriſtũ videlicet ſublimatũ ſuper choros angelorũ in cœlis. Nudatio ergo altaris declarat, q̃ Chriſtus in paſſione ſua denudatus viſus ſit, & deſpoliatus illis ſignis, quibus antè in faciendis miraculis apparuerat glorioſus quum ſolus vendentes atque ementes è templo eiecerat facie eius ſplendoris radios emittente. Qui enim prius tã potẽs, tam glorioſus apparuerat, modò in paſſione viſus eſt debilis & abiectus. Vnde Iſaias: Vidimus, inquit, eum non habentem ſpeciẽ neq; decorem. Et Hilari⁹: Ante, ait, paſſionẽ apparuit Deus & homo, in paſſione totus homo, poſt paſsionem totus Deus. Vel etiã altaris nudatio repræſentat ipſam ac veram Chriſti nudationem quãdo milites eum ſpoliauerunt, & eius veſtimenta partim ſunt partiti, partim ſortione abalienarunt. Aut certè veſtem Chriſti Apoſtolos eſſe dicimus, quibus Chriſtus tanquam veſtibus quibuſdã ornabatur, & per quos nomen illius erat magnificatum. Altare igitur nudatur quoniã Chriſtus à ſuis Diſcipulis fugientibus, & nomẽ eius tacentibus, relinquitur. Proinde vinũ & aqua quibus altare lauatur ſignificant ſanguinem redemptionis noſtræ & aquã regenerationis, quæ ex latere Chriſti fluxerunt, quãdo latus eius lãcea fuit apertum. Altare ergo abluitur quia corpus Chriſti verum altare, ſanguine & aqua in cruce aſperſum fuiſſe creditur. Rami autem aſperi, quibus altare fricatur, ſignificant ſpineam coronam, qua coronatus eſt Chriſtus, aut flagella amara, & ictuum vibices, & graues dolores, quos in morte ſuſtinuit. Sunt ideò rami hiſpidi ſicut rami taxi, quibus pauimentum mundatur, quòd nos debeamus vitiis mundari, & in eleemoſynis pauperibus prouidere

Iſa. 53.

uidere, quatenus hi sint, qui nos in æterna tabernacula recipiãt. Ipsorum enim est regnum cœlorum, quod intelligendum est de pauperibus bonæ voluntatis siue spiritus.

De Sabbato. CAP. CV.

His ita de vj. feria prosequutis, transeundũ est ad Sabbatum, in quo dicendũ prius est de ipsius diei nomine, ac posteà de eiusdem officio, seruato ordine. Hoc ergo sabbatũ κατ' ἐξοχὴν propriè sabbatum sanctum appellatur. Sabbatũ autẽ interpretatur requies, quoniã rẽpore creationis mundi quã Deus sex diebus absoluit & septimo die ab opere requieuit. Quamobrem in lege Deus præcepit hunc diẽ ab omni seruili opere obseruari ita vt in veteri lege haberetur sanctus. Verũ hoc sabbatũ κατ' ἐξοχὴν seu per excellentiã ita est appellatũ, quia significat requiẽ Christi ab opere recreationis in vij. ætate. Quemadmodũ enim Deus opere creationis mundi, sexto die cõpleto, septimo cõquieuit, ita quoque in sexta ætate, recreationis opere absoluto, scilicet natiuitate, passione & cæteris omnibus, quæ de illo prædicta fuerãt. vij. ætate requieuit, quæ secundũ quorundã opinionẽ ab ipsius passione fuit auspicata. Alij tamẽ dicunt eã incepisse à morte Abeli. Quando enim anima Christi mortalitatem & omnem patibilem corporis qualitatem exuisset, quasi in requie conquieuit.

De officio sabbati. CAP. CVI.

Nvnc de eiusdem diei officio videndum est, & in principio quidem officij omnis ignis in ecclesia extingui debet posteà quæ saxo calibe aut ferro alterum excuti: quòd fieri debet ex sarmento quoniã Christus de se dixit: Ego sum vitis vera, deinde debet benedici cum cruce & aqua lustrali. Quo quidẽ facto cereus Paschalis, vt vocãt, benedicetur, atque incenditur cũ duobus paruis aliis cereis, qui ab illo accenduntur. Vnus enim ab vna parte consistit, alter ab alia inter quos maximus statuitur cereus. Duo igitur minores cerei declarant sanctos veteris & noui testa. qui (tam videlicet hi, quã illi) omnes per Christum sunt illuminati. Vel duo cerei significant doctrinã Apostolorũ & Prophetarum, qui cum Christo in doctrina concordant & conueniunt. Tandem vero viginti quatuor in quibusdã ecclesiis leguntur lectiones. Ac Romæ quidem hoc pacto fieri solet, vt duodecim recitentur Græcè, & totidẽ Latinè. In nonnullis autem ecclesiis legũt tantùm duodecim, & in nonnullis duntaxat septem. Atqui viginti quatuor legunt, duodecim ob id Græcè recitant propter authoritatem septuaginta interpretum, quorum auctoritas quondam in Græcia maximè floruit, atque etiam in illa parte Italiæ quæ magna olim dicebatur Græcia. Verùm duodecim idcò di-

cuntur Latinè propter authoritatem trãslationis Hieronymi. In minimis tamẽ ecclesiis non habent nisi sex ob senariũ numerum qui quodammodo perfectus est. Qui verò duodecim seruant, illud faciunt propter numerũ Apostolorum. Lectis ergo lectionibus itur ad fontem cum lætania, atque aqua benedicitur, & cõsecratur. Sed peracto eorum baptismo qui fuerant baptizandi, redditur pari ratione cum læta[illegible] quidem finita ipsam missam auspicamur à Kyrieeleyson. Nam in ea missa introitus, graduale, offertorium & communio præter solitum subtricentur. Eodem modo & Agnus Dei à quibusdam quidem dicitur, à quibusdam verò non. Suscepta hostia, statim vesperæ cantantur, idque cum duobus tantum Psalmis, nimirum: Laudate Dominum omnes gentes, &c. cum Magnificat. Atque ad eum modum vna adiecta oratione totum eius diei officium absoluitur.

Quare hæc omnia fiant. CAP. CVII.

HIs itaque sic breuiter, & quasi historicè enarratis, rationes quare hæc omnia fiant prosequamur, & quid significẽt sub ordine videamus. Ignis, qui antequã nouus excuteretur erat in ecclesia, veterẽ connotat legem. Quòd ergo vetus ignis extinguitur, significat omnia legalia veteris testamenti in Christi passione fuisse cõpleta, & exinde debere illa cessare. Saxum, ex quo ignis excitatur, Christus est, super quẽ tanquam solidam ac firmã petram ecclesia est ædificata, à qua spiritus sancti ignis procedit. Elicitur tamẽ aliquando ignis ex crystallo. Nam si crystallus supponatur orificio phialæ aqua plenæ ad Solem, sine mora ignis è crystallo ilicò excutietur, si igni fomentum, quod apponi solet, adiunctum ferit. Crystallus significat puram & pellucidam Christi carnẽ, quæ sine labe fuit. Cæreus & reuocatus & illuminatus significat, quòd Christus resurgens à mortuis, in carne gloriosa verus Deus apparuit. Atque ita cæreus illuminatus exprimit Christum, diuinitatis splendore illuminatum. Quòd autem ex igne maximi cærei duo minores ac cætera ecclesiæ lumina incenduntur, declarat nõ solum Prophetas Apostolos, qui per minores duos cæreos, vt paulò antè dictũ est, intelliguntur, igne sancti spiritus fuisse illuminatos, sed & omnes etiam ecclesiæ fideles eodem igne illustrentur. Simili ratione declaratur diuinitatis plenitudinem in Christo fuisse, quòd à quibusdam in principio benedictionis cæreus accendatur. Quanquã profectò melius & commodius tum primũ accendi debere videatur, cùm in benedictione agitur de igne. Crux ex thure cæreo imprimitur, quod, nimirum significat holocaustum, id est totum incensum, & totum cõbustum, siue igne assumptum. In veterinamq; testamẽto duo

sole

ſolebant facere ſacrificia, matutinũ, quod totum incendebatur, & dicebatur holocauſtum. Crux de incenſo deſignat ſacrificium legis veſpertinum, quod immolationem Chriſti in ara crucis factam, idque in ipſo mundi veſperæ præfigurabat, quodque in eius paſſione completum fuit.

Quid per cæreum Paſchalem ſignificetur.

CAP. II.

ANnotatur quidẽ in cæreo Paſchali annus ab incarnatione Domini. Chriſtus enim antiquus & magnus annus eſt, ac dierum plenus, ſi ſumamus computationis noſtræ initium à conceptione, quando B. Maria dixit: Ecce ancilla Domini. Eo namq; dicto ſtatim Chriſtus fuit homo, atque ipſa ſpiritu ſancto plena. Ideò ergo Chriſtus annus dicitur, quòd quẽadmodum in dierũ anno ſit fructuum plenitudo: ita in Chriſto & fuit, & etiam nunc eſt omnium bonorum plenitudo & abũdantia. Habet enim Chriſtus ſuos menſes, habet ſuos dies. Siquidẽ duodecim Apoſtoli duodecim menſes ſunt, & reliqui dies Chriſtiani omnes & fideles, quorũ horæ ſunt neophyti. Inſcribuntur quoque cæreo paſchali indictio vel ara atq; expecta. Quoniã actiones omnium & ſucceſſiones rẽporum per Dei diſpoſitionem rectè diſponuntur. Vocabatur autem indictio antiquitus ſpacium quindecim annorũ, quod ex tribus conſtat quinquenniis, in quibus orbe triumphato perſoluebatur Romanis tributum ex vniuerſo orbe. Primò autem quinquennio ſoluebatur aurũ, ſecundò argentũ, tertiò ferrum, ad conficienda arma & æs ad ornandã ciuitatẽ. Et ſic ſingula quinquennia illius ſpacij quindecim annorum ſimiliter appellabantur indictio. Finitis autem quindecim annis reuertebatur tributorũ indictius vt prius, quæ quod ita tribus luſtris indicebatur, ſic dicta eſt. Appellatum item eſt tributum hoc æra ætæ, quòd eodem modo ſingulis annis omnis orbis reipublicæ Romanæ quodcunque genus æris perſoluere profeſſus fuerat. Prius ergo fuerunt indictiones, & poſteà æræ ob æs æris, ſic dictæ. Ad cuius tandem nomenclaturam acceſſit epacta, quòd additionem ſignificat, à Græco verbo ἐπάγω.

De conſecrando ſiue benedicendo cæreo.

CAP. CIX.

CÆreus à diacono benedici & conſecrari oportet, non autẽ à ſacerdote vel epiſcopo, etiã ſi ſint præſentes, quantũuis maioris ſint ordinis & dignitatis. Per quod quidem intelligitur, q; Chriſtus reſurgens ex mortuis primo ſeſe obtulerit & oſtenderit mulieribus, per quas, vt potè quæ erant ſexus debilioris, gloriam ſuæ reſurrectionis Diſcipulis ſuis nunciauit. Sed nec illud

temerè fecit Dominus. Nam quemadmodũ principium mortis per fœminã in mundũ intrauit: ita quoq; necessarium fuit, vt initium nostræ restitutionis & salutis per mulierem mundo annunciaretur, Vnde profectò curiosè considerandũ est, mulieres tribus gaudere priuilegiis, quorum primum est, quòd in Paradiso sit condita ac creata: alterũ, quòd ex muliere natus sit Christus: & tertium, quia resurgens à mortuis primò apparuit mulieri.

Cur tituli hic taceantur & de baptismo.

CAPVT CX.

DVabus de causis tituli lectionũ non præcinuntur, quarum prima est, quoniã Christus caput nostrũ necdum nobis sit restituturum. Secunda verò, quia qui sunt baptizandi, ad quos totũ illius diei officiũ pertinet, adhuc in ima ignorantiæ scripturarum profunditate immersi detinentur. Quum ergo scripturas non intelligant, non expedit earũ nominare authores. Inde quoque est, quòd tũ lectiones recitentur ex veteri test. cuius cognitio non nisi spiritu renatis perfectè manifestatur. Absolutis lectionibus in magnis quibusdã ecclesiis lętania iuxta numerum religiosorum, qui isthuc conueniunt, decantantur. In quibusdam verò ecclesiis ter dicitur: vt fides Trinitatis repræsentetur. Quòd autẽ eundo ad fontẽ ac redeundo lætania cãtetur, declarat sanctos orare pro batizãdis: vt baptismi sacramentũ vera fide percipiant, & iam, baptizati deinceps in veritate fidei & sacramẽto confirmentur. Scimus ergo, quod in baptismo tempore Apostolorum aliud nihil dicebatur, nisi hoc tantummodo: Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti. Sed B. Clemens ex doctrina B. Petri inunctionem chrismatis & olei addidit: Postea Leo & Damasus summi Põtifices, ac beatus Amb. reliqua adiecerunt, priusquam baptizabant in fluuiis & stagnis. Quòd verò sacerdos in aquis suauiter anhelat, significat fidelem facilè diabolũ posse abigere. Anhelat igitur isthic, vt diabolus inde expellatur: leui enim flatu potest repelli ab illo, qui in Domino confidit. Cæreus in aquis ponitur, quòd contactus corporis Christi in baptismate aquas sanctificauerit, & vim regenerandi illis contulerit. Repræsentat autẽ cæreus super columnã positus & accensus colũnam ignis quæ nocte præcedebat filios Israel, quando Ægyto exeuntes intrarunt mare rubrũ, in quo præfigurabatur baptismus, vt per desertum venirent in terram promissionis. Extinctus verò ostẽdit columnam nobis, quæ itẽ eosdem præibat interdiu. Columna enim tria præstabat, protegebat nãque illos à Sole, ab hostibus, & nocte eis lucem præbebat. Pari ratione Christus præcedens baptizatos, obumbrat eos contra incitamenta vitiorum, & protegi,

egit ab hostibus, scilicet à dæmonibus, & à mundanis cupiditatibus, atq; illuminat per charitatẽ. Vnde dicitur, ignis consumens in nobis vitia. Proinde q̃ chrisma in aquas funditur, significat cœlestia terrenis per fidem baptismatis cõiungi. Ob quã etiam causam fieri dicimus, q̃ sacerdos vocem mutet, & quandoque vtatur voce alta, quandoque demissa. Eo enim nobis innuitur, quòd ima, id est, terrestria per baptismum iungantur cœlestibus. Consecrata igitur aqua veniunt baptizandi, vel à susceptoribus adferuntur, & baptizantur, sed prius tamen de fide interrogãtur. Posteà verò oleo inunguntur in pectore, & in scapulis. In pectore quidem, vt capaces sint intellectus mandatorum Dei. In humeris verò, vt sint robusti ad portãdum iugũ & onus legis. Deinde ter merguntur, q̃ in fide Trinitatis baptizentur. Primò rectà facie versus aquã, & capite versus Orientem debent immergi: secundò ad Aquilonẽ capite verso: tertiò capite verso ad Meridiem. Ac primò quidẽ dicere decet: In nomine patris, mergendo puerum in aquam facie versa ad Orientẽ, posteà paululum leuare, & dicere: & filij, mergendo eum versus sinistrã partem, & iterũ paululũ leuare, ac dicere: & spiritus sancti, eundẽ mergendo versus dexteram partẽ. Atque ita tandem ipsum in altũ subleuare, ac susceptoribus cõmittere debet sacerdos, à cuius manu puerũ vt hi suscipiant oportet: vnde & susceptores sunt appellati. Non enim debet sacerdos ipsum in aquis relinquere, sed susceptoribus tradere. Tunc baptizatus in vertice capitis inungitur, in eius significationem, q̃ spiritus sanctus ei datur: Bis autẽ datus est spiritus sanctus. Primò, Christo adhuc degente in terra, quãdo discipulis discumbentibus inspirauit, inquiens: Accipite spiritũ sanctũ, quorũ remiseritis peccata, &c. Secundò è cœlo, atq; ideò bis quilibet homo iniungitur chrismate: Primò in baptismate, & in vertice: posteà in confirmatione ab episcopo, in fronte: datur enim nobis bis spiritus sanctus: In baptismate quidem datur, ad emũdationem & collationẽ virtutum: In confirmatione verò ad corroborationem. Inuncto chrismate baptizato imponitur capiti eius chrismale, rotunda quædam mitra quæ coronam vitæ significat, vel candida induitur vestis, quæ ad similitudinẽ cuculli ex albissimo panno conficitur filo rubro supertexto. Candida illa vestis innocentiæ stolã designat, quæ nobis redditur in baptismo. Et notandũ est, quòd huiusmodi albã vestẽ gestare debeãt septẽ integris diebus, nec confirmari nisi illis septem planè absolutis, propter septiformem spiritum qui datur in baptismo. Sed rubra illa fimbria, quæ vesti isti assuitur & supertexitur, significat passionem Christi, per quam baptismi sacramentũ impletur,

Aut ſanè rubra illa fimbria exprimit funē, quem Raab in Hiericō per feneſtrā dimiſit, proter hoſpitium quod ipſa præſtiterat exploratoribus miſſis ab Ioſue, ad cuius ſignū ſaluata eſt domus eius cum tota ſua familia. Cæterū rurſus hîc animaduerte, q̄ ſuprà dictū eſt, neminē debere in ſuſceptorē accipi, niſi orationem ſciat dominicā, & duodecim ſuæ fidei articulos. Hæc enim duo omnes ſuſceptores, vt filios ſuos, coram Deo obligantur, cùm illorum fidei ſint quaſi fideiuſſores. Quæ ergo ea eos obſeruare quàm fieri poteſt ſtudioſiſſimè debent, ne vnquam fide & iuſtitia excidant, vt potè reſponſuri in die iudicij de omnibus illis, quæ enormiter iſti perpetrauerint. Sacerdos quoque pater & ſuſceptor illorū eſt quos baptizat, ita vt eos inſtruere etiā teneatur. Sed quia propter multitudinē omnibus vacare nō poſſet, totū illud curæ ſuſceptorū committitur. Itémque & ſpiritualis pater eſſe dicitur ſacerdos illorū, nempè quibus verbū vitæ concionatur, & quorū audit confeſſiones. Vndè ſanè grauius ille peccare dicitur, qui ei mulieri concumbit, quæ ſuæ eſt parœciæ, quàm mulieri quæ eſt alterius, cùm eiuſmodi mulier ſpiritualis ſua appelletur filia. Solet apud nonnullos quæſtio exoriri de numero ſuſceptorum, & quod debeant eſſe neceſſariò ad puerum è ſacro fonte ſuſcipiendū. Verum nos dicimus, q̄ vnus facilè poſſet ſufficere. Sed quū in ore duorū vel triū teſtiū conſiſtat omne verbum: ideò ad minus tres neceſſariò requiruntur, quorum vnus vir ſit oportet, & duæ mulieres, nec etiam plures, ne carnalis copula per ſpiritualē coniunctionem impediatur. Quatuor autē ſunt genera perſonarum, quas eccleſia in ſuſceptores non recipit, vt ſunt Abbates, Monachi, Abbatiſſæ cum ſuis Monialibus, qui ſunt vnū genus. Ad alterum referimus infideles: & ad tertiū illos qui nec dum ſunt cō firmati. Hi enim fideles verè appellari non debent, ita vt nec hinc veriteſtes eſſe poſſint. Ad poſtremū genus referendus eſt vir cum ſua vxore, niſi prius caſtitatis ambo fecerint votū. Nam ſi permitteretur, vt ambo eundē puerū è fonte ſuſciperent, iam eiuſdem fierent patres ſpirituales, ita vt inde in poſterum ſeſe mutuò carnaliter cognoſcere non liceret, quemadmodum in decretis prohibitum eſt, Sed & hoc egregiè admittendum eſt, vt aliqui eum puerum è fontè ſuſciperent, qui cum illis ius eſt cognationis. Nā dilectio charitatis quantū fieri poteſt, per baptiſmum extendi debet. Proinde verò quanquàm pagani ſiue gentiles templa ſua circa fontes cōficere ſoliti ſint, atque aquam iſthîc ſemper in promptu habere, per cuius aſperſionem ſe purificari credebant, ita vt illos fontes delubra nominauerint, a diluendo, atque ſic naturaliter ad baptiſmum acceſſerint: nos tamen ab eorū cōſuetudine

30 *qu. 4. quid videtur extra de cogn. ſpi. cap. 2. & 4.*

baptiſ

baptismũ non sumpsimus. Habemus enim illud à tribus potissimum, quæ in veteri testamento fuerunt nimirũ à cataclismo, id est à diluuio, à mari rubro, & ab Iordane, quæ nobis velut figuram baptismi præbuerunt. At roget aliquis, num etiã liceat in cocta aqua vt in ceruisia vel musto, vel in vino vel in oleo, vel in alio liquore aliquem baptizare? Verùm enimuerò nulla in alia re istud facere permissum est, nisi [illegible] quammodo in pura aqua, siue illa ex niue & glacie sit resoluta, siue marina, siue fluuialis. Sed hoc animaduertẽdum est, quod non debeat celebrari baptismus, nisi in sabbato Paschali & Pentecostes. Fieri tamen potest causa necessitatis, quæ triplex est. Prima est causa munitionis, vt si Rex ciuitatem aliquam vellet obsidere, tunc loci eius pueri licitè baptizantur, ne contingat eos aliquo periculo mori nedum baptizatos. Altera est ægritudo. Accipitur autẽ hîc latè ægritudo pro quauis naturæ infirmitate, quæ facilè potest dissolui, ita vt nescia mus diem neque horam, & ideò frequenter fit baptismus non solennis, nec tempestiuus, hoc est, non congruo & conuenienti tempore factus. Tertia est, quæ fit causa persecutianis Gentilium. Solebant tamen Græci baptismũ celebrare in Epiphania, quòd tum Dominus esset baptizatus, atque ita baptizabant tribus diebus continuis. Consideremus interim quatuor esse genera aquæ benedictæ: aqua videlicet, in qua fit iudicium purgationis: illa quæ in ecclesiæ dedicatione sanctificatur, & qua diebus dominicis aspergimur, atque aqua baptismi, qua aspergi solebamus priusquam chrismate vngeremur, quod in quibusdam locis etiamnũ obseruatur. Sed posteà interdictum est, ne stultulus quispiam atque rerum imperitus huius aquæ aspersione se iterum à peccatis mundari putet, cùm euidenter satis manifestum sit, neminem posse bis baptizari. His ergo duobus sabbatis ideò celebratur baptismus, quia in primo per Christi passionem redimimur: in altero, quoniam ipso die Pẽtecostes datur nobis spiritus sanctus, per quem facta est remissio peccatorum.

De reliquo officio in vigilia Paschatis.

CAPVT CXI.

NVnc ad propositum redeamus: Celebrato baptismo reditur ad chorum cum lætania, eaq; cantata, ipsum sacrum siue Missa sine introitu inchoatur à Kyrieeleyson. Sed introitus propterea subticetur, quod caput nostrũ videlicet Christus nec dum nobis sit restitutus. A Kyrieeleyson ideò incipitur, vt vetus inchoandarum Missarum consuetudo, quæ fuit ante Celestinum summum Pontificem, repræsentetur. Canitur autem ideò Gloria in excelsis, quia Angeli ob renatos baptismate & neophytos in ec-

lis gloriantur, qui Domino iam nato hunc hymnũ decantarunt. Epistola verò Pauli tono ac voce communi legi debet, quoniam doctrinam significat Apostolorũ, quæ modò baptizatis est prædicanda & aperienda. Sed lectiones præcedentes nocturno tono pronunciantur, q̃ Prophetas connotent. Graduale propterea nõ canitur, quia baptizati nulla adhuc opera, nullumq; gradum in virtutibus fecerunt. Alleluya autem ex est planè angelica, vel ob id maximè cantatur, q̃ Angeli lætentur baptizatos ex seruitute diaboli ereptos, & ad fidem conuersos esse. Sed quoniam adhuc eis sit laborandũ quandiu quidẽ in hac vitæ fuerint, idcircò tractus, scilicet: Laudate Dominũ omnes gentes, confestim subiungitur. Subticetur porrò offertorium, vt per hoc expresse indicemus mulieres tacitè ad monumentum veniſſe. Tres enim Mariæ stabant iuxta sepulchrũ cum silẽtio & voce cõpressa. Nec pacem ad hanc Missam dare debemus, q̃ Christus necdum resurrexerit, qui nostra pax est, sed Agnus Dei ter dicitur cum Miserere nobis. Quod tamen tunc de resurrectione canitur sciẽdum est hoc fieri in gratiam renatorum, hoc est eorum qui sunt modò baptizati. Tacetur præterea & cõmunio, quoniã baptizati nondum cõmunicauerunt. Nam ipso die Paschatis debent communicare. Facta igitur communione statim ante collectam siue orationem cantantur vesperæ cum vno psalmo duorum versuum, scilicet Laudate Dominum omnes gentes, & cum hymno, videlicet Magnificat, dicunturq; ambo sine Gloria patri. Breuiores ideò sunt vesperæ, ne neophyti qui diuinis nondum assueuerunt, aliquo officij tædio afficiãtur. Gloria patri ob eam causam non dicitur, q̃ filius qui tertia in Trinitate persona est, nõdum nobis sit redditus. Sed ideò quoque vesperæ ante orationem Missæ decantantur, ne finita Missa populus videatur habere redeundi facultatem, quasi amplius nihil debeat expectare. Vel sanè idcircò vna oratione totum absoluitur officium: quoniam baptismi sacramentum vniuersum in Christi passione consummatur.

De tempore regressionis. CAP. CXII.

Dictum est hactenus de duobus rẽporibus reuocationis nimirũ & deuiationis. Nunc verò sequitur tempus ipsum regressionis, non quidem ordine temporũ, sed ratione officiorum. Hoc itaque tempus vocatur Paschale, significatq; tempus illud quod futurum est post diem iudicij. Quoniam tum temporis ad vitæ patriam quam per Adamum amisimus propitiante Deo regrediemur. Cognoscendum tamen est, primam huius temporis septimanam communem esse & huic tempori & præcedẽti. Pertinet enim tota ad Septuagesimã, vt suprà dictum est. Vnde profectò

fectò illud est, quod tractus, qui in ipso sabbato Paschæ canitur, & graduale per totam illam septimanam cantentur, quæ laborē nobis indicant. Duo etenim illa respectu cantantur Quadragesimæ. Alleluya verò & cætera cantica lætitiæ, propter tempus regressionis. Dicitur autē hæc septimana Paschalis, quæ à Pascha te, primo huius temporis die, sic denominata est.

De officio huius tempo[illegible] CAP. CXXII.

VT ergo temporis huius officiū cōmodè tradamus, & à primo die incipiamus, necesse est videamus primò de ipso nomine, eiusq; ratione & causa, ac deinde de ipsius diei officio. Vocatur dies hic Pascha siue resurrectio Domini. Est autem Pascha Græca vox, dicturq; nobis transitus, non passio vt plerique arbitrantur. Hebraicè verò dicitur phase. Sed ideò diem hunc Græco nomine, & non Hebraico appellamus, licet Hebraica lingua dignior sit, vt non solùm in aliis, verùm etiam ne in nomine quidem videamur Iudaizare. Propter hanc eandē causam & Pascha & Penrecostes, quas ipsi celebrāt, in nostris calendariis certo die non annotātur: nec vnquā eas illo tempore celebramus, quando illi, ne eos in aliquo imitemur, néve hic rursus quosdam sequamur hæreticos, qui dicebant Euangelium non posse sufficere ad salutem sine cæremoniis legalibus. Vocamus autem diem hunc Græco potius vocabulo quàm Latino, q; Græca lingua olim apud Romanos tantæ fuerit authoritatis, vt dies solennes, ac dignitates suas Græcis nominibus vocarēt, vt Pascha, Pentecoste, ὑπαντὴ, Epiphania, Apostolus, Episcopus, Archiepiscopus, &c. Vel dici potest iuxta Augustī. nomen hoc Paschæ diuina constitutione compositum fuisse à Græco verbo τῦ πάσχειν, quod pati interpretatur, & hoc nomine Hebræo Phase, quod si Latinè reddatur sonat transitum. Rectè enim duo hæc nomina πάσχειν & Phase, conueniunt in hoc nomine Paschæ, tam secundum significationem, quàm secundum voces. Secundum quidem significationes quoniam in passione Christi fuit transitus. Per passionem enim Christus transiuit à morte ad vitam, & fecit nobis viam credentibus in resurrectione eius, vt transeamus & nos de morte ad vitam. Quare non immeritò nomen hoc vtriusque nominis habet significationem, atque ita artificiosè etiam in re complectitur significationem eius vocabuli Latinam, vt ex duabus linguis fiat tertia, nempè Latina. Appellatur enim Pascha ipsa dies resurrectionis. Verùm tempus Paschale dicitur à dominica in Ramis palmarū vsque ad octauam Paschæ, ita tamen, vt dominica in Ramis palmarum appelletur minus Pascha, quia tunc inducebatur agnus, qui sexta feria debebat imolari. Propriè verò dicebatur Pascha

dies

dies quo agnus imolabatur. Modò de causa nominis dicendum est. Vocatur autē tempus hoc Pascha secundum historiā, tropologiā, allegoriā, & anagogen. Et quidē secundū historiam, quoniam populus Israēliticus quando primū celebratū est Pascha, transiuit per mare rubrū, cùm ex Ægypto egrederetur. Vel quando Angelus ille exterminator per Ægyptū transiuit, interfecitq; totius Ægypti primogenita ab homine vsque ad pecus, ad illas domos pertransiens in quarum foribus non inueniebat sanguinem agni, in formā literæ huiusmodi T. Secundum allegoriam, quandoquidem hoc tempore per baptismū ecclesia ab infidelitate transiit ad fidelitatem. Dicitur enim allegoria alieniloquium, vel potius inuersio, cùm aliud verbis, aliud sensu ostendimus. Secundum verò tropologiam, quoniam hoc tempore per cōfessionem transimus à vitiis ad virtutes, diciturq; tropologia, quasi sermonis ad mores conuersio. Denique secundum anagogen, quia Christus nunc à mortalitate ad immortalitatem transiuit, fecitq; vt quemadmodum iam resurrexit, nos in vltima & vniuersali resurrectione ex hac mundi miseria ad æternā beatitudinem transiremus. Nam & illi qui in inferno erant tunc transierunt, idq; ab inferno ad portam Paradisi. Dicta est autem anagoge ab ἀνὰ sursum & à γωγὴ, id est, ductio, quasi sursum ductio. Volente enim Deo à mortalitate transibimus ad immortalitatem, qui transitus subtilis & excelsus est. Sic enim in hoc nomine Hierosolymæ quatuor ista possunt inueniri: historia, quemadmodum de ea ciuitate ad quam pergunt hospites & peregrini: allegoria, vt est ecclesia militans: tropologia, vt quæuis anima fidelis: anagoge denique, vt Hierosolyma cœlestis. Intellige tamen Christi trāsitum anagogicè non allegoricè in prædictis, scilicet Pascha, & cæteris. De officio autem huius primæ septimanæ generatim dicimus ad nocturnos nocte tres duntaxat psalmos cum tribus antiphonis, tres item lectiones cum tribus responsoriis, idq; ex homiliis tantum dici debere. Cæterum in quibusdam ecclesiis ad vnū quodque responsum annectunt Gloria patri. Fit etiā in plerisque ecclesiis, vt cantato vltimo responso, cum candelis cæreis & solenni processione eant ex choro ad locum quendam vbi imaginariū sepulchrum compositum est, in quod introducuntur aliquot in personis mulierum, & discipulorum Ioannis & Petri, quorum alter altero citius reuertitur, sicut Ioannes velocius cucurrit Petro: atque item alij quidam in personis Angelorum qui Christū resurrexisse dixerunt à mortuis. Quo quidem facto personæ eæ redeunt ad chorū, referuntq; ea quæ viderint & audierint. Tunc chorus audita Christi resurrectione prorumpit in altā vocem,

Psal. 134.

inqui

inquiens: Te Deum laudamus. Ad primam verò nonnulli dicunt tota hac ſeptimana pſalmum hunc. Confitemini Domino quoniam bonus: quòd præcipuè de Chriſti reſurrectione agit. Symbolum autem Athanaſij: Quicunque vult, &c. toto illo tempore non cantatur, quoniam maximè pertinent ad fidem. Sed hoc tempus indicat oſtauam ætatem, vbi non fides erit, ſed res: vbi non figura erit, ſed veritas. Pauò ta[illegible]liter in quibuſdam eccleſiis ſolet fieri, vt in noſtra Pariſien[illegible]. Sed animaduertere quòd cùm Credo in vnum Deum perinde fidei ſit Symbolum, ad Miſſam tamen leg[illegible]ur, & quod illud quidem fiat ad inſtructionem neophytorum in articulis fidei. Aliud verò ſymbolum quod minus appellatum eſt, ad primam planè ſubticetur ob ſuam ſignificationem. Nam cùm venerit quod perfectum eſt, tum perimetur id, quod ex parte conſtat. Præterea animaduerte hanc ſolennitatem vſqueadeò eſſe magnam, vt per antonomaſiam atque excellentiam vocetur ſolennitas ſolennitatum.

Quæ circa hoc tempus ſint obſeruanda.

CAPVT CXIIII.

POſt hæc priuſquã cætera proſequamur de quibuſdam quæ huc cõſideranda veniunt, oportet paucis tractemus, videlicet de ornatu templi, de reconciliatione proximi, de modo ſalutãdi, de veneratione huius temporis, de menſa corporis & poſtremò de quadam libertate decembris. Ac templũ quidẽ aliud, vt diximus, eſt materiale, aliud ſpirituale. Materiale eſt, quod ex lignis, cæmentis, ſaxis, lapidibus, & cęteris ædificãdi materiis confectũ eſt: ſpirituale verò nos ſumus. Vtrunque circiter hoc tẽpus mundandum eſt, vtrunque ornandum & poliendũ. Neceſſe enim eſt, vt hoc tempore ad balneas veniamus, non vtique ad voluptatem, ſed ad eius rei declarationem, vt per extrinſecam corporis ablutionẽ interiorem animæ purgationem fieri debere intelligamus. Exigit præterea tẽpus hoc vt barbas radamus ac tonſuras & coronas, quas in vertice capitis geſtamus, capilloſq; demamus. Abraſio enim capillorum & barbæ, quæ ex ſuperfluis ſtomachi naſcuntur humoribus, vt vngues ex ſuperfluis humoribus cordis, ſignificat quòd debeamus vitia & peccata quæ nobis ſunt ſuperflua, reſecare. Capillos vltra aures demere debemus, vt quinque corporis ſenſus expeditos & promptos ad ſeruiendum Deo habeamus. Sed ideò ſummitatem capitis radimus, quò per hoc nihil inter nos & Dominum eſſe demonſtremus. Oportet ergo hîc mundas & ſolẽnes induamus veſtes, maximeq; cãdidas depoſitis nimirum nigris & pœnitentialibus. Indicat enim tempus hoc ſecundam illam reſurrectionẽ, qua nos ſtolam ſalutis vel glorificationis

cationis corpore induemus, & animo stolam iustitiæ. Vel etiam propter renatos, qui albis vestibus tunc sint induti. Vel denique ob Angelos, qui in resurrectione Domini albis vestibus apparuerũt.

De ornatu templi materialis. CAP. CXV.

DE emendatione materialis templi superius dictũ est. Nunc verò de ipsius ornatu exponamus, qui triplex est, in ornandis parietibus in choro & in [illegible]. Ad parietes quidẽ sunt appendendæ cortinæ, aulæa, & pallæ sericæ. In choro habenda sunt dorsalia tapeta sedilia clericorũ. Sunt autẽ tapeta tegmina variis coloribus depicta, quæ præcipuè sub Episcoporũ pedibus sternuntur, & mundana pedibus penitus calcare debeant. Sic & velamen adesse debet, quod ante crucifixũ remouetur, retro quẽ ponitur palliũ, & quæ prius erãt operta ante Christi passionẽ, modò manifestentur. In quibusdã locis crux in altũ erigitur cum vexillis, per quæ Christi victoria designatur. Altare quoq; suis ornamẽtis decoratur, vt crucibus ordine collatis, ceptis testibus Euãgelicis, Philacteriis. Est tamẽ discrimen inter philacteriũ & philacteriã. Philacteriũ enim chartula est, in qua decẽ legis præcepta scribebãtur, cuiusmodi chartas solebant ante suos oculos circunferre Pharisæi in signũ religionis. Vnde in Euãgelio, Dilatãt enim philacteria sua, & magnificãt fimbrias. Atque hoc quidẽ philacteriũ à φυλασσω, id est, custodio, dictũ est, & thoral, quod est lex. Philacteria autem philacteriæ, vasculũ est vel argenteũ vel aureũ, vel etiã chrystallinũ, in quod sanctorũ cineres, & reliquiæ reponuntur. Porrò autẽ tres sunt causæ quãobrem ecclesiæ thesaurus in magnis solẽnitatibus in apertũ proferatur. Et primò sanè propter cautelæ considerationẽ, vt appareat, quàm cautus ille fuerit in seruãdo qui istũ seruare debuerit. Tum verò propter solẽnitatis venerationẽ, tandemq; ob memoriam oblationis, quo videlicet in illorũ offeratur memoriũ qui istiusmodi bona ecclesiæ prius obtulerunt. Ante altare dependi oportet pulchrum aliquod velamen nimirũ pallium, vel ei simile quidpiã, seu tabula vel aurea si habeatur. Ante quod quidem ornamentum in nonnullis magnis ecclesiis velamenta triũ colorũ poni solitũ est, vnũ rubrũ, alterũ subalbũ, tertiũ nigrũ: quæ tria significãt tempora. Paschate enim cùm prima lectio finita est cum suo respõsorio velamen nigrũ, quod tempus ante legẽ indicat, remouetur. Postquã verò secunda cum responsorio absoluta est, remouetur velamen cãdidum, per quod tẽpus sub lege exprimitur. Ira demũ & tertia lectione finita ac responsorio, deponitur velamen rubrũ, quo tempus gratiæ significatur, in quo per Christi passionem ad sancta sanctorum, id est, ad æternam gloriam nobis patet aditus.

De

De reconciliatione proximi. CAP. CXVI.

SEquitur de recõciliatione proximi: Cùm enim illo die cõmunicare omnes debemus, si cum aliquo discordes fuerimus necessariò oportet vt ipsum nobis reconciliemus. Alioquin certè iudicium nobis sumeremus, quod eleganter à minori probari potest, iuxta illud Euangelicũ: Si offers munus tuum, &c. Vnde est, quod sacerdos diebus dominicis antequam concionem absoluerit, teneatur populo orationem dominicam, & fidei articulos vernacula lingua exponere. Ex qua etiam causa fit, quod oratio dominica alta voce in Missa cantetur, vt omnes eam addiscant, & hinc ad conciliationem proximi admoneantur. Tota hac Paschali septimana æquum foret, vt nisi aliter modò vsus obtineret, hoc pacto vnumquemque salutaremus, videlicet: Resurrexit Dominus, & qui ita salutatus esset, responderet Deo gratias, datis sibi mutuò osculis in signum dilectionis & charitatis.

De veneratione huius temporis. CAP. CXVII.

VErò nunc quoq; de veneratione huius tẽporis pauca dicamus. Vsque adeò tempus hoc venerandũ & colendũ est, vt omnia ergastula & operatoria & officinas tam mulierum quàm virorũ occludere debeamus, ac nulla venalia exponere, exceptis illis sine quibus cœnari nõ posset. Præterea oportet nos latomias & cætera genera carcerum relaxare, & captiuos communi aëri restituere integra hac septimana, vt gaudio nostro nobiscũ communicent. Sunt autem latomiæ lapidicinæ, in quibus cæduntur lapides, & ad quas damnari solebant ij qui in opus metalli damnabantur. Tametsi quidem & pro quouis carcere accipi possit, vel quod Romæ huiusmodi latomia in carcere prope Tullianũ fuerit, vel quòd lingua Siculorum latomia Syracusis carcer appellabatur. Seruos autem & ancillas ac omnes qui nostro seruitio sunt addicti, profectò ab omni seruitutis seueritate eos hoc tempore laxare debemus, quemadmodum etiam nostros pastores, siue sint equorum, siue porcorum, siue armentorum, siue etiam ouium & caprarum, vt liberè & securè omnes possint ad audiendum diuinum officium conuenire, & communicare. Inhumanũ quoque est hoc tempore debita à debitoribus exigere, ita vt vel hinc tum temporis pascua communia esse dicantur.

De mensa corporis. CAP. CXVIII.

NIhil quod non sit à sacerdote benedictũ, hoc die Paschatis comedere debemus. Vnde etiã nunc in quibusdã regionibus pro more receptum est, vt in magno vase omnia quæ velint illo die comedere fercula ad ecclesiam deferant, in cuius atrio & vestibulo à sacerdote cum cruce & aqua lustrali, quã benedictã

dici

dicimus, in sacris vestibus benedicũtur. Posteà verò sacerdos aliquid sibi de singulis ad suam necessitatem sumit. Et certè nullus quouis die quicquã vel edere vel bibere deberet, quod non ante sit benedictũ, vnde B. Hieronymus de quadàm moniali recenset in eo libro, cui Vitas patrum titulũ fecit: Cùm enim illa fortè fortuna in ortum suum iret, & lactucas absque benedictione comederet, simul etiam diabolum [illegible] sibi eas sese abdiderat, imprudens deglutiit, qui multo tempore eam acerbè vexauit. Debet autem quiuis homo hoc die tria potissimùm exercere, misericordiam videlicet, liberalitatẽ, & sobrietatem. Misericordiã, vt egenos & vagabundos ad se suscipiat, eisq; misericordiæ opera exhibeat, & illis aliquid iuxta quod in lege præceptum est, mittat, qui nihil sibi aut coxerunt, aut præparauerunt. Liberalitatem verò maximè hoc tempore quemque exercere oportet, vt si abundat, vicinis & amicis suis quippiam impartiatur. Sed & sobrietatem ideò, & debeamus illo die magis sobriè comedere, vt sibi quisque parcus sit, aliis verò largus. Obseruet ergo quilibet misericordiam quantum ad pauperes, liberalitatem quantum ad amicos, & sobrietatem quantum ad seipsum.

De paruo prandiolo. CAP. CXIX.

EXponendũ modò est de paruo quodã prandiolo, quod fieri debet ante magnũ prandium in Paschate quando cõmunicatum est. Statutũ enim est in quibusdã ecclesiis, & vbique terrarum sic deberet fieri, vt illo die panis & vinũ in ecclesia habeatur, & cùm homines communicauerint, detur statim vnicuique panis buxea priusquã recedant, & paululum vini, ne fortè quippiam de sacramento in ore remanserit, quod expuendo facilè emitti queat. Posset enim facilè contingere, si non statim comederetur. Quæ sanè laudata consuetudo omnibus probatur, sumpsitq; originẽ ex institutione B. Benedicti. Instituit nanque vir ille sanctissimus ob eandem causam, vt illi, qui aliis fratribus debent in prandio post cõmunionem ministrare, aliquid prius comederent. Atque hoc quidem prandium mixtũ appellari solet. Debent autem singulis diebus religiosi communicare, qui vel pomũ, vel aroma aliquod, vel tale quippiã saltem comedere debent, quod nauseam cõpescat. Eadem etiam consideratione statuit ecclesia vt Missæ tribus certis horis pro dierũ qualitatibus celebrarẽtur. Tertia videlicet hora diebus festis, sexta profestis, & nona in ieiuniis, vt absoluta Missa, & peracta communione, statim accedatur ad prandiũ, ne prædictam causam incurrunt hi, qui cõmunicauerũt. Dixi his tribus horis, quia his celebratis licet prandere pro qualitate dierũ, & non prius. Si autem fortè contingat, vt vel

hoc

hoc die vel quocũque etiam alio, sacramenti aliquid è calice excidat, sciendum est, si de corpore fuerit, quod sumi oporteat: Si verò de sanguine super pannũ ceciderit, quod debeat illud omne lambi quantum fieri potest, & si pannus iste lauandus sit, lauetur in piscina. Sed si super lapidem vel lignum ceciderit debebit, omnino eradi, & quod abrasum est comburi, ac cinis ille sub altari recondi. Idem faciendum, si simile quippiam nausea acciderit. Animaduertamus ergo hîc, quod ob duas præcipuè causas aliquid lauatur, nempè propter veneratioñem sacramenti, sicut sacerdos lauat manus, quando sacramentum tetigit, & propter immunditiam, vt quod immundum est, mundum efficiatur. Itemq; ac & illud animaduertamus, decretum fuisse in quodam concilio Pictauiensi, vt nullus vnquam sine lumine aut cõmunicaret aut Missam celebraret. Proinde cũ eo quod statim diximus, obseruemus neque laicum, neq; sacerdotem debere post cõmunionem in talem locum expuere, quo sputum istud facilè possit conculcari, videlicet ante commestionem. Vbi etiã diligenter cauendum est, ne in locũ immundum & impurũ expuatur. Quod autem hîc quæritur, quemadmodũ canon dici debeat, citòne an tardè? respondemus verba debere citò pronunciari, sed tamen discretè. Et cur obsecro citòne videlicet muscæ venientes auferãt suauitatem vnguenti. Quod quidem constat etiam ex veteri testamento in Exodo, vbi hoc pacto dicitur: Comedetis festinanter. Dictum est enim illud de imolatione agni. *Exo. 12.*

De quadam libertate Decembris, CAPVT CXX.

REstat vt de eo nunc agamus, quod vltimo loco in partitione superiori propositum fuit, nimirum de quadam libertate Decẽbris, quæ hoc tempore in quibusdam locis obseruatur. Sunt enim nonnullæ ecclesiæ, in quibus vsitatum est, vt vel etiam Episcopi & Archiepiscopi in cœnobiis cum suis ludant subditis, ita vt etiam sese ad lusum pilæ demittant. Atque hæc quidem libertas ideò dicta est Decembrica, q; olim apud Ethnicos moris fuerit, vt hoc mense serui & ancillæ & pastores velut quadã libertate donarentur, fierentque cum dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionẽ messiũ. Quãquã verò magnæ ecclesiæ, vt est Remẽsis, hãc ludendi consuetudinẽ obseruẽt, videtur tamẽ laudabilius esse non ludere. Notãdũ quoq; est in plerisq; regionibus secũdo die post Pascha mulieres maritos suos verberare, ac vicissim viros eas tertio die quẽadmodũ licebat seruis in Decẽbri dominos suos impunè acculare. Quod ob eã rẽ faciũt, vt ostẽdant sese mutuò debere corrigere, ne tẽpore illo alter ab altero thori debitũ exigat. Vnde sciendũ est in Cõcilio

Eliberrino sub Siluestro Pontifice huiusmodi decretum fuisse: vt vir & vxor quando deberent cõmunicare, tribus diebus antequã cõmunicarent, ab amplexibus abstinere, & postea itẽ tribus sequentibus ad minimũ, vel quinq; vel septẽ, propter septem dona spiritus sancti. Quod sanè decretum sumptũ est ex lib. Regũ idq; ex eo loco vbi dicitur, Dauid fugiẽs à facie Saul venisse Nobe, ad sacerdotem Abimelech, & petisse ab eo cibũ. Qui cùm nõ haberet, quod ei daret, nisi panes propositionis, quos non licebat nisi sacerdotibus comedere, & illis etiam mundis, quũ gratularet tamen illos sibi Dauid: Sunt, inquit, pueri tui mundi? Cui Dauid respondit, si de mulieribus queris, ab heri & nudiustertius abstinuimus. Alij autem codices sic Legunt: Si pueri tui sunt mundi maximè à mulieribus, manducent. Quasi diceret. Necessitas non habet legem. Si tamen ex coitu sunt immundi, ne in necessitate quidem eis dabo. Et inquit ad eũ Dauid. Ab heri & nudiustertius nos continuimus, & sunt vasa puerorũ sancta, id est, corpora, in quibus continentur animæ vel ipsi pueri. Porrò via polluta est, sed hodie sanctificabitur in vasis. Quasi dicat: Fortè in via hac aliquid immunditiæ cõtraximus, sed munditia corporũ sufficit ad eã mundandam. Nec verò dico, quòd si vir ab vxore thori debitũ postulet, quod huic illa nõ reddet, sed debet ipsum placidè monere ne exigat. Si verò instet, nec vllis monitis acquiescat, per soluat, ne exigenti fortè hinc magis peccare accidat, quemadmodum non ita pridẽ quibusdam Germanis fertur euenisse. In Germania enim quũ castè integra quadragesima viuentes vir & vxor seorsum cubuissent, fortè fortuna Paschali nocte cùm ad matutinas surrexissent, mulier exegit debitũ. Quam diligenter vir corrigens, cùm nihil bonis admonitionibus proficeret, promisit se illud facturũ, quod peteret simulatq; rediret, & sic ad matutinas abiit. Illa verò quasi furibunda domi remansit, & accessit iuuenem quendam sui mariti fratrem, in eadem domo dormientẽ, petens ab eo vt se cognosceret. Qui nolens ei acquiescere, tũ propter temporis veneration em & sanctitatem, tum propter incestum, quod illa impudenter petebat, prorsus se facturum denegauit, atque iterum hic obdormiuit. Tum mulier ob repulsam, quam passa fuerat, vehementius ardens, dormientem iuuenem obtruncat. Viro autem redeunti domum omnem rem narrat ordine, inquiens: Huius mali tu author es, qui hæc me facere coegisti. Proindè longam, multámque ambo egerunt pœnitentiam, nec ideò sunt separati. Quare hac in parte intelligendum est, virum mulieri in omnibus præesse, & in mulierem omne habere imperium exceptis genitalibus, in quibus vtrique par est & dominium

minium & impetium. Vnde dicitur : Vir non habet potestatem suæ carnis, sed mulier: nec mulier sui corporis, sed vir, hoc est, genitalium, sic enim exponit Augustinus. Hinc etiam est, quod sacerdotes non habeant mulieres. Si enim haberẽt, quotiescunque ab iis debitum exigerent, istud soluere tenerentur, & sic non possent infra tres dies sequentes orari ministrare. Ac sciendum præterea est, quòd tribus diebus Paschã sequentibus planè sit feriandum, sed quarto die liceat viris rustica exercere opera, fœminæ autem debeãt à lendo abstinere. Magis enim sunt necessaria ea, quæ ad agrorum culturam pertinent, quàm ista alia. Vnde Gregorius : Melius est, inquit, fodere & arare die dominico, quàm ducere choreas. Ex hoc sanè fieri dicimus, quod singuli isti dies propria & peculiaria habeant officia & propria responsoria, alia autem non item, sed quasi per quandam accommodationem. In hac porrò septimana nihil legendum est ex veteri testamento, sed quælibet dies sua habet officia. Nec cantandum etiam est : Quicunque vult, quia hoc tempus significat futurum illud tempus, quod adfore post resurrectionem credimus, quando omnis fides, omnis spes omnino destruetur. Post officium autem hic versiculus dicitur, scilicet : Domine probasti me & cognouisti me, & quidam tacent : sessionem meam. Sed tamen vtrunque dici potest, quo indicatur duplex in Christo natiuitas. Bifariam prima cantari potest, aut breuius, aut prolixius. Prolixius quidem, cùm plena esse dicitur, sitque in lætania & cũ precibus. Breuis autem, quum minus plena esse appellatur, ac sit vel tantummodo cum precibus & sine lætania, vel sine lætania ac sine precibus. Atque hæc est, quam hisce diebus canimus sine precibus, & omnino breuius, quàm alio tempore. Magna item in communicandis cautione opus est: vt videlicet sacerdos prius audiat confessionem eorum, qui sunt communicaturi : & si quis aduersus fratrem suum odium vel criminale aliquid habeat, admonendus prius est ne communicet antequã fratri suo reconcilietur. Sed si huiusmodi aliquis se cũ aliis imprudenter ingerat, non est ei negandum, nec agendũ vt quidam agunt, qui hostias habẽt & consecratas & non consecratas, ita vt si aliqui accesserint, qui fraternũ odium exercuerint, vel aliquid criminale, cõmunicent de nõ consecratis, verùm eos graniter peccare satis manifestum est. Fallunt enim eos: quanquam non minus, imò magis peccant alij qui sumunt, cùm sponte & voluntariè rei sint. Nam putant se verũ corpus sumere, & non pertimescunt illud sumere indignè. Debet ergo sacerdos panem habere consecratũ, vt si tales accesserint illo etiã pane communicent. Quatuor autem modis cõmuni

catur in ecclesia, vel sumendo corpus Domini, vel pacem dando, vel benedictionē accipiendo, vel etiam sub finē Missæ cùm dicitur: Humiliate vos ad benedictionem. Quod ideò institutum est, vt si quis hoc modo non cōueniſſet, saltem illo. In primitiua enim ecclesia præceptum erat, vt singulis diebus corpus Domini sumeretur: posteà verò crescente numero fidelium: vt singulis diebus dominicis. Vnde etiam Nicæn. in Græcia sub anathemate ponitur, qui à tribus diebus dominicis non communicauerit. Modò autem nos tenemur in tribus solennitatibus, nimirum Paschate, Pentecoste, & Natali. Appellatur autem prima illa solennitas paschæ, agnus & transitus, salutandúmque eo tempore est, hoc modo: Resurrexit Dominus. Sic & eodem die in principio Missæ populo est concionandum, vel post Euangelium, & admonendi sunt discordes ad concordiam. Ob quam quidem causam fieri putatur, vt cùm Dominica oratio in prima dicitur voce submissa, & alta & expressa eadem pronūcietur in Missa, vt vel eo pacto adhortentur qui in fraterno sunt odio, & ad concordiā discordes excitentur, antequā communicent. Nunquā etiam magis indignè corpus Christi sumi potest, quā ad eum modum.

Expositio quorundam, quæ cùm circa hoc tempus, tum alibi etiam obseruantur. CAP. CXXI.

QVamobrē autē Episcopi & alij ecclesiastici feriis hisce Paschalibus ludere possint, modò expositum est. Sed deinceps vt & alia nonnulla, quæ cùm hic tum alibi fiunt explicemus, hinc ordiemur, videlicet apud quosdam hoc tempore aquarum fieri dimensiones, ne quia tota Quadragesima vigilauerunt, his sanctis diebus velint dormire. Induimus autem hoc etiam tempore albas vestes, tum & pueri regenerati eas habeant, tum & eo die angeli in albis visi sint. Ob causas supradictas tacetur: Quicūque vult, & canitur, Credo in vnū Deum. Animaduertere hîc obiter, si forsitan vinū in calice congeletur, sacerdotē debere tāntisper exhalare, donec glacies resoluatur. Quod si verò non possit eo modo resolui, necessarium est, vt igni apponatur. Sed si quid casu in calicē ceciderit, siue nimirum musca siue aranea, certè quicquid illud est, omne istud sacerdotē deglutire oportet. Proindè verò sabbatum sequens in albis appellatū est, idq; ex veteri cōsuetudine, quū eo die nigras vestes omninò deponebāt atq; induebāt albas, sed hoc nōnulli faciūt in sabbato Paschæ. Statim autē dominica sequente nouē lectiones cantandæ sunt vnde & historiā habent, videlicet: Dignus es Domine. Sic enim fit Romæ. Nec his diebus flectenda sunt genua, sed rectè orandū est: quia, vt inquit Ambros. sub finē Lucæ: Mulieres venerunt ad monumentū, nec

flexe

flexerũt genua, sed rectè inspexerũt sepulchrũ. Nota interim non debere in festo B. Mariæ Annũciationis sequẽtiã quam etiã Prosam appellatã esse diximus, cãtari, etiã causa deuotionis, nec vn quã niũ canatur Alleluya. Moris enim fuit, vt post Alleluya cantaretur neuma. Nominabatur aũt neuma cãtus, qui sequebatur Alleluya. Posteà verò quidã Papa instruit loco neumæ dici sequentiam, quæ quod Alleluya sequetur, sic appellata videri potest. Conceditur nihilominus, vt hoc tempore aliquis genua flectat, modò id non aperte, sed secretò faciat, & ieiunet etiam qui velit. Nam, vt ait Hieron. vtinã possemus omni tẽpore ieiunare. Sunt autem prohibitæ in ieiunio carnes, quemadmodũ & oua, caseus, lac, quod, vt idem putat Hierony. hæc omnia sint carnes liquidæ. Beatus tamen Benedictus permisit oua, lac, & caseos comedere, vt quãuis libidinis quædam sint incitamenta, ad maiorem tamen coronã & victoriã comedantur. Verũ eis, qui ieiunãt pisces permissi sunt, sed vt ait Hieron. pisciculi pauci, quo facilè intelligitur, & parui & pauci esse debeãt. Dicitur autẽ tempus hoc Quinquagesima, quod per tẽpus istud significetur tempus iubilei, quo plena erit libertas, & nostra nobis reddetur hæreditas. Vndè profectò & Alleluya cantamus. Verũ genua non flectimus, imò stantes oramus, nisi in lætanijs. Ad postremum autem animaduertamus Pascha Iudæorum fuisse figurã nostri paschatis, & nostram vicissim significare pascha futurũ, quod erit in fine mundi. Quod vt pateat sciendum est duo opera Dei, scilicet opus creationis, & opus recreationis. Opus creationis fuit in principio, cùm Deus mundum & omnia quæ in ipso cõtinentur, creauit. Opus vero recreationis fit quotidie, sed Deus illud maximè exercebit in die iudicij, quando omnia innouabuntur. Tempori vtriusque operis nostrũ pascha conuenit & concordat. Et quidẽ tempore creationis, quia tunc Angeli Dominum laudauerunt, vnde dictũ est Iob: Vbi eras cùm astra matutina laudarent me, & omnes filij Dei iubilarent ante me. Sic & nos in nostro paschate renati, Alleluya laudando Dominum cantamus. Tempus verò recreationis pari ratione nostrũ pascha è vestigio repræsentat. Tres enim illi dies qui pascha præcedunt indicant tẽpus Antichristi, cui tres Reges manus dabũt, quique posteà per eos septẽ sibi regna subiicient, & decẽ regna eius imperio inseruiẽt. Nam apud nos quemadmodũ illo tẽpore, videlicet ipso die cœnæ pœnitentes in ecclesiã recipiuntur, eodémq; die pedes, qui sunt corporis Christi extrema pars, lauantur: ita & iudæi aqua baptismatis extremo tempore mundabuntur. Vnde Reliquiæ Israël saluæ fient. Die verò Parasceue passio recitatur, sicut & tũc

Ecclesia maximè persequetur. Tum enim soluetur satanas, qui à passione Domini ligatus in inferno detentus fuit, vtiq; hoc die cymbala non pulsantur, sic tunc concionatores siue prædicatores continebunt. Quare & in tenebris Benedictus alta voce canitur quia tum temporis Antichristo interfecto multi gaudebunt, ita vt ignis qui in tenebris modò videbatur penitùs extinctus & postea elicitur, significet quod [illegible] illo tempore in iis in quibus spiritus sancti ignis videbitur extinctus, rursum reluceseet. Sic in sabbaro baptizantur pueri, & tum baptizabuntur Iudæi. Ipso die resurrectionis in persona Christi cantamus: Surrexi & adhuc tecum sum, sed tunc dicemus illud ipsum in persona nostra, quando resurgentes transibimus ex hac moralitate ad immortalitatẽ. Debent ergo in octauis Paschæ nouẽ dici lectiones ex Apocalypsi, quod ostenditur per responsorium, Dignus es Domine. Ideò enim responsorium nominatur, quia vt iam sæpè dictum est, lectioni quæ præcessit, debet respondere. Nec est quod quis obiiciat in ętate qualibet dominica responsorium dici de Trinitate, quum tamen de ea nulla lectio recitetur. Fuit enim illud ita in primitiua ecclesia institutum: vt videlicet singulis diebus dominicis diceretur & lectio nona & responsorium de Trinitate. Sed quia lectio illa in dissuetudinem abiit, tantummodo responsorium remansit. Toto tempore Paschali non debemus flectere genua, nec ex necessitate ieiunare. Sed ex pietate & deuotione vtique, vt diximus, licitum est. Nam tempus hoc Paschale octauam significat ætatem, in qua erit perfectũ gaudiũ omnibus sanctis. Vnde est, quòd hîc nõ ieiunamus, nec genua flectimus, sed stantes oramus, ac delicatius & lautius comedimus, nisi in duabus Lætaniis, de quibus hic agendum est.

De lataniis CAP. CXXII.

PRimò ergo videndum est quid sit lætania: secũdò quum sint duæ lætaniæ, quare vna dicatur maior, altera minor: tertiò quamobrem fuerint institutę: quartò quemadmodum in his ieiunandũ sit & vestiendum: quintò & vltimò quid populus in lætania debeat cantare. Lætania interpretatur. Latinè supplicatio siue rogatio. Supplicatio dicitur, quia tunc Deo supplicamus, vt à morte subitanea & ab omni aduersitate nos defendat. Rogatio appellatur, quia tunc sanctos rogamus, vt pro nobis ad Dominum intercedant. Duæ sunt lætaniæ, maior & minor. Maior fit in festo B. Marci Euangelistæ. Dicitur autem maior, tum authoritate institutionis, quòd eam instituit Gregorius Papa eius nominis primus, qui & magnus Gregorius dictus est: tum authoritate loci. Fuit enim instituta Romæ, & publico decreto sancitum, vt

vbi

vbique celebraretur. Alia lætania nominatur minor, quia à minori instituta fuit, scilicet à B. Mamerto Episcopo, idque Viennę. Atque hæc non celebratur nisi in ecclesia Cisalpina. Quare autē fuerit instituta prior lætania, hanc reddit causam Paulus Mōtiscassinij monachus Longobardorū historiographus. Nam, vt inquit ille, tępore Pelagij Papæ tanta fuit aquarū inundatio in vniuersa Italia, vt aqua ascenderet ad superiores vsque fenestras tēpli B. Zenonis, quod erat V[illegible]næ, nec tamen miraculose aqua templum influit. Ex qua [illegible]undatione per Tyberim affluxit in agros m[illegible]um, inter quos extitit maximus draco, & omnes per duo ostia Tyberis intrarunt mare. Ex horū serpentū venenatu afflato & maximè istius draconis, corruptus est aēr & infectus vsque adeò, vt inde grauissima pestis inguinaria nata sit, qua homines passim moriebantur. Tum Pelagius Papa indixit ieiunij, & præcepit vt processionem instituerent, quod ita factum est. Sed in ipsa processione ipsemet cum septuaginta aliis expirauit. In eius autem locū institutus est Gregorius magnus, qui huiusmodi lætaniam vbiq; terrarū obseruari præcepit. De secunda lætania quæ per triduum celebratur, ait Gregorius episcopus Turonensis, quòd tempore B. Mamerti Viennæ & circa Viennam fiebant crebrò terremotus & tanti etiā, vt vel maximæ domus & multæ ecclesiæ inde collapsæ sint & corruerint, quæ tempestas toto anno durauit. Sic etiam sabbato Paschali dū ipse Mamertus diuinum celebraret officium, igne cœlitus demisso combustū est ciuitatis palatium. Præterea bestiæ, vt lupi & apri ex syluis in ciuitatem exibant, atque homines deuorabant. Pro his ergo incōmodis B. Mamertus triduanum indixit ieiunium, ad similitudinem Niniuitarum, præcepitq; vt processionem facerent, vt quemadmodū illi per triduanum ieiuniū vrbis euaserunt subuersionem, ita hi liberarentur ab istiusmodi aduersitatibus, quod ita factum est. Gregorius autem ille, cuius paulò antè mentionem fecimus, legitur statura fuisse admodum exigua, vsqueadeò vt quum fortè Romam veniret, omnes ipsum paruipenderent, atque ipse etiam Papa miratus fuerit, quòd tam paruus homuncio factus esset Episcopus, ad quem ille honestè respondit: Ipse Deus fecit nos, & non ipsi nos. Simile quippiam dixit beatus Hilarius cuidam ipsum vocanti gallum: Non sum, inquit, natus Gallus, sed ex Gallia: & tu es Leo, sed non ex tribu Iuda. Sic enim vocabatur.

De institutione & modo lætaniarum. CAP. CXXIII.

INstituit igitur B. Mamertus, vt singulis annis hæc lætania tribus diebus cōtinuis in ecclesia Cisalpina celebraretur, quod

ta Romæ fuit canonizatũ. Papa etiã Liberius instituit vt pro fame, pro bello, pro peste, pro clade, & huiusmodi aduersitatibus imminentibus semper lætanias faceremus, vt sic illa per supplicationes, orationes & ieiunia euitaremus. Vocãtur autẽ hæ processiones lætaniæ Græco vocabulo propter authoritatem Græci sermonis, sicut Pascha & Pentecoste. In his lætaniis ieiunandum est cibo Quadragesimali, in vestibus pœnitẽtialibus. Nam & omnes illo die à mundanis operibus prorsus abstinere debent, etiam serui & ancillæ, ac interesse tantisper processioni, donec ipsa celebretur. Vt, quẽadmodum omnes peccauerãt, ita etiã omnes pro venia supplicent. In huiusmodi autem processionibus itur in magnis ecclesiis septeno ordine, vnde septiformes dictæ sunt. In primo ordine sunt clerici, in secundo monachi & canonici, in tertio moniales, in quarto pueri, in quinto laïci prouectæ ætatis, in sexto viduæ, & in septimo coniugati. Sed quod nos non possumus in numero personarum, id supplemus in numero lætaniarum. Septies enim lætaniam dicere debemus. Vbi obiter animaduertemus quod Rupertus Tuitiensis Abbas dixerit vltimam lætaniã multis annis incepisse ante primam. Nos autem has lætanias ideò maximè hoc tempore facimus quoniam tũ præcipuè bella exoriri soleant, & terræ fructus, qui adhuc sunt teneri, vel in flore, corrumpi iniuria nebularum, vel pluribus aliis modis possint. Vt ergo Deus hæc omnia auertat, instituimus lætanias, continuantes vltimã Ascensioni, vt per ieiuniũ & orationes Christum sequi, & ad cœlos ascendere mereamur. Draco qui triduo illo deportatur inflata & longa cauda duobus quidem diebus ante crucẽ & vexilla, postea vltimo retro, significat diabolũ, qui tribus tẽporibus ante legẽ, sub lege, & tempore gratiæ, quæ per hos tres dies indicantur, homines fefellit, aut fallere conatur. Primis duobus temporibus quasi erat Dominus orbis, vnde Christus eũ vocat principẽ mũdi. Tẽpore verò gratiæ per Christũ fuit deuictus nec audet ita apertè regnare, vt prius, sed per suggestiones homines latenter seducit, quos pigros, & remissos videt in bonis operibus, nec viã viæ sectãtes, sicut in deserto debiles & infirmos, & eos, qui remanebant vltimi, hostes à tergo venientes, quasi aberrantes interficiebant. Inde profectò est, quod primis duobus diebus præcedit, & vltimo sequatur. Ipse est draco & leo. Draco modò est, quia homines nõ ira apertè, sed latẽter decipit. Leo erit tẽpore Antichristi, quoniã tũc manifestè sæuiet in nomen Christi. Draco fuit, quãdo Christũ super pinnaculũ tẽpli vbi multos antè per vanã gloriã seduxerat, latẽter fallere voluit, & tẽtauit inquiens, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Et quasi hoc facere

posset

poſſet ſecurè addidit: Quoniã angelis ſuis mandauit, &c. Benè enim intelligebat ſcripturas, ſed quod ſibi malo erat ſubticuit: videlicet: Super aſpidẽ & baſiliſcũ ambulabis, &c. Leo autem fuit in paſſione Domini qui ipſum crucifigere etiã curauit, de illo ait Ioannes in Apoc. Ecce draco magnus rufus habens capita ſeptẽ & cornua decẽ, & in capitibus ſuis diademata ſeptẽ & cauda eius trahebat ſecũ tertiam partem ſtellarũ. Per ſtellas hîc ſignificãtur homines, qui tripartitò diuiduntur in perfectos, imperfectos & reprobos. Tertiã ergo partem ſtellarũ trahit ſecũ diabolus, nimirum reprobos, quia in iſtunt cauda illius. Alibi vocat eũ Chriſtus ſathanã: Videbam ſathanã tanquã fulgur de cœlo cadentẽ. Et ad Petrũ inquiẽs: Vade retrò me ſathana. Non eſt autem intelligendum quod vocet eum diabolũ, ſed aduerſariũ, quod interpretatur ſathanas. Hæc enim eius loci mens & ſententia eſt. Vade retrò me ſathanas, id eſt, ſequere me per imitationẽ paſſionis: Noli diſturbare paſſionem meã. Vel certè hæc: videbat enim Chriſtus, vt ait B. Hilarius, dæmonem in aurem Petri ſuggerentem vt impediret ſuam paſſionem, & ait ei: Sathan, Sathan. Ac ſi diceret, ne quicquam & fruſtra laboras. Et conuerſus ad Petrum dixit: Vade retrò me, id eſt, ſequere, imitando meam paſſionem.

De feſto Apoſtolorum Philippi & Iacobi.

CAP. CXXIIII.

NVnc dicendũ eſt de quibuſdã ſolennitatibus, quæ hoc tempore in eccleſiis celebrantur, videlicet de feſto S. Philippi & Iacobi, & omniũ Apoſtolorum (ſic enim eſt in magnis & plenis calendariis) de Inuẽtione S. Crucis, de feſto Ioãnis ante portam Latinam, & B. Mariæ ad martyres, & de commemoratione S. Michaëlis. Hoc ergo tempus, vt prædictũ eſt ſignificat octauã ætatem, vbi bonũ quod erit in diſpari claritate ſingulorum, & futurum eſt omniũ. Vnuſquiſque enim gaudebit perindè ob alterius bonũ, ac propter ſuum, bonum omniũ, erit ſingulorum. Quare cùm tempus hoc maximè ſolennitatibus cõueniat, cumq; in primitiua eccleſia Apoſtoli non haberent particulares ſolennitates, ſtatutũ fuit vt ipſis Calendis Maij celebraretur ſolennitas in honorem omniũ Apoſtolorum. Hoc etiam die feſtũ eſt Philippi & Iacobi idq; ideò: quia fortè illo die paſſi ſunt. Hic Iacobus minor appellatus eſt, non vtique ætate, ſed vocatione, ſicut fit inter monachos, vt qui ante factus eſt monachus, etiam ſi vel puer ſit, tamen præcedat eum, qui quantus ſit poſteà cœnobium ingreſſus eſt. Dictus eſt præterea frater Domini, vel quia ſimilis erat ei faciei, vt dicitur, vel ideò, quia erat filius Alphæi, fratris Ioſephi viri beatæ Mariæ, & Mariæ ſororis eius. Et qui ita ex vtraque parte

sanguinis sese contingebant, apud Iudæos fratres vocabantur. Iesus autem putabatur esse Ioseph filius. Hic Iacobus dictus est primus post passionem Christi Hierosolymę missam celebrasse, & Petrus Antiochiæ. Idem hic Iacobus factus est Episcopus Hierosolymitanus, qui cùm nomen Christi prædicaret, & publicè fateretur, præcipitatus est à Iudæis è pinnaculo templi, & pertica fullonis interfectus. Alter verò Iacobus maior appellatus est, & vocatione & dignitate, quia familiarior fuit Christo. Ad secreta enim sui operis eum vocabat, vt quando transfiguratus est, & quando mortuum suscitauit in domo.

De inuentione sanctæ Crucis. CAP. CXXV.

CRuce Domini inuenta ab Helena matre Constantini per Iudam, vt narrat historia, festũ eius primò celebratum est Hierosolymæ. Sed Eusebius Papa trigesimus à B. Petro illud posteà vbique terrarũ celebrari præcepit. Iudas ille, per quẽ crux inuenta fuit, legitur posteà ad fidẽ fuisse conuersus, & appellatus mutato nomine, Quiriacus, creatusq; tandem episcopus Hierosolymitanus. De quo quidẽ diabolus, cùm alterum sibi amicum expectaret, sic dixisse fertur: Per Iudam Christus morti traditus est, & per hunc Iudam Christus mortuus exaltatus, sed breui Iulianus amicus meus Rex erit, qui me de illo egregiè vindicabit. Quod sanè ita factũ est, vt qui ipsum interfecit, quemadmodũ dicitur. Ferunt Iulianũ hunc Monachũ fuisse, & magnum religionis simulatorẽ, adeò vt quædam mulier tres ollas auro onustas, ita vt in earũ orificis aurum cinere cooperiretur, ne facilè inueniretur apud eum deposuerit, eiusq; fidei concrediderit. Quãdoquidem virum illum sanctũ esse credebat, nec tamen cõfessa est in iis aurum inesse. Sed eo inuento ab illo & furato ollas cinere impleuit, & mulieri requirenti depositum reddidit. Cùm verò paulò pòst mulier aurum sibi quæreret, nec inueniret, non potuit, quod ipse haberet, conuincere, quod de auro nullos habebat testes. Nam alij monachi, ad quorum testimonium ollas tradiderat, nihil in eis præter cineres viderant, atque ita aurum obtinuit. Quo cùm Romam fugisset, & frequenti tempore consulatum obtinuisset, factus est Imperator. Qui cùm magicæ artis à puero peritus esset, ac eam multũ adamaret, plures sibi magistros asciuit. Cùm ergo quodam die absente suo magistro solus domi mansisset, ac legere inciperet dæmonum coniurationes, conuenit ante ipsum magna multitudo dæmonum, qui omnes erant nigri, vt Æthiopes. Tunc ille præ timore fecit signum crucis, & omnes ilicò euanuerunt. Quod cùm Iulianus magistro suo referret quærenti quid ipse vidisset: dixit ei magister, signum illud dæmones maximè

mè odio habere. Electus ergo hic in Imperatorem, & adhuc eius rei recordans, cùm artem magicam exercere vellet factus est apostata. Signa crucis vbique destruxit, & Christianos quantum potuit persecutus est credens aliter fieri non posse, vt sibi dæmones obtemperarent. Quare etiam tunc Iudam modò appellatũ Quiriacum interfecit, per quem crux fuerat inuenta. Legimus præterea militem quendam similiter Quiriacum vocatum, hunc Iulianum interfecisse. Nam cùm hic per Epheson suum duceret exercitum alios gentiles expugnaturus, qui aduersus eum & Romanos [illegible] erat, & videret isthîc quandam Abbateram, mandauit eis vt sibi prandia pararent. Sed hi planè negauerunt, tum quia apostata esset, tum quia pauperes erant. Tunc ille ad hæc ita excandescens, eis rursus nunciauit, se priusquam annus finiretur locum istum deleturũ, eosq; interfecturum, & omnino effecturum vt isthîc segetes succrescerent. Quo sanè audito timuerunt monachi, sed abbas eorum vir sanctissimus eos in Domino confortauit, & effecit vt sua cõfortatione iam ad martyriũ essent parati. Quadam verò nocte, cùm abbas in oratione persisteret, visa est ei beata Maria monasterium aperire, & ad tumulum cuiusdam militis, qui dicebatur Quiriacus, quiq; mortuus erat nondum septem diebus & isthîc sepultus, venire ac ei vt inde surgeret & se amaret ac de Iuliano eam vindicaret præcepisse, Tum ille surgens, se armis suis, quæ adhuc in templo affixa erant, induit, & equum suum, qui adhuc in stabulo erat, vidente Abbate ascendit, & ad fines Iuliani se contulit. Sequenti diei quæcunque viderat abbas, suis monachis narrat ordine. Qui militis tumulum aperientes, vt rem probarent, nec inuenerunt corpus, nec equum, nec arma. Tertia verò die confligente Iuliano cum suis hostibus, interfectus est à prædicto milite, & sequenti nocte miles, vidente abbate, ad sepulchrum suum rediit, equumq; & arma in locis suis reposuit. Post hunc Iulianum fuit Cyprianus homo gulæ & luxui deditus, qui ad beatam Iustinam virginem, cùm ad suam luxuriam concitare vellet, misit quendam dæmonem, qui huiusmodi immũditiæ præerat, sed signo crucis repulsus est. Misit rursus alium fortiorem, qui eodem modo crucis signo se deuictum fatebatur, ita vt hinc Cyprianus ad fidem conuersus sit. Tantæ potestatis est crux Christi, per quam ille nos planè immeritos æternæ fœlicitati restituit.

De sancto Ioanne Euangelista ante portam Latinam.

CAPVT CXXVI.

NEro interfecerat Petrũ & Paulum, quo mortuo successit ei Vespasianus, atq; ei Titus, cui postea Domitianus. Sub hoc beatus

beatus Ioannes Euãgeliſta profectus eſt Romã, vt iſthîc verbũ Dei concionaretur. Domitianus autem ipſum poni curauit in dolium feruentis olei plenũ ante portam Latinam, ſic enim vocabatur. Sed B. Ioannes nullam iſthic ſenſit læſionẽ, diuina gratia ipſum protegente. Quantũ tamen ad illum attinet, martyr fuit. Quapropter feſtum de illo agitur, non ſecus ac ſi martyrium ibi ſuſtinuiſſet. Tum à Domitiano in Pathmos inſulam deportatus eſt. Sed tandem à Nerua Imperatore reuocatus eſt. Notemus hîc tres tantum Apoſtolos viuos fuiſſe in cœlum, Petrum nempè, Paulum & Ioannem, actres item Euangeliſtas, Ioannem, Matthæum, Marcum, & Lucam. Præterea animaduertamus Chriſti Apoſtolos ſiue Diſcipulos non ideò fuiſſe paſſos, quòd Chriſtum prædicabant, ſed quòd ipſum deificabant, ac Deum eſſe aiebant ſine Romanorum authoritate, quod ipſi prohibuerant.

De feſto B. Mariæ ad martyres. CAP. CXXVII.

CVm ſingula Romanorum idola non poſſent templum Romæ habere, fecerunt Romani vnũ templũ omnibus idolis, quod dictũ eſt Pantheon. Illud templũ impetrauit dari eccleſiæ Chriſti Bonifacius quartus Papa à Phoca Cæſare Conſtantinopolitano Imperatore, & illud reiectis idolis, omniq; eorum ſpurcitia dedicauit in honorem B. Mariæ & omnium Martyrũ, (nondum enim fiebant feſta confeſſoribus) & ſtatuit vt ſingulis annis celebraretur illo die feſtum Martyrum, ſicut ipſis Calendis Maij feſtum Apoſtolorum. Sed quia in illo menſe non eſt tanta copia victualium, vt in aliis (ſolet enim tunc annona deficere) & populus qui confluebat ad illa ſolennia, propter inopiam ciborũ quandoque non poterat benè celebrationi vacare, ideò Gregorius minor, qui eius nominis quartus fuit, duo hæc feſta tranſtulit, & ea Calendis Nouembris quando maior eſt, rerum copia fieri inſtituit. Nec ſolùm Apoſtolorum & Martyrum, ſed etiam Trinitatis, omnium Angelorum & Archangelorum, Patriarcharũ, Prophetarum, & aliorum Sanctorum atque Sãctarum, velut feſtum generale, cuius officium ordinauit.

Quare non celebremus feſta Sanctorum qui cum Chriſto ſurrexerunt. CAP. CXXVIII.

QVæritur quare non celebremus hoc tempore feſta Sanctorum qui cum Chriſto ſurrexerunt, vel cum illo in cœlos aſcenderunt. Debemus enim de eorum glorificatione gaudere & ſolennizare, ſicut de aliis ſanctis, cùm certi ſimus eos aſcendiſſe. Verũ eius rei ratio talis eſt. De morte eorum non ſolennizamus, quia ad inferos deſcenderũt. De glorificatione autem in anima feſtũ aut in Paſcha aut ſaltem in aſcenſione Domini deberemus

cele

celebrare, sed non possumus propter authoritatem & magnitudinem officiorum illorum dierum. Obumbraretur enim eorum festiuitas dignitate maioris solennitatis. Quemadmodum si cum Rege veniret alicuius familiaris propter præsentiam Regis non tam diligenter ei obsequeretur, quàm si solus veniret. Ideò ergo statutum est, vt aliis anni temporibus, iis diebus quibus ecclesiæ sibi dedicatæ fuerunt, festa illorum celebrentur, vt festiuitas beati Ioannis Baptistæ sub fine Augusti, qui tamen circa Pascha mortuus est. Propter eandem sanè rationem festum beati Iacobi Compostellæ in Iulio obseruatur. De festo beati Petri ad vincula alibi dicetur. Animaduerte ergo quod festa sanctorum veteris testamenti, vt Abrahami, Isai, Iacobi, Dauidis, Danielis & aliorũ in Græcia & Venetiæ colantur, habeantq; isthic suas ecclesias.

De sancto Michaële. CAP. CXXIX.

DE festo S. Michaëlis dicimus, quod hoc tempore Barbari Apuliã ingressi sint, eamq; miserè depopulati. Quare Christiani in dicto ieiunio triduano auxilium S. Michaëlis implorauerunt. Et cùm essent congregati instructaq; acie exercitum aduersus hostes producerent, apparuit eis sanctus Michaël, quasi illis auxilium præstans, tum hostes versi sunt in fugam. Quia ergo per beatum Michaëlem victoriam obtinuerunt, ideò statutum est vt eo die semper festum eius celebraretur.

De varietatibus huius temporis. CAP. CXXX.

DIcto de festis, considerandæ sunt quædam huius temporis varietates. Sunt enim hæ tres septimanæ quasi propriis vocabulis nuncupatæ. Prima est paschalis, secunda in albis, tertia expectationis, illa videlicet quæ est post Ascensionem Domini. Prima dicitur sanctificata, quia homines per baptismum sanctificati tota illa septimana vestem gerunt in qua baptismum susceperunt, quæ significat primam stolam. Secunda septimana appellatur in albis, quoniam tunc baptizati altero sabbato vestes baptismi deponentes, albas induunt vestes. Vel quoniam tunc solent illi qui baptizati sunt confirmari ab Episcopis, & alias albas vestes induere, vsque ad sequens sabbatum. Vel certè ideò nominatur in albis, quia significat vitam æternam in qua vtraque stola vestiemur. Tertia tandem nuncupata est, vt diximus, septimana expectationis, quòd repræsentet tempus illud, quo Apostoli expectauerunt aduentum spiritus sancti. Atque hinc animaduertamus quosdam solere ieiunare ab Ascensione vsque ad Pentecosten, quia Apostoli eo tempore dicuntur ieiunasse. Sed domino Gilberto videtur non esse ieiunandum, quod ad Paschale tempus pertineat. Alia item varietas hîc est attendenda. Septi-

mana

mana enim Paschalis non protenditur nisi vsque ad sabbatum in albis, atque ita Pascha pro octauis sex duntaxat dies habet. Septimana in albis incipit à sabbato in albis, & finitur in altero sabbato, & sic durat octo diebus. Octauæ Ascensionis cùm deberent terminari quinta feria ante Pentecosten, protrahuntur vsque ad Pentecosten. Nam licet duo dies qui octauis superfunt, ad missam officium suum facilè possint [illegible] dominica accipere, tamen non haberent ad nocturnos inuitatoria vel responsoria, nisi ab Ascensione Domini illa peterent. Vnde [illegible] illi dies pro vna octaua reputantur. Nec id quidem mirum cùm totum paschale velut vna habeatur octaua, quemadmodum etiam tempus illud à Natiuitate Domini vsque ad octauas Epiphaniæ.

De Pentecoste. CAP. CXXXI.

HIs breuiter de Paschali tempore expositis, de Pentecoste Domini deinceps agendum est. Populus Israëliticus quatuor præcipuè celebrat solennitates Pascha scilicet, quia tunc eos Dominus liberauit ab Ægyptiorum seruitute, & à percussione Angeli asperis immaculati agni sanguine postibus. Non enim fuit domus alicuius Ægyptij, in qua non mortuus aliquis conspiceretur. In domibus verò Hebræorum minimè. Celebrant præterea Pentecosten: quia tunc acceperunt legem, & scenopegiam in Septembri, quæ interpretatur fixio tabernaculorum. In hyeme denique celebrant Encænia, id est, dedicationem templi. Nos autem tantum duo istorum seruamus: Pascha videlicet & Pentecosten, sed alia ratione atque illi. Illi enim celebrant Pascha, quòd tunc ab Ægyptia seruitute fuerint liberati: Nos ideò Pascha celebramus, quia tunc per Christum redempti sumus. Illi celebrant Pentecosten, quòd tum legem acceperunt: nos ideò, quia tunc accipimus spiritum sanctum. Illi acceperunt legem in tabulis lapideis extrinsecus scriptam. In tabulis quidem lapideis, ad designandum eorum duritiem. Extrinsecus verò scripram, quod literæ spiritualem intelligentiam non pertingebant. Sed spiritus sanctus datus est septuaginta duobus discipulis in corde digito Dei intus spiritualem intelligentiam eis distante. Verùm animaduerte aliud esse Pentecosten, aliud Quinquagesimam, itemq; Quinquagesimam multifariam accipi. Est enim Quinquagesima dierum, annorum, psalmorum, personarum & denariorum. Rursus quinquagesima hæc dierum triplex est. Est enim vna à dominica, quæ vulgò appellatur, Esto mihi, vsque ad Pascham: alia à Pascha te ad Pentecosten, & tertia à sabbato in albis, vsque ad sabbatum post Pentecosten. Prima est pœnitentiæ & afflictionis, secunda lætitiæ & exultationis, tertia velut figuræ. Præfigurat enim

octa

octauam ætatem, in qua vtraque ſtola induemur. Ex quo quidem fit, quod duo Alleluya illa quinquageſima cantamus, quorum primum ſignificat corporis ſtolam ſecundum animæ. Sic quoque tres ſunt pſalmorum quinquageſimæ, prima eſt à Beatus vir, vſque ad miſerere mei. Secunda à Miſerere mei, vſque ad Domine exaudi: tertia denique à Domine exaudi, vſque ad Omnis ſpiritus laudet Dominum. Hæ quinquageſimæ, dies diluuij ſignificant. Tot enim dies aquarum fuit inundatio ſcilicet centum & quinquaginta dierum. Ideò autem tres quinquageſimas pſalmorum cantamus, vt Deus à tali nos diluuio & ab omni malo defendat. Quinquageſima porrò annorum erat iubileus. De quinquageſima perſonarum habetur in Geneſi, vbi Abraham in hunc modum à Domino quærit. Si ſeptuaginta, inquit, in populo inuenianeur iuſti nunquid eis parces? Ita, reſpondit Deus, & ſic poſteà de ſexaginta, & quinquaginta, vſque ad decem. De quinquageſima verò denariorum habetur in Euangelio, vbi de duobus agitur debitoribus, quorum vnus debebat cētum denarios, alter quinquaginta. Sed hæc de illis dixiſſe ſatis ſit. Nunc autem ad propoſitum redeamus. Dicitur ergo Pentecoſte à πεντηκοντα quinquaginta, quod dies hæc à reſurrectione Domini diſtat quinquaginta diebus. Hinc πεντηκοστὸς Latinè dicitur quinquageſimus. Sicut enim populus Iſraëliticus quinquageſimo die à Paſcha, quod celebrauerunt in Ramaſſe, venerunt ad montem Dei Oreb vel Sina, quod idem eſt, & legem tunc acceperunt. Ita die quinquageſimo à paſſione domini ſpiritus ſanctus diſcipulis in ſuperiori cœnaculo aduentum eius expectantibus datus eſt in linguis igneis. Et in linguis vtique, vt in omni genere linguarum & ſermonum facundi eſſent. In igneis verò ideò, vt inflammarentur amore charitatis. Datus eſt igitur ſpiritus ſanctus diſcipulis, cuius gratia eſt ſeptiformis, quoniam numerum ſcilicet ſeptenarium, maximè obſeruant Iudæi in omnibus, idq; non ſine ſpecie figuræ. Ipſi enim celebrant ſeptimum diem videlicet ſublatum, ſeptimam ſeptimanam, nempè Pentecoſten, ſeptimum menſem, nimirum Septembrem, qui apud eos ferè habetur celebris & ſeptimum annum, vtpotè cùm ſerui à Iudæis manumittebantur, ſi vellent. Si autem aliquis manumitti non vellet, ſed in Domini ſeruitute remanere, is ad poſtes tabernaculi, vel templi ducebatur, atque eius aures ſubula perforabantur, quod erat ſignum ſeruitij, ne amplius manumitteretur, ſi forſitan poſteà ex ſeruitute manumitti velles. Sic quoque hoc anno quæcunque terra ex ſe gratis procreabat, erant communia. Non enim celebatur eo anno. Pari ratione nos ſeptimo die videlicet in ſabbato,

bapt

baptismum celebramus. Sabbatum enim requiem significat, & nos per baptismū sabbatizamus, id est requiescimus. Quoniam quando homo baptizatur, habet anima eius quietem, cùm per spiritum à vitiis emendata in fidei vnitate quiescit. Sciendum ergo est duobus tantum sabbatis regulariter baptismum celebrari. Sabbato videlicet Paschali, & Pentecostes. Paschali quidem sabbato, quoniam in passione Christi omnes baptizamur, hoc est redimimur. Sabbato verò Pentecostes, quia tunc per spiritū sanctum mundamur, & sanctificamur. De huius quidem sabbati officium nunc tractandum est.

De officio sabbati Pentecostes. CAP. CXXXII.

OFficium huius diei nihil differepat ab officio sabbati Paschæ excepto quod in eo prima lectio sit de Adamo, id est de mundi creatione. Hic verò prima est de Abrahamo. Et huic quidem lectioni de Abrahamo, canticum subiungitur, illi verò de Adamo, non vtique. Duæ hæ lectiones illos duos parentes significāt, quorum vnus fuit pater erroris & deuiationis, scilicet Adamus: Alter fuit pater fidei & reuocationis, videlicet Abrahamus. Lectioni de Adamo non subiungimus canticum, quod ille non benè nobis cecinerit, quoniam transgressus est Dei mandatum. Vnde non respondemus ei, quasi nobis malè cantanti. Quod autem malè cantauerit ex eo patet, quod ei dictum est: Maledicta terra in opere tuo. Lectioni de Abrahamo canticum subiungimus, vt qui benè nobis cecinerit, vnde ei dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tacentur autem hac die tituli, propter paruulos qui necdum cognoscunt authores noui & veteris testamenti. Missa hoc sabbato ita incipit, quemadmodum sabbato Paschæ videlicet per Kyrieeleyson. Proinde Gloria in excelsis tam hoc, quàm illo sabbato canitur, atque etiam die cœnæ, sed non nisi in illa ecclesia, in qua cōsecratur chrisma. Alibi enim cantari non debet. In vesperis denique hi dicentur Psalmi: Laudate pueri Dominum, Laudate Dominum omnes gentes, Lauda anima mea Dominum, Laudate Dominum quoniam bonus, & Lauda Hierusalem Dominum.

De ieiuniis quatuor temporum. CAP. CXXXIII.

DIcendum modò est de ieiuniis primitiarum, quæ in septimana Pentecostes solent cōtingere. Et primò quidē de origine, secundò de institutione, tertiò de nomine & eius ratione, deinde de officio, & vltimò de ordinibus, quæ in iis celebrantur, oportet dispiciamus. Origo istorum ieiuniorum sumpta est ex veteri testamento. Sicut enim populus ille Deo ex omnibus rebus suis dabat primitias: sic nos ex temporibus primitias, & non solum

ſolum ex temporibus, ſed etiam ex omnibus quæ poſſidemus dare debemus. Nunc ſequitur de inſtitutione.

De inſtitutione ieiuniorum quatuor temporum.

CAP. CXXXIIII.

IN primitiua eccleſia fuit inſtitutũ vt ieiunia hęc quoque anno ter fierent. Sed Calixtus Papa inſtituit, vt quater fierent, ſumẽs rationem ex veteri teſtamẽto. Iudæi nãque quater ieiunabant in anno, ante Paſcham, Pentecoſten, Scenopegiam, id eſt, ante fictionẽ tabernaculorum, Septembri, & ante Encenia, id eſt, dedicationem templi. Decemb. 1. Præterea ſi ter fierent, & tres dies ſingulis vicibus ieiunarentur, anno diuiſo in tres partes remanerẽt ſemper aliquot dies, quorum primitias non redderemus. Sunt rurſus & multæ aliæ rationes, quamobrem quater fiant in anno. Vna eſt q̃ in humanæ naturæ conſtitutione quatuor ſunt qualitates, vtpotè quòd ſimus calidi, frigidi, humidi, ſicci, ex quibus qualitatibus q̃libet peccãdi petit delectationes. Vt ergo quatuor has qualitates à peccãdi libidine refrenemus, quater in anno ieiunamus. Vel talis etiam ratio reddi poteſt. Homo conſtat ex anima & corpore, Corpus autem conſiſtit ex quatuor elementis. Sed anima tres potiſſimum habet proprietates, vti ratione, iraſci, & concupiſcere. Quare vt hæc in nobis moderentur, quater in anno tribus diebus ieiunamus, vt quaternarius numerus referatur ad corpus, ternarius ad animam. Rurſum: annus in quatuor tẽpora diuiditur quorum vnumquodque tres habet menſes, Quater igitur in anno ieiunamus tres dies, pro quolibet menſe diẽ vnum. Eſt iterum alia ratio, cur cater ieiunamus, ob quatuor videlicet anni tempora. In Hyeme enim mandamus terræ ſemina, in Vere arbores floreſcunt & vineæ pubeſcunt, in Æſtate metimus nõ nullas fruges, & in Autumno colliguntur vuæ. Quater denuò ieiunamus quia vt veteres quoque anno quater ieiunabant quadrageſimã diẽ, & nos his temporibus tres dies ieiunamus. Dicũtur autem ieiunia quatuor temporum, vel ieiunia primitiarum, vel ieiunia duplicia, quia fiunt tribus diebus, quibus ſolemus ieiunare in vna ſeptimana. Sunt verò inſtituta vt dictum eſt, à Calixto Papa, & prima huiuſmodi ieiunia fiunt in Martio, in prima videlicet ſeptimana Quadrageſimæ, vt in nobis marceant vitia. Non enim omnino poſſunt extingui. In Æſtate fiunt ſecũda nimirum in ſeptimana Pentecoſtes, vt quoniam tunc venit ſpiritus ſanctus, & nos eſſe debeamus feruentes ſpiritu. Tertia ieiunia fiunt ante feſtum ſancti Michaëlis, in tertia ſeptimana Septembris, quod quemadmodum tunc arborum fructus colligantur, & nos quoque deceat Deo reddere bonorum operum fru-

Diſ. 66.

ctus. Quarta postremò fiunt in septimana ante Natale Domini scilicet in decembri, quia sicut tunc herbæ moriuntur: ita & nos oportet mori mundo: & renasci Deo. In horum ieiuniorum quarta feria dici debent duæ lectiones tono siue voce nocturnali: vna ex veteri testa. altera ex nouo, tono & voce communi, ad significationem eius, quòd qui ordinandi sunt sabbato sequenti, oporteat vt sint vtriusque testamenti periti: Idem indicat mitra Episcopalis per duo illa cornua. Debet [illegible] hic vtriusque testamenti non esse ignarus, quo tanquam [illegible] possit ferire fidei inimicos atq; hæreticos. Sexta ieiuniorū feria, vna tantaxat dici debet lectio, q̃ author veteris & noui test. vnus & solus sit Deus atque ex veteri & nouo testamento vnum factū sit Euangelium. Sabbato autē quatuor recitantur lectiones, antequā celebrentur ordines, quarū prima pertinet ad populū, secunda ad ecclesiæ primates, tertia ad ministros, quarta ad omnes religiosos. Lectio Danielis ideò sequitur de tribus pueris, q̃ qui sunt ordinandi, in fide debeant esse probati, sicut illi fuerunt. Sunt autem hi circa tria potissimum inquirendi, circa naturam, vtrum videlicet ex legitimo matrimonio sint procreati: circa literas & circa vitā ac bonam conuersationem. Notemus ergo hic, quòd Archipresbyter ordinandos prius debeat offerre Archidiacono: vnde hic etiā dicitur vicarius, quoniam in hoc vicem supplet sacerdotum. Eorum enim esset hoc facere, Archidiaconi officium est eos examinare & scrutari in vita in natura & honesta conuersatione, atque ita eos tradere in manus scholasteris, cuius munus est periculum facere in literis. Sic itaq; diligenter inquisiti debēt tradi in manus Episcopi. Post lectionē Danielis subiungitur cātus benedicite. Sed quare ad lectionem Danielis non flectuntur genua, suprà dictum est. Epistola Pauli deinde legitur, ad quam genua non flectimus, quoniā ad nouum pertinet testamentum. Hic deinceps tractus subiungitur cū graui cantu, quod ordinati graues esse debeant & constantes, ne facili superbiæ flatu afferantur. Obiter tamen animaduertere non permissum esse, vt eadē die bis aliquis ordinetur. Sed si necesse fuerit, potest ordinari sabbato in diaconum, & dominica sequēti in sacerdotem, & postea in octauis Pentecostes potest consecrari in Episcopum.

23 q. 1. c. Episcopus

De tempore peregrinationis ac festis in eo contentis.

CAP. CXXXV.

AB hoc ergo sabbato incipi tēpus peregrinationis, quoniam sumus quidē in itinere quo venitur ad patriā, sed hostes & aduersarios habemus antequā illic perueniamus, nimirum carnem nostram, mundū & diabolū. Legimus hoc tempore librum Regum,

Regum, vbi bella nobis proponuntur & victoriæ, vt & nos contra hostes fortiter pugnemus, & adepti victoriam in cœlis tandē coronemur. Et notemus obiter apud authores tribus potissimū nominibus appellari Iudæos. Primò, quia vocātur recutiti, vnde Isaias: Recutita, inquit, sabbata, id est, Iudaica, quoniam recisam verendorum cutē habent. Appellantur etiam Palestini: vnde Onidius: Terra Palestino semina culta viro. Et communi nomine Iudæi ab Iuda filio Iacob, qui vnus fuit ex duodecim Patriarchis. Quāuis autem duodecim fuerint tribus, quę à duodecim filiis Iacob descenderunt, à Iuda tamen Iudæi ideò sunt appellati, q̄ de regno Iudæ hoc pacto profetauerat Iacob: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de fœmoribus eius donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus. Notemus præterea, quòd aliquæ sint octauæ deuotionis: vt sancti Nicolai, & S. Mariæ Magdalenæ, qui octauas non habent. sed quoniam sunt quarūdam ecclesiarū patroni, ideò eis fiunt octauæ. Sunt & octauæ veneratiōnis: vt in magnis solēnitatibus, & significationis, vt Petri & Pauli quæ secundā significant stolā quā habituri sunt, videlicet corporis glorificationem. Paulus historiographus diaconus Romanæ curiæ monachus Cassinensis cū die quodā paschalē cæreum consecraret, fauces eius raucæ factæ sunt, quū prius esset satis vocalis. Vt ergo vox ei restitueretur, in honorē S. Ioannis hymnū hunc cōposuit: Vt queant laxis, &c. vnde in principio petit vocis restitutionē, sicut restituta est Zachariæ merito S. Ioānis. De quo quidem dicemus, si primò festum Gervasij ac Prothasij breuiter exposuerimus. Et quidem hoc vnum hīc dicimus, quòd in eorum officio cantatur: Loquetur Dominus pacem in plebem suam. Nec hoc sanè sine causa tum temporis dicitur, quòd in horum festo reformata fuerit concordia inter Longobardos & Romanum Imperium. Cætera de illis historia plenè perstringit. *Festum Gervasij ac Prothasij.*

De natiuitate S. Ioannis. CAP. CXXXVI.

VIdeamus igitur modò de ipsius S. Ioānis Natiuitate, & primò quamobrē Natiuitas eius celebretur cū in peccatis fuerit conceptus. Nullius enim cōceptio facta in amplexu maris & fœminæ, potest esse sine peccato. Quidam enim sunt sine patre & matre, vt Adamus: Alij ex patre sine matre, cuiusmodi fuit Hæua: Alij verò ex patre & matre, quod est frequentius: vt Abelus: Alij tandem ex matre sunt sine patre, qualis est Christus. Vnde in persona illius dictum est: Ego sum vermis & non homo, hoc est, secundū legem vermiū natus, nō autem hominum. Sed animaduertatur hic hominem prius, vt ita dixero, seminari, ac postea

in vulua concipi, ibiq; carnẽ formari. Verùm post quadraginta & sex dies creari animam, & corpori infundi, secundum Theologos, quibus magis credendum est, quã Physicis. Celebratur ergo huius natiuitas secunda, quandò nimirum primò exit in lucem. Nam prima est, quando ipsa anima corpori infunditur. Secunda verò quũ prodit in lucẽ. Quare iuxta secundam, sine peccato fuit conceptus. Sanctificatus enim fuit in vtero quemadmodum Hieremias, in cuius prophetia hoc ita [illegible]inetur: Antequã exires de vulua sanctificaui te, &c. Quod quidem [illegible]ram forte dictum fuit. Sed de quo genere sanctificationis hoc vt hic dicatur Deus nouit. Sunt qui putent de sanctificatione originali dictum fuisse, idq; hoc pacto probare conãtur, quòd videlicet spiritus sanctus puerũ repleuerit, atque adeò vt ex istiusmodi spiritus sancti repletione, & repleta fuerit mater. Atqui si esset in originali, foret vtique & in mortali. Ergo neque per sancto spiritu esset replerus, neque eius mater. Nec verò refert, & malos quàm plurimi prophetarunt vt Cayphas & Balaam, & & asina etiam locuta sit. Verùm contra videtur, quod ei peccatum istud originale remissum non fuerit. Dixit enim Ioannes ad Christum: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me baptizari. Ex quo intelligitur ipsum voluisse ablui à peccato originali. Sed intelligendum planè est ipsum hoc dixisse in persona ecclesiæ, in qua etiam opinione glossa est peruulgata.

Luc. 1.

Mat. 3.

De vigilia sancti Ioannis. CAPVT CXXXVII.

FEstum sancti Ioannis habet vigiliam, hoc est eius festi dies precedens: dicitur vigilia vel eius loco ieiuniũ, & vice vigiliarũ est institutũ: Fuit enim moris apud veteres, vt in festiuitatibus viri cũ vxoribus & filiabus suis ad ecclesiam conuenirent, atque ibidem cũ lumine & cãdelis vigilarẽt. Sed quoniã in his vigilijs crebrò contingebat vt puellæ vitiarẽtur, ac malitiosi opportunitatẽ haberent, quo flagitia sua cõmodè perficerent, ideò factũ est, vt vigiliæ mutarentur in ieiunia. Vnde etiam nũc antiquitatis nomen retinuit. Vocatur enim vigilia. Celebratur autẽ natiuitas Ioannis tum propter historiã (habet enim Euangelium: Et multi in Natiuitate eius gaudebũt, quod, obseruãt Christiani & pagani) tũ propter allegoriã & mysterium. Per Ioannem enim significatur ortus gratiæ, ex quo quidem fit vt tum magis solemnizemus propter mysterium quã propter ipsam personam. Credimus autẽ, quòd hic in vtero sanctificatus est, sicut Hieremias, vnde eo die de Hieremia legitur. Sed quo genere sanctificationis nec satis liquet, nec legimus. Plerique tamen affirmant ipsum ab omni peccato fuisse mundatum. Saluator autem attulit nobis ortum

ortum gratiæ. Hunc Ioannes præcessit annunciatione, natiuitate, prædicatione, passione, & ad inferos descensione. Officium eius partim constat ex veteri testamento, partim ex nouo, quoniam ipse fuit finis veteris & initium noui. Fuit namque quasi lapis angularis, hoc est, nouum & vetus coniungēs testamentum. Quòd autē hoc festo ieiunamus, totum illud natum est ex sympathia quædam & compassione qua ei compatimur, quòd ieiunauerit in deserto, atq; isthic [illegible]tam egerit admodum acerbam. Solent porrò hoc tēpore [illegible]eteri consuetudine mortuorum animaliu[illegible]od huiusmodi habet originem. Sūt enim animalia, quæ dracones appellamus, vnde in Psalmo: Laudate Dominum de terra dracones, nos thracones vt quidam mendose legunt, scilicet terræ meatus. Hæc inquam, animalia in aëre volant: in aquis natant, in terra ambulant. Sed quando in aëre ad libidinem concitantur, (quod ferè fit) sæpè ipsum sperma vel in puteos, vel in aquas fluuiales eiiciunt ex quo pestilentialis sequitur annus. Aduersus hæc ergo huiusmodi inuentum est remedium vt videlicet rogus ex ossibus construeretur, & ita fumus huiusmodi animalia fugaret. Et quia istud maximè hoc tempore fiebat, idem etiam modò ab omnibus obseruatur. Est & alia causa qua mobrē ossa animalium comburantur, quòd ossa sancti Ioannis in ciuitate Sebaste ab Ethnicis combusta fuere. Consuetum item est hac vigilia ardentes deferri faculas, quòd Ioannes fuerit ardens lucerna, & qui vias Domini præparauerit. Sed quod etiam rota vertatur hinc esse putant, quia in eum circulum tunc Sol descenderit vltra quem progredi nequit, à quo cogitur paulatim descēdere, quemadmodum vulgi rumor de B. Ioāne Christo aduenientē ad summum peruenit, quum Christus putabatur, posteaq; descendit ac fuit diminutus, vt vel ipse de se testis est: Me inquiēs, oportet minui, illum autem crescere. Quod quidem propterea dictum esse nonnulli arbitrantur, quòd tum dies incipiant minui & decrescere, & in Christi natiuitate crescere. Verū enimuerò quia aliquando dies ante festū sancti Ioannis decrescant, & ante natale Domini crescant, intelligendū est istud de natiuitate in matre, quando scilicet vterque conceptus est. Conceptus enim est Ioannes diebus decrescēnibus: vt in Septembri, & Iesus crescētibus: vt in Aprili. Proinde missa huius die officium petit partim ex veteri, partim etiam ex nouo testamento, cùm in eo quædam sint testamenti noui, quædam veteris. Nam lex & Prophetæ fuerunt vsque ad Ioannem, ita vt hic fuerit tanquam in medio constitutus veteris & noui testamenti. Posteà tamen circunciſus est Christus. Eodem verò die & Ioannes

Euangelista in fossam descendit, sed quia propter nativitatem B. Ioannis Baptistæ, eius festivitas plenè venerari non posset trãsfata est ad natale Domini. Quare quum neque ibi propter festum S. Stephani vigiliam habere potuerit, hinc esse dicimus, quod hoc die duplex missa canatur, altera quidẽ de vigilia Euãgelistæ nimirum, iustus vt palma florebit: altera verò de vigilia Baptistæ. Quanquam dicere possimus vigiliam Ioannis Baptistę plenum habere & absolutum officium. Ex quo sanè fieret, vt illo die non celebraretur vigilia sancti Ioannis Euangelistæ.

De festo Apostolorum Petri & Pauli. CAP. III.

HVcusque de nativitate S. Ioannis eiusq; vigilia actum est, sequitur deinceps festivitas duorũ Apostolorũ, Petri videlicet & Pauli. De his magna est controversia, vtrũ eodem die passi sint. Henricus enim Solitarius velle videtur eodẽ die eos, anno tamen revoluto, passos esse. Sed Pelagius Papa, atque alij sancti patres qui de illis scripserunt in Decretis, volunt illos eodẽ die ea demq; hora sub pessimo illo Imperatore Nerone fuisse passos. Alioquin, enim falsæ essent historiæ de illis proditæ. Sed tamẽ in diversis locis passi sunt, & diversis pœnis. Petrus enim cruci fuit affixus: Paulus verò obtruncatus, quæ pœna videbatur esse honestior. Nã civis erat Romanus, vt habetur in actibus Apostolorũ. Posteà verò eorũ corpora fuêre eodẽ loco eodẽq; sepulchro posita, vbi multo tempore simul permanserunt. Sed ad fidẽ Christiãnã converso Imperatore Romano, & Christiana religione magis ac magis crescente, vtriq; Apostolo suam peculiarẽ ædificauerũt ecclesiã & cũ vellent corpora separare, dubitarentq; quænã ossa Petri, & quæ Pauli essent, illis orantibus ieiunio peracto, responsum est cælitus, maiora esse ossa prædicatoris, minora verò piscatoris. Atq; ita sanè seorsum à sese mutuò ossa fuêre separata, & in suis ecclesiis posita. Quanquã verò horũ festa eodẽ die celebranda occurrant, beatus tamen Grego. instituit vt festũ Petri ipso die tantum celebraretur. Maior enim fuerat sanctitate, & Romæ primas tenuerat, sequenti verò die coleretur festũ Pauli. Ipso tamen die Petri dicitur in missa oratio, sive, vt vocãt, collecta, illis duobus cõmunis. Potest ergo hic missa inchoari vel de S. Petro, vel per huiusmodi introitum: Terribilis est locus iste. Quia eo die ecclesia Petri fuit dedicata. Quæritur autẽ hîc de Lino an Papa fuerit, atque itidẽ de Clero. Sed responsum est, & negatum, eosq; fuisse discipulos Petri, ac eius vicẽ in his duntaxat suppleuisse, quæ ad actiuã pertinebant vitam, vnũ videlicet intra muros, alterum, verò extrà: Sed Petrus vacabat orationi, vnde etiã nunc Romæ præter Papam & alius quispiam episcopus est.

Con

Considerandum porrò est interdũ inueniri Paulũ Petro esse minorẽ, & quãdoque etiã maiorẽ vel inter sese eos esse æquales. Sed iiuiusmodi cõtrouersia hoc modo dissolui potest: Fuit enim Paulus minor Petro, videlicet dignitate, q̃ hic fuerit Princeps Apostolorum. Verùm eodẽ maior fuit prędicatione, & æqualis & par vitæ sanctimonia. Horum itaque festum tria habet præcipua, ieiunium, octauas & solemnitatem. Ieiunium quidem, quia si cum eis regnare optemus, oportet nos etiam cum iis cõpati. In solennitate verò propter eorum glorificationem gaudemus. In octauis denique futuram beatitudinem in corpore & anima, cuius certi sumus, lætamur.

De diuisione Apostolorum. CAPVT CXXXIX.

DE festo diuisionis Apostolorũ magnæ authoritatis scriptores varij dissentiunt. Quidam enim volunt diuisionẽ hanc intelligendam esse quasi quæ Hierosolymæ post duodecim annos facta esset, quũ videlicet Apostoli partiti ac seperati fuerint ad concionandũ Ethnicis. Nõnulli verò putant festũ hoc esse accipiendum de diuisione Petri & Pauli, illa videlicet, de qua superius mẽtio facta est. Illam enim tali die factã fuisse arbitrãtur quod vtiq; benè fieri potuit. Dicitur autẽ hoc die magna illa Apostolorum Sequentia, cuius initium est huiusmodi: Cœli enarrant, & Euangelĩ Ascensionis, sed non integrũ, vt q̃ ibi incipit: Et Dominus quidẽ Iesus postquã loquutus est. Ad cuius extremæ partis probationem nonnulli hic mentionem faciũt de duobus discipulis Petri, qui quũ ad prædicandum missi essent, & circiter viginti dies iter ingressi, alter eorũ mortuus est, & alter ad Petrũ rediit. Hunc aiunt fuisse B. Maternũ. Sed Petrus ei tradidit baculũ suum, ac ipsum remisit, præcipiens vt ad corpus socij sui adiret, & illud suo baculo tangeret. Quod quidẽ cùm hic fecisset, è vestigio alter reuixit ad tactũ baculi, quia iam mortuus fuerat quadraginta diebus. Et sic verũ esse cõplerum est, quod dixerat Dominus: Et maiora horum facietis. Dominus enim quatriduanum suscitauit Lazarum, quod sanè oppidò quàm magnum fuit: sed magis quod ad tactum baculi Petri reuixit ille, qui iam mortuus fuerat quadraginta diebus. *Ioan. 14.*

De festo S. Iacobi. CAP. CXL.

FEstum hoc Iacobi est maioris, fratris Ioannis Euãgelistæ, & filij Zebedæi. Huius corpus quiescit in Compostella, quæ Hispaniæ pars est. Missus enim fuit vt Hispanis verbũ Dei concionaretur. Sed propter malitiam & duritiam Principum extrà vnum ad fidem Christi neminẽ cõuertere potuit. Quod quũ videret vir sanctus Hierosolymã rediit, vt conspiceretan illi, quos

iſthic reliquerat, etiamnum ſatis eſſent in Chriſti fide cõfirmati,& inuenit multos in ea errantes,imò qui iam ferè ommino ei deſeruerant,propter Hermoginẽm & Philætum,qui magicis artibus quaſi miracula faciebant,quibus homines miſerè decipiebant.Verùm hos Magos aggrediens Apoſtolus ad fidem conuertit,populumque ad cultum Dei reduxit. Deinde verò quum ad Herodem ducerentur:in via paralyticum quendam ſanauit, & qui ipſum ducebat ad fidem conuertit ac baptizauit:Tandem ab ipſo Herode fuit obtruncatus. Tum [illegible] illi,qui iam eius facti erant diſcipuli, cum aliis tribus eiſdem [illegible] corpore in nauim aſcenderunt,& ſeſe ſine rectore mari commiſerunt, vt ei diuina prouidentia ſepulturæ locum tribueret. Tandem nauis illa Hiſpaniæ applicuit,ad regnum Lupæ. Erat autem tum temporis regina quædam in Hiſpania iſtius nomine,cuius vita & mores nomini planè conueniebant.Ad hanc ergo reginam diſcipuli aliqui exierunt,& illi dixerunt hoc pacto: Dominus Ieſus Chriſtus miſit ad vos corpus ſui diſcipuli,vt quod recuſaſtis viuum,ſaltem mortuum recipiatis.Ac narrauit illi totum iſtud miraculum,quo pacto illuc appuliſſent.Quod quum audiſſet,Lupa miſit eos ad crudeliſſimum quendam virum qui eos in carcerem detruſit.Sed quum hic prandaret, angelus Domini eos è carcere eduxit,qui ciuitatem exeuntes velut peregrini,populo vidente ac nemine impediente ad ſuos redierunt ſocios. Abſoluto prandio Tyrannus ille ad ſe captiuos adduci iuſſit. Sed quum veniſſent ad carcerem qui illuc miſſi erant, inuenerũt carcerem apertum,nec in eo captiuos,quod Domino ſuo retulerũt,qui ita percitus extẽplò famulis præcepit, vt eos inſequerentur. Verùm quũ hi à ciuibus paſſim duos tales viros ſibi viſos fuiſſe,& pontẽ ciuitatis trãſiiſſe;intellexiſſent, & ad eos impetu quodã cucurriſſent,pons fractus eſt,& in aqua ſubmerſi ſunt. Quod quidem ſimul atque audiuiſſet princeps,& ſibi & ſuis timens, morus pœnitentia,alios miſit,qui ſanctos illos viros rogarent,vt ad ſe ſecuri redirent, promittens quodcunque eis placeret ſe facturũ. Illi autem redierũt, & populũ ciuitatis ad fidẽ Chriſti cõuerterunt. Quod factũ Lupa regina ſũmoperè doluit,& redeũtibus ad ſe diſcipulis nõ cauſa apertè eis nocere, fraudẽ verbis diſſimulãs ait: Accipite boues quos habeo & plauſtro eos iungite,& quò placuerit corpus Domini veſtri abducite. Dicebat aũt iſtud animo planè maleuolo. Nouerat enim boues eſſe indomitos ac fieri non poſſe:vt vel iungerentur, vel currui applicarẽtur:aut certè ſi poſſet,vt currerent nunc horſum, nunc illorſum, atque eos ita diſſiparent & occiderent,ac corpus ipſum caderet. Sed nulla eſt ſapiẽ

tia

tia aduersus Dominum. Discipuli enim posteaquã crucis signũ fecerunt, statim boues mansueti velut agni facti sunt, nec hominis contrectationẽ veriti. Hi ergo Apostoli corpus in grandi saxo posuerunt, quod ita se corpori aptũ reddidit, quasi humana opera ad id fuisset confectum, sepulchrumq; corpori præbuit. Quod cùm ita simul cum corpore currui imposuissent, boues sine aliquo rectore rectà ad Pal[illegible]um Lupæ currum aduexerunt, nec quieuerunt, donec ad ip[illegible] Palatij medium peruenerunt. Qua re stupefacta Regina, [illegible]nto miraculo exterrita, ad fidem conuersa [illegible]rio sanctam dedicauit ecclesiam omniaq; ornamenta, quæ possidebat isthic ad cultum ecclesiæ consecrauit, ac felicissima tandem morte obiit. Colitur autem festum B. Iacobi octauo Calendas Augusti, non quòd tunc obierit, (passus enim est circa Pascha, vt liquidò in huius diei epistola constat: Misit Herodes Rex, &c.) sed quòd hoc die ei sit dedicata ecclesia in Compostella. Nec verò habet ieiunium institutionis festum hoc, ea ratione qua suprà ostensum est.

De festo Petri ad vincula. CAP. CXLI.

THeosebia vxor Theodosij Imperatoris, cùm per Alexandriã proficisceretur Hierosolymã, incidit in eius regionis homines, qui tum tẽporis festũ in honorẽ Augusti Cæsaris colebant de triũpho habito aduersus Cleopatrã & Marcũ Antoniũ. Quod cùm animaduertisset Theosebia ægerrime tulit tantũ honorẽ exhiberi Ethnico homini & damnato. Cùm autem venisset Hierosolymã datæ sunt ei cuiusdã beneficio cathenę, quibus sub Herode ligatus fuit Petrus. Tandẽ verò Romã rediens super eo, quod in Alexãdria viderat, summũ cõsuluit Pontificẽ, eiq; ostendit cathenas, quas Hierosolymæ dono acceperat. Iussit item Papa illas adferri cathenas, quibus sub Nerone ligatus fuerat Petrus, quæ simul atque tangerẽt alias, ita fuerunt cõiunctæ atque implicatæ, ac si semper eædem fuissent. Quo quidem viso Theosebia iussit consilio Pontificis, ædificare ecclesiam in honorem B. Petri, & in ea cathenas illas collocauit. Dedicatio autem eiusmodi facta est Calendis Augusti, statuitq; Pontifex, vt quod indiscreta, & inepta hominum voluntas huc vsque fecisset Principi Romano, modò idem Christianorũ pietas in vniuerso orbe semper faceret Principi Apostolorum Petro. Atque ad eum sanè modum solennitas Petri extinxit solennitatem Augusti.

De festo Machabæorum. CAP. CXLII.

HIc animaduertendum est Machabæos hos non illos esse ex quibus vnus fuit Iudas Machabæus, sed qui fuerunt filij Felicitatis, vt quibusdam placet. Alij affirmant Felicitatem matrem

fuisse aliorũ septem fratrũ, qui Christi nomine passi sunt & quorum nomina ignorat ecclesia. Hanc felicitatem vocat B. Gregorius plusquã martyrem, q̃ septies passa sit in septẽ filiis, & octauo eandem in proprio corpore. Certè illa Felicitas cuius hi sunt liberi, quorũ festum hîc agitur, duplex sustinuit martyriũ, vidit enim filios diuersa pati tormenta, & deinde ipsa martyriũ sustinuit. Erant enim eius septem filij tanquã si non hos fuisse quidam putent. Meminit autẽ eorum festũ ecclesiarum orientalis, quàm occidentalis, quanquam nullius sancti veteris testamenti præter hos (si ita fiat) contrà multorum habet festa. Quæ quoque colit ecclesia, quòd propter legis obseruationẽ passi sint, cùm carnem porcinã comedere recusarent. Est rursus alia ratio quoniam numero septẽ fuerunt. Atqui septenarius numerus, vt est præter cæteros plenus & perfectus, ita numerũ exprimit vniuersitatis. Quare in his septem significantur omnes martyres, tam veteris, quàm noui testamenti. Atque exhibentur martyribus noui testamenti in exemplũ, vt quemadmodũ illo pro sua lege passi sunt, ita & nos vel mortis periculum pro nostra adire non horreamus, si necesse fuerit. Sanè ergo huiusmodi festum magis celebratur gratia eorum qui significantur, quàm qui significant.

Festũ hoc instituit Calistus iij. ita vt hinc dicere sit necessarium caput hoc nõ esse huius authoris, sed à scriptore quopiam fuisse postea adiectum. Sed cùm in eo omnia q̃bus vsus sum, exẽplaria constanter cõueniãt, temerè hîc omittẽdũ esse nõ putamus.

De inuentione S. Stephani. CAP. CXLIII.

SEquitur dicendũ de festo B. Stephani, idq; de ipsius inuentione. Verumenimuerò considerandũ est eius inuentionẽ fuisse factã eo die, quo eiusdem celebratur passio, & contrà. Mutatio tamen hæc facta fuit duabus de causis. Prior est, quia Christus natus est in terra, vt homines nascerentur in cœlo. Cùm ergo B. Stephanus fuerit protomartyr, & martyriũ Sanctorũ sit eorundem natiuitas in cœlis, meritò post natalem Domini colitur natiuitas protomartyris Stephani. Vnde illud vulgò protritum: Heri natus est Christus in terris, hodie Stephanus nascetur in cœlis. Posterior ratio est, quia ad eius inuentionem cùm maxima hominum multitudo cõueniisset, qui miracula quæ quàm plurima in inuentione Deus fecit videbãt, maiori cultu annuarim illũ diem celebrauerũt, quàm vel diẽ ipsius passionis. Statuerunt ergo sancti patres, vt festum passionis transferretur ad hunc diem inuentionis, & contra festum inuentionis, ad festum passionis: quia hoc dignius est, vt ideò maiori cultu diem illum annuatim celebrarent. & populus diem illum qui Natale Domini sequitur, feruentiori cultu colebat in Augusto. Animaduertamus hîc obiter, si festum alicuius martyris & confessoris concurrant, si illustrior sit confessor & plenum habeat officium: collectam siue orationem eius esse præponendam, & in altera solummodò alterius

facien-

faciendam mentionem siue commemorationem.

De festo beati Sixti & Transfiguratione Domini.

CAPVT CXLIIII.

POst hæc ordine dicendum esset de festo B. Sixti, sed quia eius passio manifesta satis & nota omnibus est, ad alia trãseamus. Hoc ipso die festũ fit de Transfiguratione Domini. Non quòd tali die transfiguratio facta sit, sed q̃ tunc temporis ab iis, qui secũ fuerant in monte, primò manifestata & publicata fuerit. Præceperat enim Dominus cuiquã dicerent, donec à mortuis resurrexisset filius hominis. Atque in hanc diem tacuerũt. Enimuerò sanè transfigurationem hanc certò constat factam fuisse sub finem Hyemis & circa principium Veris, cùm videlicet de illa legimur Euangelium. Et notemus quidem Christi sanguinem eadem hac die confici ex nouo vino, si inueniri possit, aut aliquantulũ ex matura vua in calicem expressa & quòd racemi benedicãtur, indeq; homines cõmunicent. Quare autem hoc fiat, hæc est ratio: Quia ipso die cœnæ dixit Dominus Iesus Apostolis & aliis qui cũ illo cœnabant: Amen dico vobis, post hac non bibam de hoc genimine vitis, donec bibã illud nouum in regno patris mei. Quoniam ergo tum dixerit nouum, & Transfiguratio Domini pertineat ad illum habitum quem nactus est post resurrectionem, ideò quæritur hoc festo vinum nouum.

De sancto Laurentio. CAP. CXLV.

NVnc de festo B. Laurentij breuiter est dicendum: B. Sixtus cuius paulò antè mẽtionẽ fecimus, in Hispaniã profectus, inde secũ duos iuuenes, videlicet Laurentiũ & Vincentium eius cognatũ adduxit Romã. Horũ alter Laurentius nimirũ cum eo mansit Romæ, ac grauissima perpessus est tormenta, quemadmodum satis copiosè tradit ipsius historia. Cognatus verò eius Vincẽtius reuersus est in Hispaniã, vitamq; ibi glorioso finiuit martyrio. Hoc autẽ festũ tria habet præcipuè, cuiusmodi habere solent magnæ solennitates nempè ieiuniũ, ipsius diei solennitatem & octauas. In tribus enim potissimũ sanctus hic habet priuilegiũ. In ieiunio quidẽ primũ q̃ solus inter martyres habeat ieiunium, vtpotè institutionis. Alterũ verò in octauis, quoniam hic duntaxat & B. Stephanus octauas habent inter martyres: beatus verò Martinus inter confessores, vt dicetur posteà vbi de ipsius festo agemus. Postremũ eius priuilegium quod habet, consistit in regressibus antiphonarum, veluti habet B. Paulus. Sed ille habet propter supremã pœnam martyrij, hic ob excellentiam prædicationis. Tria autem sunt in sacrosancta ecclesia priuilegia: Baptismus videlicet, prædicatio & martyrium, verùm Laurentius priui

priuilegiũ obtinet martyrij. Nam quælibet multi alij ęquè grauia sustinuerunt tormenta, vt B. Vincentius & Georgius & forsitan etiã maiora ac plura, non tamen ista vniuersa obseruat ecclesia, quæ de illorum tormentis feruntur. Vel etiam propter loci dignitatem eo gaudet præ cæteris priuilegio, quòd Romæ passus sit.

De assumptione B. Mariæ virginis. CAP. CXLVI.

AGendum deinceps est de Assumptione beatæ Mariæ. In primis tamen scire oportet, quòd sanctorum transitus multis appellatur modis. Dicitur enim exitus, depositus, obitus, natale, natiuitas, natalitium, dormitio, depositio, [illegible] Joannis Euangelistæ, passio, & assumptio. Sed hoc nomen quasi per antonomasiam solummodò de beata Maria dicitur. Verùm esse beatam Mariam, quod ad animam eius attinet, assumptam fuisse certò nouimus: an verò corpus illius posteà etiam assumptum fuerit, profectò incertum est. Piè tamen credimus ipsam integrè fuisse assumptam, sed prius anima, ac deinde corpore. Nihilominus tamen mulier quædam religiosissima appellata Elizabeth, quæ etiam nunc in viuis est, habitatq; in finibus Saxoniæ, ait sibi esse reuelatum, quod circiter dies quadraginta assumptum fuerit corpus post assumptionẽ animæ. De qua re opusculum quoddam composuit, sed non est in Romana ecclesia comprobatum. Quæritur autem quamobrem illo die cantetur Euangelium de beata Maria Magdalena & Martha? Ad cuius rei euidentiorem declarationem sciendum est, quandoque Euangelium legi in ecclesia tot rationibus, quot à nobis antè satis expositum est. Fit nanque vt interdum legatur Euangelium propter rem ipsam quam continet, cuiusmodi est de Trinitate: interdum verò propter rei partem aliquam, vt est Liber generationis, quod ob vltimum versiculum quo Christi fit mentio, recitatur. Legitur & aliquando propter totum, quale istud profectò est, quòd in circuncisione dici consuetum est: Postquam consummati sunt dies octo, &c. Si nonnunquam propter tempus, vt in prima die Quadragesimæ, ac propter ieiunium: nonnunquam propter lætanias, cuiusmodi istud est Euangelium, quòd oui, piscis, ac panis mentionem facit. Nonnunquam denique causa loci, veluti hoc quod in Septuagesima legitur: Exiit homo qui seminat, seminare semen suum, &c. Dicitur autem homo hic fuisse beatus Paulus, qui seminauit semen, id est, verbum Dei. Atque ideò illo die recitatur collecta de sancto Paulo, sub cuius finem habetur: Doctoris gentium. &c. Eo nanque die D. Papa in beati Pauli ecclesia sacrum celebrat. Postremò Euangelium aliquando verò iuxta historiam, vt in Circuncisione, aliquando verò iuxta suam allego

allegoriam, quemadmodum hæc est, quod in assumptione Mariæ virginis de Maria Magdalena ac Martha legitur. Quod ergo hîc istiusmodi legatur Euangelium, indicat vtranque viram, & contemplatiuam & actiuam in vna Maria virgine fuisse. Ipsa enim fuit Magdalena, hoc est quæ circa vitam contemplatiuam versabatur. Ipsa fuit Martha, id est, quæ circa actiuam vitam tota etiam fuit occupata, quemadmodum ex multis locis liquidò probari potest. Nam [illegible] contemplatiua ipsam sedulò versatã fuisse [illegible] declarant: Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Habet autem festum hoc ieiunium atque octauas præter cætera Mariæ festa, cùm & nullum eius sit maius aut celebrius: quemadmodum de quolibet etiam alio sancto censendum est, vtpotè cuius transitus solennior sit, quàm eiusdem festum aliud. Ab hoc tamen excipitur festum Ioannis Baptistæ, quippè quòd eius natiuitas longè maior sit, quàm passio, idq; ob eiusdem significatum atque annunciationem. Notemus verò hîc quinque esse festa Mariæ virginis authentica ac comprobata, quorum primum est Natiuitas. Festum enim conceptionis aliqui interdum celebrarunt, & adhuc fortassis celebrant, sed authenticum atque approbatum non est: imò enimuerò prohibendum potius esse videtur. In peccato nanque concepta fuit. Alterum verò est Partus, hoc est in Natali Domini. Sed quoniam tum & filij festum agitur, quod plenum exigit officium, nullam eius seruamus solennitatem vsque in octauas. Tum enim omnia responsoria de beata Maria cantantur cum prima eius diei Missa, cuius introitus est: Vultum tuum. Missa autem secunda de puero est. Tertium festum Mariæ est Purificationis, & quartum Mariæ ad Martyres, quod modò festum Omnium sanctorum appellatum est. Denique quintum est Assumptionis, cuius gratia hæc omnia tradimus. Præterea & illud hîc animaduertere operæpræcium est, nempè quatuor in vniuersum esse de beata Maria Euangelia, quorum vnum est: Missus est Gabriel, tametsi quidem non nisi in aduentu & in eius annunciatione vsurpetur: alterum, Extollens vocem quędam mulier: tertium, Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione &c. ac quartum tandem, Stabat iuxta crucem. Atque hæc quidem tria postrema eiusmodi sunt, vt quotiescunque peculiaris Missa de ipsa celebratur, cani aut legi possint. Meminerimus interim festum Annunciationis non tam Mariæ esse, quàm Domini, imò potius huius, quàm illius, vt hic sint, quòd eadem habeatur præfatio in Natali Domini, quæ in eiusdem Annunciatione. In hoc itaque Assumptionis festo Psalmi

Luc. 2.

Vide cõci. Basiliẽse, & c. Firmissimè de consec. dist. 4.

atque

atque alia quæ generatim dici consueuerunt in dedicatione ecclesiæ, speciatim de B. Maria cantentur. Vt enim Ecclesia mater est omnium sanctorum, nomenq; tenet virginitatis, videlicet mentis ac fidei, quæ corporis præfertur virginitati, sponsa Christi dicta: vnde illud. Despondi vos vni viro, virginem castã exhibere Christo. Sic profectò B. Maria dicta & virgo est, & sanctissima sanctorum. Recitantur autem lectiones ex canticis amoris, nempè. Osculetur me osculo oris sui. Vnde & responsoria atque antiphonæ petuntur. Illud quoque diligenter obseruandum, quòd per octauarũ hoc tempore legi oportet libros Salomonis, primò quidem parabolas, idq; ab initio Augusti, deinde Ecclesiasten, ac tandem etiam canticum amoris cuius dimidium in hoc festo vsque ad octauas legitur, reseruato altero dimidio vsque in natiuitatem B. Mariæ. Quartò verò recitatur ecclesiasticus, quintò liber Sirach, sextò denique liber Philonis, scilicet Sapientiæ, qui appellatus est Salomonis, quòd sententias contineat Salomonis: Philonis autẽ, quòd ille eas in librum redegerit. Nec verò conuenit vt ipso die Assumptionis sermo hic Hieronymi in Ecclesia legatur, sed in capitulo vtique ad quod nimirum propriè cõpositus videri potest. Ad postremum ergo hîc animaduertere, quod paulò antè dictum est, virginitatẽ videlicet mentis præualere integritati corporis. Quod enim hoc verum sit facilè ex verbis B. Mariæ constare potest. Ait nanque hoc modo: Respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Non inquit, virginitatem, sed humilitatem, hoc est, fidem & puritatem mentis. Atque hæc de festo Assumptionis dicta sufficiant.

De decollatione S. Ioannis. CAP. CXLVII.

VT modò decollationẽ Baptistæ aggrediamur, præcipuè illud cognoscendũ est, ipsum tempore Paschali fuisse decollatum, & corpus quidem à discipulis suis Sebastæ sepultũ, caput verò minimè. Quid autẽ de capite eius posteà actũ sit, & quemadmodum in Aquitaniã venerit, dicetur alibi. Mouetur hîc quæstio, cùm truncus in alio loco, atque in alio caput fuerit sepultũ, in vtro illorum dicatur Ioannes sepultus? Sed huic controuersiæ ex suprà dictis dari potest solutio. Pergamus ergo. In eo loco vbi corpus erat situm multa indies Deus & maxima operabatur miracula, ita vt isthuc magna Christianorum turba confluebat. Quod sanè cùm Ethnici vidissent, molestè admodum tulerunt, & quoniam hoc tempore imperabat Iulianus apostata maximus Ecclesiæ persecutor, in dedecus Christianorũ sancti Ioannis mausolæum destruxerant, & ossa eius per agros sparserunt. Sed cùm & illuc Christiani venirent, nec miracula cessarent, rursus Ethnici ossa collegerunt & combusserunt. Verùm digitus ille quo

Dominum ad Iordanem venientem demonstrauerat, inquiens, Ecce agnus Dei, comburi non potuit. Multi tamen Christiani, qui Ethnicis intererant, dum ossa colligerent, quæ potuerãt, reseruarunt. Atque ob hanc quidem rationem placuit D. Gilberto, festũ hoc potius collectionis dici debere, quàm de collationis. Non desunt qui putant B. Theclam digitum S. Ioannis, qui comburi non potuit, ex oris transmarinis detulisse in Mauritaniam, ibiq; in honorem B. Ioannis ecclesiam construxisse, quæ hoc die fuit dedicata. Quare festum fuit à Pontifice, vt hic dies per vniuersum orbem Christianum beato Ioanni sacer haberetur, iuxta quod videtur festum hoc appellandum esse dedicationis. Festum Bartholomæi prætermittimus, quod quæ hîc essent dicenda, satis cumulatè eius tradat historia. Concionatus tamen est verbum Dei in India, vbi primo die fuit excoriatus, altero obtruncatus & translatus Beneventum.

De S. Augustini festo. CAP. CXLVIII.

CIrca festum Augustini hoc tantum inquisitione dignũ esse videtur, vt cùm eodẽ die plura concurrant festa, veluti Augustini, Hermetis & Iuliani, cuiusnã potius officium celebrari illo die debeat consideremus. Nam in eam rem huiusmodi tradi potest responsio, & in alia his similia: Si omnes martyres essent illius, qui inter eos maioris esset nominis officium celebraretur. Si verò alius confessor, alius martyr, vel plures fuerint martyres, & si confessor maioris sit nominis, quàm martyr, aut priuilegiũ aliquod habeat, vt B. Martinus, & eius officium generatim in ecclesiã Dei sit institutum, dicendum profectò est officium de confessore, & mentio siue memoria facienda est de martyre. Si autem non, celebrandum est de martyre.

De natiuitate B. Mariæ. CAP. CXLIX.

DEinceps sequitur Natiuitas B. Mariæ. Festũ hoc olim fieri non cõsuetum, sed quodãtempore vir quispiã pius cùm noctu oraret audiuit Angelos in cœlo canentes. Idem accidit pluribus annis eadem per nocte. Quare petiit à Domino vt quid hoc sibi rei vellet, ipsi reuelaretur. Et indicatum est ei Angelos ita in cœlis gaudere, ac velut solennizare, quod istiusmodi nocte nata esset beata Virgo. Ille igitur rem, quam audiuerat, ad Papam defert: qui cùm intellexisset eum virum esse sanctum & magnæ authoritatis, credens ipsum vera loqui, instituit vt per totum mundum Christianum festum hoc celebraretur. Nec verò habet ieiunium, vel octauas institutionis. Potest tamen nihilominus habere deuotionis. Legitur hoc festo Euangelium: Liber generationis, vbi agitur de genealogia Christi. Sed quæritur cur in

gene

generatione potius cõputetur Ioseph quàm B. Maria, cùm Christus non sit filius Ioseph. Verùm enimuerò in veteri testamento potius solet fieri computatio per viros, quàm per fœminas, nec multum refert per quem hîc fiat computatio, cùm Ioseph & B. Maria eandem habuerint generationem. Et sanè Christus maluit fabri filius vocari, quàm vt mater sua lapidibus obrueretur. Revera filius fabri fuit, non illius Nazaræni, sed fabri eius, qui fabricatus est Auroram & Solem.

De sanctis Sapientia, Felice, & Audacto. CAP. CL.

SApientia mulier fuit sancta quæ tres habuit filias: Fidem, Spẽ, Charitatem, quæ omnes martyrium cum matre susceperunt. Sed de beatis Felice & Audacto sciendum est, quòd cùm beatus Felix pro Christi nomine ad martyrium duceretur, quidam subitò sese in medium protulit, inquiens: Et ego sum Christianus, ad quem responderunt carnifices: Ergo & tu venies. Cùm igitur nomen illius ignoraretur, appellatus est Audactus, quasi beato Felici audacter associatus.

De exaltatione S. Crucis. CAP. CLI.

EXaltata fuit S. Crux, eiusq; restitũ institutum eo tempore quo Heraclius vicit Cosdroen Regem Persarũ. Hic autem Cosdroë cùm destructa Hierosolyma, crucem Domini inde abstulisset, facta domo ad similitudinem cœli, fecit sibi in ea sedem, ac lignum à dextris posuit loco filij, gallum à sinistris loco spiritus sancti, atque ita ipse in medio stans se Deum & Dominum appellari voluit. Quod audiens Heraclius Imperator Romanus aciem mouit iuxta Danubium illum, qui apud Persas est, non hunc qui in Suevia oritur. Nam alterum illum fortè ex his partibus illas venisse dicere possumus & nomine huius esse appellatum, sicut Troiani fecisse dicuntur. Hinc victo filio Cosdroës singulari certamine, crucem Domini tulit Heraclius, voluitq; illam in suũ locum restituere. Sed cùm appropinquaret Hierosolymam, portæ ciuitatis per se fuerunt clausæ, vt non intrare potuerit. Quod cùm vehementer admiraretur, audita vox est è cœlo, inquiens Regem Regum non sic intrasse Hierosolymam phaleratum, sed humilem & super asinam sedentem. Atque hic statim suã agnoscens elationẽ, ex equo desiliit, & valdè est humiliatus, ac portæ sua spõte ei apertæ sunt, nudisq; pedibus ciuitatẽ intrauit. In huius ingressu multi diuersorũ genere morborũ per crucem curati sunt. Ferunt ab Adamo Seth filium eius missum fuisse in Paradisum, qui ramũ inde sibi datum ab Angelo retulit ad patrem, qui statim illius arboris mysterium cognoscens, eam terræ inseruit, in magnam arborem procreuit. Postea verò cùm in templi ædificatione

ficatione ex diuersis mundi partibus arbores adferrentur, allata est illa & relicta tanquã inutilis. Vnde deinceps ad foueas quasdam ciuitatis posita est, per quam cõmodè transire posset. Hanc cùm vidisset Regina Saba, noluit transire, sed adorauit. Postea autem reiecta est in probaticam piscinam, quæ tempore passionis Christi desiccata fuit, actum apparuit lignum, cui quum aliud non inuenirent Dominum affixerunt. Maior verò est festiuitas inuentionis quàm exaltationis, quòd ab Eusebio fuerit instituta, qui eo die fecit populum conuenire ad adorandum crucem. Fuit enim hic Pontifex Romanus trigesimus.

De B Mauritio, eiúsque sociis. CAP. CLII.

SEquitur videndum de festo B Mauritij, & Thebæa legione. Multæ sunt Thebæ, vna in Ægypto à Busiride Rege Ægypti condita, dicta alio nomine Heliopolis. Ex hac oriundus fuit Mauritius: atq; inde dicũtur Thebæi. Alia est in Bœotia à Cadmo Agenoris filio cõdita, à qua dicti sunt Thebani. Tertia est in Iudæa, vnde appellati sunt Thebites. Illi verò qui cum Mauritio mortui sunt erant ex Thebe Ægyptiorũ. Cùm ergo Galli exercitũ suum in Romanos eduxissent, dux Ægypti collegit exercitum in quo fuit beatus Mauritius, qui sub se habuit legionem, virorum scilicet sex milium sexcentorum & sexaginta sex. Verùm quũ iam essent in exercitu, Tyrãnus voluit eos cogere ad adorandum Idola, qui vt non voluerunt, ita decimam accepit partem atque interfecit. Quod animaduertens Mauritius, sermonem suum conuertit ad socios, orans vt viriliter agerent & starent, qui sic ab eo corroborati, martyrium perpessi sunt. Sed illi priusquam Romam venissent sunt baptizati.

De sancto Matthæo. CAP. CLIII.

DE beato Matthæo hoc tantum dicimus, quòd Leuita fuit, ideoq; in lege magis edoctus. Inde est quòd profundæ significationis oppositiones aduersus hostes suos fecerit. Fuit autem Hebræus, quare & Hebræis Euangelium Hebraicè scripsit. Vbi obiter animaduerte, nos Hebræos dicere, si quando de lingua loquimur: Iudæos cùm de ritu vel gente. Postea huius liber translatus est in Græcum, & deinde de Græco in Latinum. Prædicauit autẽ sub Caro Caligula, qui sic nominatus est, quòd quum nasceretur in expeditione caligis fuerit coopertus. Scripsit verò Ioannes sub Nerua: Marcus sub Nerone. Sed quo tempore Lucas scripserit, incertum est. Nomen hoc Matthæus, vt inquit Beda, in sua ortographia per duplex tt scribitur.

De festo Angelorum siue Michaëlis.

CAP. CLIIII.

FEstum Angelorum, quod hoc tempore colitur est dedicationis, quando eis Basilicæ dedicatæ sunt, quoniam hoc festum omnium Angelorũ dicitur. De Barbarorũ autẽ fuga & tauro agitur inter Pascha & festũ Ascensionis, quando de festo Angelorũ agitur. Proinde verò de nominibus Angelorũ dicimus, q̃ nec sibi nomina imposuerunt, nec eis à Deo data sunt, sed ab hominibus: à quibus autem, nescimus. Cæterùm in festo S. Michaëlis cùm de Angelis omnibus agatur, Michaël nominatur, quia ipse præest Paradiso, & ad suscipiendas animas Princeps est constitutus. Hic quoniam in Gargano monte visus sit, ac ipse locum sibi in alto elegerit, ideò ei vbiq; ferè terrarũ in edito loco Basilica constituitur. Sanctis verò quasi hominibus terrenis in imo templa dedicantur. Dicunt autẽ nonnulli tot esse in quolibet Angelorũ ordine legiones, quot sunt legionis vnitates, scilicet sex mille sexcentæ & sexaginta sex. Certum est tamen plures esse legiones, quàm ordines, vnde Dominus inquit Petro: Nescis, q̃ si rogauero patrem meum, mittet mihi plusquam duodecim legiones Angelorũ. Ait Haymo tertius Episcopus Halberstatensis, q̃ si quis posset videre spirituales creaturas, ita eas videret ebullire in aëre, tanquam minimas atomos in splendore Solis. Constantinus etiam Imperator, quum ad oras transmarinas proficisceretur, inuenit Eusebiũ virũ sanctissimum, qui dixit. Vir sancte, pete à me quo tua ecclesia ditetur. Ille verò respondit, Ecclesiã suã satis diuitiis abundare, sed se rogare, vt in omnibus mundi plagis scrutentur nomina sanctorum, & eorum passionũ tẽpora, ac sub quibus & quemadmodum passi sunt, rescribat. Quo quidẽ facto refert Eusebius, quolibet anni die plusquã quinque milia sanctorum festa concurrere. Vnde fertur Gregorius dixisse: Totus mũdus sanctis plenus est. Quod aũt Michael dicitur pugnasse contra draconem, allegoricè quidã intelligi volũt, videlicet Michael, id est, Christus. Dicunt tamen alij historicè esse intelligendum, quoniam scilicet mysterio Michaelis & Angelorũ eius depulsus est diabolus. Quamobrem ita etiã depingitur in ecclesia propter laicos. Quæritur preterea vtrũ Michael sit nomẽ vnius Angeli, an verò plurium: Dicunt aliqui vnius esse. Sed putant alij, quòd quando vnus Angelorum mittitur ad aliquod magnum & mirabile faciendum, is Michael nuncupetur. Certũ est autem Michaelem fuisse, qui missus est in Ægyptum, & celebres illas ac famosas plagas fecerit, & mare rubrum diuiserit.

De sancto Remigio. CAP. CLV.

SAnctus Remigius Gallorum dicitur Pontifex, quoniam primus Regem Gallorum inunxit, atq; ideò in tanto honore & vene

veneratione habetur in Francia, vt festum illud obfuscat festum beati Michaëlis.

De sancto Luca CAP. CLVI.

LVcas natione fuit Syrus, patria Antiochenus, & prædicauit in Bithinia, atq; isthic propria morte absq; martyrio vitã feliciter finiuit. Vixit autẽ octuaginta annis, & duo volumina posteritati reliquit, Euangelium videlicet, & Actus Apostolorũ. Fuit discipulus Pauli, à quo quæ docuit, didicit, sicut Marcus à Petro. In prologo tamẽ Euangelij inuenitur, quod ipse didicisset à quibusdam qui à principio fuerũt cũ Domino. Ex quo sequi videretur, quòd non ex Paulo didicisset, cùm hic à principio cum Domino non fuerit. Verũm quædam ex Paulo didicit, quædam etiam ex aliis: sed maximè tamen à Paulo edoctus est.

De Simone & Iuda. CAP. CLVII.

IAcobus, Simon, Iudas, qui & Thaddæus, Ioseph Barsabas, qui & Iustus cognominatus est, ne propter iniustitiam ab Apostolatu fuisse repulsus crederetur, fratres fuerunt, inter hos scilicet Ioseph Barsabã, & Matthiam facta est sortitio. Atq; ille quidem Iacobus frater Domini dictus est, quoniam omnes cognati Hebræo idiomate fratres vocabantur, vel quia ipsi erat quam similLimus. Ioseph verò cognatus dicitur Domini, vel quia pater putatiuus erat, vel quia cognatus esset ex parte matris: nimirum B. Mariæ. De Simone fertur, quòd sit crucifixus. Sed prius tamẽ in Ægypto prædicauit, ac posteà venit Hierosolymam, atque istic post beatum Iacobum minorem, qui dictus est frater Domini, creatus est Episcopus. Vixit autem centum & viginti annis, suscitauitq; antequam moreretur triginta mortuos, filium nempè sui hospitis submersum fluctibus: & eius gratia cæteros. Obiit verò annorum centum & viginti in Bosphoro, non in Pastophorio, vt quidam censent. Est autem Pastophorium, vt nonnulli volunt, porticus templi, in qua iacebant custodes templi. Iudas verò prædicauit apud Persas & Medos, atque isthic mortuus est apud Hermenios.

De festo omnium Sanctorum. CAPVT CLVIII.

POsteaquã hæc de sanctis hucusq; prosecuti simus, necessariũ planè est vt ad maximũ illud & generale festum veniamus, videlicet omnium sanctorũ. Sed quamobrem istud fuerit institutum, & quare hoc præsertim tempore fiat, satis vt ego quidem arbitror suprà ostensum est. Pauca tamen adhuc de eo dicenda restant nimirum de ieiunio & ordine ipsius officij. Festum ergo hoc ieiunium habet institutionis, nec debet profectò aliquis comedere nisi à vesperis, nec ieiunium oportet murari, vt quidam

faciunt propter festum S. Quintini. Ait enim ille: putásne sancti gaudeant cibis, qui meruerunt vitã ieiuniis? Quoniam autem festum hoc omnium est sanctorum, ideò variatur illius officium: prout habetur varietas sanctorũ. Prima enim antiphona, prima lectio, & primũ responsum cantatur de Trinitate, quod festũ est Trinitatis. Secundo loco canitur de Beata Maria, tertio de Angelis, quarto de Prophetis, quinto de Apostolis, sexto de Martyribus, septimo de Confessoribus, octauo de Virginibus, nono de omnibus Sanctis. Atque in horum quidem reliquorũ lectionibus obseruatur authoritas. Nam præstantior in ecclesia, si Episcopus præsens fuerit, recitabit lectionem de Trinitate, vel Decanus, vel saltem Sacerdos, & sic fiet descensus in legendo personarũ vsque ad pueros. Octauam nãque lectionem leget vnus ex pueris. Non nam enim lectionem maioris est recitare.

De officio mortuorum ac ratione sepeliendi. CAPVT CLIX.

NVnc agendum est de officio mortuorũ, & quidẽ primò de loco vbi debeant sepeliri: secundò de iis qui sunt sepeliẽdi, & de modo ac ratione sepeliendi, tertiò quis eam inuenerit, & quamobrem, ac tandem de ipso officio. Non puto esse operæpretium vt eã reperamus diuisionẽ quã in initio de locis fecimus, ad quã nos lectorẽ modò remittimus. Verũ illud duntaxat hic sciamus religiosum locum dici eũ, iuxta leges & instituta Romanorum in quo sepelitur corpus alicuius hominis, seu caput tantum. Ac ideò caput dico, quoniam nullus duas habere potest sepulturas, sed vbi caput est, isthic alicuius esse dicitur sepultura. Siue ergo Christianus, siue Paganus, siue infans, etiam nõ baptizatus, aliquo in loco sepeliatur, secundũ Romanorum instituta, locus ille religiosus appellabitur: at verò Christiani non eum locum censent esse religiosum, vbi sepelitur Iudæus vel Paganus, vel infans non baptizatus, sed tantũ vbi Christianus, vsq; adeò, vt si excõmunicatus aliquis sit ibi sepultus, inde extrahatur, atq; extra cœmiteriũ eiiciatur. Locus autem iste diuersis appellatur nominibus, vt cœmiterium, & polyandrium. Atq; ipsum sepulchrũ huiusmodi Mausoleũ, dormitoriũ, monumentum, ergastulũ, sarcophagus, pyramis, tumulus. Dicitur aũt Cœmiteriũ à Græco verbo κοιμαω, quod est sopio, quasi quod isthic mortui dormiant, vnde etiam nominatum est dormitoriũ. Poliandriũ locus appellatur, vbi multa sunt sepulchra publica. Mausoleum dictum est à Mausoli sepulchro, ꝙ Artemisia eius vxor ædificauit ita egregijs operibus, vt inter septem orbis miracula numeretur. Attollitur enim in altitudinem vigintiquinq; cubitorũ, ac columnis cingitur triginta sex. Quare ab hoc sepulchro omnia preciosa sepulchra

chra isto nomine Mausolea sunt appellata. Monumentum verò nominatur à monendo, quòd nos prætereuntes qui in monumentis & sepulchris sunt, admoneant, & se olim fuisse & perinde mortales, vt & nos meminerimus, quòd cineres simus & in cineres reuertemur, puluis & in puluerem redibimus. Tumulus appellatus est, quasi terra tumens, id est, collis, quòd ibi coaceruari terra consueuit. Ergastulum dictum est per antiphrasin, ab ἐργάζομαι, operor, quasi quòd in sepulchris corpora minimè laborent, sed requiescant qui in Domino moriuntur. Sic item sarcophagus appellatus est à σάρξ σαρκος, car, & φάγω, comedo quasi isthic caro cõsumatur & comedatur. Dicitur etiam Pyramis sepulchrũ eiusmodi, quod flammæ habet similitudinẽ, ita vt è lato in acutum tendat. Est enim altissimũ genus sepulturæ. Tale Romæ visitur, in quo positi sunt cineres Iulij Cæsaris, vocaturq; acus S. Petri, atque etiam nunc in dubio est, an ex vno constet lapide, an verò ex pluribus. Similem pyramidem extruxit Cæsar Turonis, iuxta ripam Ligeris & in ea inclusit cuiusdam sui amici cineres, qui fuit interfectus. Nunc ergo deinceps de iis qui sunt sepeliendi dicamus, & prius quidem quibus locis debeant sepeliri, & an locus eis etiam aliquid conferat, nec ne. Ac nonnulli sanè arbitrantur locum mortuo non prodesse, quod hinc confirmare volunt, cùm lucifer è cœlo fuerit eiectus, & Adam è Paradiso expulsus, quæ tamen loca sunt optima, nec quicquam bonitatis eis contulerunt. Item Ioab in tabernaculo fuit interfectus, & Iob in sterquilinio triumphauit. Potest autem locus obesse, vt si quis sepeliatur in ecclesia, quum non sit dignus. Certè nullum corpus in ecclesia debet sepeliri, nisi sint corpora sanctorum patrum, qui dicuntur patroni, id est, defensores. Ipsi enim meritis suis totam patriam defendunt. Sed cæteri circa ecclesiam debent sepeliri. Dicunt enim quidam, quòd locus triginta pedum circa ecclesiam in eum finem debeat consecrari. Alij verò putant solam Episcopi circuitionem, quãdo ecclesiam dedicat, sufficere. Olim enim apud veteres solebant homines in suis ædibus sepeliri. Sed propter fœtorem cadauerum statuerunt, vt extrà ciuitatem sepelirentur, & locum quendam communem ad hoc quasi sanctificarent. Nobiles verò sepeliebantur in montibus, siue in eorum medio, siue in radicibus. Proinde si quis interficiatur in obsidione, vel aliquo tumultu, nec posset habere cœmiterium, sepeliant ipsum vbi possunt. Si verò aliquis moriatur in mari, & terra fuerit vicina, nauigent illuc, ipsumq; ibi sepeliant. Sed si procul à terra abfuerint, videantq; in medio mari Insulã, vertant eò vela & sepeliatur in Insula. Verũ si terram penitus non videant,

pareatur ipsi domũcula quædam ex lignis si possit haberi, & proiiciatur in mare. Quo etiam modo fiat, si dives fuerit. Sed cũ thesauro suo, si habet, eiiciatur, vt qui cum inuenerint ex thesauro ipsum nobilem fuisse cognoscãt, aut certè amore thesauri ipsum terræ mandent. Verũ enimuerò animaduerte quandocũq; sepelitur Christianus, vel quocunque etiã loco crucẽ capiti eius apponi debere, ad designandũ illum fuisse Christianũ. Vel ob id etiam q̃ summoperè diabolus signũ hoc pertimescat & ad eũ locũ horreat accedere, qui crucis est designatus. Vnde cũ deinceps est vndè cœmiteriũ initium habuerit, videlicet ab Abrahamo. Hic enim emit agrũ ab Ephron Hethæo in quo duplex erat spelunca, vbi ipse sepultus est cũ Sara, Isaac, Iacob, Adã & Heua. Ad hoc enim emit, vt sibi & suis sepultura esset. Duplex spelũca ideò dicebatur, quoniã ibi duo sepeliebantur cõiugè maritus & vxor. Vel quia duæ aderant speluncæ, & in vna sepeliebantur viri in altera mulieres: Vel etiã, quia duplex fiebat vnicuiq; spelũca sepeliẽdo in modũ cathedræ. Sepeliebantur enim quasi sedentes, & pars speluncæ superior quæ à naribus truncũ capiebat, dicebatur vna spelunca: pars verò quæ cõtinebat, pedes, crura, & fœmora, dicebatur spelunca alia. Oportunè hîc considera, non legi in prima ætate nisi duo duntaxat sacramenta fuisse inuenta, oblationẽ nimirũ & pœnitentiã, sed in secunda cultũ Dei fuisse ampliatum. Fecit enim Noë arcã, atq; illic inclusit multa animalia ad sacrificandũ Deo. In quarta autem ætate diuinus cultus magis auctus est. Tunc enim lex data est, & multa genera sacrificiorũ offerebãtur Domino. Sic in quinta ætate magis adhuc auctus est. Tum nanq; factum est templum, & cultus diuinus optimè sanè habuit incrementũ. In sexta tandem ætate venit Christus, qui seipsum obtulit Deo hostiã placentem, & sufficientẽ pro omnibus. Porrò aũt in cœmiterio Christianorum, non nisi Christianus sepeliri debet, nec tamẽ omnis. Nullus enim in suo maleficio interfectus, sepeliri debet in cœmiterio, vt latro, si in latrocinio interficiatur. Intellige autem hic maleficiũ, si sit mortale peccatum, vt interfectus in adulterio, & in ludis Ethnicorũ. Si verò moriatur subitò in ludis consueris, vt in ludo pilæ, potest sepeliri in cœmiterio, sed sine psalmis & sine exequiis. Si præterea aliquis ex prostibulo rediens, vel ex alio loco vbi fornicatus sit, & in via occidatur, aut alio casu non confessus moriatur si legitimis testibus potest probari eum fuisse fornicatum, nec postea confessum, in cœmiterio sepeliri nõ debet. Si nõ potest probari sepeliri licebit. Latro in eo loco in quo suspenditur sepeliatur, nisi prius satisfecerit, si autẽ satisfecerit, in cœmiterio sepeliatur. Mulier si in partu moriatur,

riatur, vtique in ecclesia sepulturæ tradi non debet, sed extrà eã. Quare, canãtur ei exequiæ, & posteà sepeliatur in cœmeterio, sed puer excidatur è ventre eius, ac sepeliatur extrà cœmiteriũ. Debent autẽ mortui ad hunc modum sepeliri, sudariis videlicet indati, & vt caligas circa tibias habeant & soleas in pedibus, quo significent ita se paratos esse ad iudicium. Ponãtur præterea capite versus occidentem, & pedibus versus orientem. At verò clerici si sint ordinati, illis indumẽtis sepeliantur, quibus fuerant ordinati. Si non habeant, cõmunes, more laicorum, & condeantur ac tradantur. Omnium autem corpora debent lauari, ad significãdum, q; si anima per confessionem à culpa fuerit mundata, vtrunq; hoc est, anima & corpus in die iudicij sempiternã habebunt glorificationem. Si verò aliquis in hastiludio moriatur absq; pœnitẽtia, quando videlicet sacerdotem ipse non quærit, sepeliatur instar asini, atq; ita quoque si in ripa. Sed si ludi gratia vel propter negocium suum conficiendum nauiget ac pereat, potest sepeliri in cœmeterio. De istiusmodi enim non iudicat ecclesia manifestè. Si quis subitò moriatur non propter aliquã causam manifestã, sed occulto Dei iudicio, honorificè sepeliatur. Iustus enim quacunque causa moriatur, saluabitur. Qui denique sibi manũ inferunt, ac mortem propria voluntate depacisc̃untur, non debent in cœmiterio habere sepulturã. Solet autem hîc quæri vtrũ post diem iudicij homines sint futuri nudi, an verò vestiti. Et videtur quidem quòd vestiti, quoniã angeli semper vestiti solent apparere, & Christus etiã post resurrectionẽ cũ veste visus est, ac in trãsfiguratione quoq; fuit vestitus. Vnde illud: Apparebant vestimenta eius alba sicut nix. Contra verò videtur quòd erunt nudi, idq; ex ea authoritate q; ea tum sumus futuri forma in qua fuit Adã ante peccatum, atque etiam in meliori: Atqui nudus fuit, ergo & nos similiter erimus nudi. Verùm nihil nos dicendo præsumamus de veste vel de qualitate, nisi vnum hoc videlicet isthic neque deformitatem fore, neque infirmitatem.

De institutione officij. CAP. CLX.

SEquitur de officio, & primò quidem à quibus fuit institutũ, secundò à quibus fuit actũ, tertio à quibus habuit initiũ, quartò de modo celebrand. Officiũ ergo mortuorũ primò ab Apostolis fuit institutũ, sed ab Origine vt testatur Isidorus in libro de Ecclesiasticis officiis, fuit actũ, & ex maxima parte ordinatum. Vnde ipsum cõmendat beatus Aug. in quodã lib. quem ipse appellat Enchiridion, inquiens eũ fuisse secundum in Ecclesiasticis officiis post Apostolos. Officium hoc initiũ habuit à veteri lege. Legitur enim q; mortuo Iacob, Ioseph & alij fratres eius vt eis

præceperat, cum multis Ægyptiis attulerũt eum in Hebron, sed prius fleuerũt ipsum in Ægypto triginta diebus, ac posteà septẽ
Deu. vlt. in aria Athad. Præterea legitur quòd mortuo Mose populus Israëliticus eum deplorauit triginta diebus, quemadmodũ etiã ferunt factũ fuisse de Aaron & Maria. Verùm animaduerte, quòd mortuo Iosue qui eos in terram promissionis introduxerat, non legatur ipsum populus fleuisse, quamuis tamen contrà credatur. Ideò de Iosue tacet historia, quia præfigurauit Christũ, & mors eius mortem Christi, videlicet eius qui nos per mortem redimens ad vitæ patriã reduxit, vbi neque luctus neque dolor est. Propter figurã igitur de morte illius historia tacet, sicut alibi de patre Melchisedech qui Christũ figurauit: quoniam non legitur habuisse patrem, quemadmodũ nec Christus patrẽ habuit hominem. De Mose (licet melior credatur fuisse quã Iosue) & de aliis qui mortui sunt in deserto, populus dicitur fleuisse, quoniam desertũ aliquando alienationem à Deo significat. Pro illis itaque flendũ est, qui per peccata sua à Deo alienantur. Ex qua quidẽ re inquit Salomon: Luctus filij tui sapiẽtis mortui septẽ diebus: Luctus filij
Eccl. 22. tui stulti æternus, quandoquidem in æternũ punietur. Sic: Filius sapiẽs lætificat patrem, stultus verò mœstitia est matris suæ. Septenarius igitur mortuorũ luctus & trigenarius à veteri testam. sumpsit exordiũ, quemadmodũ enim Iacob filij fleuerunt septẽ diebus, & Mosen triginta: ita quoque ecclesia quandoque septẽ diebus, quandoque triginta suorũ mortuorũ celebrat officium. Notemus interim quatuor modis subueniri mortuis: oratione videlicet, amicorum eleemosyna, cognatorum ieiunio & missarum celebratione. Septem ergo diebus nostris mortuis officium facimus, vt ad sabbatum animarum citius valeant peruenire. Aut certè propter septenariũ animæ & corporis. Habet enim anima tres potissimũ proprietates, vti nimirũ ratione, concupiscere, & irasci. Corpus verò ex quatuor constat elementis. Vt itaque peccata quæ homo cõmisit per hæc septem deleantur, septenarium mortuis celebramus. Ter decem triginta faciunt. Per ter intelligimus Trinitatem, per decem Decalogũ. Quare trigenariũ mortuis ideò facimus, vt quod in obseruatione decem præceptorum deliquerunt, Dei misericordia eis condonetur. Quidã tamen tribus diebus hoc faciunt, vt in eo triduana Christi sepultura repræsentetur, & quod viuus peccauerit cogitatione, verbo & opere mortuo remittatur. Quod autẽ plerique officiũ faciunt nouem dierum, licet ea consideratione hoc faciant vt per huiusmodi officium illorum mortui à pœnis liberentur, ac nouem ordinibus angelorum associentur, non tamen approbatur, sed omnino interdi

terdicitur, quoniam ab Ethnicis sumptum esse videtur, qui nono die cineres & busta suorũ recondebant. Sicut enim non imitamur Iudæos in celebrando Pascha ita etiã in hoc officio ethnicos imitari planè prohibitũ est. Sunt præterea nõnulli qui quinquagenariũ faciunt, & alij qui quadragenarium: sed hi vtrique satis cũ oratione facere videntur. Qui enim quinquagenariũ faciunt ab Abrahamo occasionẽ sumere videntur, qui ex Domino, volente Sodomã subuertere, quæsiuit, num si quinquaginta in ea essent iusti, illis parceret. Nam & quinquagenarius numerus perfectus est, & significat annum iubileum, id est octauam ætatem, in qua erit remissio & plena libertas. Vt ergo animæ mortuorum plenam libertatem & suorum peccatorum remissionem adipiscantur, quinquaginta diebus pro illis à quibusdam celebratur officium. Quadragenarium verò ideò quidam faciunt, vt illis qui decesserunt & transgressi sunt in decem præceptis, & in doctrina quatuor Euangelistarum, condonetur.

De celebratione mortuorum officij. CAP. CLXI.

PRætereà modò videamus de ipsius officij celebratione. Ac primò quidem, vt sciamus quæ sint tacenda, & secundò quæ sint dicenda, quoniam officium mortuorũ imitatur triduanam Christi sepulturã, & illius omnino vestigia sequitur. Sicut ergo tribus illis diebus: ita & in hoc officio omnia cantica lætitiæ subticemus. Inde etiam est quod Domine labia mea aperies, ad matutinas, vel vigilias mortuorum & Deus in adiutorium, non dicatur in principiis horarũ, neque Venite exultemus, neque Gloria patri ad responsorium, aut sub finem Psalmorum. Pari modo ad lectiones neque benedictiones petimus neque damus, nec Tu autem Domine, nec Deo gratias vnquam dicimus, vsque adeò vt ne ad missam quidem. Fosset tamen & alia ratio reddi, quamobrem in officio mortuorum hæc taceantur: cùm enim mortuorum exequias celebramus, ad plangendum venimus, & lachrymandũ, non ad solennizandum. Ob quam rem sanè lætitiæ cantica subticemus. Nã non benè conuenit huic officio Venite exultemus, nec Domine labia mea, sed potius cum eo videntur repugnare. Officiũ autem mortuorũ à vesperis incipit, quas in hunc modum auspicamur Placebo Domino. Quibus absolutis sequitur cõpletorium, ac posteà vigiliæ, quarum tria sunt genera. In quibusdã enim ecclesiis nouẽ leguntur lectiones ex Iob; in aliis verò totidẽ sed ex libro Sapientiæ, Incipiunt autẽ hæ hoc pacto: Melius est ire ad domũ luctus quàm ad domum conuiuij. Sunt rursus aliæ ecclesiæ, in quibus itidem nouẽ recitantur lectiones, veràm ex sermone quodam beati Augustini, quem ille compo

fuit de mortuis, & quem finiuit in hunc modum. Beati mortui qui in Domino moriuntur, quod à quibusdam dicitur sub finem lectionum loco. Tu autem Domine: quemadmodum in aduentu Domini, in natiuitate, & in Epiphania lectiones Isaiæ finiuntur hoc pacto: Conuertimini ad me & salui eritis, & lamentationes Hieremię ad tenebras hac ratione, Ierusalem Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum. Verùm aliis diebus hoc modo. Tu autem Domine, &c. Atque ita sunt quatuor modi finiendi lectiones. Ad missam proinde thus offerri non debet, quamlibet hoc tempore ita vsu receptum sit. Nam in veteri lege prohibitum fuit ne pro peccato offerretur oleum lætitiæ, nec thus suauitatis: vbi enim peccatũ, ibi tenebræ, atque isthic non debet esse lætitia, nec suauitas, sed luctus & cõtritio cordis. Quocirca & exequiæ, quas nos facimus ob mortuorũ commissa, celebrantur. Animaduerte interim in lege Moysi prohibitum fuisse à Domino, ne thymiama boni odoris, vel thus sibi sacrificiũ aliquis adoleret in vsus suos, vt odore eius frueretur, & si quis faceret, periret è populo suo. Atque ideò moris est in ecclesia, vt ad altare benedictũ ac consecratũ thus offeratur: cùm verò descendit thuribulũ vel ad clericos, vel ad laïcos, vt tũ aliud thus sine benedictione vsurpetur, atque hominibus offeratur. Consuetum est hîc quæri, cur ad missam mortuorum pax non detur: & sanè triplex assignatur ratio. Prima est, quia officium hoc vti dictum est triduanã Christi significat sepulturam, quando pax non datur propter osculum Iudæ. Secunda, quoniã non cõmunicamus mortuis, quòd nobis minimè respondeant. Vnde profectò etiam est, quòd corpus siue cadauer in ecclesia esse non debeat quãdiu missa de die celebratur, atque adeò si adsit, quòd isthinc oporteat asportari, dum de mortuis missa canatur. Tertia est, quia sicut ex multis granis simul collectis, vnus efficitur panis, & ex multis racemis vinũ exprimitur: ita quoque ex multis fidelibus quorũ quidã sunt boni, & quidam mali, vna constituitur ecclesia. Quoniã ergo mortuo homine nescitur vtrũ sit ex conformitate ecclesiæ, & pacẽ habeat cum suo creatore, ideò ad missam pacem non damus. Non autẽ dicimus Benedicamus Domino, nec Deo gratias, nec laudes aliquas referimus, quia non est vnde sint agendæ, cùm nec dum appareat eorum requies. Illud prætereà animaduertendũ est, officium mortuorũ finiri nona hora, & non habere secundas vesperas, quo significatur quòd hoc officium finem habebit, quandoquidem animæ saluandorũ ab omni pœna liberatæ sempiterna lætitia perfruentur, nimirũ sancti, de quorũ glorificatione in anima certa est ecclesia. Primas & secundas vesperas habent, si in

eorum

eorum officio nouem lectiones decantentur. Et quidem primas, propter glorificationẽ animæ, secundas verò propter glorificationẽ corporis quã habebunt, quæq; nunquã finem sit habitura. Si autẽ non nisi tres lectiones canantur, primas tantum vesperas habebunt. Nunc porrò dicendũ est, quẽadmodũ corpus sit sepeliendũ, & quomodo tumulandũ, & ad ecclesiam deportandum, à quibus, & quando. Quando ergo iam aliquis animã agere videtur humi collocari oportet super cineres, vel paleas, quo innuitur quèd cinis est, & in cinerem reuerteretur, quod vt aliis de se exemplum præberet, B. Martinus fecisse legitur. Debet præterea recitari passio Domini, vel eius pars aliqua ante morientem si fit literatus & doctus, vt moueatur ad maiorẽ compunctionem. Sic quoque & crux ante pedes eius esse oportet, vt iam moriens eam intueatur, quo vel inde magis conteratur. Debet recta iacere facie, vt cœlũ aspiciat. Priusquã verò expirauerit, necessariũ est vt cãpanæ pulsentur, idq; ideò vt populus audiens oret pro eo. Pro mulieribus quidem bis, quoniam mulier inuenit alienationem. Ipsa namque primò fecit quo homo alienaretur à Deo. Quare secundus dies non habuit benedictionem. Pro viro autẽ ter pulsatur, quòd ab ipso Trinitatis quoddam in homine apparuerit exemplum. Primò enim Adamus formatus est è terra, deinde mulier ex Adamo, ac posteà ex vtroque creatus est homo, vt ad eum modum hinc nata sit Trinitas quædam. Ad postremũ pro ecclesiastico tot vicibus debet compulsari, quot habeat ordines, vt sciat populus pro quo sit orandum. Pari ratione pulsari oportet quando portatur ad ecclesiã, & quando rursus ex ea ad tumulum. Priusquã autem corpus sepeliatur pannus sabeuetur, debet sacerdos vel eius vicarius illuc venire cum aqua lustrali seu benedicta ac orationes pro eo ad Dominum effundens, sanctos inuocare, & rogare vt eius animam suscipiant, atque in locum gaudij deferant. Sunt enim quædam animæ, quæ sunt perfectæ, vt quàm citò exeunt è corporibus, ad cœlos euolent. Sunt & aliæ prorsus malæ, quæ illicò ad inferos cadunt. Verũ præter has sunt & aliæ mediæ pro quibus huiusmodi fit cõmendatio, idq; tantum propter incertitudinem. Proinde ablato corpore & velato oportet portari ad ecclesiã, ac tunc debet missa cantari, vbi profectò animaduertas in quibusdã ecclesiis vnicuique dari candelam in choro in altera manu & in altera quod offeratur, ac sic lecto Euangelio ea offeruntur sacerdoti pro mortuo, atque tum huiusmodi cantari solet versus, Hostias & preces. Missa celebrata, ante cadauer præcantat sacerdos, & si plures sint sacerdotes omnes debent habere stolas, ac cum eo orationes dicere. Peracto autem

autem officio præcantationis, portatur ad ſepulchrũ cum huiuſmodi Pſalmis: In exitu. Confitemini, & aliis, qui ad hoc peculiariter ſunt inſtituti. Verùm portari debet à ſimilibus, vt ſi diaconus fuerit à diaconis, ſi ſacerdos à ſacerdotibus, ſi iſthic præſto ſint. Sin verò non, minimè: cùm neceſſitas legi non ſubiiciatur. Sic clericus à clericis, catholicus à charholicis. Si verò fuerit ex fraternitate (& quam ita vocant & ſæpè fiunt inter homines) ab eis debet portari. Sed mulieribus non eſt permiſſum aliquorum cadauera deportare, ne earum corpora nudâ videantur, quod fortaſſis aliquando contingeret quemadmodum nec licitum eſt eis pacem dare ad euitandam laſciuiam. Deinde verò ponitur in ſepulchrũ, & iſthîc aqua apponitur benedicta, ac prunæ cum thure. Et profectò aqua benedicta ideò ne ad corpus dæmones accedant, quos huiuſmodi aqua abigit ac propellit. Solent enim diaboli ſæpenumero in mortuorum deſæuire corpora, & quod non potuerunt in vita, id faciunt ſaltem poſt mortem. Thus autem apponitur propter corporis fetorem remouendum, & prunæ ad deſignandum quòd terra illa in vſus communes amplius redigi nequeat. Diutius enim carbo ſub terra conſeruatur, quàm aliud quippiam, quòd poſſit iſthic in teſtimonium relinqui. Hedera vel laurus quæ in perpetuum frondium ſeruant virorem in ſarcophago prope corpora ponuntur, ad declarãdum, quòd illi qui moriuntur, in illo viuere non deſiſtunt, quia quantumuis corpore moriuntur, animaramen viuunt. Alia ſanè ratione in funeribus habebatur cupreſſus. Nam quemadmodum hæc cæſa non iterum reuireſcit, ſed tota moritur: ita homo ex eo, quòd moritur, non rurſum reuiuiſcit. Hæc de mortuis dicta ſufficiant, ac de feſtis quatuor Coronatorum deinceps agamus.

De feſto quatuor Coronatorum. CAP. CLXII.

FVerunt quidem nouem, ſed quatuor eorum dicuntur Coronari, quòd eorum nomina hominibus erant ignota. Hi fuerunt lapicidæ, qui venerant ad conſtruendum templum Diocletiani, quod erat Romæ. Sed cùm cognouiſſet eos eſſe Chriſtianos, martyrio coronati ſunt, & cùm nomina illorum neſcirẽtur, dicti ſunt Coronati.

De ſolennitate B. Martini. CAP. CLXIII.

SCiendum verò eſt de B. Martino, quòd par & æqualis Apoſtolis ſit appellatus pro ſuſcitatione quorundam mortuorum, vt plerique arbitrantur, cum idem & multi alij martyres fecerũt & confeſſores. Verùm potius ob quoddam miraculum, quod contigit, cùm Turonis eſſet Epiſcopus. Nam cùm hybernis mẽſibus pauper ei ſeminudus obuiam veniret, orans ſibi veſtimentum

tum dari: accersito archidiacono statim algentem iussit vestiri. Quod cùm archidiaconus facere distuliſſet, irrupit pauper in ſacrarium, quod intrauerat Martinus conquerens ſe à clerico diſſimulatum, atque algere deplorans. Eo audito Martinus ilicò occultè ſuam eduxit tunicam, ac ſuo conceſſit precatori, peritq; ab archidiacono priuſquam celebraret tunicã, quam pauperi emere inſſerat, atque eam vilem, hiſpidam & brevem clanculum induit. Atque ita ſanè ingreſſus eſt ad celebrandarum miſſarum ſolennia. Sed cùm ante altare, vt moris eſt in præfatione, ſiſteret: manuſq; ad Dominum ſubleuaret, ita vt brachia eius facilè ob amplitudinem & breuitatem manicarum conſpicerentur, ilicò aurei torques ipſa honeſtè operuerũt, & ſupra caput eius igneus globus viſus eſt. Quo quidem declaratum fuit ſpiritum ſanctũ in eum deſcendiſſe, ad confirmationem & robur, ſicut in Apoſtolis ipſo die Pentecoſtes. Quapropter ergo non immeritò dictus eſt par Apoſtolis. Fuit autem oriundus ex Pannonia, quę eſt prope Auſtriam, vnde etiã fuit B. Hieronymus. Fecit præterea multa ſigna & innumera miracula, quæ conſcripſerunt Sulpitius & Fortunatus, vt qui ipſum multum admirati ſunt. Quod autem ad officium attinet conſiderandum eſt, hunc ſolum inter confeſſores inſtitutionis octauas habere, ſicut & beatus Laurentius vigiliam, quòd ipſo die paſſionis ſuæ dixerit, quod in eius feſto repetit eccleſia: Igne me examinaſti, &c. Sed Martinus in agone mortis dixit aſtanti dæmoni. Nihil in me inuenies cruenta beſtia. Ecce quàm optimè conueniunt merita. Ergo ille tanquam qui cæteros martyrio longè ſuperarit, vigiliam habet atque hoc confeſſor cæteris item præſtantior, ſolus habet octauas.

De feſto Andreæ & Thomæ Apoſtolorum.

CAPVT CLXIIII.

COgnoſcere operepræciũ eſt Andræam colore fuiſſe nigro, barba prolixa ac ſtatura mediocri. Hoc ideò à nobis dictum ſit, vt ſciatur qualis in eccleſia pingi debeat, quod ſimili ratione faciendum eſſet in omnibus Apoſtolis atque aliis ſanctis. Cæterò quin enim mentiremur in literalibus, nempè in picturis. Concionatus autem eſt in Achaia & Athenis, ac circa illas partes. Valdè excellentis fuit meritò, nec id quidem ſine cauſa beatus Gregorius adeò ipſi fuit additus, vt primum eius fecerit officium, & monaſterium ei condiderit, vbi item & monachus extitit. Quadraginta mortuos ſimul ſuſcitauit, quòd de nullo alio legitur. Filius nanque ſui hoſpitis, cùm nauigaret cum triginta & nouem ſociis naue fracta ſubmerſus eſt, cuius pater cùm miſerè lamentaretur in littore, miſericordia motus Andræas fudit

preces

preces ad Dominum, & redditi sunt vitæ vniuersi. Tandem ad se proconsul Ægeas vocauit Andræam, vt idolis sacrificaret, qui quemadmodum noluit & recusauit, vt in ipsius vita legitur ita vt eum cruci affixerũt, reclamanti & inuito populo. Pependit itaque integro biduo in cruce per transuersum, vt nonnullis placet, positus. Nihilominus tamen prædicauit, & verbum Dei concionatus est. Tandemq; feliciter ad superos migrauit. Vigiliam institutionis non habet: quia in tempore est ieiuniorum, quare necesse non fuit, vt ei vigilia institueretur. De beato autẽ Thoma nihil equidem quod hîc dicere necesse sit habeo, cùm vita eius ex historia, quæ de ipso conscripta est satis abundè cognosci queat. Hoc tamen adiiciendum putaui, ipsum ieiunium institutionis non habere, ob eandem causam, qua neque Andræam habere diximus. Legitur verò hîc Euangelium: Thomas vnus ex duodecim. Qua ratione id fiat satis ex iis patet, quæ suprà à nobis dicta sunt. *Ioan. 20.*

Totius operis conclusio.

IAm ergo duplici hactenus ratione pro ingenij nostri tenuitate Ecclesiastica officia, & quæ ad ea pertinere videbantur exposuimus: primò quidem generaliter, ac deinde etiam specialiter, sigillatim eo ordine explicando, quem anni circulus nobis demonstrauit. Festa item Sanctorum in suo loco, hoc est, eo die quo celebrari consueuerunt, commodè (vt nos quidem parauimus) reseruauimus, vt quo die cuiusque festum fieri dicimus, isthic & eiusdem festi ratio haberetur. Nec verò est, quod quis æstimet ita hæc absolutè à nobis tradi potuisse, vt in iis nihil planè desideraretur, cùm diuina officia eiusmodi sint, vt plenè ac sufficienter in multis explicari non possint.

Diuinorum officiorum
FINIS.

Soli Deo sit gloria,
Cum matre nostra Ecclesia.

LVGDVNI,

Excudebat Petrus Rouſſin.

1574.